I 16 Qui sono unite le Tavole di [illegible] e gli [illegible]
b 25 di [illegible] [illegible] vol. me dell' [illegible].

6
28/1 K
26

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu
14-16-I-25

SIMPLICII
COMMENTARIUS
In
ENCHIRIDION EPICTETI,
Ex Libris veteribus emendatus.
Cum Verſione
HIERONYMI WOLFII,
ET
CL. SALMASII
ANIMADVERSIONIBUS,
ET NOTIS
Quibus Philoſophia STOICA paſſim explicatur, & illuſtratur.

Quæ acceſſerunt, ſequens pagina indicabit.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

LUGDUNI BATAVORUM,
Typis IOHANNIS MAIRE,
cIↃ IↃ C XL.

Præfatio DANIELIS HEINSII ad THEODORUM GRASWINCKELIUM.

Cebetis Tabula, Græce, Latine, Arabice: eiuſdemque Delineatio æri inciſa.

Aurea Carmina Pythagoræ cum paraphraſi Arabica quam recenſuit & in latinum convertit IOHANNES ELICHMANNUS, M. D.

Præfatio CL. SALMASII in Cebetis Tabulam Arabicam, & Pythagoræ Carmina aurea Arabice verſa.

Acceſſit Index in Simplicium copioſiſſimus.

CL. SALMASIUS PHILOSOPHIÆ STOICÆ STUDIOSIS.

PAucos eſſe quos alloquor, immo pauciſſimos, potius unum quam duo, verius nullum, certa eſt fides. Ne ipſe quidem qui loquor & hæc ſcribo, talem me auſim, nec fortaſſe poſſim, præſtare, ſi ſtudioſus intelligatur qualem ego volo. Nolo quippe ſic dici qui cum voluptate ſcripta Stoicorũ legit, non ſi vel cum cura etiam ſe legiſſe dicat. Vt diligens & aſſiduus ſacrarũ concionum auditor non propterea ad vim nomenque concionatoris aſpiret, ita nec indefeſſus lector Stoicorum præceptorum, quem poſſis dicere inquilinum librorum quibus ea traduntur, pro ſtudioſo habendus ſapientiæ Stoicæ, ſi non aliud afferat aut promittat quam ſtudium ac diligentiam lectionis. Si hanc ſapientiam quæ tota humana eſt cum divina conferamus, certe ut factoribus legis, non auditoribus, ſalus verbo Dei permittitur, ita mentis ſanitatem ac libertatem non lectoribus ſuis quamlibet pertinaciſſimis, ſi nihil plus quã lectores ſint, hæc ſecta pollicetur. Si quis vero præ ſe ferat ac prædicet, cum ingenti voluptate doctrinã eorum ſeſe nocturna diurnaque manu verſaviſſe, eo ipſo oſtendit, nunquam cum fructu à ſe eſſe contrectatam. Cum dolore atq; animi morſu potius quam cum voluptatis ſenſu tractari vult diſciplina Stoica. Proficere quippe in ea volẽti finis lectionis is eſſe debet, non ut titilletur, ſed ut emendetur. Cui autem ſic blanditur, & arridet emendatio ſui, ut cum voluptate poſſit illam excipere & agnoſcere; certus ſis non inter proficientes hunc eſſe numerandum. Huic locus ſit inter illos qui ſummam in éa ſapientia iam aſſequuti ſunt. Quid enim gratius aut optabilius homini nato & virtutis cupido eſſe queat, quam bonis moribus cum bo-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

nis præceptis certare? quam exemplum eſſe vitæ inculpatæ? quam denique imaginem ſui videre expreſſam in iis libris qui perfecti ſapientis exemplar inſipientibus proponūt? Hodie aliquem reperiri tam perfectum, non illius eſt credere qui noverit ne olim quidē talem repertum, cum ſecta in primis ſerveret, ipſorum etiam confeſſione ſectatorum, immo vel ſectæ ipſius conditorum. Si tum non extitit ullus conſummatæ adeo ſapientiæ ſophus, cū tot numero tamen eam profiterentur, multo minus hoc ſæculo inveniatur, ubi ea tota ex libris adeo paucis haurienda eſt, haud ſecus ac lingua aliqua mortua, ut vocant, quæ fuit olim, nunc non eſt. Et quomodo Stoicam hodie aſſectaremur, rigidam illam & auſteram, vitiorumq; aſperrimam hoſtem, fortunæ æque bonæ ac malæ contempricem, qui blandiores aſpernamur, quæ ſiccam & ſolam virtutem non admittunt ad beate vivendū? Bona externa ſi cum virtute nobis offerrentur, ut ſuadebat alia ſophorum familia, nos conſtanter illa repudiaremus cum tali comite. Longe igitur abſumus ab eorum ſententia recipienda, quæ virtutem meram & aridam, quaſi vitæ beatæ conciliatricem & effectricem unicam, ſine bonis nobis commendaret. Quis itaque poſſit cum voluptate talium ſcripta evolvere, quæ tam diſſimiles nos arguunt illis quos bonos ſibi fingunt auctores eorum ſcriptorum? præterea vita & moribus tam alienos à doctrina quam præcipiunt ac docent? Nemo ſpeculum libens contemplatur in quo ſe deformiorem credit repræſentari. Quid ſi eiuſmodi ſpeculum eſſet, quod monſtroſam inſuper nobis noſtram referret imaginem, ut & fiunt? Multo magis averſaremur, nos aſpectare tales quales non eſſe ipſi nobis eſſemus conſcii. At quis noſtrum ſe cenſet eſſe vitioſum, niſi quando ſe inſpicit, tanquā in ſpeculo, in libro alicuius Stoici, qui noſtram nobis formam mire depravatā & perverſam exhibet, id eſt, ſimilē, pravitate morum, vitæ turpitudine, & actionibus omnibus præpoſteris? Nec tamen libris Stoicorum aſſimilanda illa ſpecula, in quibus ad verum expreſſa & ad vivum reddita non

com-

comparet noſtri vultus ſimilitudo, ſed deformata vel defectu, ut in globoſis; vel auctu, ut in cavis. Non diſſimiles, ſed ſimiles nos nobis oſtendunt inſpecta Stoicorum volumina. Et cum pravitatem noſtrã in iis intuemur, quam ineſſe nobis non putabamus, tum inhorreſcere potius debemus, quam voluptatem aliquam ex eà contemplatione capere. Qui alium ſe quam revera eſt in aliquo extumido vel concavo ſpeculo conſpexit, poteſt in plano poſtea ſuam ſibi ſimilem intueri imaginem, quia non formæ vitio, ſed ſpeculi, tam informem ſe prius viderat. Non licet autem nobis, ubi nos vitiis deformes ac diſtortos in ſcriptis Stoicorum fuerimus contemplati, ad aliorum philoſophorum libros tranſire, velut ſpeculis mutatis, qui honeſtiorem, tanquam faciem, vitam noſtram, quaſi veriori imagine magis adſpectabilem, repræſentent. Vbiq; turpes apparemus, quia ſumus, ſed certe turpiores in Stoicis ſpeculis videmur. Hæc ſane veriora ſunt, quia nos exhibent ſine fuco quales ſumus. Illa blandiora, quæ quamvis non mentiantur ex toto, nec noſtram nobis celent aut diſſimulent, ut oris, ita morum fœditatem, ſaltem eã leviorem oſtentant. Vt ut ſit, nemo, quamvis turpis formæ ſibi conſcius ſit, eam ſibi opprobrari à quoquam gratatur. Tacita eius exprobratio fit à muto ſpeculo, quod eam reddit qualem accepit. Ideo qui ſe parum forma commendabiles eſſe ſciunt, inviti ſpecula inviſunt. Fuere & quidam olim viri, alioquin egregii prudentia & factis, qui neque ſe fingi unquam neque pingi voluerunt, quia formæ ſuæ diffidebãt. Hinc eſt quod puellæ quæ formoſulas ſe opinantur eſſe, ſæpe ſpeculũ ſuum conſulant, ut in eo pæne habitẽt, adeo imaginis ſuæ adſpectu omnes ſe allici fatẽtur ſi bona ſit. Si quæ facie deteriores, ab ea inſpicienda abhorrẽt. Quanto autem animi deformitas odioſa cuiq; magis & inviſa eſſe debet quã corporis, tanto proclivius eã exprobrari nobis ægre ferimus, & indignamur, ſive muta res ſit, ut libri, quæ nos eo nomine redarguat; ſive loquax, ut homines. Qui luſcum ſe eſſe non ignorat, quod omnes etiam videant, non tamen patitur ſibi dici,

 luſce,

luſce, & ſi iniuriam ullo modo vindicare poteſt, convitiū ſaltem rependit, ſi pugno remunerare non queat. Sane nec qui luſcus eſt, libenter ſe luſcum in ſpeculo conſiderat. Multo minus ergo qui ebrioſus increpatur quamvis ſit, qui ambitioſus, qui vanus ab alio audit, qui avarus, qui prodigus appellatur, licet negare non poſſit quin verum ſit, pro convitiis tamen & in contumeliam hæc in ſe dicta accipit, & ultorem ſe, ſi qua dabitur occaſio, promittit. Quid de eo cenſemus, qui tam iniquo animo patitur ſe ob ſua vitia redargui ab illo qui & eloqui poteſt: an à muto exprobratore an maiori patientia laturum eum eſſe putabimus illa ſibi quaſi in faciem ingeri, atque in oculos impingi velut è ſpeculo? Hic ſcriptor Stoicus eſt qui lectori ſuo oſtendit, quam ſtultus ſit, quam vanus, quam rerum ignarus, & omnium vitæ officiorum imperitus. Quam ſui & aliorum quibus cum vivit, neſciens: quam parum intelligens quid debeat patriæ, quid ſibi, quid homini omni: quam introrſum turpis vivat, ſola pelle exteriore decorus. Qui ſe non agnoſcit in Stoicis ſcriptis, qui tam fœdam ſui imaginem ab illo ſpeculo ſibi referri non poteſt non dolere, an cum voluptate propudioſum probroſumq; ſe ſibi obiectari illū arbitrabimur? Cum horrore potius, talem ſe deſignari, & ſuis oculis ſubiici, ſentiet. Et perſeverabit quidē ſic ſe intueri, ſi cum fructu, & profectu, eam inſpectionem volet uſurpare. Sin præ tædio ſui & odio quod tā monſtruoſūm ſe conſpexerit, ſtatim abhorreat ab illa ſpeculi contemplatione & ſtatim longius abſiſtat, non rediturus poſthac ad tale ſpectaculum, ſcias nolle emendari qui ſic refugit. Is ita enim de ſe ſentit, ut homo diſtorti vultus, quem deſperat poſſe fieri meliorem, quamvis totos dies ſpeculo aſſideret, ideoque abſtinet, & qualem ſe natum nollet, talem ſe adſpicere non ſuſtinet. Non idem eſt tamen de animi deformitate quod de faciei aut formæ vitio. Emendari illa poteſt ac ſanari, & ſi non in totum tolli, ſaltem mitigari ac levior fieri, ſi culturæ animum patientem accommodet. Profecto recipit etiam emendationem aliquantam

tam forma corporis ſi cura adhibeatur. Quanto ergo magis animi? Quæ ſpeculũ ſuum ſæpe conſultat mulier deformis, nec primo ſtatim adſpectu imaginis ſuæ terretur, poteſt multa in cute ſua corrigere ſi crebrius ſeſe coram illo exornet. Quædam vitia occultare ſataget, alia componet, nonnulla minuere conabitur, etiã aliqua ex toto tollet, nævos, verrucas, lenticulas. Etiam remedia ſunt quibus fuſcæ cuti candor cõcilietur. Sic tandẽ minus deformis evadet, etſi formoſa omni ex parte exiſtere nõ valeat. Ad diſciplinam morum libris Stoicorũ ſic tanquam ſpeculis uti licet. Si prima inſpectione non abſterrear, ſi quamvis prodigioſe fœdam in iis vitæ meæ formam explorare aſſidua ſpectaculo non perborreſcam, minime cum voluptate quidem me videbo qualem me mihi ſpeculum oſtendet, ſed tamen enitar paulatim ea detrahere quæ me turpem reddunt. Non evadam fortaſſe inde perfecte mente pulcher, & omnibus ſapientiæ numeris conſummatus, qualem nec unquam olim repertum ullum, eiuſdem ſapientiæ profeſſores fatentur. Sed ero unus de proficientibus, hoc eſt, de minus deformibus. Quis enim ad eam unquam ſummam pervenit, ut ne digitum quidem citra rationem moverit? Ni tibi conceſſit ratio, *inquiunt Stoici*, digitum exere, peccas. *Cum hæc audio aut lego, non audeo me Stoicæ doctrinæ ullo meo iure ſtudioſum profiteri vel iactare, cum tot motibus incompoſitis vel totius corporis, & contra legem normamque peccantibus, obnoxius ſim.* Quid *de animi pravis perturbationibus, & affectionibus dicam, quæ ſunt totidem eius motus à ratione declinantes? An poſſim, cum eos in mea poteſtate non habeam, & velim tamen iis imperare ſi poſſem quibus ſtrenue ſervio, cum lætitia ac lubentia accipere ex dictatis Stoicorum, peccare illum, & inſipentum numero eſſe adgregandum, qui digitum moverit, niſi eum motum ratio ſuadeat? At ſi oppedere velim talis ſapientiæ magiſtris, digitumque iis oſtendere medium, ut mihi libebit, movendum, quid dicant doceantve, non curabo, dum teneam illa & illa eos dictare*

ſtare ac docere quæ parum ad me pertineant, niſi ad hoc tantum, ut ſciam fuiſſe homines tam ſtultos, qui tantam auſteritatem ſuis ſectatoribus propoſuerint, ipſique ſectati ſint. Sic illos igitur adibo, & legam, ut ſoleo mimos ſpectare, cum tamen ipſe mimus eſſe nolim. Ita quippe eorum geſtus omnes, & dicta omnia, vel miror vel rideo, ut ille qui non eſt ſollicitus de iis imitandis. Oblectationem ex illis capio, quibus alias me fieri ſimilem nulla conditione optarem. Qui vero hiſtrioniæ ſtudent, cum cura ac ſollicitudine, diſcentium ut pote potius animo quam ſpectantium, quidquid hiſtriones in ſcena agunt ac dicunt, obſervant. Singulos eorum geſtus attentius conſiderantes, intra ſe etiam exigunt ut exprimere domi laborent: ſi minus id poſſint, & ſi non tam bene reddant, æſtuant & anguntur. Notum eſt, quanto cum ſtudio Nero, dum ſcenicam artem affectaret, & quam anxie ac trepide, legibus artis paruerit. In certando, *inquit vitæ eius ſcriptor,* ita legi obediebat, ut nunquam excreare auſus, ſudorem quoque frontis brachio detergeret, atque etiam in quodam tragico actu, cum elapſum baculum cito reſumpſiſſet, pavidus ac metuens, ne ob delictum certamine ſubmoveretur, non aliter confirmatus eſt, quam adiurante hypocrita, non animadverſum id inter exultationem ſucclamationeſq; vulgi. *Hoc habent omnes artes ac ſcientiæ, ut, ſevera lege proficere in earum ſtudio ſtadioq; cupientibus, priuſquam ad metam pervenerint, dum adhuc in curriculo ſudant, plus anxietatis offerant quam voluptatis. Vbi quis perfectionis alicuius in iis addiſcendis compos extitit, & quæ meta ultima in arte eſt eam contigit, tum & ſine labore deinceps quaſi ſecurus illam exercet, voluptatemque percipit quam dare ſolet fruitio boni percupiti. In ſapientia, præcipue Stoica, ubi ſemper proficitur, nunquam perficitur quod eius ſtudioſus intendit, rara ea voluptas cõtingit, quæ conſequi ſolet in alijs ſcientijs illos, qui arcana earum penetraverunt, & ſummam artis ſunt aſſequuti.*

Securus

Securus ille animus, liber, impavidus, ſublimis, fortis, reſponſans cupidinibus, qui ex philoſophia omni quæritur, & quem ſola Stoica promittit, ſi non poteſt adquiri etiam omni ſtudio ac contentione hoc unum curantibus ut habeant, multo minus dabitur præcepta tam difficilis artis pro ludo iocoque habentibus. Quid aliud eſt catharticam, & amaram potionem velle ſumere loco delicati poculi inter alias ciborum cupedias tantum uſurpandi? Quod remedium debet eſſe, ne ſit oblectamentum. Qui quærit ſe delectare potius quam ſe ſanare, hiſtoricos potius evolvat quã Stoicos. Horum lectio exhilarare illum non poteſt, qui ſaniorem ex his contendet ſe reddere, vel ſanabiliorem. Scita illorum in pectus demittenda ſunt, non memoriæ tantum commendanda. Quid ad me ſi teneam omnia dogmata Stoica, poſſimque optime ea aliis explicare, ſi in operibus quæ præcipiunt non me exerceam? Hic Rhodus, hic ſaltus eſt. Vt fortior, ut ſecurior hinc evadam, debeo laborare, ut homini cuilibet ex iiſdẽ mecum elementis conſtanti placabilior ſiam, denique ut fortunæ par, ut tandẽ victor exiſtam. Quomodo autem id potero conſequi, ut fortuna ſuperior ſim, niſi ita vixero ut illi præceptores dixere? niſi fecero quod monuerunt? Vixere certe & plerique illorum, ut docuere, præcipue Epictetus iſte noſter, quo maior & magis idoneus auctor eorum videri debet, quæ facienda præcepit. Non verba ille exigebat, ſed opera. Non oſtenſionem pompamque, ſed rem ipſam & effectum. Nullo modo, inquiebat, te dixeris philoſophum, ſed age ut philoſophus. Ne dic quomodo comedere oporteat, ſed comede ut decet. Noli theoremata addiſcere, quæ ſtatim cruda adhuc evomas, ſed diutius ea ruminando concoque, donec in ſpem certi profectus vel argumentum, in ſuccum demum converſa, perque venas didita, diſtribuantur. Ἐπεὶ καὶ τὰ πρόβατα οὐ χόρτον φέροντα τοῖς ποιμέσιν ἐπιδεικνύει πόσον ἔφαγεν, ἀλλὰ τὴν νομὴν ἔσω πέψαντα ἔρια ἔξω φέρει, καὶ γάλα. καὶ σὺ τοίνυν μὴ ταχέως ῥήματα τοῖς ἰδιώταις ἐπιδείκνυε,

ἀλλ' ἀπ' αὐτῶν πεφθέντων τὰ ἔργα. Siquidem oves non herbam paſtori deferentes oſtendunt quantum comederint, ſed ubi pabulum intra ſe concoxerunt, lanas extra producunt & lac. Et tu igitur ne verba oſtentes idiotis & imperitis, ſed opera ex ipſis rite digeſtis & concoctis. *Quæ facile ingeruntur, æque de facili ſolent egeri. Qui hodie accedunt ad Stoicæ philoſophiæ dogmata ediſcenda, eo fine veniunt non ut res excipiant, ſed ut verba. Non enim id agunt, ut aliqua moribus ſuis inhærentia vitia deponant, ſed ut vitioſam illic ſcripturam emendent. Non ut ſe ex anguſtiis explicent paſſionum quibus impliciti ſunt, ſed ut intricata loca enodent. Non ut aliquam vitæ legem accipiant, ad quam ſemetipſos exigant, ſed ut leges ac ſcita ſectæ illius magiſtrorum ſe optime percepiſſe teſtentur. Hos egregie coarguit idem Epictetus cap.* LXXII. *Enchiridii.* Si quis, *inquit,* intelligentia & explicandi facultate librorum Chryſippi gloriatur, ipſe tibi dic, Niſi obſcure ſcripſiſſet Chryſippus, nihil haberet iſte quo gloriaretur. Ego vero quid cognoſcere aveo? Naturam, & hanc ſequi. Quæro igitur quis ſit eius interpres. Cum ſciero Chryſippum eſſe, eum convenio. At ſcripta eius non intelligo. Quæro igitur enarratorem. Huc uſque nihil magnificum. Ubi autem enarratorem invenero, reliquum eſt uti præceptis. Τοῦτο, *infert,* μόνον σεμνόν ἐστιν. ἂν δὲ αὐτὸ τοῦτο ἐξηγεῖσθαι θαυμάσω, τί ἄλλο ἢ γραμματικὸς ἀπετελέσθην ἀντὶ φιλοσόφου, πλήν γε δὴ ὅτι ἀντὶ Ὁμήρου Χρύσιππον ἐξηγούμενος. *Hoc, inquit, ſolum præclarum eſt, nempe uti præceptis, & effectui ea mancipare. Alioquin ſi hoc ipſum modo admirari velim, enarrare præcepta Stoica, non id plus eſt quã ſi Homerum pro Chryſippo explanarem. Vtrumque grammatici non philoſophi opus. Sed addit longe magis erubeſcendum eſſe illi, à quo expetuntur præcepta Chryſippi, quæ poſſe ſe enarrare profitetur, ſi facta dictis conſentanea non exhibeat.* Μᾶλλον οὖν ὅταν τις εἴπῃ μοι, ἐπανάγνωθί με Χρύσιππον, ἐρυθριῶ, ὅταν μὴ

δυνά-

δυνώμαι ὅμοια τὰ ἔργα καὶ σύμφωνα ἐπιδεικνύειν τοῖς λόγοις. *Et vere quidem vir ille divinus dignuſque quem ſpiritu illo ſuo Deus bearet per quem nobis Chriſtus revelatus atque enarratus eſt. Quid enim aliud volunt? quid à nobis aliud exigunt? quo alio nos vocant præcepta omnia Dominica & Apoſtolica? Ne ſimus dealbatis ſepulcris ſimiles, quod Phariſæis Dominus exprobrat, verbis & in ſpeciem modo vitæ ſanctitatē præ ſe ferentibus, opere defectis, cum tamē ſalus promittatur factoribus legis, non auditoribus tantum. Hinc & illa Apoſtoli ex* II. *ad Corinthios*, XIII. Si linguis hominū loquar & Angelorū, charitatem autem non habeam, factus ſum velut æs ſonans, aut cymbalum tinniens. *Quid igitur mihi proderit ſi Novum Teſtamentum cum Vetere diligentiſſime interpretari atque enarrare potuero, ſi nihil eorum quæ Deus utraque pagina præcepit, agere tentavero? Si charitatē illam non habeam qua poſt Deum, proximum diligere ſicut meipſum iubeor? Non ero Chriſtianus niſi Chriſtiane vivam, etiamſi omnia Chriſti verba ac mandata ad unguem didicero, & aliis explanavero. Vt vineta egomet cædam mea, quod Epictetum hunc & Simplicium eius enarratorem aliquammultis locis aggreſſus ſum explicare & emendare, non poſtulo ex eo ut Stoicæ magis philoſophiæ candidatus habear, quam ſi de Vſuris aut de Trapezitico fænore ſcriberem, vel alium quemlibet auctorem exponerem. Id ſane ſemper ſtudui laboravique, ut non ſolum à Stoicorum libris, ſed etiam à quibuſcunq; melior, ſi poſſem, exirem potius quam doctior. Quid fecerim, aut quantum profecerim aliorum eſto iudiciū. Malo id ex operibus meis, ſi talia ulla ſunt, æſtimari, quam verbis venditari. Non auſim profecto id de me profiteri me hæc ipſa eorum ſcripta quæ illuſtrare ſum conatus, cum voluptate pervolutaſſe. Cruciavit hoc me ſæpe in illis evolvēdis, cum viderē tot me adhuc vitiis ſcatere, eaq; amare, hominē meliore Chriſti diſciplina imbutum, quæ homines Chriſti ignari, & ſolo naturali lumine præditi, tantopere averſati ſunt,*

non ut contenti eorũ odium intra ſe concepiſſe, etiã odioſa porro aliis ac inviſa reddere efficaciſſimo ſermone tentaverint. Pudebat in ſchola Chriſti natum & educatum qui non minus ſevera ſuis ad emendationem vitæ mandavit, & in Stoicorum ſcriptis ſic verſatum, ut ea vel poſſit emendare, tironem tamen adhuc in utraque militia deprehendi, necdum poſſe ea præſtare ad quæ ſuiſmet ipſe viribus fultus adſpiravit unus homuncio, Chriſti neſcius, corpore mutilus, conditione ſervus, & Irus paupertate. Senſi ego nuper ipſa experientia, & ipſo facto quantum abeſſem ab illa fortitudine quam Chriſtus ſuis diſcipulis donavit, quam Stoicus ſuis præcepit, nuntiato obitu cariſſimi, & maxime venerandi mihi parentis. Qui quamvis eum longævitatis terminum attigerit, qui maximus à Deo huius ævi mortalibus conceſſus eſt, Qualia nunc hominum producit corpora tellus, *non potui tamen non deiici animo, & ſic ea clade affici, ut conſtantiam in me requirerem, qualem Chriſtus dat, qualem Stoicus mandat. Cum omnia arma advocarem quibus in hoc caſu ſtatũ mentis tuerer ac retinerẽ, cum & Stoica ad manum eſſent, cum ad conſolationem multa etiam alia facerent, mors ſenis grandævi, mors in ampliſſima dignitate defuncti quod parum eſt, ſed quod maximum, cum probitatis fama tota Gallia celebratiſſima, eo honore defuncti, nihilominus ſuccubui. In aliis adverſis poßem fortior eſſe. In hoc uno ubi agitur erga ſuos affectus, res tenerrima etiam ſapientiſſimis, ne fortiorem quidem me natum vellem. Nedum factum me opera librorum & ope auctorum ambitioſe affectem. Hæc mors fecit, ut iſtud opus de Stoicorũ philoſophia interruperim. Sic non ſolum ipſa arma mihi de manibus excuſſit, ſed etiam fregit. In ipſo de anima tractatu defeci, qui abſolvetur in ſecundo volumine quod poſt meum ex Gallia reditum Deo iuvante excudetur. Ita enim ſtatui Simplicium & Epictetum Notis perpetuis illuſtrare, explicare, emendare, ut latius etiam exſpatiari inſtituerim ad ſingula, ut ſe dabit occaſio de omnibus Stoicæ philoſophiæ de-*

cretis diſputandi, eaque ſigillatim enucleandi. Nec omittentur aliarum familiarum dogmata diſcutienda prout videbuntur Stoicis aliquam facem allucere ex affinitate ſententiarum aut diſcrepantia. Adiutus ſum in ipſo Simplicio emendando codice clariſſimi, & celeberrimi Voſſij collato cum manu exarato exemplari, mihi commodato per filium eius Iſaacum doctiſſimum & ipſum, ſcriptiſque iam editis celebrem, pluraque ac maiora in dies dantē ac promittentem. Coniecturis præterea noſtris, ſed non niſi certiſſimis, locum dedimus, quas tamen & examinandas acutioribus æſtimatoribus ac iudicibus expoſuimus. Ipſum Epicteti Enchiridion, quod ſemper nobis in deliciis fuit non ad voluptatē tantum lectionis, nec ut nudæ cognitionis avocamento perfrueremur, ſed ut ſeria morum emendatione proficeremus, cum ſcriptis codicibus comparavimus, & viginti aliquot locos in tantulo opere nondum intellectos cæteris interpretibus explicavimus, multoſq; alios parū hactenus explicatos elucidavinus. Hac etiā in parte vel ea cauſa interiungere coacti ſumus prohibitique quæ affecta erant, immo parata, adiungere, quia iam Animadverſionum corpus in eam molem creverat, ut cum textu ipſo Simplicii iuſtum poſſet volumen conficere. Reliqua pars ad reditum noſtrum è Gallia, ſi Deus eum dederit & vitam, reſervabitur, cui Prolegomena uberiora præfixa pro Manuductione erunt ad philoſophiam Stoicam. Quæ in ipſo Simplicio ex ſcriptis codicibus vir doctiſſimus emendavit, talia ſunt, ut optimam ac impendio laudabilem operā in Editione Veneta corrigenda poſuiſſe poſſet videri ſi quid de ſuo in eam correctionem contuliſſet. Vſus eſt Nanſiano cōdice ab ipſo Nanſio cum ſcripto exemplari collato. Quæcunque ad oram ſui libri notaverat Nanſius, ea in textum recipienda curavit Clariſſimus Heinſius, ubique deleta Nanſii manu, & ſua repoſita. Correctiones & coniecturas omnes Nanſii ſuas fecit bonas malaſque quas textui donavit. Aliquando, ſed rarius, vere ſuas inſeruit, ſed omnes falſiſſimas & ineptiſſimas, ut ſuis locis

 ſignifi-

ſignificabimus, ubi indicabimus quid à Nanſio ſit, quid ab Heinſio. In hoc facinore deprehenſus, aliud facinus priori diluendo ac delendo excogitavit, & Correctori qui praeeſt emendationi operarum, cunctas eas mutationes quæ in textu commiſſæ ſunt, attribui voluit, ſed ita ambiguis & perplexis verbis, ut quid voluerit neſcias. Typographus verbis eius lectorem admonuit, Nactũ ſe eſſe codicem cum Nanſiano M. S. collatum, pluri miſque in locis emendatum, alibi & auctum, viro erudito qui emendationi præeſt operarum, percurrendum dediſſe. *Vnde illum codicem nactus eſt Typographus? Certe ab Heinſio, qui in Epiſtola ad Graſwinckelium prædicat, ſe Simpliciũ collatum, locisque haud paucis ex codice antiquo auctiorem cum Typographo communicaſſe. Non dicit à quo collatus fuerit. Nẽpe ergo innuit à ſemetipſo. Sub nomine deinde Typographi ſcribit illũ codicem* collatum fuiſſe cum Nanſianio M.S. *Ergo ſignificat à ſe fuiſſe collatum. Atqui falſũ eſt. Nam ab ipſo Nanſio collatus ille liber fuit quem Typographo edendum dedit, vel communicavit. Vt autẽ ipſe videretur contuliſſe, omnibus locis tranſverſa linea manum Nanſii delevit, ac propria infra vel ſupra id quod erat deletum, totidem verba & eadem repoſuit. Ego qui vidi de eo quod vidi poſſum teſtari. Atque etiam nunc in manibus habeo, ut poſſim aliis probare id quod teſtor verum eſſe. Quid deinde factum illi Nanſiano libro? Dicit Typographus verbis Heinſii,* ſe illum percurrendum dediſſe viro erudito qui præeſt emendationi operarum. *Ad quem finem iſtud? An ut corrigeret ipſũ, vel videret quænam ex correctis in textum ẽſſent admittenda? Hoc ſupprimitur ſed ſtatim adiicitur,* Qui ſi ab interpretatione Wolfiana nonnullis abeat in locis, nec mirabitur, ſed facile id videbit lector. *Sane facile id videbit lector, ſed mirabitur ſi ſcierit virum fama celebrẽ alieni laboris gloriam in ſe totam tranſmovere eſſe conatum. Quodq; magis mirandũ in eo libro, qui ſanctiſſimæ & incorruptiſſimæ philoſophiæ præcepta traderet. Sic quidam olim ſacrilegus,*

legus,accenſa face ex ipſo altari Iovem ad lumen ſuum compilavit, *inquit ille. Ignoſcerem illi ſi bonas tantum coniecturas Nanſii ſurripuiſſet,ſed quod etiam malas,hoc vero ferri non poteſt. Ita deluſus ille fur fuit, qui cum aureorum plenum ſacculum ſe putaſſet auferre, æneis calculis refertum domi invenit. Quam leviter defunctus fuerit iſto corrigendi labore, & aliena ſibi ſupponendi,unica, eaq; peſſima, Nanſii emendatio ei ſurrepta ab hoc Editore indicabit. Ea habetur pag.* CCXCIII. *Libri omnes ibi ſcripti ſine varietate habent,* ὅταν οὖν συνεσθῇς ἑτέροις μὴ μέμνησο μόνον τὴν πρὸς τὸ σῶμα τὸ σὸν ἀνορεξίαν ἐν τοῖς παρακειμένοις. *Nanſius, ut ſæpe fit à pleriſque eruditis dum libros conferunt,ut ſi quid mendoſum occurrat cui emendando nullum ſit à libris auxilium,obiter ex coniecturà id corrigant,non multum attendentes an verum ſit quia properant, repoſuerat ad marginem pro* ἀνορεξίαν, ὄρεξιν. *Et hoc quoque Heinſius arripuit pro ſuo,ſicq;edendum curavit. Atqui nihil erat proclivius quam ex ductu editæ lectionis facere,* ὅταν οὖν συνεσθίῃς ἑτέρῳ, μέμνησο οὐ μόνον τὴν πρὸς τὸ σῶμα τὸ σὸν ὁρᾶν ἀξίαν. *Ad eam coniecturã quaſi manu ducebant ipſa Epicteti verba quæ Simplicius enarrat,* τὴν πρὸς τὸ σῶμα ἀξίαν τῶν παρακειμένων ὁρᾶν, ἀλλὰ καὶ τὴν πρὸς τὸν ἑστιάτορα οἵαν δεῖ φυλαχθῆναι. *At vir ille qui tantum ſcire in Græcis videri vult quantum alii neſciunt, debuit non ignorare, vix Græcum eſſe,* μὴ μέμνησο τὴν ὄρεξιν. *Talia* ὁσάκις *admiſſa ab erudito viro illo nollem, quæ ſuis locis animadvertemus ſine ullo odio aut livore,ſed & ſine acerbitate,quæ ſolet ex utroque oriri. Nos præterea nacti variantes ex meliore codice quã fuit ille Nanſianus lectiones beneficio optimi & maximi Viri, & quod maius eſt, maxime candidi & ingenui, nobiſq; amiciſſimi, pleraque omiſſa ab Heinſio addidimus, male correcta ab eodem reſtituimus, hiulca non pauca in Veneta illa Editione rectius ſupplevimus. De quibus omnibus an ita ſint, ut ego dico,lector peritus & candidus multumq; Editori Simplicij parum ſimplici diſſimilis, iudicabit. Leydæ* XXIV. *Iulij,* CIↃIↃCXL.

EPIST.

EPISTOLA
DANIELIS HEINSII,
Ad
THEODORUM GRASWINCKELIUM
DEDICATORIA.

Nobiliſſimo Ampliſſimoque viro,

THEODORO GRASWINCKELIO,

Equiti, Coronæ Suecicæ Conſiliario, ac Advocato, &c.

Daniel Heinsius S. D.

INTER profeſſores ſapientiæ, vir Celeberrime, quos ab ætate prima cum ingenti voluptate pariter ac cura legi, Epictetum pono. Enchiridion inprimis, quod ab Arriano ex oraculis divini viri concinnatum, hic nunc habes. Ad agendam quidem in his terris vitam ſic accommodatum, ut revera inſtrumentum ſit quod ſupra hanc & cætera humana hominem attollat: extra, imo ſupra caſus omnes ac affectus, vota quoque omnia ac ambitum, rectorem univerſi animum reponat: totum denique ſic ſibi vindicet, ut liberali cauſa manu mittat. Non ut ſui iuris atque emancipatus tantum vivat, ſed ut in ſe atque à ſe, habere poſſit, quod, excepto Deo, expectare ab alio non poteſt. Princeps, Rex, Imperator, ac Monarcha ſui. Sed & Medicus ac reſtitutor; ſi præclaro hoc remedio utatur. Ita efficaci quidem, ut medullam animæ ac ſenſus intimos pertentet: neq; fruſtra ſtatim initio Simplicius exclamet, Εἴ τις ὑπὸ τούτων μὴ πάσχῃ τῶν λόγων ὑπὸ μόνων ἂν τῶν ἐν ᾅδου δικαστηρίων ἐπανορθωθείη. Quem interpretem, vel inter primos, etiam Ariſtotelicos, non poſtremum, cum editione Veneta, ante ſæculum & quod excedit, Græce editâ, collatum, lociſque haud paucis ex antiquo codice auctiorem, cum Typographo communicaſſem, Tibi, Præſtantiſſime virorum, inſcribendum cenſui, exiſtimavi. Primo, ut amico, vere incomparabili ac ſummo: cuius beneficiis ac comitati quantum debeam, vix eſt ut ſatis aſſequar, aut apud alios exponam. Tum ingenii erecti viro, in exemplum patriæ ac ſæculi prognato. Accipe ergo, tanquam ſupellectilem, ſed neceſſariam in domo, nobile hoc vivendi inſtrumentum: ea lege, non ut aliquid à nobis accepiſſe credas, ſed, ut alia occaſione proximâ expectes. qui ſic interim gratiſſimum hunc animum ac voluntatis noſtræ indicem teſtamur, devotumque Tibi, tanquam obſidem, relinquimus ac conſecramus.

TYPOGRAPHVS
AMICO LECTORI
S. D.

CUM *in eo eſſemus, ut Epicteti Enchiridion, libellum nunquam ſatis commendatum; poſt aliorum noſtraſque editiones, publico daremus; autores nobis Eruditi fuerunt, ut Simplicium interpretem, & quidem Graece (cum præſertim pauciſſima illius, ſed & ante annos plurimos fœde excuſa, in privatis publicisque Bibliothecis extarent exemplaria) hic una daremus. Nacti ergo codicem cum Nanſiano MS. collatum, plurimiſque in locis emendatum, alibi & auctum, viro erudito qui emendationi præeſt operarum, percurrendum dedimus. Qui ſi ab interpretatione Wolfiana nonnullis abeat in locis, nec mirabitur, & facile id videbit Lector.*

ΑΕΩ-

ΛΕΩΝΙΔΟΥ

εἰς Ἐπίκτητον.

Δοῦλος Ἐπίκτητος γενόμην, καὶ σῶμ' ἀνάπηρος,
Καὶ πενίην Ἶρος, καὶ φίλος ἀθανάτοις.

Εἰς τὸ Ἐγχειρίδιον Ἐπικτήτου.

Μῆτιν Ἐπικτήτοιο πόθῳ ἐνικάτθεο θυμῷ,
Ὄφρα κεν εἰσαφίκοιο καὶ οὐρανίας κενεῶνας,
Ψυχὴν ὑψικέλευθον ἐλαφρείζων ἀπὸ γαίης.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ὅς ἐν Ἐπικτήτοιο σοφὴν τελέσειε μυθοπλήν.
Μειδιάει, βιότοιο γαληνιόων ἐνὶ πόντῳ·
Καὶ μετὰ ναυτιλίην βιοτήσιον εἰσαφικάνει
Οὐρανίην ἁψῖδα, καὶ ἀστερίην περιωπήν.

Ὡς ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ,

DANIELIS HEINSII, in Peplo.

Ζεῦ πάτερ, ἐκ σέο φημὶ πένης δοῦλός τε γενέσθαι,
Χωλαίνων θ' ἕτερον τὸν πόδα πηρομελής.
Αὐτὰ δὲ πλοῦτον καὶ ἐλευθερίαν μοι ὄπασσεν
Ἁμετέρας ψυχᾶς ἁ στερεοφροσύνα.
Ταὶ γὰρ ἀνάγκας ἐκτὸς ἀδούλωτόν τι φύλαξα,
Οὐδὲν ἀποκλίνων οὐδ' ἀεικαζόμενος·
Αἰεὶ δ' ἀστεμφῆ καὶ ἀναλγέα σὸν πρὸς ὄλυμπον
Ἐκ τᾶς τλαμοσύνας αὐχέν' ἀειρόμενος.
Τὼς καὶ θητεῦσαι πάρος Εὐρυσθῆι λέγοντι
Σὸν λεοντοφόνον παῖδα καὶ ὑδρομάχον.
Ἀλλὰ πύλας πέτασόν μοι Ὀλύμπιε· τὰ γὰρ ἄνοιξεν
Ἀσκήσας ταύταν Ἡρακλέης σοφίαν.

EPICTETI VITA.

EPICTETUS, *Stoicæ ſectæ philoſophus, Hierapolitanus patria fuit (eſt autem Hierapolis Phrygiæ urbs, non longe à Laodicea ſita) conditione ſervus, ut in Noctibus Atticis etiam teſtatur Aulus Gellius. Servivit enim Romæ Epaphrodito cuidam Neronis familiari. Vir ſanctiſſimæ & integerrimæ vitæ; alieniſſimus ab omni faſtu & arrogantia: quibus tamen vitijs omnes fere laborarunt philoſophi. Tantæ autem fuit apud omnes exiſtimationis & famæ, ut lucerna eius fictilis tribus drachmarum millibus divendita olim fuiſſe feratur. Meminit huius & Lucianus, ſed cum laude: qui tamen nulli philoſophorum ſatis æquus; ut Satyricus & vitiorum, etiam minorum, caſtigator. qui & lucernæ Epicteti mentionem facit. Sic enim ille in Dialogo* Πρὸς τὸν ἀπαίδευτον, καὶ πολλὰ βιβλία ὠνούμενον. *id eſt, Ad ineruditum, & multos coëmentem libros:* Et noſtra ætate fuit quis, & adhuc ſupereſt, opinor, qui Stoici Epicteti fictilem lucernam ter mille drachmis emit. Sperabat enim, opinor, & ille, ſi noctu ad eam lucernam legeret, continuo & Epicteti ſapientiam in ſomnis ſe adepturum, ſimilemque ſe admirandi illius ſenis fore. *Hactenus Luciani verba. Summam totius philoſophiæ duobus his verbis contineri voluit,* Ἀνέχου καὶ ἀπέχου, *id eſt, Suſtine & abſtine. Domitiano autem imperante, vel offenſus eius tyrannide, vel coactus ob Senatuſconſultum de pellendis urbe Philoſophis, Roma Hierapolim commigravit. Commoratus autem Romæ ad tempora uſque Marci Antonini dicitur.*

ΣΥΜΠΛΙΚΙΟΥ ἘΞΗΓΗΣΙΣ ΕἸΣ ΤΟ ΤΟΥ ἘΠΙΚΤΗΤΟΥ ἘΓΧΕΙΡΙΔΙΟΝ.

SIMPLICII COMMENTARIVS IN EPICTETI ENCHIRIDION,

Hieronymo Wolfio interprete.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ ΣΥΜΠΛΙΚΙΟΥ.

ΠΕΡΙ μὲν τοῦ βίου τοῦ Ἐπικτήτου, καὶ τῆς αὐτοῦ τελευτῆς, Ἀῤῥιανὸς ἔγραψεν ὁ τὰς Ἐπικτήτου διατριβὰς ἐν πολυστίχοις συντάξας βιβλίοις· καὶ ἀπ' ἐκείνου μαθεῖν ἐστιν, ὁποῖος γέγονεν τὸν βίον ὁ ἀνήρ. Τὸ δὲ βιβλίον τοῦτο τὸ Ἐπικτήτου ἐγχειρίδιον ἐπιγεγραμμένον, καὶ τοῦτο αὐτὸς συνέταξεν ὁ Ἀῤῥιανὸς, τὰ καιριώτατα καὶ ἀναγκαιότατα ἐν φιλοσοφίᾳ καὶ κινητικώτατα τῶν ψυχῶν ἐπιλεξάμενος ἐκ τῶν Ἐπικτήτου λόγων, ὡς αὐτὸς ἐν τῇ πρὸς Μασγαλλιωνὸν ἐπιστολῇ ἔγραψεν ὁ Ἀῤῥιανός· ᾧ καὶ τὸ σύνταγμα προσεφώνησεν, ὡς ἑαυτῷ μὲν φιλτάτῳ, μάλιστα δὲ τοῦ Ἐπικτήτου τεθαυμακότι. Τὰ δὲ αὐτὰ σχεδὸν καὶ ἐπ' αὐτῶν τῶν ὀνομάτων σποράδην ἐν τοῖς Ἀῤῥιανοῦ περὶ τῶν Ἐπικτήτου διατριβῶν γραφομένοις εὑρίσκεται· Σκοπὸν δὲ

PROOEMIUM SIMPLICII.

ARRIANUS vitam & obitũ Epicteti prolixis libris eſt perſecutus. Vnde cognoſci poteſt, qui vir ille fuerit. Idẽ Arrianus & hunc libellũ, quod Enchiridion inſcribitur, cõpoſuit, delectis ex Epicteti diſputationib⁹ philoſophię locis maxime idoneis ac neceſſariis, & animos vehemẽtiſſime permoventibus: ut ipſe teſtatur in epiſtola ad Maſgalenũ, cui Opus ipſum dedicavit, ut & amiciſſimo ſuo, & maximo Epicteti admiratori. Quæ ferme eadẽ & iiſdẽ vocabulis ſparſim in Arriani ſcriptis de Epicteti Exercitationibus inveniuntur. Finis autẽ libelli

ἔχει τὸ βιβλίον, εἰ τύχοι τῶν πειθομένων αὐτῷ, καὶ μὴ μόνον ἀκουόντων, ἀλλὰ καὶ πασχόντων ὑπὸ τῶν λόγων, καὶ εἰς ἐργασίαν αὐτοὺς ἀγόντων, ἐλευθέραν ἀποτελέσαι τὴν ἡμετέραν ψυχὴν, οἵαν αὐτὴν καὶ ὁ ποιήσας καὶ γεννήσας δημιουργὸς, καὶ πατὴρ προεβάλετο. ὥστε μήτε φοβεῖσθαί τι, μήτε λυπεῖσθαι ἐπί τινι, μήτε ὑπό τινος τῶν χειρόνων δεσπόζεσθαι. Ἐγχειρίδιον δὲ αὐτὸ ἐπιγέγραπται, διὰ τὸ πρόχειρον ἀεὶ αὐτὸ δεῖν, καὶ ἕτοιμον εἶναι τοῖς βουλομένοις εὖ ζῆν. καὶ γὰρ τὸ στρατιωτικὸν ἐγχειρίδιον ξίφος ἐστὶ, πρόχειρον ἀεὶ τοῖς χρωμένοις ὀφεῖλον εἶναι. Πολὺ δὲ τὸ δραστήριον καὶ κινητικὸν ἔχουσιν οἱ λόγοι· ὡς τοὺς μὴ πάνυ νενεκρωμένους, νύττεσθαι ἐξ αὐτῶν, καὶ συναισθάνεσθαι τῶν οἰκείων παθῶν, καὶ πρὸς διόρθωσιν αὐτῶν ἐπεγείρεσθαι· τοὺς μὲν μᾶλλον, τοὺς δὲ ἧττον· καὶ εἴ τις ὑπὸ τούτων μὴ πάσχῃ τῶν λόγων, ὑπὸ μόνων ἂν τῶν ἐν ᾅδου δικαστηρίων ὑπευθυνθείη. Παιδεύει δὲ τὸν ἄνθρωπον ὡς κατὰ ψυχὴν λογικὴν οὐσιωμένον, τῷ σώματι χρωμένην ὡς ὀργάνῳ. καὶ διὰ τοῦτο καὶ γαμεῖν καὶ παιδοποιεῖν ἐνδίδωσι, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐν τῷ βίῳ αἱρετῶν ἀπολαύειν. πανταχοῦ δὲ βούλεται, τὴν λογικὴν δύναμιν ἀδούλωτον φυλάττειν αὐτὴν τοῦ τε σώματος καὶ τῶν ἄλλων παθῶν, καὶ πρὸς τὸ οἰκεῖον ἀγαθὸν, καὶ τὴν ἐκείνου χρῆσιν ἀναφέρουσαν. τῶν δὲ ἐκτὸς δοκούντων ἀγαθῶν ὅσα μὲν δύναται συμφωνεῖν πρὸς τὸ ἀληθινὸν ἀγαθὸν, καρποῦσθαι συγχωρεῖ μεμετρημένως· τὰ δὲ ἀναρμοστοῦντα

eſt (modo ſint qui obtéperent, quique his cognoſcendis non contéti, præceptis ipſis afficiantur:eaq; cum infixerint animis, vita quoq; & moribus exprimant)animum noſtrū in eam aſſerere libertatē, in qua à parēte & auctore Deo productus fuit: ut neq; formidet quicquam, neque ulla re doleat,neq; ulli deteriori naturæ ſerviat. Enchiridion porro inſcribitur, quod ut pugio militibus, ita hic libellus iis, qui recte vivere ſtudent,paratus atq;in promtu perpetuo eſſe debeat. Genus orationis eſt nervoſum & acre,ut qui omnino mortui non ſunt,eo veluti ſtimulo quodā pungantur, & ſuas affectiones tū intelligant, tū ad eas corrigēdas excitentur, alii plus, alii minus. Qui vero his diſputationibus nō afficitur: is non niſi apud inferorū tribunalia corrigetur. Omnis autē doctrina hæc, Naturæ humanæ fundamento innititur, quę poſita ſit in ratione & mente, queq; corpore ita ut artifex inſtrumento quopiā utatur. Qua de cauſa coniugiū & procreationē liberûm, cæterarumq; rerum expetendarū fructū homini concedit. Sic tamē, ut mentis vim & à corpore & à brutis affectibus ubiq; invictā prſtare, eorumq; uſum ad bonum referre iubeat. Externarū igitur rerum, quæ in bonis habentur, quęque cum vero bono conſentire poſſunt, fructum, ut dixi, concedit, ſed moderatū. Quæ vero ab illo diſ-

πρὸς

πρὸς ἐκεῖνο, παραινεῖ παντελῶς ἀποτρέπεσθαι. Καὶ τοῦτο δ' ἄν τις τῶν λόγων τούτων θαυμάσειεν, ὅτι τοὺς πειθομένους καὶ ἐργαζομένους τὰ λεγόμενα, μακαρίους ἀποτελοῦσι καὶ εὐδαίμονας, οὐδὲν δεηθέντας τὰς μετὰ θάνατον τῆς ἀρετῆς ἀμοιβὰς ἐπαγγέλλεσθαι, κἂν πάντως ἀκολουθῶσι καὶ αὗται. τὸ γὰρ ὡς ὀργάνοις χρώμενον τῷ σώματι καὶ τοῖς ἀλόγοις πάθεσι, πάντη πάντως χωριστὴν ἔχει τὴν οὐσίαν αὐτῶν, καὶ ἔτι διαμένουσαν μετὰ τὴν ἐκείνων φθορὰν, καὶ δῆλον ὅτι καὶ τὴν τελειότητα σύστοιχον τῇ οὐσίᾳ. Ἀλλὰ κἂν θνητὴν τις ὑποθῆται τὴν ψυχὴν, συναπολλυμένην τῷ σώματι, ὁ κατὰ ταύτας ζῶν τὰς ὑποθήκας, τὴν ἑαυτοῦ τελειότητα ἀπολαμβάνων, τὸ οἰκεῖον καρπούμενος ἀγαθὸν, εὐδαίμων ὄντως ἐστὶ καὶ μακάριος. καὶ γὰρ καὶ τὸ σῶμα τὸ ἀνθρώπινον, καίτοι θνητὸν ὑπάρχον, εἰ τὴν κατὰ φύσιν τὴν ἑαυτοῦ τελειότητα ἀπολάβῃ, ἔτυχε τοῦ οἰκείου ἀγαθοῦ, καὶ οὐδενὸς ἔτι δεῖται πρὸς τοῦτο. Κομματικοὶ δέ εἰσιν οἱ λόγοι καὶ γνωμονικοὶ κατὰ τὸ τῶν ὑποθηκῶν καλουμένων παρὰ τοῖς Πυθαγορείοις εἶδος. πλὴν καὶ τάξις τίς ἐστι πρὸς ἀλλήλους ἐν πᾶσι σχεδὸν αὐτοῖς καὶ ἀκολουθία, ὡς προϊόντες εἰσόμεθα· κἂν τὰ κεφάλαια ᾖ διωρισμένα γέγραπται, εἰς μίαν πάντα τείνει τέχνην, τὴν διορθωτικὴν τῆς ἀνθρωπίνης ζωῆς· καὶ πάντες οἱ λόγοι πρὸς ἕνα τείνουσι σκοπὸν, τὴν λογικὴν ψυχὴν διεγεῖραι πρός τε τὴν φυλακὴν τοῦ οἰκείου ἀξιώματος, καὶ πρὸς τὴν κατὰ φύσιν χρῆσιν τῶν οἰκείων ἐνεργειῶν. Καί εἰσι μὲν οἱ λόγοι

ſentiunt, ea plane reiicienda eſſe monet. Illud autem in his diſputationibus mireris, quod eos qui obtemperant, & præcepta in vita obſervant, felices & beatos efficiunt, nec tamen neceſſe habent remunerationem virtutis poſt obitum polliceri, quamvis & hæc omnino ſecutura ſit. Quod enim corpore, brutiſque affectibus pro inſtrumentis utitur: id ea procul dubio natura eſt, quæ ab illis ſeparetur, & poſt eorum permaneat interitum, ea nimirum perfectione præditum, quæ ſit naturæ ſuæ conſentanea. Et ut animam una cum corpore interire ſtatuas: tamen qui præcepta hæc obſervat, is perfectionem ſuam conſecutus, ſuoque perfruens bono, vere felix eſt & beatus: ſicut & corpus humanum naturalem ſuam perfectionem conſecutum, ſuo bono potitur, nec quicquam præterea deſiderat. Dictio conciſa eſt, & ſententioſa, qualis præceptionũ, quas ὑποθήκας Pythagorei dicũt, eſſe cõſuevit. Atque etiam certo quodam ordine hæc conſentiunt, & inter ſeſe ubique fere cohærent, ut longius progreſſis apparebit. Quãvis enim capita diſtincta ſint: ad unam tamen artẽ omnia, vitę humanę correctricẽ referuntur, & ad unum finẽ ſermones tendunt, ut rationis particeps animus ad ſuæ dignitatis conſervationem & ſuarum actionũ naturalẽ uſum excitetur. Etſi autem oratio

σαφεῖς· οὐ χεῖρον δὲ ἴσως, καὶ τὸ δυνατὸν διαπτύσσειν αὐτούς· ὅ τε γὰρ γράφων, συμπαθέστερός τι ἅμα πρὸς αὐτοὺς γένηται, καὶ τῆς ἀληθείας αὐτῶν κατανοητικώτερος, καὶ τῶν φιλομαθῶν οἱ πρὸς λόγους ἀσυνηθέστεροι, ἴσως ἕξουσί τινα χειραγωγίαν ἐκ τῆς ἑρμηνείας αὐτῶν. Τοῦτο δὲ πρῶτον, ὅπερ εἶπον, διαρθρωτέον, πρὸς τὸν ὁποῖον ἄνθρωπον οὗτοι τείνουσιν οἱ λόγοι, καὶ πρὸς ποίας ἀνθρωπίνης ζωῆς ἀρετὴν ἀνάγουσι τὸν πειθόμενον. οὔτε οὖν πρὸς τὸν καθαρτικῶς δυνηθέντα ζῆν· ἐκεῖνος γὰρ, ὅση δύναμις, φεύγειν ἀπὸ τοῦ σώματος βούλεται καὶ ἀπὸ τῶν σωματικῶν παθῶν εἰς ἑαυτὸν συννεύειν· οὔτε ἔτι μᾶλλον πρὸς τὸν θεωρητικόν· ἐκεῖνος γὰρ καὶ τὴν ἑαυτοῦ λογικὴν ζωὴν ὑπερτρέχων, ὅλως εἶναι βούλεται τῶν κρειττόνων. ἀλλ' ἐκείνοις ἁρμόζουσι τοῖς κατὰ τὴν λογικὴν μὲν ζωὴν οὐσιωμένοις, ὡς ὀργάνῳ δὲ χρωμένοις τῷ σώματι, καὶ μήτε μέρος τῆς ψυχῆς τὸ σῶμα νομίζουσι, μήτε αὐτὴν μέρος εἶναι τοῦ σώματος, μήτε μετὰ τοῦ σώματος συμπληροῦσιν τὸν ἄνθρωπον, ὡς ἐκ δυεῖν μερῶν συγκείμενον, τῆς τε ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος. οὗτος μὲν γὰρ ὁ ἄνθρωπος ὁ πολύς ἐστιν, ὁ συμπεφυρμένος τῇ γενέσει καὶ ὑπ' αὐτῆς καταπεπονημένος, μηδὲν μᾶλλον λογικὸν ἢ ἄλογον ζῶον ὑπάρχων, καὶ διὰ τοῦτο μηδὲ κυρίως λεγόμενος ἄνθρωπος. ὁ δὲ ὄντως ἄνθρωπος εἶναι βουλόμενος, καὶ τὴν εὐγένειαν τὴν ἑαυτοῦ προθυμούμενος ἀνακτήσασθαι, ἣν ὁ θεὸς παρὰ τὰ ἄλογα ζῶα τοῖς ἀνθρώποις ἐχαρίσατο, οὗτος σπουδάζει τὴν ἑαυτοῦ λογικὴν

clara eſt: nihil tamẽ fortaſſe nocuerit, eam pro virili explicare. Nam & ipſe ſcriptor ea magis afficietur, eiuſque veritatem rectius perſpiciet: & ſtudioſis diſputationibus huiuſmodi minus aſſuetis, hęc interpretatio indicis loco erit, eoſque veluti manu ducet. Illud vero quod dixi, in primis declarandũ eſt, cũ quo homine ſermones iſti habeãtur, & ad cuius humanæ vitę virtutẽ perducant cũ qui obtemperarit. Neq; igitur ad eum pertinent, qui repurgare vitã ſuam ſtudet; (is enim, quantũ licet, à corpore corporiſq; affectionibus refugit, & veluti totus in ſeipſo vertitur) multoq; minus ad eum, qui contẽplationi rerum eſt deditus; is enim vita rationi conſentanea non contentus, quantus quantus eſt, Deorũ eſſe collega ſtudet. Sed illis conveniunt, qui vitã rationi cõſentaneam cõſectãtes, corpore pro inſtrumẽto utuntur: quique nec corpus animi, neq; animũ corporis eſſe partẽ, neq; hominẽ duabus conſtare partibus, animo & corpore, cenſent. Talis enim eſt vulgaris homo, demerſus in materię ſordibus, ab eaq; oppreſſus, nihilo magis rationis particeps animal quam brutũ, ac verbo potius homo quam re ipſa. Qui autem verus homo eſſe ſtudet, & nobilitatẽ ſuã recuperare cupit, quã Deus, magna cum excellentia reliquorũ animaliũ, ipſi donavit: is in eo elaborat, ut in vivendi ratione ſuum animũ,

ψυχήν, ὥσπερ ἔχει φύσεως, οὕτω ζῆν, ἄρχουσαν τοῦ σώματος, καὶ ὑπερανέχουσαν αὐτοῦ, καὶ οὐχ' ὡς μέρει συντεταγμένῳ, ἀλλ' ὡς ὀργάνῳ χρωμένην· καὶ τούτῳ προσήκουσιν αἱ ἠθικαὶ καὶ πολιτικαὶ ἀρεταί, ἐφ' ἃς οὗτοι οἱ λόγοι προτρέπουσιν. Ἀλλ' ὅτι μὲν οὗτός ἐστιν ὁ ἀληθινὸς ἄνθρωπος, ὁ κατὰ τὴν λογικὴν ψυχὴν οὐσιωμένος, προηγουμένως μὲν ὁ τοῦ Πλάτωνος Σωκράτης ἔδειξεν, Ἀλκιβιάδῃ, τῷ καλῷ, τῷ Κλεινίου, διαλεγόμενος· ὃς ὑπόθεσιν ταύτην λαβών, διδάσκει τοὺς πειθομένους αὐτῷ, διὰ ποίας ζωῆς καὶ ποίων ἔργων τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον δυνατόν ἐστιν τελεώσασθαι. ὥσπερ γὰρ τὸ σῶμα τὰς κατὰ φύσιν κινήσεις ἐπιτεῖνον, γυμνάζεται δι' αὐτῶν, καὶ ἐρρωμενέστερον ἀποδείκνυται· οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ διὰ τῶν κατὰ φύσιν ἐνεργειῶν, εἰς τὴν κατὰ φύσιν ἕξιν τὴν ἑαυτῆς οὐσίαν καθίστησιν. Οὐδὲν δὲ ἐμποδίζει τῇ σχολῇ τῶν λόγων, ἀλλὰ καὶ ἀναγκαῖον ἴσως ἐστί, τοῦτο δὴ τὸ καθ' ὑπόθεσιν ὑπὸ τοῦ Ἐπικτήτου προληφθέν, ὅτι ὁ ἀληθῶς ἄνθρωπος ἡ λογικὴ ψυχή ἐστιν, ἡ τῷ σώματι ὡς ὀργάνῳ χρωμένη, πρὸ τῆς τῶν κατὰ μέρος ἐξηγήσεως προδιαρθρῶσαί τε, καὶ προαποδεῖξαι. καὶ γὰρ ὁ μὲν Ἐπίκτητος τὰς τῷ τοιούτῳ ἀνθρώπῳ πρεπούσας καὶ οἰκείας ἐνεργείας ὑπ' ὄψιν προτιθείς, γινώσκειν τε αὐτὰς ἀκριβῶς, καὶ ἐργάζεσθαι τοὺς πειθομένους αὐτῷ παρακαλεῖ καὶ ἀνακινεῖ, ἵνα δι' αὐτῶν, ὡς εἶπον, καὶ τὴν οὐσίαν τὴν ἰδίαν τελεωσώμεθα. Ὅτι δὲ οὗτός ἐστιν ὁ κυρίως ἄνθρωπος, οὐκ ἀποδείκνυσιν, ἀλλ', ὅπερ εἶπον, εἰς ὑπόθεσιν λαμβάνει.

prout eius natura capax rationis fert, ita ſequatur, ut corpori mens imperet, & ſuper id ſeſe efferat, eoq; non ut cohærente parte, ſed pro inſtrumento utatur. Huic enim & doctrina morum, & gubernandæ tam Reipublicæ quam familiæ ratio potiſſimũ traditur: ad quas res hæ diſputationes pertinent. Verum autẽ hominẽ eum eſſe, cuius natura in animo rationis capaci conſiſtat, in primis oſtendit Platonis Socrates, cũ Alcibiade ſuo diſputans: qui hoc argumentũ tractaturus docet, qua vitę ratione, quibus actionibus, ij qui ſibi paruerint, talem hominẽ perficere queant. Ut enim corpus naturalibus motionibus intendendis exercetur & corroboratur: ita etiã animus, per naturales actiones naturam ſuam ad habitũ naturæ congruentẽ perducit. Sed nihil fortaſſis horum ſermonum explicationi obſtat, ac potius neceſſariũ eſt, id, quod Epictetus pro cõceſſo ſumſit, hominem vere eſſe animũ rationis capacem, qui corpore ut inſtrumento quodam utatur, antequam ſingulas partes explicemus, in primis declarare ac demõſtrare. Epictetus enim tali homini convenientibus & propriis actionibus ob oculos poſitis, hortatur & exſtimulat ſectatores ſuos ad eas cognoſcẽdas & exſequẽdas, ut, quod diximus, naturã noſtrã perficiamus. Cæterũ eum eſſe verũ hominem, non demonſtrat: ſed pro conceſſo, ut dictum eſt, ſumit.

Ὁ τοίνυν Σωκράτης, λαβὼν ἐκ τῆς ἐναργείας, ὅτι ὁ ἄνθρωπος, ὥσπερ τῇ σμίλῃ, οὕτω καὶ τῇ χειρὶ χρῆται πρὸς τὴν ἐργασίαν, καὶ προσλαβὼν ὅτι τὸ χρώμενον ἄλλό ἐστι, καὶ τὸ, ᾧ χρῆται, ἄλλο, ὡς ὄργανον, συνήγαγεν ὅτι ἄνθρωπός ἐστι, τὸ, τῷ σώματι χρώμενον, ὡς ὀργάνῳ. χρῆται δὲ τῷ σώματι, ὡς ὀργάνῳ, ἔν τε ταῖς τέχναις καὶ ταῖς ἄλλαις ἐργασίαις, οὐκ ἄλλό τι ἢ ἡ λογικὴ ψυχή, ἡ ὡς ὀργάνῳ χρωμένη τῷ σώματι. Εἶτα πάλιν λαβὼν ἐκ τῶν εἰρημένων, ὅτι τὸ χρώμενον τῷ σώματι, καὶ ἄρχει πανταχοῦ ἐκείνου ᾧ χρῆται, ἐκ διαιρέσεως ἐρωτᾷ τὸν λόγον, λέγων ὅτι ἀνάγκη τὸν ἄνθρωπον, ἢ τὴν ψυχὴν εἶναι ἢ τὸ σῶμα, ἢ τὸ συναμφότερον. εἰ οὖν ὁ μὲν ἄνθρωπος ἄρχει τοῦ σώματος, τὸ δὲ σῶμα ἑαυτοῦ οὐκ ἄρχει, δῆλον ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ ἄνθρωπος τὸ σῶμα, ἀλλ' οὐδὲ τὸ συναμφότερον, διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν. εἰ γὰρ ὁ ἄνθρωπος ὁ ἄρχων τοῦ σώματός ἐστι, μὴ ἄρχοντος τοῦ σώματος οὐδὲ τὸ συναμφότερον ἂν εἴη τὸ ἄρχον. Ὅλως δὲ εἰ τὸ μὲν σῶμα καθ' αὑτὸ ἀκίνητον καὶ νεκρόν ἐστιν, ἡ δὲ ψυχή, τὸ κινοῦν ἐστιν, (ὁρῶμεν δὲ καὶ ἐπὶ τῶν τεχνῶν, ὅτι κινεῖ μὲν ὁ τεχνίτης, κινεῖται δὲ τὰ ὄργανα τῆς τέχνης) δῆλον, ὅτι ὀργάνου τάξιν ἔχει τὸ σῶμα πρὸς τὴν ψυχήν. αὕτη οὖν ἐστιν ὁ ἄνθρωπος· καὶ ὁ βουλόμενος ἀνθρώπου ἐπιμελεῖσθαι, τῆς ψυχῆς ἐπιμελείσθω τῆς λογικῆς, καὶ περὶ τὰ οἰκεῖα αὐτῆς ἀγαθὰ διατριβέτω. ὁ γὰρ τοῦ σώματος ἐπιμελούμενος, οὐκ ἀνθρώπου οὐδὲ τῶν ὄντων ἡμῶν ἐπιμελεῖται, ἀλλὰ τοῦ ὀργάνου. ὁ δὲ περὶ

Socrates igitur exemplis rerum in oculos incurrentium uſus, hominem ut ſcalpello, ita manu etiam ad opus uti: deinde illo adiuncto, aliũ eſſe utentem, & aliud id quo is utatur ut inſtrumento: colligit, hominem eſſe, qui corpore pro inſtrumento utatur. Utitur autem corpore pro inſtrumento cum in artibus, tum aliis actionibus, nullum aliud niſi animus ratione præditus. Deinde ex his concludit: id quod corpore utatur, omnino imperare ei quo utatur: idque hac diviſione proponit: hominẽ neceſſario vel animum eſſe, vel corpus, vel utrumque. Quod ſi homo corpori imperet, ipſum vero corpus ſibi non imperet: hominem corpus non eſſe, conſtare: ac ne utrumque quidem ſimul, eadem de cauſa. nam ſi homo eſt, inquit, corpori qui imperet, corpus autem ſibi ipſum non imperet: nullo modo utrumque ſimul imperabit. Denique ſi corpus per ſeſe immobile ac mortuum eſt, animus vero eſt qui moveat: & quoniam in artibus videmus artificem eſſe qui moveat, inſtrumenta vero artis quæ moveantur: perſpicuum eſt, inſtrumẽti vice eſſe corpus, animi reſpectu. Is igitur eſt homo: & qui hominem curare voluerit, animũ curet oportebit ratione præditum, & in propriis eius bonis verſetur. nam qui corpus curat, non hominem, nec ea quæ ſunt hominis curat, ſed inſtrumentum.

Qui

χρήματα καὶ τὰ τοιαῦτα σπουδάζων, οὔτε ἀνθρώπου ἐπιμελεῖται οὔτε ἀνθρώπου ὀργάνου, ἀλλὰ τῶν τοῦ ὀργάνου.

Qui vero pecuniæ & id genus aliis rebus ſtudet, nec hominem curat, nec hominis inſtrumentum: ſed ea quæ ipſi inſtrumento ſerviunt.

ENCHIRIDII EPICTETI

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ α΄.

ΤΩ͂Ν ὄντων τὰ μέν ἐστιν ἐφ᾽ ἡμῖν, τὰ δὲ οὐκ ἐφ᾽ ἡμῖν. ἐφ᾽ ἡμῖν μὲν, ὑπόληψις, ὁρμὴ, ὄρεξις, ἔκκλισις· καὶ ἑνὶ λόγῳ, ὅσα ἡμέτερα ἔργα.

CAPUT I.

Res quædã in poteſtate noſtra ſunt: quædã non ſunt. In noſtra poteſtate eſt, opinio, appetitio, deſiderium, averſatio: & ut uno complectar verbo, quælibet noſtræ actiones.

ΕΞΗΓΗΣΙΣ.

Ἐφ᾽ ἡμῖν ἐκεῖνα λέγει, ὧν κύριοί ἐσμεν, καὶ ὧν τὴν ἐξουσίαν ἔχομεν. ταῦτα καὶ ἐπ᾽ αὐτοῦ ἑκάστῳ λέγομεν, ἃ μὴ παρ᾽ ἄλλου ἔχει, μηδὲ ὑπ᾽ ἄλλου τινὸς ἐμποδίζεσθαι δύναται· τοιαῦτα δέ ἐστι τὰ κινήματα τῆς ψυχῆς τὰ ἔνδοθεν ὑπ᾽ αὐτῆς κατὰ τὴν αὐτῆς κρίσιν καὶ αἵρεσιν γινόμενα· οὐ γὰρ δυνατὸν ἔξω κινεῖσθαι τὴν αἵρεσιν. ἀλλὰ κἂν τὸ αἱρετὸν ἔξωθεν ᾖ, ἡ αἵρεσις αὐτὴ, καὶ ἡ ἐπὶ τὸ αἱρετὸν κίνησις, ἔνδοθέν ἐστι. Τοιοῦτον δέ ἐστι τὸ τοιάνδε ἢ τοιάνδε ὑπόληψιν ἔχειν περὶ τῶν πραγμάτων· οἷον, ὅτι ὁ πλοῦτος ἢ ὁ θάνατος, ἤ τι τῶν ἄλλων, ἀγαθὸν ἢ κακὸν ἢ ἀδιάφορόν ἐστι· κἂν παρ᾽ ἄλλου τινὸς ἀκούσαντες, δοξάσωμεν ἢ οὕτως ἢ ἄλλως περὶ αὐτοῦ· δοξάσωμεν δὲ ὅλως, καὶ μὴ ὡς οἱ διδακτοὶ ὄρνιθες τὸ κονδῖτον πιω λέγουσι, (τί λέγουσιν οὐκ εἰδότες,) οὕτω καὶ ἡμεῖς λέγωμεν, ἡ δόξα αὕτη καὶ ὑπόληψις, ἡμέτερόν ἐστι κίνημα, ἠρεθισμένον ἔξωθεν ἐνίοτε, καὶ προκληθὲν ὑπὸ τοῦ διδάσκοντος, οὐ μέντοι ἐντεῦθεν

COMMENTARIUS.

IN noſtra poteſtate ea eſſe dicit, quæ nec ab alio habemus, nec ab ullo alio impediri poſſunt: cuiuſmodi ſunt, motus animorũ, qui intrinſecus ſuopte iudicio & arbitratu cientur. Voluntas enim extrinſecus moveri non poteſt. Quãvis enim id quod expetitur, extrinſecus ſit: ipſe tamen motus ad illud, intrinſecus eſt: veluti, hoc illove modo, ſentire de rebus, ut, divitias, aut mortẽ, aut aliud eius generis, vel bonum, vel malum, vel neutrũ eſſe. Cum igitur ſic aut aliter quapiã de re ſentimus, ſive noſtra ſpõte, ſive edocti ab aliis: non picas & pſittacos imitabimur, qui id quod docentur garriunt, nec intelligunt quid dicant. Neq; enim ut pſittacus dicit, ſe conditũ bibiturum: ita & nos dicimus, hæc opinio atq; perſuaſio noſter motus eſt, aliquãdo extrinſecus excitatus, & provocatus ab aliquo docente, nõ tamẽ

ὑπ᾽ αὐτοῦ. τοιοῦτον δέ ἐστι καὶ ἡ ἐπί τι ὁρμὴ ἔνδοθεν οὖσα καὶ αὕτη, κἂν ἐκεῖνο ἐφ᾽ ὃ ὁρμῶμεν ἔξωθέν ἐστι. κἂν γὰρ ἀφορμή τις γίνηται τῇ ὁρμῇ, ἀλλ᾽ αὐτήγε ἡ ὁρμὴ ἔνδοθέν ἐστιν ὅλη· οὐχ ὡς οἱ κατὰ ὠθισμὸν ἑτεροκινήτως κινούμενοι, ἔξωθεν ἔχουσι τὴν ἑαυτῶν κίνησιν, ἀλλὰ μᾶλλον ὡς οἱ κατὰ τὴν ἑαυτῶν ζωὴν διεγειρόμενοι. καὶ ἡ ὄρεξις δὲ τοιοῦτόν ἐστιν, ἔκτασις οὖσα τῆς ψυχῆς ἐπὶ τὸ ὀρεκτόν· καὶ ἡ ἔκκλισις ἐναντία τῇ ὀρέξει, ἀποστροφὴ καὶ φυγὴ οὖσα ἀπὸ τοῦ ἐκκλιτοῦ. Δῆλον δὲ ὅτι προηγεῖται μὲν ἡ ὑπόληψις, καὶ λογική τις οὖσα γνῶσις καὶ ἀνθρώπῳ πρέπουσα. ὅταν δὲ περὶ κακοῦ ἢ ἀγαθοῦ ἡμετέρου ὄντος ἢ δοκοῦντος ἡ ὑπόληψις ᾖ, ἀνακινεῖται πάντως ἔκκλισις ἢ ὄρεξις, ἐπακολουθεῖ δὲ ἡ ὁρμή. ὀρεχθῆναι γὰρ δεῖ πρῶτον ἢ ἀπαρεσθῆναι, καὶ οὕτως ὁρμῆσαι προσελθεῖν τῷ ὀρεκτῷ, ἢ ἀποστραφῆναι τὸ ἐκκλιτὸν, ὅπερ ἐναντίον ἐστὶ τῷ ὀρεκτῷ. Οἱ μέντοι Στωϊκοὶ τὴν ὁρμὴν καὶ ἀφορμὴν προετίθεσαν τῆς ἐκκλίσεως, τὰ περὶ τῆς ὀρέξεως καὶ ἐκκλίσεως κινήματα τῆς ψυχῆς θεασάμενοι. ἀλλ᾽ αἱ μὲν ἄλογοι ὀρέξεις, τουτέστι, θυμὸς, καὶ ἐπιθυμία, προσεχεῖς οὖσαι τοῖς σώμασι, καὶ ζωαὶ τῶν σωμάτων οὖσαι, ὡς δοκεῖν ἀπὸ τῆς κράσεως τῶν σωμάτων ἀναβλαστάνειν, πολὺ τὸ ἑτεροκίνητον ἔχουσι· καὶ οὐκ ἔτι αὐτεξούσιοι ἁπλῶς, οὐδὲ ἐπὶ τοῖς ὀρεγομένοις κυρίως εἰσί,

ab eodem inſertus. Sic alicuius rei appetitio intrinſecus & ipſa oritur, etſi res quæ appetitur, extrinſecus eſt. Ut enim appetioni occaſionem illa præbeat, ipſa tamen appetitio tota eſt intrinſecus. Neque enim ut ii, qui per impulſionem alieno moventur motu, extrinſecus ſuam motionem habent, ita hic quoque fit: ſed potius ut in iis, qui ſuis viribus excitantur. Talis eſt & appetitio, cum ſit animi velut extenſio quædam ad id quod appetitur, & declinatio appetitioni contraria, quæ eſt averſio & fuga ab eo quod declinatur. Conſtat autem opinionem, quæ eſt cognitio quædam à ratione gubernata, digna homine, antecedere. Quæ cum in eorum aliquo verſatur, quod nobis bonum malumve eſt, aut eſſe videtur: omnino propenſio aut averſio commovetur, appetitio ſequitur. Prius enim quam appetas rem deſideratam, & amplectaris, aut eam quam declines, quæ eſt rei deſideratæ contraria, averſeris: animo propendeas aut abhorreas oportet. Ac Stoici quidem appetitionem & averſationem, tum deſiderio, tum declinationi, præponebant, iis animorum motibus, qui deſiderium & declinationem præcederent, conſideratis. Cæterum brutæ appetitiones iræ & cupiditatis, contiguæ corporibus, & vita quædam corporum, adeo ut ex eorum temperie quaſi efflorefcere videantur, multum habent alieni motus, nec plane ſui iuris ſunt: neque proprie in eorum qui aliquid deſiderant,

κἂν ἔνδοθεν καὶ αὐτὴ κινῶνται. καὶ ἡ λογικὴ δὲ ψυχὴ, ὅταν μὲν ἑαυτὴν ἐνδῷ τοῖς σώμασι, καὶ τοῖς ἀλόγοις, καὶ τοῖς σωματικοῖς κινήμασι, καὶ αὐτὴ νευροσπαστεῖται καὶ ὠθεῖται, καὶ οὐκ ἔτι ἄλυτα ἐφ᾽ ἑαυτῇ ἔχει τὰ κινήματα. ὅταν δὲ κατὰ τὴν ἑαυτῆς φύσιν ἐνεργῇ, τότε ἐλευθέρως καὶ αὐτεξουσίως ἔνδοθεν ἀφ᾽ ἑαυτῆς κινεῖται· καὶ ἐπὶ τῆς τοιαύτης τὸ ἐφ᾽ ἡμῖν ὁρᾶται ἀναμφιλέκτως. ἵνα δὲ καὶ ἀκριβέστερον καταμάθωμεν, καὶ τί ἐστι ἐφ᾽ ἡμῖν τοῦτο, καὶ ἐν τίσι τῶν ὄντων ἐστὶ, καὶ ὅτι ῥίζα καὶ ἀρχὴ τοῦτο πάσης εὐζωΐας, καὶ κακοζωΐας τοῖς ἀνθρώποις ἐστὶν, ἄνωθέν ποθεν ἀρξάμενοι λέγωμεν. Πάντων τῶν ὄντων πηγὴ καὶ ἀρχὴ τὸ ἀγαθόν ἐστιν. οὗ γὰρ πάντα ἐφίεται, καὶ εἰς ὃ πάντα ἀναφέρεται, τοῦτο πάντων ἀρχὴ καὶ τέλος ἐστί· καὶ ἀφ᾽ ἑαυτοῦ τὸ ἀγαθὸν πάντα παράγει, τά τε πρῶτα καὶ τὰ μέσα, καὶ τὰ ἔσχατα. ἀλλὰ τὰ μὲν πρῶτα, καὶ ἑαυτῷ προσεχῆ, ὅμοια ἑαυτῷ παράγει, μία ἀγαθότης πολλὰς ἀγαθότητας, καὶ μία ἁπλότης, καὶ ἑνὰς ἡ ὑπὲρ πάσας, πολλὰς ἑνάδας, καὶ μία ἀρχὴ πολλὰς ἀρχάς. ταὐτὸν γάρ ἐστιν ἕν, καὶ ἀρχὴ, καὶ ἀγαθὸν, καὶ θεός. καὶ γὰρ θεὸς μὲν τὸ πρῶτον, καὶ πάντων αἴτιον. ἀνάγκη δὲ τὸ πρῶτον, καὶ ἁπλούστατον εἶναι· ὅτι τὸ σύνθεσιν ὁπωσοῦν ἔχον καὶ πλῆθος, δεύτερόν ἐστι τοῦ ἑνός· καὶ τὸ

rant, poteſtate ſunt, quamvis intrinſecus & ipſæ cieantur. Atque etiam ipſe particeps rationis animus, cum ſeſe corpori dediderit, & brutis corporeiſque motibus: veluti nervis quibuſdam trahitur atque impellitur, neque iam motus ſuos habet ita expeditos & ſolutos. Cum vero idem ſic agit, ut eius naturali actioni convenit: tum libere & ſua ſponte, intrinſecus à ſemetipſo cietur. Ac in tali animo, quidnam in noſtra poteſtate ſit, citra controverſiam cernitur. Quod ut accuratius cognoſcatur, quidnam & quibus in rebus ſit, utque radicem hominibus id eſſe ac principium bene beateque aut contra vivendi intelligatur, rem paulo altius repetamus. Omnium rerum fons & principium eſt bonum. Quod enim ab omnibus appetitur, & ad quod omnia referuntur: id omnium rerum eſt & principium & finis, & id quod bonum eſt, omnia producit, tam media quam prima & poſtrema. Verum prima quidem, ſibique contigua, ſimilia ſibi ipſi producit, una bonitas multas bonitates, & una ſimplicitas atque unitas quæ omnes alias ſuperat, multas unitates, unumque principium multa principia. Idem enim eſt unum, principium, bonum, & Deus. Deus enim princeps eſt & cauſa rerum omnium. primum autem, etiam ſimpliciſſimum eſſe neceſſe eſt. Nam quicquid compoſitum eſt, utcunque compoſitum ſit & multiplicatum, id eſt uno poſterius: &

πλῆθος, καὶ τὰ μὴ ἀγαθὰ, τοῦ ἀγαθοῦ ἐφίεται, ὡς ὑπὲρ αὐτὰ ὄντος· καὶ τὸ μὴ ὂν αὐτάρχη, ἀπ' ἀρχῆς ἐστι πάντως. Ἀνάγκη δὲ καὶ δύναμιν ἔχειν τὴν ἀκροτάτην καὶ πᾶσαν. δυνάμεως δὲ περιουσία ἐστὶ, τὸ, πάντα παράγουσαν ἀφ' ἑαυτῆς, καὶ τὰ ὅμοια πρὸ τῶν ἀνομοίων παράγειν. διὸ πολλὰς ἀρχὰς ἡ μία ἀρχὴ, καὶ πολλὰς ἁπλότητας καὶ πολλὰς ἀγαθότητας παράγει προσεχῶς ἀφ' ἑαυτῆς. τὰ γὰρ ὄντα πάντα διαφορὰς ἔχοντα πρὸς ἄλληλα, καὶ πεπληθυσμένα ταῖς οἰκείαις διαφοραῖς, εἰς μίαν ἕκαστα ἀρχὴν οἰκείαν ἀνάγεται. οἷον καλὰ πάντα, ὅσατε ἐν οἷς ἐστὶ, καὶ ἐν ψυχαῖς, καὶ ἐν σώμασιν, εἰς μίαν ἀνάγεται κάλλους πηγήν. οὕτω δὲ καὶ τὰ σύμμετρα πάντα, καὶ τὰ ἀληθῆ πάντα, καὶ αἱ ἀρχαὶ πᾶσαι, ὁμοφυεῖς πως εἰσὶ τῇ πρώτῃ, καθ' ὃ ἀρχαὶ, καὶ πηγαὶ, καὶ ἀγαθότητες μετὰ τῆς προσηκούσης ὑφέσεως καὶ ἀναλογίας. ὅπερ γάρ ἐστιν ἡ μία ἀρχὴ πρὸς πάντα τὰ ὄντα, τοῦτο ἑκάστη πρὸς τὸ πλῆθος τὸ περιεχόμενον ὑπὸ τὴν καθ' αὐτὴν ἰδιότητος. οὐ γὰρ ἦν δυνατὸν, μὴ καὶ ἕκαστον πλῆθος κατά διαφοράν τινα ἀφωρισμένον εἰς οἰκείαν ἀρχὴν ἀνατείνεσθαι, τὴν πᾶσι τὸ ἓν, καὶ ταὐτὸν εἶδος ἐπιλάμπουσαν. παντὸς γὰρ πλήθους ἡγεῖται τὸ ἕν, καὶ πᾶσα ἐν πολλοῖς ἰδιότης ἀφ' ἑνὸς εἰς τὰ πολλὰ παραγίνεται. Πᾶσαι οὖν αἱ μερικαὶ ἀρχαὶ ἐνίδρυνται τῇ ὅλῃ, καὶ ὑπ' αὐτῆς, οὐ διαστηματικῶς,

multitudo, & ea quæ bona non ſunt, bonũ appetunt, ut ſe ipſis excellentius, quodq; ipſum principiũ non eſt, omnino à principio ortum éſt. Id principium vires habere ſummas atq; univerſas neceſſe eſt. Amplitudo autem viriũ & quaſi abundantia in eo ſita eſt, ut cum omnia producat à ſeipſo, ſimilia producat prius quam diſſimilia. Quapropter multa principia unum principium, multas ſimplicitates, multas bonitates continenter à ſe ipſo producit. Res enim omnes cum inter ſeſe differant, ſuiſq; differentiis compleantur, ad unũ ſingulæ ſuum principiũ reducuntur. Veluti, pulcra omnia, quæcunq; & ubicunq; ſunt, ſive in corporibus ſive in animis, ad unum reducuntur pulcritudinis fontẽ: ſic etiam moderata, ſic vera omnia, itẽque principia omnia, cum primo principio cohęrẽt, quatenus principia & fontes & bonitates ſunt, cũ ea qua decet diminutione & proportione. Quã autẽ rationẽ habet unum illud principiũ ad res omnes, eandẽ habet unumquodq; principium ad eam multitudinẽ quę ſub ipſius proprietate cõtinetur. Neq; enim aliter fieri poterat, quin unaquæq; multitudo, diſcrimine aliquo ſeparata, ad ſuum illud principiũ contenderet, à quo omnibus una & eadẽ forma aſfulgeret. Omnẽ enim multitudinẽ unũ antecedit, & omnis quę in multis rebꝰ eſt proprietas, ab uno ad multa porrigitur. Omnia igitur ſingularia principia in toto cõſiſtunt, ab eoq; cientur, nõ ratione intervalli,

neque

οὐδὲ πληθυντικῶς, περιέχονται, ἀλλ' ὡς ἐν τῷ ὅλῳ τὰ μέρη, καὶ ὡς ἐν τῷ ἑνὶ τὸ πλῆθος, καὶ ἐν τῇ μονάδι ὁ ἀριθμός. πάντη γάρ ἐστιν ἐκεῖνο πρὸ πάντων, καὶ περὶ τὴν μίαν ἀρχὴν αἱ πολλαὶ ἀρχαὶ πληθύνονται, καὶ ἐν τῇ μιᾷ ἀγαθότητι, αἱ πολλαὶ ἀγαθότητες ἐνίδρυνται. καὶ ἔστιν ἐκεῖνο οὔ τις ἀρχὴ ὥσπερ ἑκάστη τῶν ἄλλων, ἡ μὲν καλοῦ, ἡ δὲ ἀληθείας, ἡ δὲ συμμετρίας, ἢ ἄλλου τινός, ἀλλ' ἁπλῶς ἀρχή· καὶ οὐ τῶν ὄντων ἁπλῶς ἀρχή, ἀλλ' ἀρχὴ ἀρχῶν. δεῖ γὰρ καὶ τὸ ἀρχικὸν ἰδίωμα, ὥσπερ τὰ ἄλλα, μὴ ἀπὸ πλήθους ἄρχεσθαι, ἀλλ' εἰς μίαν μονάδα συγκορυφοῦσθαι, τὴν ἀρχὴν τῶν ἀρχῶν. Τὰ μὲν οὖν πρῶτα τῶν ὑπὸ τοῦ πρώτου ἀγαθοῦ παραγομένων διὰ τὸ πρὸς αὐτὸ ὁμοφυές, οὐκ ἐξέστη τοῦ εἶναι ἀγαθά, ἀκίνητα ὄντα, καὶ ἀμετάβλητα, καὶ ἐν τῇ αὐτῇ ἀεὶ μακαριότητι ἱδρυμένα· οὐκ ἐνδεῆ τοῦ ἀγαθοῦ, ὅτι αὐταγαθότητές εἰσι. τὰ δὲ ἄλλα πάντα, ὑπὸ τοῦ ἀγαθοῦ τοῦ ἑνὸς καὶ τῶν πολλῶν ἀγαθοτήτων παραχθέντα, ἀποστάντα τοῦ εἶναι αὐτάγαθα, καὶ διὰ τὸ ἀκινήτως ἐνιδρῦσθαι ἐν τῇ ὑπάρξει τῆς θείας ἀγαθότητος, κατὰ μέθεξιν ἔχει τὸ ἀγαθόν. ἀλλὰ τὰ μὲν ἔσχατα καὶ ἑτεροκίνητα, οἷον τὰ σώματα, ὥσπερ καὶ τὴν οὐσίαν καὶ τὴν κίνησιν ἔξωθεν ἔχει, οὔτε ἐφεστάνειν ἑαυτὰ δυνάμενα, διὰ τὸ μεριστὰ καὶ ἄστατα ὄντα μὴ δύνασθαι ὅλα δι' ὅλων ἑαυτοῖς ἐφαρμόττειν, ἵνα καὶ ὅλον ἕκαστον ὅλου ἑαυτοῦ αἴτιον ᾖ, οὔτε κινεῖν ἑαυτά,

neque multitudinis: ſed ut in toto partes, & ut in uno multitudo, & in unitate numerus. Illud enim, eſt omnia, ante omnia: & in uno principio multa principia multiplicantur, & in una bonitate multæ bonitates ſunt collocatæ. Atque illud non eſt principium, ut unumquodque reliquorum, aliud pulcri, aliud veritatis, aliud congruentiæ, aut alterius alicuius rei, ſed ſimpliciter principium, neq; ſimpliciter eorum quæ ſunt ſed principiũ principiorũ. Oportet enim principii proprietatẽ nõ à multitudine incipere, ſed in unam unitatẽ colligi principiũ principiorum. Ac prima illa quæ à primo bono producuntur, quia cum hoc cohærent: à bonitate non receſſerunt, cum immobilia & immutabilia ſint, & in eadẽ ſemper beatitate collocata: non indiga boni, quia per ſe bonitates ſunt. Cætera vero omnia, ab uno bono & multis bonitatibus producta, cum remota ſint ab eo ut per ſe bona ſint, & immobiliter in eſſentia divinæ bonitatis collocata: participatione habent bonum. Verum extrema, & quæ aliunde moventur, veluti corpora, ſicut & eſſentiã & motum aliunde habent, nec ipſa cohibere ſeſe poſſunt: propterea quod diviſionẽ admittunt, & inſtabilia ſunt, nec tota per totum ſibi ipſis ita conſentiunt, ut unumquodq; totũ ſui totius ſit cauſa: nec ſeſe movere poſſunt,

διὰ τὸ νεκρὰ εἶναι καθ' αὑτὰ καὶ ἀπνεύμονα, οὕτως καὶ τὸ ἀγαθὸν ἔξωθεν ἔχει. τὰ δὲ μέσα ἀπὸ μὲν τῆς ἀκινήτου φύσεως καὶ ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἐχούσης ὑπέβη. τῶν δὲ ἐσχάτων καὶ ἑτεροκινήτων ὑπερέχοντα, κινεῖται μὲν, ὑφ' ἑαυτῶν δὲ κινεῖται, καὶ οὐκ ἀπ' ἄλλων ἔξωθεν τινῶν, ὥσπερ τὰ σώματα. τοιαῦται δέ εἰσιν αἱ ψυχαί, ἑαυτάς τε κινοῦσαι καὶ τὰ σώματα. καὶ διὰ τοῦτο τὰ ἔνδοθεν κινούμενα σώματα, ἔμψυχα λέγομεν, τὰ δὲ ἔξωθεν μόνως, ἄψυχα. Ἡ γοῦν ψυχὴ ὑφ' ἑαυτῆς κινουμένη κινεῖ καὶ τὰ σώματα. εἰ γὰρ ὑφ' ἑτέρου ἔξωθεν κινουμένη, ἐκίνει τὸ σῶμα, ὑπ' ἐκείνου κυρίως ἂν ἦν τὸ σῶμα κινούμενον τοῦ τὴν ψυχὴν κινοῦντος. αὕτη οὖν ἡ αὐτοκίνητος οὐσία ἅτε ὑποβᾶσα τοῦ αὐτοκινήτου, καὶ κατὰ μέθεξιν ἀγαθυνομένη, κινεῖται μὲν ἐπὶ τὸ ἀγαθὸν, ἀλλ' ἀφ' ἑαυτῆς κινεῖται, καὶ οὐκ ἀπ' ἄλλου, ἐφιεμένη τε αὐτοῦ καὶ ὀρεγομένη. καὶ εἰσὶν αὐτῶν ἴδιαι κινήσεις αὗται, ἥτε ἔφεσις, καὶ ὄρεξις, καὶ ὁρμὴ, καὶ αἵρεσις. ἀλλὰ αἱ μὲν πρῶται τῶν ψυχῶν, ἅτε προσεχῶς ὑπὸ αὐταγαθῶν παραχθεῖσαι, κἂν ἔσχον τι πρὸς ἐκεῖνα ὑφειμένον, διὰ τὸ μὴ εἶναι ἀγαθότητες ἀλλ' ὀρέγεσθαι τοῦ ἀγαθοῦ, πλὴν ὡς συγγενεῖς πρὸς αὐτὸ, συμφυῶς τε αὐτοῦ καὶ ἀναποσπάστως ὀρέγονται, καὶ τὴν αἵρεσιν μονοειδῶς πρὸς ἐκεῖνο τεταμένην ἔχουσιν, οὐδέποτε ἀποκλίνουσαι πρὸς τὸ χεῖρον. καὶ εἴπερ ἡ προαίρεσις ἀντ' ἄλλου

quia per ſeſe mortua ſunt & expertia ſpiritus: ita & bonum ſuum extrinſecus habent. Media vero infra naturam immobilē, quæ ſemper ſui ſimilis eſt, eodemq; modo ſe habet, ſubſiſtentia, ſed extremis quę aliunde moventur præſtantiora: moventur illa quidem, ſed à ſemetipſis moventur, & non extrinſecus ab aliis quibuſdam, ut corpora. Huiuſmodi ſunt animi, qui & ſeipſos & corpora movent: eoq; corpora, quæ intrinſecus moventur, animata dicimus: quæ vero extrinſecus tantū, inanima, cum ſcilicet animus, qui à ſeipſo movetur, etiam corpora movet. Qui ſi corpus ita moveret, ut ipſe ab alio quopiā extrinſecus moveretur: ipſum corpus ab eo proprie moveretur, quod animum moveret. Ea igitur natura quæ à ſeipſa cietur, ut inferior immobili, quæque participatione bona redditur, movetur illa quidem ad bonum: ſed à ſe ipſa movetur, & non ab alio: illudque & deſiderat & vehementer appetit: eiuſque propriæ motiones ſunt hæ: ſolicitudo, appetitio, deſiderium & delectus. Ac principes quidem animi, ut ab iis quæ per ſeſe bona ſunt continenter producti, etſi nonnihil illis inferiores, quia bonitates non ſunt, ſed bonum appetunt: tamen ut illi cognati, arctiſſime & indivulſe illud appetunt, & voluntatem uniformiter ad illud intentam habent, nunquam ad deterius declinantes. Quod ſi capiendi conſilii deliberatio alia

τινός ἐστιν αἵρεσις, τάχα οὐκ ἂν εἴη προαίρεσις ἐκείνοις· εἰ μή τις αὐτὴν προαίρεσιν, ὡς τὰ πρῶτα ἀγαθὰ αἱρουμένην, καλοῖ. αἱ δὲ τῶν ἀνθρώπων ψυχαί, πρὸς σύνδεσμον ὑποστᾶσαι τῶν τε ἀεὶ ἄνω καὶ τῶν ἀεὶ κάτω μενόντων, καὶ διὰ τοῦτο πεφυκυῖαι καὶ πρὸς ἐκεῖνα ἐπιστρέφεσθαι καὶ πρὸς ταῦτα, ὅταν μὲν πρὸς ἐκεῖνα νεύωσιν ὅλαι, ἁπλᾶς ἔχουσι καὶ ἀναντιθέτους τὰς ὀρέξεις καὶ αἱρέσεις αὐτῶν. ὅταν δὲ ἀδυνατήσωσι, πρὸς τὴν ἀναστροφήν, διὰ τὸ καὶ τὰ πρὸς τὸ κάτω ἐθέλειν ἐνεργεῖν, καὶ οὐσίαν ἐνυπάρχουσαν αὐτῇ πρὸς ψυχωσίν τε καὶ κίνησιν τῶν καθ' αὑτὰ ἀψύχων τε καὶ ἑτεροκινήτων σωμάτων, καὶ πρὸς διακόσμησιν τῶν ἑτεροκινήτως πεφυκότων τοῦ ἀγαθοῦ μετέχειν, ἥτις τῇ ἑαυτῆς κινήσει κινεῖ τὰ ἑτεροκίνητα. Τότε οὖν τοῖς γινομένοις καὶ φθειρομένοις καὶ πρὸς τὴν τοῦ ἀγαθοῦ στέρησιν ὑποφερομένοις συνοῦσαι, καὶ ἐνδιδοῦσαι ἑαυτὴν ἐκείνοις, οὐκ ἔτι ἀναντίθετον ἔχει τὴν ἑαυτῆς αἵρεσιν, ἀλλ' ἀεὶ μὲν πρὸς τὸ αἱρετὸν καὶ ἀγαθὸν φερομένην, ἢ ὄντως ἀγαθὸν ὑπάρχον, ἢ ὡς ἀγαθὸν ἐξαπατῶν καὶ δελεάζον, διά τινα συνοῦσαν αὐτῷ ἡδονήν. ἐπειδὴ γὰρ τῷ ἀληθινῷ ἀγαθῷ σύνεστιν ἡ ἀληθινὴ ἡδονή, ὅπου ἂν ἡδονῆς αἴσθηται σκιαγραφίας, μὴ κρίνουσα αὐτῆς ὁποία τίς ἐστι, πότερον ἀληθὴς καὶ τῷ ἀληθινῷ ἀγαθῷ συγγενής, ἢ ἀπατηλὴ καὶ σκιὰ ἀγαθοῦ ψευδώνυμος,

alia aliis anteponit, & aut è duobus alterum, aut unum aliquid è pluribus amplectitur: nulla fortaſſis in hoſce animos cadit deliberatio, niſi quis ipſam eo προαίρεσιν vocet, quod prima bona amplectatur. Animi vero hominum, quorum illa ratio eſt, ut ea coniungant, & inter ſeſe quaſi devinciant, quæ perpetuo ſupra perpetuoque infra manent, ea præditi natura, ut & ad hæc & ad illa ſe convertant: ſi ad ſuperna illa toti inclinarint, ſimplices habebunt & adverſario carentes appetitiones ſuas, ſuumque delectum. Cum vero nequeunt, in adverſum inclinant, eo quod etiam ad inferiora agere volunt; quum hæc eis inſita natura ſit, ut animent & moveant ea corpora quæ per ſeſe & inanima ſunt, & aliunde cientur; utque gubernent ea, quorũ illa ratio eſt ut alieno motu aliquid boni conſequantur; quique ſuo motu ea movent quæ aliunde cientur. Tum igitur cum ſunt iis affixi rebus atq; dediti, quæ res oriuntur atq; intereunt, & ad boni privationem prolabuntur, voluntas eorum adverſario carere deſinit: ſemper tamen ad res expetendas & bonas fertur, ſive illæ vere bonæ ſint, ſive ob adiunctas voluptatis illecebras falſa boni ſpecie blandiantur. Nam quia cum vero bono ſemper & vera voluptas eſt cõiuncta, ubicunque animus adumbratum aliquod voluptatis ſimulacrum animadverterit, non conſiderans verane ea ſit, veroque bono cognata, an vero fallax & adulterina boni umbra,

ἐπιτρέχει ὡς πρὸς τὸ ἀγαθὸν, οὐκ ἐφιστάνουσα ὅτι πολλαπλάσιον ἔχει τὸ λυπηρὸν, προηγούμενόν τε πάντως. οὐ γὰρ ἥδεται ἐσθίων, ὁ μὴ πρότερον ὑπὸ πείνης λυπηθεὶς, οὐδὲ πίνων ἥδεται ὁ μὴ διψήσας. καὶ σύνεστι δὲ πάντως τῇ ἡδονῇ λύπη. τοιγαροῦν ἐὰν μεταξὺ στήσῃς τὸ ἐν τῷ πίνειν ἡδόμενον, ἔτι ἐνοῦσαν ὄψει τὴν δίψαν. καὶ ἕως τότε ἐστὶν ἡ ἡδονὴ, ἕως ἂν ἡ λύπη συνυπάρχῃ· παυσαμένης γὰρ τῆς πείνης, ἢ δίψης, ἢ ῥίγους, ἢ τινὸς τῶν τοιούτων, οὐκ ἔτι ἡδέα ἀλλὰ προσκορῆ φαίνεται καὶ ἐναντία. καὶ ἕπεται δὲ ὡς ἐπίπαν λύπη τοῖς δι' ἡδονὴν εἰς ἀμετρίαν ὑποφερομένοις· διὰ τὴν αἵρεσιν δὲ τοῦ ἡδέως ἀγαθοῦ, πάντα ἡμῖν γίνεται τὰ ἁμαρτήματα, ὥσπερ διὰ τὴν αἵρεσιν τοῦ ἀληθινοῦ ἀγαθοῦ τὰ κατορθώματα. καὶ διὰ τῆς αἱρέσεως καὶ προαιρέσεως τυγχάνομεν τοῦ τε ἀγαθοῦ καὶ ἐναντίου. ὅταν μὲν γὰρ ἡ αἵρεσις ἄλυτος ᾖ καὶ καθαρὰ, αὐτῆς οὖσα τῆς λογικῆς ψυχῆς, καθ' ἣν οὐσιώμεθα, τότε ἐπὶ τὸ ὄντως αἱρετὸν καὶ τὸ ἀληθὲς φέρεται. διὸ τὸ ἴδιον ἀγαθὸν τῆς ψυχῆς, ἀρετὴ λέγεται, ὡς αἱρετὴ οὖσα κυρίως, καὶ κατὰ τὴν ὄντως αἵρεσιν παραγινομένη. ὅταν δὲ τοῖς ἀλόγοις πάθεσι συνορέγηται, καὶ τὸ ἐκείνων οἰκεῖον νομίζῃ, τότε ψευδώνυμον ἔχει τὴν αἵρεσιν. ἐπεὶ δὲ τοῦτό ἐστιν ἐφ' ἡμῖν, ἡ αἵρεσις καὶ προαίρεσις ἡμῶν. ἡ γὰρ ὑπόληψις, καὶ ὁρμὴ, καὶ ὄρεξις, καὶ ἔκκλισις, εἰς τὴν αἵρεσιν καὶ προαίρεσιν ἀναφέρονται, ἔνδοθεν οὖσαι πᾶσαι

tanquã ad bonum accurrit: nec illud expendit, ei multiplicẽ moleſtiam, & quidem longe exquiſitiſſimã, ineſſe. Neq; enim eſu delectatur quiſquam, niſi prius famis moleſtiã ſenſerit: neque potu qui non ſitierit, moleſtia deniq; cum voluptate cohæret. Proinde ſi voluptatẽ quæ bibendo percipitur, inhibueris, ſitim adhuc ineſſe videbis: voluptaſq; durat, quandiu moleſtia ei adhæret. Nam ubi fames, ſitis, algor, aut ſimile aliquid ſedatũ fuerit: ſuavia illa eſſe deſinunt, ac potius adverſa fiunt, & faſtidiũ cient. Omnino certe moleſtia eos comitatur, qui voluptatis impulſi illecebris, excedunt modũ: & è iucundi boni ſtudio peccata noſtra omnia oriuntur, ſicut è ſtudio veri boni recte facta. Ac propter αἵρεσιν καὶ προαίρεσιν & bonum & contrarium conſequimur. Nam cum voluntas ſoluta puraque & in ipſius rationis poteſtate fuerit, à qua natura noſtra pẽdet: tum ad res vere expetendas & ad veritatem fertur. Quare propriũ animi bonũ virtus, à Græcis ἀρετὴ dicitur, quod proprie ſit optabilis, & vera optione comparetur. Sin brutorũ affectuum cupiditates ſecuta fuerit, & id quod horũ eſt, ſuum duxerit: falſum tum habet delectũ. In noſtra enim poteſtate eſt αἵρεσις & προαίρεσις noſtra. Nam opinio, appetitio, deſiderium & declinatio ad αἵρεσιν & προαίρεσιν referuntur, quę omnes ſunt internę

τῆς

τῆς ψυχῆς κινήσεις, καὶ οὐκ ἔξωθεν ὠθισμοί. διὸ καὶ κυρία τούτων ἐστί. καὶ διατοῦτο καὶ ὁ θεὸς, καὶ οἱ νόμοι, καὶ τῶν ἀνθρώπων οἱ ἔμφρονες, εἰς τὴν αἵρεσιν καὶ προαίρεσιν, ὡς ἐφ' ἡμῖν ὄντα ἀποβλέποντες, τά τε ἁμαρτήματα καὶ τὰ κατορθώματα διακρίνουσιν, ἀλλ' οὐκ εἰς τὰς πράξεις αὐτὰς, ὅτι οὐκ ἐφ' ἡμῖν ἐκεῖναι, καὶ ὅτι ταῖς αἱρέσεσι καὶ προαιρέσεσιν εἰδοποιοῦνται. καὶ γὰρ φόνος ὁ μὲν ἀκούσιος, ὡς μὴ κατὰ αἵρεσιν, μηδὲ κατὰ τὸ ἐφ' ἡμῖν καὶ τὴν ἡμετέραν ἐξουσίαν γινόμενος, συγγινώσκεται. ὁ δὲ κατ' ἀξίαν καὶ δίκην φονεύων, καὶ ἐπαινεῖται. οὕτως οὐχ αἱ πράξεις ἐν ἑαυταῖς ἔχουσι τὸ εὖ ἢ κακῶς, ἀλλ' ἀπὸ τῆς αἱρέσεως ἢ προαιρέσεως τῶν ἐφ' ἡμῖν ὄντων εἰδοποιοῦνται. Καλῶς οὖν ὁ Ἐπίκτητος ἀπὸ τούτου τὴν ἀρχὴν τῆς παιδαγωγίας ἐποιήσατο, καὶ πρὸς τοῦτο ἀναφέρειν πάντα ἡμῖν παραινεῖ, ὡς κατ' αὐτὸ, καὶ τοῦ ἀγαθοῦ καὶ τοῦ ἐναντίου μεταλαμβάνουσιν. Ὅταν δὲ λέγῃ, τῶν ὄντων τὰ μὲν ἐφ' ἡμῖν ἐστὶν, τὰ δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν, οὐ πάντων τῶν ὄντων ποιεῖται τὴν διαίρεσιν, ἀλλὰ τῶν ἐν ἡμῖν καὶ περὶ ἡμᾶς ὄντων. οὐδὲ γὰρ ἔχει τινὰ ἐξισασμὸν ἡ ἀντίθεσις, ὅπερ πρέπει ταῖς διαιρέσεσιν, εἴτις πρὸς τὴν διαίρεσιν τὴν ἐφ' ἡμῖν οὖσαν, πάντα ἀντιθείη τὰ ὄντα, τά τε ὑπερκόσμια καὶ τὰ ἐγκόσμια. ἐπειδὴ τινὲς ἐνίστανται μηδὲν εἶναι

animorum motiones, & non externæ impulſiones. Quapropter & his dominatur: eaque de cauſa & Deus & leges & homines prudentes, conſilium & voluntatem intuentes, ut quæ in noſtra poteſtate ſint, peccata recteque facta diſcernunt, non autem ipſas actiones, quæ in noſtra poteſtate non ſunt, quæque conſiliis ac voluntatibus diſcernuntur. Nam cædi non voluntariæ, ut quæ non conſulto neque arbitratu noſtro facta ſit, quæque in noſtra poteſtate non fuerit, venia datur. Qui vero iure meritoque aliquem occiderit, etiam laudatur. Ita non ipſæ actiones laudem aut vituperationem in ſeſe continent: ſed conſilio & voluntate, quæ in nobis ſitæ ſunt, diſtinguuntur. Recte igitur Epictetus ab his ſuæ inſtitutionis exordium ſumſit: & nos, uti huc omnia noſtra conſilia referamus, monet, ut qui ex iis & bona & mala conſequamur. Cum vero dicit, res alias in noſtra poteſtate eſſe, alias non eſſe: non totam rerum naturam partitur, ſed eas tantum res complectitur quæ in nobis ſunt, & coniunctæ nobiſcum. neque enim ullam habet adæquationem contentio, quæ diviſiones decet, ſi quis diviſioni eorum, quæ in noſtra poteſtate ſunt, opponat omnia quæ & ſupra mundum & in mundo ſunt. Sed quoniam ſunt qui negent quicquam

eſſe

βουλόμενοι ἐφ' ἡμῖν, ἀλλ' οἱ μὲν πάσας ἡμῶν ἐξ ἀνάγκης τὰς ἐνεργείας γίνεσθαι καὶ τὰ πάθη νομίζοντες, οἱ δὲ ἐκ ταὐτομάτου κατὰ τὸ εἰκῆ καὶ ὡς ἔτυχε, φερομένων ἡμῶν ὥσπερ κυλίνδρων, ἤρκει μὲν τὰ ἤδη ῥηθέντα περὶ τῆς τῶν ἐφ' ἡμῖν, καὶ τῆς αἱρέσεως καὶ προαιρέσεως ἐν τοῖς οὖσι τάξεως, καὶ τῆς ἀναγκαίας αὐτῶν ὑποστάσεως· οὐδὲν δὲ ἴσως κωλύει, καὶ προηγουμένως τινὰ ποιεῖσθαι λόγον πρὸς τοὺς ἀναιροῦντας τὸ ἐφ' ἡμῖν. Τὸ μὲν οὖν αὐτόματον, καὶ τὸ ἐφ' ἡμῖν, καὶ τὸ ὡς ἔτυχεν, εἰ μὲν οὕτω λέγεται ὡς ἄνευ τινὸς προηγουμένου σκοποῦ ἐνεργούντων ἡμῶν, οὔτε ἀληθὴς ὁ λόγος, οὔτε εἰ ἀληθὴς ἦν, ἐπὶ πασῶν ἠλήθευε τῶν ἐνεργειῶν ἡμῶν. Καὶ γὰρ πᾶσαι αἱ τέχναι καὶ αἱ φύσεις σκοπόν τινα καὶ τέλος ποιησάμεναι, πρὸς αὐτὸ πάσας τὰς ἐνεργείας τὰς ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι πέρατος ἀπευθύνουσι. καὶ ὅλως πᾶσα τῶν ἐμψύχων κίνησις καὶ ἐνέργεια, τινὸς ἕνεκα ἀγαθοῦ ἐπιτελεῖται, ἢ ὄντος ἢ δοκοῦντος εἶναι. καὶ γὰρ ἡ ἀπὸ τοῦ βλαβεροῦ φυγὴ, διὰ τὸ ἀγαθὸν καὶ ὡς ὠφέλιμος γίνεται. Εἰ δὲ οὕτω τις τὸ εἰκῆ καὶ ὡς ἔτυχε λέγει, ὡς ἀδυνάτου ἢ ἐπιβλαβοῦς ὄντος τοῦ ὀρεκτοῦ, (ὡς λέγομεν, εἰκῆ καὶ ὡς ἔτυχε φάρμακον προσέφερέ τινι, ἢ τὸ ἀδυνατοῦν ὠφελῆσαι, ἢ βλάπτον ἐνίοτε,) οὐκ ἀναιρεῖ τὸ ἐφ' ἡμῖν ὁ οὕτω λέγων. οὐ γὰρ τῶν δυνατῶν καὶ ὠφελίμων μόνον τὴν ὄρεξιν καὶ τὴν ἔκκλισιν ἐφ' ἡμῖν εἶναι

eſſe in poteſtate noſtra, nonnulliq; omnes actiones noſtras omneſque caſus neceſſario fieri exiſtimant: alii vero caſu, fortuito & temere, quaſi nos cylindri inſtar agitemur: ſatis quidem eſſent ea quæ iam diximus de ordine eorum quæ in noſtra poteſtate ſunt, deque delectu & voluntate, quibuſque declarávimus non poſſe fieri quin ita ſe res habeat: nihil tamen fortaſſe prohibet, vel inprimis, & ex profeſſo verba contra iſtos facere, qui voluntatis libertatem tollunt. Ac caſus quidem, & negatio libertatis, & fortuitum, ſi ita dicuntur, quaſi nos ſine aliquo præcipuo fine agamus: neque vera eſt ea oratio: &, vera ut eſſet, non in omnibus actionibus noſtris vera eſſet. Etenim artes & naturæ omnes metam quandam & finem ſibi proponunt, ad quem ab initio ad extremum uſque actiones ſuas omnes referant. Atq; adeo omnis omnium animantium motus & actio, boni alicui[9] gratia ſuſcipitur, ſive id vere bonum ſit, ſive tale eſſe videatur. Nam & mali fuga tanquã utilis, fit propter bonũ. Sin aliquis fortuitum ſic accipiat, quaſi id quod deſideretur, aut fieri nequeat, aut non expediat, (ſicut temere & fortuito medicinam aliquem propinaſſe dicimus, quæ aut prodeſſe nequit, aut aliquando etiã obeſt) ne is quidem voluntatis noſtræ libertatẽ ſuſtulerit. Non enim eorum modo quę fieri poſſunt, quæq; proſunt, appetitionem & fugam penes nos eſſe dici-

λεγόμεθα, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀδυνάτων καὶ βλαβερῶν. διὸ οὐ μόνον τὰς κατορθούσας ἐφ' ἡμῖν λέγομεν, ἀλλὰ καὶ τὰς ἁμαρτωλάς. Τῶν δὲ ἠναγκασμένην τὴν οὐκ αὐτεξούσιον λεγόντων οὐδὲ ἐφ' ἡμῖν τὴν ὑπόληψιν καὶ ὄρεξιν, καὶ ὅλως τὴν αἵρεσιν καὶ προαίρεσιν, ὡς ἑτέρωθεν κινουμένην, καὶ οὐκ ἔνδοθεν ἀφ' ἡμῶν προαγομένην, οἱ μὲν τὴν ἔνδειαν αἰτίαν λέγουσι. τίς γὰρ πεινῶν ἢ διψῶν, οὐκ ὀρέγεται τροφῆς καὶ πόματος, ἢ θέρμης, κἂν θέλῃ κἂν μὴ θέλῃ; τίς δὲ νοσῶν οὐκ ἐπιθυμεῖ ὑγείας; Τινὲς δὲ αὐτὸ τὸ ὑποληπτὸν, καὶ τὸ ὀρεκτὸν, ἢ φευκτὸν, ἑκόντας καὶ ἄκοντας κινεῖν φασὶν ἡμᾶς πρὸς ἑαυτά. τίς γὰρ τῶν ὁπωσοῦν ἀριθμεῖν μαθόντων, τὰ δὶς δύο οὐκ ἂν ὑπολάβῃ τέσσαρα; καὶ πῶς ἐφ' ἡμῖν ἐστι τὸ οὕτως ὑπολαβεῖν, καὶ οὐ μᾶλλον ἐπὶ τῇ τοῦ ὑποληπτοῦ φύσει; τίς δὲ ἀγαθοῦ τινος αἰσθόμενος, ἢ καλοῦ, ἢ τῶν ἐναντίων, οὐχὶ τῶν μὲν ὀρέγεται, τὰ δὲ ἐκκλίνει ὑπ' ἐκείνων κινούμενος; (καὶ γὰρ τῶν φυσικῶν οἱ ἄριστοι, τὸ πρώτως κινοῦν, τὸ ὀρεκτὸν εἶναί φασι· τὸ δὲ ἑτέρωθεν ἐξ ἀνάγκης πάσης κινούμενον, πῶς ἂν εἴη ἐφ' ἡμῖν;) Ἄλλοι δὲ τὴν τοῦ ὀρεγομένου διάθεσιν αἰτιῶνται, ὡς ἐξ ἀνάγκης κινουμένην ἐφ' ὃ πέφυκεν, οὐκ ὂν ἐπ' αὐτῷ τὸ μὴ οὕτως ὀρεχθῆναι. ὁ γὰρ σωφρονικὸς, τὴν ἕξιν τῶν σωφρόνων ἔργων καὶ ἐπιτηδευμάτων ὀρέγεται, καὶ ὁ ἀκόλαστος, τῶν

dicimus: ſed eorum etiam quæ fieri nequeunt, quæque nocent. Quare non ea modo quæ recte, ſed & ea quæ perperam fiunt, in noſtra eſſe poteſtate dicimus. Qui autem opinionem & appetitionem, coactam, non liberam, nec in poteſtate noſtra eſſe dicunt, atque adeo nec delectum nec conſilium, ut quę aliunde moveantur, & non intrinſecus à nobis progrediantur. Hi partim inopiam cauſantur. (quis enim eſuriens aut ſitiens, velit nolit, cibum, potum, calorem non appetit? quis ægrotans non deſiderat ſanitatē?) Partim illud ipſum quod opineris, quod appetas, quod fugias, volentem nolentem ad ſe attrahere dicunt. Quis enim, qui vel minimam arithmeticæ partem didicerit, bis duo eſſe quatuor non exiſtimet? Quo pacto igitur tui arbitrii ſit ſic exiſtimare, ac non potius hoc ipſa rei natura cogat? Quis vero bono & pulcro rebuſve cōtrariis animadverſis, nō & illa expetat, & has declinet, iis ipſis impellentibus? Nam & præſtātiſſimi quiq; naturę rerum indagatores, id quod appetatur primā movendi vim habere dicunt. Id vero quod aliunde neceſſario plane moveatur, quo pacto adhuc in noſtra eſſe poteſtate queat? Partim eius qui appetat affectionē cauſantur, ut quæ neceſſario moveatur ad id quod ipſius natura ferat: cum aliter facere non poſſit, quin hoc modo appetat: Nam tēperantiæ habitu præditus, temperata facta & ſtudia deſiderat: intemperans, in-

ἀκολάστων· καὶ ἐπ᾽ οὐδετέρῳ αὐτῶν ἐστι, κἂν βούληται, μὴ οὕτως ὀρεχθῆναι. Τινὲς γοῦν καὶ δυσχεραίνοντες τὰς ἑαυτῶν ὀρέξεις, καὶ βουλόμενοι μὴ κινεῖσθαι αὐτάς, ὠθοῦνται ὅμως ὑπὸ τῶν ἕξεων καὶ τῶν συνεθισμῶν ἐπὶ τὰ οἰκεῖα ὀρεκτά, καὶ ἕλκονται ὑπ᾽ ἐκείνων ἑτεροκινήτως, ὡς οὐκ ὂν ἐπ᾽ αὐτοῖς τὸ μὴ οὕτως. καὶ ὑπολαμβάνει δὲ περὶ τῶν πραγμάτων, ὁ μὲν ἐπιστήμων τἀληθῆ, ὁ δὲ ἀμαθὴς τὰ ψευδῆ. καὶ οὐ δυνατὸν ἄλλως. οὔτε γὰρ ἐπὶ τῷ ἐπιστήμονι ἐστὶ τὸ ψεῦδος ὑπολαβεῖν, οὔτε ἐπὶ τῷ ἀμαθεῖ τὸ ἀληθὲς πάντως. ἀλλὰ τὸ μὲν ψευδῆ ὑπολαβεῖν, ἐπὶ τῷ ἀμαθεῖ ἐστι, τὸ δὲ μὴ ψευδῆ, ἐπὶ τῷ ἐπιστήμονι. οὐ γὰρ ἂν εἵλετο ψεῦδος ὑπολαμβάνειν ὁ ἀμαθής, εἰ ἐπ᾽ αὐτῷ ἦν· καὶ ὁ σπουδαῖος, εἰ ἐπ᾽ αὐτῷ ἦν τὸ ἀληθῆ ὑπολαμβάνειν, εἶχεν ἂν καὶ τὸ ψευδοδοξεῖν αὐτόν, καὶ εἰ πάνυ τις αὐτὸν ὑπόθοιτο βούλεσθαι. ὡς γὰρ ἐπὶ τῶν αἰσθητῶν καὶ τῶν ἐρρωμένας ἐχόντων τὰς αἰσθήσεις, ἀδύνατον παραισθάνεσθαι, οὕτως ἔχει καὶ ἐπὶ τῶν λογισμῷ ληπτῶν. Ταῦτα μὲν ἄν τινες εἴποιεν, τὸ ἐφ᾽ ἡμῖν μὴ συγχωροῦντες εἶναι. οἱ δὲ πλεῖστοι τῶν ἀνθρώπων τὴν εἱμαρμένην περιφοράν, ὥσπερ τῶν ἄλλων ἁπάντων, οὕτω καὶ τῶν ὀρέξεων τῶν ἡμετέρων, καὶ τῆς περιλήψεως, καὶ τῆς αἱρέσεως, αἰτίαν εἶναι φασί. καὶ μαρτύρονται τοὺς ἀστρολογικούς, ἀπὸ τῆς ἐν τῇ γενέσει τῶν ἀστέρων θέσεως λέγοντας, ὅτι ὅδε

temperantia: nec in alterius utrius poteſtate eſt, quamvis velit, non ſic appetere. Nonnulli certe quidem, quamvis appetitiones ſuas moleſte ferant, eaſque cieri nollent: tamen ab habitu & conſuetudine impelluntur ad res à ſeſe deſideratas, ab iiſque alieno motu pertrahuntur, plane quaſi in ipſis ſitum non ſit facere aliter. Ac de rebus qui gnarus earum eſt, vere; indoctus, male ſentit: neque aliter fieri poteſt. Neque enim ullo modo ſciens falſum opinari poteſt, neque rudis verum. Nam penes rudem quidem eſt, opinari falſa: non falſa, penes ſcientem. Neque enim rudis falſum amplecteretur, ſi penes ipſum id eſſet: & doctus, ſi penes ipſum eſſet opinari vera, falſum etiam opinari poſſet, ſi quis id eum velle largiretur. Ut enim ſenſilibus in rebus fieri nequit ut ſenſus integri & vigentes fallantur: ita ſe res in iis etiam haber, quæ ratione percipiuntur. Atq; hęc ſunt, quæ dicere ii queant, qui libertatem voluntatis tollunt. Mortales autem plurimi, fatalem cœli converſionem, ut cæterorum omnium, ſic & appetitionum noſtrarum, itemque opinionis & delectus, ſtatuunt eſſe cauſam, aſtrologorum ſubnixi teſtimoniis, qui .è poſitu aſtrorum in geneſi pronuncient, alium fore vo-

μὲν

μὲν φιλήδονος ἔσται, ὁ δὲ φιλοχρήματος, καὶ ἄλλος φιλόμουσος, καὶ φιλόσοφος. τὰς γὰρ ὀρέξεις δηλονότι προλέγουσιν, ἃς ἐν ἡλικίᾳ προβαλοῦνται γινόμενοι. εἴπερ οὖν ἀληθεύουσιν οὗτοι, ἀνάγκη πάντως ἐκείνας τὰς ὀρέξεις προβάλλεσθαι, ὑπὸ τῆς εἱμαρμένης δοθείσας, καὶ οὐκ ἔστιν ἐφ' ἡμῖν τὸ ἄλλας ἀντ' αὐτῶν προβάλλεσθαι. πῶς οὖν ἐφ' ἡμῖν ἔσται, τὸ ποίως ἢ ποίως ὀρέγεσθαι, εἰ πάντως ἀνάγκη καὶ βουλομένοις καὶ μὴ βουλομένοις ἡμῖν μονοειδῶς ἐπὶ τόδε ἢ τόδε τὸ ὀρεκτὸν ἀποτείνεσθαι. Αὗται μὲν καὶ τοιαῦταί τινες ἂν εἶεν αἱ πρὸς τὸ ἐφ' ἡμῖν ἐνστάσεις, οὐδὲ τὰς ὀρέξεις ἢ ἐκκλίσεις, ἢ ὅλως τὰς αἱρέσεις ἡμῶν ἐφ' ἡμῖν εἶναι συγχωροῦσαι.

Ῥητέον δὲ πρὸς τὸν μὲν ἀπὸ τῆς ἐνδείας λόγον, ὅτι οὐκ ἐντίθησιν ὄρεξιν ἡ ἔνδεια. πολλὰ γοῦν καὶ τῶν πάντη ἀψύχων, ὥσπερ τὰ φυτὰ ἐνδεῶς ἴσχοντα ποιότητός τινος, οἷον ὑγρότητος, ἢ ξηρότητος, ἢ θερμασίας, ἢ ψύξεως, ὅμως οὐκ ὀρέγονται, ὅτι μὴ ἔστιν ὀρεκτικά. τὰ γὰρ ὀρεγόμενα, καὶ αἰσθάνεσθαι τοῦ ὀρεκτοῦ ἀνάγκη, καὶ κινεῖσθαι ἐπ' αὐτό. Οὐκ ἐντίθησι μὲν οὖν τὴν ὄρεξιν ἡ ἔνδεια· τὸ δὲ ὀρεκτικὸν ἐνδεὲς γενόμενον, εἰς βοήθειαν τῆς ἐνδείας προβάλλει τὴν ὄρεξιν. ὥσπερ οὐδὲ τὰς χεῖρας ἡμῖν ἐντίθησιν ἡ κνησμώδης διάθεσις· ἐγγινομένῃ δὲ αὐτῇ βοηθοῦσιν αἱ χεῖρες. ἀλλ' οὐδὲ τὰς τέχνας ἐντιθέασιν αἱ χρεῖαι, ἀλλ' ἡ ψυχὴ πρὸς τὴν

luptuarium, alium avarum, alium Muſarum & ſapientiæ amatorem, & appetitiones prædicant ſeſe per ætatem oſtenſuras. Qui vera ſi dicant, omnino neceſſe eſſet exſiſtere appetitiones fato inſitas, nec ſitum in nobis eſſe ut alias proferamus. Quomodo igitur penes nos erit, hoc aut illo modo appetere, ſi omnino neceſſe nobis eſt, nolentibus volentibus uniformiter ad hoc illudve deſiderium incitari? Hæc & id genus alia contra libertatem voluntatis afferri queunt, quibus id effici videatur, ut neque appetitiones, neque declinationes, neque conſilia noſtra in noſtra poteſtate eſſe videantur.

Adverſus rationem de egeſtate, dicendum eſt: eam non inſerere appetitionem. Multa enim prorſus inanima, ut ſtirpes, qualitate aliqua egentia, velut humiditate aut ſiccitate, aut caliditate aut frigiditate: tamen eam non appetunt, quia vi appetendi carent. Nam quæ appetunt, eadem etiam ſentire id quod appetitur, neceſſe eſt, & ad id moveri. Nec tamen appetitum inſerit egeſtas: ſed id quod appetendi vim habet, aliqua re egens, ad egeſtatem propulſandam, appetitum provocat. Neque vero pruritus nobis manus inſerit, ſed manus pruritum ſedant. Neque etiam à vitæ neceſſitatibus artes in-

βοήθειαν αὐτῶν ἐξευρίσκει τε καὶ προβάλλεται τὰς τέχνας. πᾶσα μὲν γὰρ ὄρεξις, κίνησις ἔνδοθέν ἐστι τῆς ὀρεγομένης ψυχῆς, ἀπ' αὐτῆς ἐκτεινομένη, οὐκ ἔξωθεν ἐντιθεμένη ποθέν. ἀλλ' ἡ μὲν τῶν ἀλόγων ζώων ἄλογος ζωὴ σωματικὴ οὖσα, καὶ μηδὲν σχεδὸν ἔχουσα τῶν σωμάτων ὑπερανέχον, ὡς ἐπὶ οἰκείαις ἐνδείαις τῆς τοῦ σώματος τὰς ὀρέξεις προβάλλεται μονοειδεῖς οὔσας. διὸ καὶ ἠναγκασμέναι δοκοῦσι καὶ οὐκ αὐτεξούσιοι. ἡ δὲ λογικὴ ψυχὴ τῶν ἀνθρώπων, διὰ τὴν ἑαυτῆς μεσότητα, τριττὴν ἔχουσα σχέσιν, τὴν μὲν πρὸς τὸ χεῖρον, τὸ σωματικὸν καὶ ἄλογον, τὴν δὲ πρὸς ἑαυτὴν, τὴν δὲ πρὸς τὸ κρεῖττον, τριττὴν καὶ ζωὴν προβάλλεται, καὶ τριττὴν ὄρεξιν. καὶ ὅταν μὲν τοῖς σώμασιν ἑαυτὴν ἐνδῷ, καὶ ταῖς ἀλόγοις τοῦ σώματος ζωαῖς, τότε τὴν ἔνδειαν ἐκείνων οἰκείαν ἡγουμένη, συνορέγεται ἐκείνων ἠναγκασμένως. καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ ὄρεξις αὐτῆς, ἡ τὸ αὐτεξούσιον ἀμφισβητήσιμον ἔχουσα. ὅταν δὲ τὴν ἑαυτῆς ζωὴν ζῇ, ἢ τὴν κρείττονα, τότε καὶ ὄρεξιν ἐκείνης οἰκείαν προβάλλεται τοῦ ἐκείνων ἀγαθοῦ ἐφιεμένην. Αὕτη οὖν ἐστὶν ὄντως κυρία ἡ ψυχή, ἢ τῶνδε ἢ τῶνδε ὀρέγεσθαι, ὡς πλείονα ὀρέξεων εἴδη πεφυκυῖα προβάλλεσθαι, τὰ μὲν χείρονα, τὰ δὲ κρείττονα, τοῖς μὲν γὰρ χείροσι κακυνομένη,

ſeruntur, ſed animus ad eas neceſſitates ſublevandas excogitat & opponit artes. Omnis enim appetitio, motus internus eſt animi appetentis, ab eo ipſo progreſſa, non extrinſecus inſerta. At brutarum animantium vita, quæ corporea eſt, neque fere quicquam habet quod ſupra corpora velut emineat: in egeſtate corporis, tanquam ſibi propria, uniformes habet appetitiones. Unde hæ coactæ videntur, & non liberæ. At hominis animus rationis particeps, eo quod in medio ſitus eſt, triplici ratione præditus, una qua ad deterius, corporeum illud & brutum, altera qua ad ſeipſum, tertia qua ad id quod præſtantius eſt, movetur: triplicem quoque vitam & appetitionem habet. Ac quando corpori, & brutæ corporis vitæ ſeſe dediderit: tunc illius egeſtatem, ſuam eſſe ratus, neceſſario una cum illo appetit. Et hæc eſt appetitio illius, quæ libertatem controverſam habeat. Cum vero ſuam vitam vivit, aut præſtantiorem: tum & appetitionem habet ei vitæ conſentaneam eiuſque bonum deſiderantem. Huius igitur animi vere eſt ea autoritas, ut hæc aut illa deſideret: ut qui appetitionum plura genera à natura inſita proferre poſſit, alia deteriora, alia præſtantiora, quorũ illis vitioſus redditur,

his

τοῖς δὲ κρείττοσιν αἱρετωμένη· ὅτι ἡ καὶ ἐκεῖνα αἵρεσις, ὄντως αἵρεσίς ἐστι. Διὸ πολλάκις ἐνδεῶς τοῦ σώματος ἔχοντος, καὶ πεινῶντος καὶ ὀρεγομένου τροφῆς, αὕτη ὄρεξιν ἀσιτίας προβάλλεται, ἢ διὰ θεσμόν τινα ἐπιτάττοντα τοῦτο, ἢ δι᾽ ἐπιμέλειάν τινα ἑαυτῆς, ἢ τοῦ σώματος. Καὶ δῆλον, ὅτι ἐξουσίαν εἶχε τότε συνορεχθῆναι τῷ σώματι· ὅπερ αἱ πολλαὶ ποιοῦσι ψυχαί· ἀλλ᾽ ὡς μεῖζον ἀγαθὸν τὴν ἑτέραν προβάλλεται. Πρὸς ψυχὴν οὖν λογικὴν ἀποτεινόμενος ὁ Ἐπίκτητος, εἰκότως ἐπ᾽ αὐτῇ φησιν εἶναι τοίως ἢ τοίως ὀρέγεσθαι. Οἱ δὲ τὸ ὀρεκτὸν κινεῖν τὴν ψυχὴν ἐπὶ τὴν ὄρεξιν λέγοντες, λέγουσι μέντοι ἀληθές, οὐ μέντοι ὅσον νομίζουσι λέγειν. οὐ γὰρ ὡς ἑτεροκίνητον τὴν ψυχὴν κινεῖ εἰς ὄρεξιν, ἀλλὰ τὴν ἑαυτοῦ προτεῖνον ὑποδοχὴν ἐπιτηδείαν, δι᾽ ἧς ἐγκαλεῖται τὸ πρὸς αὐτὸ ἐκτείνεσθαι πεφυκός. ὡς γὰρ τὸ αἰσθητὸν οὐκ ἐντίθησι τὴν αἴσθησιν τῷ αἰσθανομένῳ, οὐδ᾽ ὡς ἑτεροκίνητον ἕλκειν ἐφ᾽ ἑαυτὸ εἴωθεν, ἀλλ᾽ ἑαυτὸ προτείνει σύμμετρον εἰς συναρμογὴν τοῦ πεφυκότος αὐτῷ συναρμόζεσθαι, οὕτω καὶ τὸ ὀρεκτὸν, τὴν ἑαυτοῦ προτεῖνον ἐπιτηδειότητα, ἐκκαλεῖται τὴν ἐπ᾽ αὐτὸ τῆς ψυχῆς ἔκτασιν, τὴν ἐπιτηδείως πρὸς τοῦτο ἔχουσαν. Διὸ τῶν ὀρεκτῶν προκειμένων οἱ μὲν ὀρέγονται, οἱ δὲ οὔ. καίτοι εἰ τὸ ὀρεκτὸν τοιαύτην εἶχε φύσιν ὡς ἀναγκάζειν τὸ ὀρεγόμενον, καὶ ἀπ᾽ αὐτοῦ κίνησις ἐνεδίδοτο, πάντη ἂν

his virtute augetur. Nam is delectus qui præſtantiora amplectitur, verus delectus eſt. Unde & ſæpe fit, ut corpore egente, eſuriente & cibum appetente, animus ieiunium ultro deſideret, vel ob legem aliquam ita iubentem, vel propter corporis ſuive ipſius curam. Perſpicuum autem eſt, licuiſſe illi tum una cum corpore appetere, id quod plerique animi faciunt. Sed maioris boni deſiderio, appetitionem aliam profert. Animi igitur ratione præditi reſpectu, Epictetus hoc aliove modo appetere, in noſtra eſſe poteſtate affirmavit. Qui vero appetitionem à rebus appetendis excitari dicunt: verum illi quidem ex parte dicunt, ſed non quantum ipſi putant. Hæ enim animum ad appetendum non ita movent, quaſi is aliunde cieatur, cum ſuggerunt ſuſceptionem ſui, idoneam ad provocandum id quod eas amplecti natura ſolet. Ut enim res ſubiecta ſenſui, ſentienti ſenſum non inſerit, neque id, quaſi aliunde moveatur, ad ſe attrahere ſolet, ſed ſeſe offert idoneā quæ cum eo coniungatur, cuius natura coniunctionem illam admittit: ſic & res appetenda ſuam convenientiam proponens, provocat animi ad ſeſe deſiderium, qui ad illud aptus eſt. Quamobrem rebus appetendis propoſitis, alii eas appetunt, alii non. At ſi res appetenda eā naturā haberet, ut appetentem cogeret, & motus ab ea inderetur, ne-

TECA NAZ

ἀνάγκη ὀρέγεσθαι αὐτοῦ τὰ ὀρεκτικά, εἰ καὶ τὰ μὲν μᾶλλον, τὰ δὲ ἧττον. καὶ οὐδὲ ὄρεξις ἂν ἦν τὸ τοιοῦτον, ἀλλ᾽ ὠθισμὸς, ἢ ὁλκὴ βίαιος, οἷα ἐπὶ τῶν σωμάτων ὁρᾶται. ἡ γὰρ ὄρεξις, ἔκτασίς τις ἐστὶ μένοντος τοῦ ὀρεγομένου καὶ οὐκ ἀφισταμένου, ὥσπερ τὰς χεῖρας ἐκτείνομεν μὴ μεταβαινούσας. Ἔστιν οὖν κίνησις ἔνδοθεν ἀφ᾽ ἡμῶν ἡ ὄρεξις, καὶ ἡ ὑπόληψις, καὶ τὰ τοιαῦτα. ἀλλὰ ποτὲ μὲν ἁρμοδίως πρὸς τὴν φύσιν τοῦ ὀρεκτοῦ καὶ ὑποληπτοῦ προβαλλομένη, ποτὲ δὲ παραλλάσσουσα, ὅταν ὡς πρὸς ὀρεκτόν τι φέρεσθαι δοκῶμεν, πλέον δὲ ἔχον τὸ ἀνόρεκτον· καὶ προφαῖνον μέν τι ὡς ὀρεκτὸν καθὸ ἐκκαλεῖται τὴν ὄρεξιν, κρύπτον δέ τι φευκτὸν ἐν ἑαυτῷ, ὅπερ διὰ τὴν περὶ τὸ εἴδωλον τοῦ ὀρεκτοῦ εὐπορίαν ἐνυπάρχον αὐτῷ διαλανθάνει. ὁ γὰρ κλέπτων, ἐπὶ τὸ τῆς εὐπορίας εἴδωλον ὡς ἐπὶ ὀρεκτὸν φερόμενος, τὸ ἐνυπάρχον φευκτὸν τῇ τοιαύτῃ εὐπορίᾳ, τὸ μὲν μάλιστα τὴν ψυχὴν ἄδικον ποιοῦν, οὐδὲ οἶδεν οὐδ᾽ εὐλαβεῖται· τὴν δὲ ὑπ᾽ ἀνθρώπων σύλληψιν καὶ κόλασιν, ἣν μόνην ἀποτυχίαν τῆς τοιαύτης ὁρμῆς νομίζει, διὰ τὸ ὑπερζέον τῆς ὀρέξεως κατανωτίζεται· προβαλλόμενος τὸ τοὺς πολλοὺς τῶν τὰ τοιαῦτα ποιούντων λανθάνειν. Ἐφ᾽ ἡμῖν οὖν ἐστι τὸ βασανίζειν τὸ ὀρεκτὸν, εἴτε ἀληθῶς ἐστι τοιοῦτον, εἴτε εἴδωλον μόνον ὀρεκτόν· ὡς ἐπὶ τῷ εἰρημένῳ τῷ τῆς εὐπορίας παρακέχρωσται· ἔτι δὲ μᾶλλον τὴν ἡμετέραν ὄρεξιν παιδεύειν, καὶ

ceſſe omnino eſſet eam appeti ab iis quæ appetendi vim haberent: quamvis alia magis, alia minus. Ac ne appetitio quidem illa eſſet, ſed impulſio aut attractio violenta, qualem in corporibus cernimus. Nam appetitio extenſio quædam eſt, manente eo quod appetit, & non recedente: quemadmodum manus extendimus, quamvis loco non moveamus. Eſt igitur appetitio motus quidam noſter intrinſecus: itemq; opinio, & ſimilia. Verum is motus alias convenienter ad rei appetitæ & opinatæ naturam fit, alias ab ea recedit, cũ nos ad aliquid appetendum ferri putamus cui plus ineſt quod averſari debeamus: quodq; aliquid appetendũ oſtentat eliciendi appetitus cauſa, ſed fugiẽdum aliquid in ſeſe occultat, quod propter perplexitatẽ adumbrati boni, ineſſe non animadvertitur. Nam qui furatur, dum ad opulentię ſimulacrum, ut rem appetendam fertur, rem fugiendã tali opulentiæ adhærentem, quæ animũ cum primis iniurium facit, neq; novit, neq; veretur. Captivitatẽ porro & ſuppliciũ, quam ſolam in hac appetitione calamitatem cenſet, ob fervorẽ cupiditatis reiicit: illud vero amplectitur, multos qui talia faciant, non deprehendi. Poſſumus igitur rem quæ appetitur, examinare, ſit ne revera talis, an ſimulacrũ duntaxat appetendę rei adumbratum habeat: ut modo de opulentia dicebamus. Atq; illud magis etiã in noſtra poteſtate eſt, ut noſtram appetitionẽ erudiamus & docea-

διδάσκειν τῶν κυρίως ὀρεκτῶν ὀρέγεσθαι, καὶ μὴ πλανᾶσθαι περὶ τὰ εἴδωλα. Πρὸς δὲ τοὺς λέγοντας διὰ τὸ τὴν ὄρεξιν τοῦ ὀρεγομένου, καὶ τὴν ὑπόληψιν ὑπολαμβάνοντος, ἐπὶ τὸ οἰκεῖον ὀρεκτὸν καὶ ὑποληπτὸν φέρεσθαι, κατὰ φύσιν μὴ εἶναι ἐπ' αὐτῷ, τὸ οὕτως ἢ ἐναντίως, ὥσπερ οὐδ' ἐπὶ τῇ βώλῳ τὸ ἐπὶ τὸ κάτω φέρεσθαι· (ἦν γὰρ ἂν ἐπ' αὐτῇ καὶ ἡ ἐπὶ τὸ ἄνω φορά) καὶ πρὸς τούτους οὖν ῥητέον, ὅτι διττή ἐστιν ἡ ἀνάγκη, ἡ μὲν, ἀντικειμένη πρὸς τὸ αὐτεξούσιον, ἡ δὲ συνυπάρχουσα αὐτῷ. ἡ μὲν οὖν ἔξωθεν ἀναιρεῖ τὸ αὐτεξούσιον. (οὐδεὶς γὰρ ἔξωθεν ἀναγκαζόμενός τι ποιεῖν ἢ μὴ ποιεῖν, αὐτεξουσίως ἐνεργεῖν λέγεται) ἡ δὲ ἔνδοθεν ἡ πάντα ἀναγκάζουσα κατὰ τὴν ἑαυτῶν φύσιν ἐνεργεῖν, αὕτη φυλάττει μᾶλλον τὸ αὐτεξούσιον. καὶ γὰρ τὸ αὐτοκίνητον, κατὰ τὴν τοῦ αὐτοκινήτου φύσιν, ὑφ' ἑαυτοῦ κινεῖσθαι ἀνάγκη. καὶ οὐ διὰ τοῦτο ἑτεροκίνητόν ἐστιν· οὐ γὰρ ἔξωθεν ἡ ἀνάγκη· ἀλλ' αὕτη συνοῦσα τῇ τοῦ αὐτοκινήτου φύσει, καὶ σώζουσα αὐτὴν, καὶ εἰς τὰς οἰκείας ἐνεργείας προάγουσα. Εἰ δὲ καὶ τῆς ἕξεως καὶ τῆς διαθέσεως τῆς καλλίονος καὶ τῆς χείρονος ἑαυτῇ αἰτία ἐστὶν ἡ ψυχὴ, διὰ τῆς εὐαγωγίας τε, καὶ τῆς ἀναγωγίας δηλονότι, καὶ τῶν ἀπὸ τῆς ἕξεως καὶ διαθέσεως ἐνεργειῶν, αὐτὴν αἰτιατέον. Οὐ μέντοι οὐδὲ τοῦτο χρὴ κρίνειν ἐπὶ πάντων τὸ αὐτεξούσιον καὶ τὸ ἐφ' ἡμῖν, τῷ δύνασθαι καὶ τὰ ἐναντία ποιεῖν. αἱ γὰρ τῷ ἀγαθῷ ἀεὶ συνηρτημέναι ψυχαὶ,

doceamus, ea quę proprie appetenda ſunt, appetere, & ſimulacris non falli. Adverſus eos autem qui dicunt, quoniam appetitus appetentis, & opinio opinantis, ſuapte natura ad ſuum appetibile & opinabile feratur, non penes ipſum eſſe, ut ſic contrave feratur: ſicut neque penes glebam ſit deorſum ferri; nam alioqui ſurſum etiam ferri poſſet: Adverſus hos igitur dicendum, duplicem eſſe neceſſitatem: unam libertati voluntatis oppoſitam, alteram cum eadem coniunctam. Externa itaque libertatem tollit. (nemo enim qui extrinſecus aliquid facere cogitur, aut non facere, libere agere dicetur.) Interna vero cogens omnia pro ſua natura agere, hæc magis libertatem confirmat. Quod enim per ſe movetur, pro natura ſua moveri à ſeſe neceſſe eſt: neque propterea ab alio movetur. Neque enim extrinſecus neceſſitas ea provenit, ſed cum eius quod per ſe movetur natura coniuncta eſt: eamque conſervat & ad ſuas actiones producit. Quod ſi habitus etiam melioris & deterioris ſibi ipſe cauſa eſt animus, propter obedientiam & contumaciam: actionum etiam cauſa, quæ ab habitu oriuntur, illi erit aſcribenda. Neque tamen in omnibus libertas & poteſtas noſtra eo metienda eſt, quod etiam contraria facere poſſit. Nam animi, bono ſemper affixi,

καὶ

καὶ τὸ ἀγαθὸν αἱρούμεναι, καὶ αὐτεξούσιον ἔχουσι τὴν αἵρεσιν. οὐ γάρ ἐστιν αἵρεσις ἡ ἠναγκασμένη· καὶ τοῦ ἀγαθοῦ ἀεὶ ἔχουσιν αὐτῶν, οὐδέ ποτε πρὸς τὸ ἐναντίον ἀποσυρόμεναι. αἱ δὲ ἡμέτεραι ψυχαί, ἀγαθαὶ μὲν οὖσαι, τῶν ἀγαθῶν ὀρέγονται, καὶ κακαὶ γινόμεναι, τῶν κακῶν· μεταβάλλουσι δὲ καὶ ἀπό τε κακίας εἰς ἀρετὴν ἐπιμελούμεναι, καὶ ἀπὸ ἀρετῆς εἰς κακίαν ἀμελούμεναι, καὶ ἑκάτερον κατὰ αἵρεσιν οἰκείαν οὐ κατὰ ἀνάγκην ποιοῦσαι. Διὸ παντοίας ὁ θεὸς κακίας ἀναίτιός ἐστι. καὶ γὰρ ἐποίησε ψυχὴν κακοῦσθαι πεφυκυῖαν, διὰ τὸ μὴ τὰ πρῶτα μόνον παραγαγεῖν, ἀλλὰ καὶ τὰ μέσα καὶ τὰ ἔσχατα· ἵνα καὶ τέλειον τὸ πᾶν οὕτως ἀποτελεσθῇ· καὶ τὰ πρῶτα ὄντως πρῶτα μένῃ, καὶ μὴ ἔσχατα, καὶ ἄγονα, καὶ ἀδρανῆ, καὶ ὑλικὰ γένηται. Ἐποίησε μὲν οὖν διὰ τοῦτο καὶ τὴν πεφυκυῖαν κακοῦσθαι ψυχὴν, ἀγαθὸς ὤν, διὰ τὸν πλοῦτον τῆς αὐτοῦ ἀγαθότητος· ἀλλ' οὐ συνεχώρησεν ἄλλως αὐτὴν κακοῦσθαι, εἰ μὴ αὐτὴ θελήσει. Πρὸς δὲ τοὺς λέγοντας τὴν εἱμαρμένην περιφορὰν μὴ μόνον τὰς πράξεις ἡμῶν, ἀλλὰ καὶ τὰς αἱρέσεις ἀναγκάζειν, καὶ μηδὲν ἐφ' ἡμῖν ἀπολείπειν, ἀλλ' ὄνομα μόνον εἶναι τοῦτο τὸ ἐφ' ἡμῖν, ῥητέον, ὡς, εἴπερ ἀγέννητος, καὶ ἄφθαρτός ἐστιν ἡ λογικὴ ψυχή, (ὅπερ νῦν ὡς ὑποκείμενον εἰλήφθω ἀποδεδειγμένον ἐν ἄλλοις, κἂν οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς ἀλλοιότερόν τι περὶ αὐτῆς δοξάζωσιν) εἰ γοῦν

bonumque amplectentes, liberum etiam delectum habent (neque enim is delectus coactus eſt) & bono ſuo ſemper inhærent, neque ad contrarium unquam abſtrahuntur. Noſtri vero animi dum quidem boni ſunt, bona appetunt: cum vero mali ſunt, mala. Itemque à vitio tranſeunt ad virtutem, ſi curentur: & à virtute ad vitium, ſi negligantur: atque utrumque faciunt arbitratu ſuo, nullaque neceſſitate coacti. Quare nullius vitii cauſa in Deum conferri poteſt. Etenim fecit animum qui malus fieri poſſit, eo quod non prima illa tantum condidit, ſed media etiam & poſtrema: ut ita omnia perfecta redderentur, & prima vere manerent prima, non autē extrema, ſterilia, imbecilla evaderent, materiæve permiſcerentur. Fecit igitur animum qui malus fieri poſſet, Deus qui bonus eſt, ob divitias ſuæ bonitatis. Nec tamen aliter eum fieri malum paſſus eſt, niſi ipſe voluiſſet. Adverſus eos autem qui dicunt fatali converſione non actiones modo noſtras, ſed & appetitiones cogi, nec quicquam liberum nobis relinqui, nec libertatem aliud niſi nomen inane eſſe, dicendum eſt: ſiquidem rationis particeps animus, ortus atque interitus expers ſit, (quod nunc ut conceſſum ſumatur, demonſtrandum alibi: licet Stoici aliter de eo ſentiant) ſi igitur

ἀγέν-

ἀγέννητος καὶ ἄφθαρτός ἐστιν ἡ λογικὴ ψυχή, αὕτη μὲν οὐκ ἂν ὑπὸ τῶν κινουμένων αἰτίων ὑφίστασθαι λέγοιτο· τὸ δὲ ὄργανον αὐτῆς, τουτ᾽ ἔστι, τὸ ζῶον, ὅπερ ἐστὶ τὸ σῶμα, τὸ τῆς ζωῆς μετέχον, τοῦτο ἐκεῖθεν παράγεται. τὰ γὰρ κινούμενα αἴτια κατὰ τὴν διάφορον πρὸς τὰ τῇδε σχέσιν, ἄλλοτε ἄλλων ἐστὶν ἀποτελεστικά. τὸ δὲ ὄργανον οἰκεῖον παράγεται τῇ χρησομένῃ ψυχῇ. Ὥσπερ οὖν ἀπὸ τῆς τῶν τεχνικῶν ὀργάνων διαφορᾶς δυνατόν ἐστι τοὺς χρωμένους αὐτοῖς τεχνίτας ἐπιγινώσκειν, ὅτι ταῦτα μὲν τέκτονος, ἐκεῖνα δὲ οἰκοδόμου, καὶ ἄλλα χαλκέως, καὶ οὐχ ὁλοσχερῶς μόνον οὕτως, ἀλλὰ καὶ τὰς ἕξεις τῶν χρωμένων αὐτοῖς τεχνιτῶν, καὶ τὰς ἐν τῇ τέχνῃ ὀρέξεις, καὶ τὰ ἀποτελέσματα δυνατὸν ἀπὸ τῶν ὀργάνων διαγινώσκειν· οἱ γὰρ περιττόν τι κατὰ τὰς τέχνας ἔχοντες, καὶ τοῖς ὀργάνοις ἀκριβέστερον κέχρηνται· οὕτως οἱ περὶ τὴν ἀστρολογίαν δεινοί, τὴν τοῦ ὀργάνου φύσιν ἀπὸ τῆς τῶν αἰτίων διαφορᾶς ὁρῶντες, καὶ περὶ τῆς ἕξεως τῆς τῷ ὀργάνῳ χρησομένης στοχάζονται, καὶ τὰ πολλὰ ἐπιτυγχάνουσιν· ὅτι αἱ πολλαὶ τῶν ψυχῶν, καὶ μάλιστα ἐν ταῖς μοχθηραῖς πολιτείαις, εἰς ἃς αἱ βεβαρυμέναι ψυχαὶ ἀπὸ προτέρας ἀξίας συνάγονται, ἐκδιδοῦσι τοῖς ὀργάνοις ἑαυτὰς περιττότερον, ὡς μηκέτι ὡς ὀργάνοις ἀλλ᾽ ὡς μέρεσιν οἰκείοις κεχρῆσθαι, κατ᾽ ἐκεῖνα καὶ τὰς οἰκείας ὀρέξεις προβάλλονται. Ἔτι

ortus atque interitus expers ſit rationis capax animus, ipſe à mobilibus cauſis effici atque affici dici non poteſt: ſed inſtrumentum eius, hoc eſt, animal, quod eſt corpus vitæ particeps, hoc inde commutatur. Mobiles enim cauſæ pro diverſa ad terrena habitudine, alias alia efficiunt: inſtrumentum vero producitur aptum animo, qui eo eſt uſurus. Ut igitur è diſcrimine inſtrumentorum artis, uſuros eis artifices cognoſcere licet, hæc eſſe fabri lignarii, illa ædificatoris, illa fabri ærarii: neque ſic in genere tantum, ſed & habitus utentium eis artificum, & artis actiones atque opera, dignoſci poſſunt; (nam qui in artibus excellunt, etiam inſtrumentis melioribus utuntur:) ſic aſtrorum periti, inſtrumenti naturam è cauſarum diſcrimine perſpicientes, etiam de habitu eius qui inſtrumento ſit uſurus, coniecturam capiunt, ac frequenter ſcopum attingunt. Nam plerique animi, in corruptis præſertim rebus publicis, in quas onerati vitiis, amiſſa priſtina dignitate, contrahuntur, cum ſeſe inſtrumentis effuſive dediderunt, iis non iam ut inſtrumentis ſuis, ſed ut ſui partibus utuntur: itaque ſuas appetitiones proferunt corporibus accommodatas. Ad

δὲ καὶ σύμφωνός ἐστιν ἡ εἱμαρμένη περιφορὰ τῇ προβολῇ τῶν ψυχῶν τῇ κατ' αὐτὴν ἐρχομένῃ εἰς τὴν γένεσιν, οὐκ ἀναγκάζουσα μὲν τὰς τῶνδε ὀρέγεσθαι ἢ τῶνδε, σύμφωνος δὲ οὖσα ταῖς ὀρέξεσιν αὐτῶν. Ὥσπερ οὖν ἐν ταῖς πόλεσιν, οἱ μὲν ἱεροὶ καιροὶ καὶ τόποι τοὺς θεοσεβεστέρους καὶ σπουδαιοτέρους εἰς ταὐτὸν συνάγουσιν, οἱ δὲ πρὸς τὰς δημώδεις ἡδονὰς ἐπιτήδειοι, τοὺς μοχθηρότερον ζῶντας καὶ ἀναγωγότερον συναθροίζουσι, καὶ ἔστιν ἀπὸ τῶν καιρῶν καὶ τῶν τόπων, καὶ περὶ τῆς ὀρέξεως, καὶ ἕξεως τῶν συνιόντων στοχάζεσθαι· οὕτω καὶ ἀπὸ τῶν καιρῶν καὶ τῶν τόπων τῆς εἱμαρμένης περιφορᾶς περὶ τῶν συμφώνως αὐτῇ συνερχομένων εἰς γένεσιν ψυχῶν ἀποφαίνεσθαι. ὅταν γὰρ τὸ κολαστικὸν εἶδος τῆς θείας ἀγαθότητος, τῇ πρὸς τόνδε τὸν τόπον τῆς εἱμαρμένης σχέσει οἰκείως ἔχῃ, τότε εἰς ἐκεῖνον τὸν τόπον αἱ κολάσεως δεόμεναι ψυχαὶ καταπέμπονται. συναγωγὸς γὰρ ἐν πᾶσιν ἡ ὁμοιότης καὶ οἰκειότης ἐστίν. οὐκ ἀναγκάζει τοίνυν τὰς ὀρέξεις τῶν ψυχῶν ἡ εἱμαρμένη, οὐδὲ τὸ ἐφ' ἡμῖν ἀναιρεῖ, ἀλλὰ σύμφωνοι ἐκεῖναι, ποτὲ μὲν πρὸς τήνδε, ποτὲ δὲ πρὸς τήνδε τὴν εἱμαρμένην εἰσὶ, καὶ τοῖς κατ' ἀξίαν κατασκευαζομένοις ὀργάνοις, ὅπερ εἶπον πρότερον, συντυπούμεναι, εἰκότως ἀπὸ τῆς εἱμαρμένης περιφορᾶς ὁποίας ἕξουσι τὰς ὀρέξεις γινώσκονται. Καὶ αἱροῦνται μὲν περὶ βίους αἱ ψυχαὶ,

hæc, fatalis conuerſio conſentanea eſt productioni animorum, qua conuerſione animi corporibus inſeruntur, non ita quidem ut ea cogat animos hæc aut illa appetere, ſed ut cum eorum appetitionibus conſentiat. Quemadmodum igitur in urbibus ſacra tempora & loca religioſiores homines eodem congregant; ad populares vero voluptates idonea, eos qui peius vivunt & petulantius, contrahunt; atque ita è locis & temporibus etiam de appetitione & habitu eorum qui conveniunt, capi coniectura poteſt: ſic etiam è temporibus & locis fatalis conuerſionis, de animis qui ei convenienter generantur, pronunciare licet. Cum enim pro ultrice divinæ bonitatis forma habitudo fati congruens huic loco fuerit: tum in eum locum animi, qui ſupplicio egent, demittuntur. In omnibus enim vim congregandi ſimilitudo & neceſſitudo habet. Fatum igitur, cum appetitiones animorum non cogat, neque libertatem tollat, ſed ipſi animi nunc cum hoc, nunc cum alio fato conſentiant, & pro ſua dignitate paratis inſtrumentis, quod modo dicebam, conformentur: non mirum eſt, quas appetitiones habituri ſint, è fatali conuerſione cognoſci. Ac vitæ quidem genus amplectuntur animi

κατὰ

κατὰ τὴν προτέραν ἑαυτῶν τῆς ζωῆς ἀξίαν καὶ ἕξιν· τὸ δὲ δὴ εὖ ἢ κακῶς χρήσασθαι τοῖς βίοις, ἐν ἑαυταῖς τὴν ἐξουσίαν ἔχουσι. διὸ καὶ ἐμπορικὸν βίον ἑλόμενοί τινες, εὖ ζῶσι πολλάκις, καὶ φιλοσοφεῖν δοκοῦντες ἀσχημονοῦσι. διότι τὰ μὲν εἴδη τῶν βίων αὐτὰ, οἷον γεωργικὸν, ἢ ἐμπορικὸν, ἢ μουσικὸν βίον, αὗταί τε αἱ ψυχαὶ κατὰ τὴν προτέραν ἑαυτῶν ἕξιν αἱροῦνται, καὶ τόπον αὐταῖς ἀφορίζουσι κατὰ τὴν ἀξίαν· τὴν δὲ ποιότητα τῆς ζωῆς ἀφ' ἑαυτῶν περιτιθέασιν αἱ ψυχαί. διὸ καὶ ἐπαίνου καὶ ψόγου τυγχάνουσιν ἐπὶ ταῖς διαφόροις προαιρέσεσιν. Ἀλλ' οὐδὲ φαῦλόν τι ἀπὸ τῆς εἱμαρμένης ἐνδίδοται, ὥσπερ τολμῶσι λέγειν, ὅτι πανοῦργοι, καὶ παιδερασταὶ, καὶ μοιχοὶ γίνονται. κἂν γὰρ ἀληθεύωσί τινες τῶν ἀστρολόγων ταῦτα προλέγοντες, τοῦτο συμβαίνει, τὴν τοιάνδε ἐκεῖθεν ἰοῦσαν ἰδιότητα ἀσυμμέτρως δεχομένων ἡμῶν ἢ συμμέτρως. καὶ γὰρ φρονήσεως παράλλαξις, καὶ πανουργίαν ποιεῖ, καὶ τὸ παιδεραστικὸν ἰδίωμα. οἱ μὲν γὰρ συμμέτρως ὑποδεχόμενοι, σωτῆρες καὶ εὐεργέται γίνονται τῆς νεότητος· οἱ δὲ ἀσυμμέτρως, ὀλέθριοι καὶ διαφθορεῖς. ἐπεὶ καὶ εἰς τὰς ἡλιακὰς ἀκτῖνας ἀσυμμέτρως ἀτενίζων τις, πηροῦται καὶ σκοτίζεται τὴν ὄψιν. καίτοι φωτοδότης ὁ ἥλιος, καὶ τοῦ ὁρᾶν καὶ ὁρᾶσθαι αἴτιος. Ὅθεν οὖν οἱ ἀστρολόγοι γινώσκοντες, τίνες συμμέτρως καὶ τίνες ἀσυμμέτρως

pro ſuæ prioris vitæ dignitate & habitu: vita autem bene aut male utendi facultatem in ſemet ipſis habent. Unde fit, ut nonnulli mercatoriam amplexi vitam, bene vivant: & qui philoſohiæ ſtudium præ ſe ferunt, turpiter ſe gerant. quod vitæ quidem genus ipſum, veluti ruſticum aut mercatorium aut Muſicũ, tum ipſi animi ſortiuntur, tum locum eis pro dignitate aſſignat Deus: vitæ autem qualitatem, animi ſuo arbitratu adiungunt. Proinde & laudem inveniunt, & reprehenſionem incurrunt, pro diverſa vitæ ratione. Ac ne improbum quidem quicquã à fato infertur, ut quidam affirmare non dubitant: eo quod callidi, puerorum amatores, atque adulteri, naſcantur. Etſi enim quidam aſtrologi vere hæc prædicunt: id eo accidit, quod nos talem proprietatem inde ortam, vel moderate vel immoderate ſuſcipimus. Etenim mentis depravatio & calliditatem & fœdam libidinem gignit. Nam qui ſiderum impreſſionem moderate ſuſcipiunt, adoleſcentiam tuentur: deque ea bene merentur. qui vero immoderate, peſtes eius & corruptores evadunt. Nam & qui ſolares radios oculis non conniventibus intuetur, obſcurato viſu occæcatur: quamvis Sol largitor ſit luminis, auctorque videndi omnibus. Cum igitur aſtrologi alicunde cognoſcunt, qui moderate, qui immoderate vim illam

μεθέξουσι, τοὺς μὲν φρονίμους, τοὺς δὲ πανούργους ἔσεσθαι λέγουσιν· εἰ ἄρα δυνατὸν συνεῖναι τούτων τεκμήρια ἐκ τῆς σχηματογραφίας· τὰ μὲν δὴ φανερὰ, ὥσπερ ἐν καρκίνῳ τοῦ ἡλίου θέσις, ἀσυμμετρότερον ὑφ᾽ ἡμῶν μετέχεται· τὰ δὲ καὶ ἀφανῆ τοῖς τὴν τέχνην ἀγνοοῦσι τὴν ἀστρολογικήν. ὅτι γὰρ τὰ κατὰ φύσιν ἔχοντα ἀεὶ, καὶ τὴν δημιουργικὴν φυλάττοντα φύσιν, καὶ δύναμιν ἔχοντα τὴν ἀκροτάτην, πάντως καὶ βούλησιν ἀγαθὴν ἔχει, καὶ κακοῦ οὐδενὸς αἴτιά ἐστι, πρόδηλον. πᾶσα γὰρ κακία, διὰ ἀδυναμίας συμβαίνει, εἴπερ ἡ δύναμις ἀγαθόν τι ἐστίν. ἡ μέντοι ἀσύμμετρος καὶ τῶν ἀγαθῶν μέθεξις, βλαβερὰ γίνεται πολλάκις. Ταῦτα μὲν οὖν καὶ πρὸς τοὺς ἀπὸ τῆς εἱμαρμένης τὸ ἐφ᾽ ἡμῖν ἐπιχειροῦντας ἀναιρεῖν εἰρήσθω. Νυνὶ δὲ λεγέσθω πρὸς πάντας, ὅτι οἱ τὸ ἐφ᾽ ἡμῖν ἀναιροῦντες, καὶ τὸ αὐτεξούσιον τῆς ψυχῆς ἀγνοοῦσι, τὴν οὐσίαν τῆς ψυχῆς διαστρέφοντες φθείροντες. τὸ γὰρ αὐτοκίνητον αὐτῆς ἐναιροῦσι, καθ᾽ ὃ μάλιστα οὐσίωται. εἴτε γὰρ αὐτοκίνητός ἐστιν, ἔνδοθεν ἀφ᾽ ἑαυτῆς ἐγείρεται πρὸς τὰς ὀρέξεις, καὶ τὰς ὁρμὰς, καὶ οὐκ ἔξωθέν ποθεν ἑλκομένη ἢ ὠθουμένη, ὥσπερ τὰ σώματα· εἴτε ἔξωθεν κινεῖται, οὐκ ἔστιν αὐτοκίνητος. Ἔπειτα τὴν ζωτικὴν ἐκτένειαν τῆς ψυχῆς, καὶ τὴν συγκατάθεσιν αὐτῆς καὶ ἀπάρνησιν οὐ προσλογίζονται οἱ τὸ ἐφ᾽ ἡμῖν ἀναιροῦντες. Τίς δὲ οὐκ ἔχει συναίσθησιν τοῦ θέλειν

ſuſcepturi ſint: alios prudẽtes, alios callidos fore dicunt: ſi modo fieri poteſt, ut harum rerum certæ notæ, è figurarũ illis delineationibus cognoſcantur. Alia certe quidem perſpicua ſunt omnibus: cuiuſmodi illud eſt, quod ſole Cancrũ peragrante, immoderato calore afficimur. alia obſcura & ignota iis qui artem ignorant aſtrologicam. Nam ea quę ſemper naturam ſuam ſequuntur, & vim ab opifice inditã tuentur, ſummaque potentia prædita ſunt: omnino voluntatem etiam habere bonã, & nullius mali eſſe cauſam, conſtat. Omnis enim malitia ex imbecillitate oritur: ſiquidẽ vires bonum quiddam ſunt. Veruntamen bonorum etiam ſæpe affluentia & copia iuſto maior, nocere ſolet. Atq; hæc iis reſponſa ſint, qui propter fatum, voluntatis libertatẽ tollere conantur. Nunc adverſus omnes dicatur, eos, qui id, quod in noſtra poteſtate eſt, & animi libertatẽ, tollãt, naturã animi & ignorare, & tollere. Nam illius motum per ſeſe, tollunt: in quo natura eius inprimis conſiſtit. Sive enim per ſeſe movetur, intrinſecus è ſemetipſo excitatur ad appetiones & cupiditates: nec extrinſecus alicunde trahitur aut impellitur, ut corpora: ſive extrinſecus movetur, per ſeſe non movetur. Deinde vitalẽ animi vim, & aſſenſionem, & negationẽ, non conſiderant ii, qui volũtatis libertatem tollunt. Quis enim in ſe ipſo non animadvertit, ſe velle

&

καὶ μὴ θέλειν, καὶ τὸ αἱρεῖσθαι καὶ ἐκκλίνειν, καὶ τὸ συντίθεσθαι καὶ ἀπαρνεῖσθαι; ἅπερ πάντα ἔνδοθέν εἰσι κινήσεις ἀπ' αὐτῆς τῆς ψυχῆς, καὶ οὐκ ἔξωθεν ὠθισμοὶ ἢ ὁλκαί τινες, ὡς ἐπὶ τῶν ἀψύχων. Ταύτῃ γὰρ διαφέρει τὰ ζῶντα σώματα τῶν ἀψύχων, ὅτι ἔνδοθεν κινεῖται. Εἰ δὲ τοῦτο ἀληθές ἐστι, τὸ κινοῦν αὐτὰ αὐτοκίνητόν ἐστι, καὶ οὐχ ἑτεροκίνητον. εἰ γὰρ ἔξωθεν ἐκεῖνο ἐκινεῖτο, καὶ τὸ σῶμα ἂν πρῶτον ὑπ' ἐκείνου ἐκινεῖτο τοῦ ἔξω, ὡς πρότερον εἴρηται. καὶ οὐκ ἔτι ἔνδοθεν, ἀλλ' ἔξωθεν κινούμενον, παραπλησίως ἂν τοῖς ἄλλοις ἀψύχοις, καὶ αὐτὸ ἄψυχον ἂν ἦν. Ἔτι δὲ οἱ τὸ ἐφ' ἡμῖν ἀναιροῦντες, καὶ τὸ θέλειν, καὶ τὸ μὴ θέλειν, καὶ αἵρεσιν, καὶ προαίρεσιν, καὶ ὄρεξιν, καὶ ἔκκλισιν, καὶ ὁρμὴν, καὶ τὰ τοιαῦτα· οὗτοι καὶ τὴν ἀρετῆς καὶ κακίας ψυχικὴν διαφορὰν ἀναιροῦσι· καὶ ἔπαινον καὶ ψόγον οὐκ ἀπολείπουσι δίκαιον· ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐπὶ τοῦτο καλῶς κειμένους νόμους ἀνατρέπουσι. Καὶ ὅρα ὁποῖος ἔτι εἴη τῶν ἀνθρώπων ὁ βίος, τούτων ἀναιρουμένων· ὅτι τοῦ τῶν θηρίων οὐδὲν ἀπέχων. Τί οὖν, φαίη τις ἂν, οὐκ ἀναγκαζόμενοι πολλάκις ὑπὸ τυράννων, ἢ ὑπὸ παθῶν οἰκείων, καὶ συμπαθειῶν, ἢ ἀντιπαθειῶν, αἱρούμεθα τάδε τινὰ ποιεῖν. ἢ πάσχειν καὶ μὴ βουλόμενοι; καὶ πῶς τὸ ἐφ' ἡμῖν ἔτι τότε καὶ αὐτεξούσιον ὁραθήσεται; Λέγω τοίνυν, ὅτι καὶ τότε ἡ αἵρεσις αὐτεξούσιός ἐστι. κἂν γὰρ προηγουμένως οὐκ ἦν αἱρετὸν

& nolle? amplecti & declinare? aſſentiri & refragari? quæ omnia interni ſunt ipſius animi motus, non externæ quædam impulſiones & tractationes, ut in rebus inanimis. Hoc enim viva corpora differunt ab inanimis, quod intrinſecus moventur. Quod ſi verum eſt, id à quibus illa moventur, per ſe & non aliunde movetur. Nam ſi extrinſecus illud moveretur, etiam corpus primum ab eo moveretur, quod extrinſecus, ut ante dictum eſt, & non intrinſecus moveret. At ſi extrinſecus moveretur: conſimili modo, ut reliqua inanima, & ipſum eſſet animæ expers. Præterea qui libertatem tollunt, qui velle & nolle, qui delectum & conſilium, qui appetitionem & declinationem ſimileſque animorum motus tollunt, ſimul diſcrimen etiam virtutis & vitii tollunt, nec laudationem aut vituperationem iuſtam relinquunt, atque etiam bonas leges hiſce de rebus latas evertunt. His vero ſublatis, vita cuiuſmodi eſt futura? Quid ab immanitate beluarum diſtabit? At dicat aliquis: nonne ſæpe à tyrannis aut noſtris affectibus, amore atque odio coacti, alia atque alia ſuſcipimus, aut admittimus, non volentes? Quo pacto ergo tum poteſtas noſtra & libertas cernetur? Reſpondeo, tum etiam delectum ſui iuris eſſe. Quamvis enim principaliter id optabile non ſit,

ἐκεῖνο ἐφ' ὃ δι' ἀνάγκην φερόμεθα, ἀλλ' ὡς πρὸς ἄλλο τι χεῖρον παραβαλλόμενον, αἱρετὸν δοκεῖ, καὶ αἱρούμεθα αὐτό. καὶ ἀδύνατον, ποιῆσαί τι, μὴ πρότερον ἐπινεύσαντα πρὸς τὸ ποιῆσαι. ὁ γὰρ ἄνευ τοῦ ἑλέσθαι ποιεῖν τι δοκῶν, ὥσπερ ὁ ἐμπίπτων βοθύνῳ τινὶ ἄκων ἀπ' ἄλλου ὠθούμενος, οὗτος ἀψύχου δίκην ποιεῖ, καὶ οὐδὲ ποιεῖν ἂν λέγοιτο τότε κυρίως, ἀλλὰ πάσχειν. διὸ κἂν ἀκουσίως ποιῶμεν, ἀλλ' αἱρούμεθα ὅμως καὶ οὕτως ποιῆσαι. Τοιγαροῦν τῆς αὐτῆς ἀνάγκης ἐπιταχθείσης, οἱ μὲν εἵλοντο ποιεῖν τὸ ἐπιταχθὲν, δέει μείζονος κακοῦ· οἱ δὲ, οὐχ εἵλοντο, μεῖζον κακὸν ποιῆσαι τὸ ἐπιταχθὲν τοῦ ἀπειλουμένου τοῖς μὴ ποιοῦσι νομίζοντες. Οὕτως ἄρα καὶ ἐν τοῖς ἀκουσίως τι ποιεῖν δοκοῦσι σώζεται τὸ ἐφ' ἡμῖν καὶ τὸ αὐτεξούσιον. οὐ γὰρ ταὐτὸν τὸ ἑκούσιον, καὶ τὸ ἐφ' ἡμῖν· ἀλλ' ἑκούσιον μὲν τὸ προηγουμένως αἱρετόν· ἐφ' ἡμῖν δὲ ἡ ἐξουσίαν ἔχομεν εἰς τὸ αἱρεῖσθαι, εἴτε προηγουμένως, εἴτε δι' ἀποφυγὴν κακοῦ μείζονος. Καί ἐστι δὲ, ὅτε καὶ τὸ ἑκούσιον συμμίγνυται τῷ ἀκουσίῳ, ὅταν καὶ τὸ αἱρετὸν μὴ καθαρῶς αἱρετὸν ᾖ, ἀλλὰ καὶ ἀναιρέτου μετέχῃ. Καὶ καλῶς ὁ Ὅμηρος τὴν τοιαύτην ἐν τῇ ψυχῇ μίξιν ἐνεδείξατο τοῦ ἑκουσίου καὶ τοῦ ἀκουσίου, διὰ τοῦ, ἑκὼν ἀέκοντί γε θυμῷ. Ταῦτα εἱλόμην μηκῦναι, διότι πᾶς σχεδὸν ὁ προκείμενος λόγος ἀπὸ τῆς τοῦ ἐφ' ἡμῖν διαιρέσεως ἤρτηται. παιδευτικὸς γὰρ ὤν,

ad quod neceſſitate ferimur: tamen deteriori collatū optabile videtur, itaque id amplectimur. neque fieri poteſt, quicquam ut agas, niſi prius aſſenſus te facturum eſſe. Nam qui non cōſulto aliquid facere videtur, ut qui nolens in foveam incidit impulſus ab alio: is inanimæ rei inſtar id facit, ac pati quam agere verius dicitur. Quare licet inviti agamus: tamen ſic agere volumus. Proinde eadē neceſſitate propoſita, alii maioris mali metu id ſuſcipiunt, quod imperatur: alii non ſuſcipiunt, quod maius malum exiſtimant id facere quod iubeantur, quam pœnas contumacibus propoſitas ſubire. Sic in iis etiam qui inviti aliquid agere videntur, poteſtas & libertas noſtra manet. Nec enim idem eſt voluntarium, & id quod in noſtra poteſtate eſt: ſed voluntariū id eſt, quod præcipue expetitur: in noſtra vero poteſtate, quod amplecti poſſumus, ſive propter ſeſe, ſive ob mali gravioris fugam. Fit etiam interdū, ut voluntarium cum invito miſceatur: cum res expetenda, non plane expetenda fuerit, ſed & eius particeps quod averſemur. Hanc quaſi miſturam voluntarii & inviti probe deſcripſit Homerus, cum ait: Volens, invito pectore quāvis. Hæc copioſius exponere volui, quod omnis fere propoſitus ſermo ab eorum diviſione pendet, quę in noſtra poteſtate ſunt, & non ſunt. Nam cum is ad inſtitutionem animi pertineat: bene

καλῶς εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς, ποῦ τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ κακὸν τὰ ἡμέτερα χρὴ τίθεσθαι, διδάσκει· καὶ ὅτι αὐτοκίνητοι ὄντες ἐν ταῖς ἡμετέραις ἐνεργείαις ἔχομεν αὐτά. Τὰ μὲν γὰρ ἑτεροκίνητα, ὥσπερ τὸ εἶναι, οὕτω καὶ τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ κακὸν, ἑτέρωθεν ἔχουσι, κατὰ τὸ ἐγγινόμενον αὐτοῖς ἔξωθεν πάθος. τὰ δὲ αὐτοκίνητα, τῆς ἑαυτῶν κινήσεως καὶ ἐνεργείας αἴτια ὄντα, καὶ τὸ ἀγαθὸν ἑαυτῶν, καὶ τὸ κακὸν, ἐν ταύταις ἔχουσιν. ἐνέργειαι δὲ αὐτῶν κυρίως, κατὰ μὲν τὸ γνωστικὸν αἱ τῶν ὄντων ὑπολήψεις εἰσὶ, κατὰ δὲ τὸ ζωτικὸν, καὶ ὀρεκτικὸν, αἵτε ὀρέξεις καὶ ἐκκλίσεις, καὶ ὁρμαί. Διὸ ὅταν μὲν ὀρθῶς ὑπολαμβάνωμεν, καὶ ὀρεγώμεθα, καὶ ἐκκλίνωμεν δεόντως, τότε τὸ ἀγαθὸν ἑαυτῶν καὶ τὴν κατὰ φύσιν ἔχομεν τελειότητα· ὅταν δὲ μὴ, τὰ ἐναντία. Οἰκεῖα δὲ ἡμῶν ἔργα ἐστὶ ταῦτα, ὡς ὑφ' ἡμῶν μόνων κατὰ τὴν ἡμετέραν αἵρεσιν ἐνεργούμενα. Αἱ μὲν γὰρ πράξεις αἱ περὶ τὰ ἐκτὸς, αἵ τε κατὰ τὰς τέχνας καὶ τὰς ἐν τῷ βίῳ χρείας, καὶ τὸ διδάσκειν, καὶ παιδεύειν, καὶ εἴ τι τούτου σεμνότερον, πολλῶν δεῖται τῶν συναιρομένων. τὸ δὲ ὑπολαμβάνειν καὶ αἱρεῖσθαι, ἡμῶν αὐτῶν ἐστιν ἴδια ἔργα, ἐν τῇ ἐξουσίᾳ τῇ ἡμετέρᾳ κείμενα. διὸ καὶ ἐν ἑαυτοῖς τὸ ἀγαθὸν ἡμῶν καὶ τὸ κακόν ἐστιν. οὐδεὶς γὰρ ἂν ἀθυμοῖτο ἐπ' ἐκείνοις ὧν οὐκ ἔστι κύριος.

bene ſtatim initio, ubi noſtrum bonum & malum ſit collocandum, exponit. Et quia noſtrapte ſponte moveamur, id in actionibus noſtris habere nos docet. Nam quę aliunde moventur, ut naturā, ſic & bonum ſuum & malum aliunde habent, pro ea affectione quæ extrinſecus eis accedit. Quæ vero intrinſecus moventur, cum ſui motus & actionis ſint cauſæ: bonum quoque ſuum & malum in iis habent, eorumque propriæ actiones ſunt, in cognitione opiniones de rebus, in facultate vitali & appetendi vi appetitiones, declinationes & deſideria. Quare cum recte opinamur, cum ita uti decet appetimus & declinamus, & bonum noſtrum & naturæ convenientem perfectionem habemus: ſin minus, contraria. Peculiaria vero noſtra ſunt opera hæc, ut quæ à nobis ſolis arbitratu noſtro perficiantur. Nam rerum externarum actiones ſive artium, ſive neceſſitatum vitæ, doctrinæ item & diſciplinæ, & ſi quid his eſt præſtantius, multis egent adiumentis. Opinari autem & perſequi, noſtra propria ſunt opera, & in poteſtate noſtra ſita. Quare in nobis ipſis bonum & malum noſtrum ſitum eſt. Nemo enim ea præſtare cogitur, quæ in ſua poteſtate non habet.

ΟΥ'Κ ἐφ' ἡμῖν δέ, τὸ σῶμα, ἡ κτῆσις, δόξαι, ἀρχαί, καὶ ἑνὶ λόγῳ, ὅσα οὐχ ἡμέτερα ἔργα.

ΟΥ'χ ὅτι ἐν τούτοις συντελεῖ ἡ ψυχή, διὰ τοῦτο ταῦτα οὐκ ἐφ' ἡμῖν εἶναι λέγεται· (καὶ γὰρ τὸ σῶμα καὶ ἡ κτῆσις, προνοούσης μὲν αὐτῆς, καλλιόνως διατίθεται· ἀμελούσης δέ, χειρόνως. καὶ πρὸς τὸ εὐδοξεῖν ἀφορμὰς αὐτὴ δίδωσι, καὶ ἀρχὰς διὰ σπουδῆς οἰκείας περιποιεῖται· καὶ οὐδ' ἂν ἄρχοι, μάλιστα ἐν ταύταις τῶν πολιτείαις, μὴ καὶ αὐτῆς ἑλομένης·) ἀλλ' ὅτι οὐ μόνη αὕτη κυρία ἐστὶ τούτων, ἀλλὰ καὶ ἄλλων δεῖται ταῦτα πολλῶν τῶν τῇ ψυχῇ συναιρομένων ἵνα γένηται, διὰ τοῦτο οὐκ ἐφ' ἡμῖν ταῦτα εἶναι φασί. καὶ γὰρ τὸ σῶμα δεῖται μὲν, καὶ τῶν ἐξ ἀρχῆς σπερμάτων ἐρρωμένων, καὶ συμπήξεως ὑγιοῦς· δεῖται δὲ καὶ εὐτροφίας, καὶ γυμνασίων, τόπων τε καὶ ἀέρων εὐκράτων, καὶ ὑδάτων χρηστῶν. καὶ ἐπὶ τούτοις πᾶσιν ἔγκειται τὸ, ἰσχυρότερον ποιεῖν εἰς ὅ,τι ἄν τις αὐτὸ βούληται. καὶ τούτων οὐδενὸς ἡμεῖς ἐσμὲν κύριοι, πρὸς τὸ πάντῃ πάντως περιποιῆσαι ἢ ἀποσοβῆσαι. πολεμίων γοῦν ἐπιόντων ἰσχυροτέρων, ἐβουλήθημεν ἂν ἀφανεῖς γενέσθαι· καὶ νοσοῦντες, ἀθρόως ὑγιᾶναι· καὶ ὅμως οὐκ ἐγγίνεται ἡμῖν. Ὁμοίως δὲ καὶ ἡ κτῆσις ἔχει, καὶ πρὸς περιποίησιν πολλῶν δεομένη τῶν συναιρομένων, καὶ πρὸς μείωσιν πολλοῖς τοῖς δυνατωτέροις ὑποκειμένη. Καὶ αἱ δόξαι δὲ αἱ περὶ ἡμῶν, οὐκ ἐφ' ἡμῖν εἰσι, κἂν ἀφορμάς

IN noſtra poteſtate non ſunt, corpus, poſſeſſio, gloria, principatus, quæcunque denique noſtra opera non ſunt.

HÆc in noſtra poteſtate eſſe negat, non quin animus ad hæc quoq; & horum contraria aliquid cõferat, (nam & corpus, & res familiaris, animo procurante, pulcrius gubernantur: deſtituente, peius: idemque animus ſuo ſtudio & gloriam & principatum parat. imo ne magiſtratum quidem gereret quiſquam, in his præſertim rebus publicis, animo non aſſentiente) ſed quod his rebus non ſolus ille dominetur, & ad ea conſequenda multis aliis adiumentis egeat. Nam corpus firmum à primo ſui ortu ſemen, & ſanam coagmentationem flagitat: flagitat & bonum victum, & exercitationes, ſalubriaque loca, ſalubrem aërem, & aquas bonas. Quæ ſi omnia ſuppetant, fortius id ad cuiuſvis muneris functionẽ efficere licebit. Neque vero quicquam horum noſtri arbitrii eſt, ut ea omnino vel conſequamur omnia, vel propulſemus. Hoſtibus certe ingruentibus fortioribus, nos à nemine conſpici; ægrotantes, ſubito cõvaleſcere vellemus. Neutrum tamen horum nobis datur. Eadem eſt & opum ratio: ad quas parandas ut multorum auxiliis eſt opus, ſic eædẽ à multis potentioribus imminui poſſunt. Exiſtimatio quoque de nobis, non ſita eſt in nobis, quamvis occaſiones quaſ-

τινας αὐταῖς καὶ ἡμεῖς παρεχώμεθα, ἀλλ' ἐπὶ τοῖς δοξάζουσιν. ἐπ' αὐτοῖς γάρ ἐστιν ὁποῖα βούλονται ὑπολαμβάνειν. Τοιγαροῦν, καὶ ἀσεβοῦντες πολλάκις περὶ τὸ θεῖον, αὐτοί τε εὐσεβεῖν ἑαυτοὺς ἡγοῦνται, καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων τοιοῦτοι νομίζονται. καὶ τὸ ἐναντίον ἄλλοι σεμνοτέρας καὶ μεγαλειοτέρας ὑπολήψεις ἔχοντες περὶ τοῦ θείου, καὶ ἀνθρωπικὰ καὶ ἀτελῆ παραιτούμενοι περὶ αὐτοῦ λέγειν, ἀσεβεῖς παρά τινων ὑπολαμβάνονται· καὶ οὐ σωφρονοῦντας, ἠλιθίους ἡγοῦνταί τινες. Οὕτω τὸ εὐδοξεῖν οὐκ ἐφ' ἡμῖν ἐστιν, ἀλλ' ἐπὶ τοῖς περὶ ἡμῶν ποίως ἢ ποίως δοξάζειν ἑλομένοις. αἱ δὲ ἀρχαὶ, καὶ τῶν ἀρχομένων δέονται, καὶ τῶν πρὸς τὸ ἄρχειν συναιρομένων. ἐν αἷς δὲ πολιτείαις καὶ ὤνιοί εἰσιν αἱ ἀρχαὶ, καὶ πολλοῦ χρυσίου ἀποδιδόμεναι, ἐν ταύταις ὁ χρημάτων ἀπορῶν, οὐκ ἂν εἰς ἀρχὴν παρέλθοι, κἂν πάνυ βούλοιτο. οὕτω τὰ τοιαῦτα πάντα τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν ἐστιν, οὐκ ὄντα ἡμέτερα ἔργα. Ἐν δὲ τῇ διαιρέσει τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν προτάττει τὸ σῶμα· διὰ γὰρ τοῦτο εἰς χρείαν τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν ἐμπεπτώκαμεν. διὰ γὰρ τὰ χρήματα πάντες οἱ πόλεμοι· ταῦτα δὲ ἀναγκαζόμεθα κτᾶσθαι, διὰ τὴν τοῦ σώματος θεραπείαν.

quaſdam ei præbeamus ipſi, ſed in iis qui de nobis exiſtimant. Penes eos enim eſt, exiſtimare quicquid velint. Itaque ſæpe cum numen impie violent: & ſibi ipſi & aliis religioſi videntur. Contraque alii, qui honeſtius & magnificentius de numine ſentiunt, & humana quædam & imperfecta de eo profiteri recuſant, à nonnullis impii exiſtimantur, & frugi homines quidam bardos exiſtimant. Ita nec gloria noſtri arbitrii eſt, ſed illorum quibus hoc aut illo modo ſentire de nobis libuit. Iam magiſtratus ſine populo qui pareat, & miniſtris qui operam navent, conſtare non poteſt. In quibus vero civitatibus vænales ſunt magiſtratus, multoque auro addicuntur: inops pecuniæ nullum ad magiſtratus habebit aditum, quantumvis eos appetat. Sic iſta omnia non in poteſtate noſtra ſita ſunt, quia non ſunt actiones noſtræ. Primo autem loco in diviſione recenſet corpus, quod propter id iis egere cœpimus, quæ in noſtra poteſtate non eſſent. Omnium enim bellorum pecunia cauſa eſt, quam ob victum & cultum corporis aſciſcere cogimur.

ΚΕΦ. β'.

ΚΑΙ' τὰ μὲν ἐφ' ἡμῖν ἐστὶ φύσει ἐλεύθερα, ἀκώλυτα, ἀπαρεμπόδιστα· τὰ δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν, ἀσθενῆ, δοῦλα, κωλυτὰ, ἀλλότρια.

CAP. II.

AC ea quidem quæ nobis parent, libera ſunt natura ſua, nec prohiberi ab ullo, nec impediri poſſunt. In quæ autē ius ipſi nullū habemus: ea infirma, obnoxia ſervituti, obnoxia impedimentis, aliena.

ἘΞΗΓΗΣΙΣ.

ΕἸΠΩ'Ν, τίνα μὲν τὰ ἐφ' ἡμῖν, τίνα δὲ τὰ οὐκ ἐφ' ἡμῖν, ἐφεξῆς ὁποῖά ἐστιν ἑκάτερα παραδείκνυσιν· ὅτι τὰ μὲν ἐφ' ἡμῖν ἐλεύθερα, ὅτι οὔτε γενέσθαι ἀναγκάζεται ὑπ' ἄλλων, οὔτε κωλύεται, οὔτε ἄλλος ἔχει τὴν ἐξουσίαν τῆς χρήσεως αὐτῶν. τοιοῦτον γάρ ἐστι τὸ ἐλεύθερον, αὐτεξούσιον ὑπάρχον, καὶ κύριον τῆς ἑαυτοῦ χρήσεως. τὰ δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν, τοῖς πορίζειν ἢ κωλύειν δυναμένοις ὑποκείμενα, δεσπότας ἐκείνους ἔχει, καὶ δοῦλα ἐκείνων ἐστί. καὶ τὰ μὲν ἀρκοῦντα αὐτοῖς, εὐσθενῶς διάκειται, τὰ δὲ ἄλλων χρήζοντα, ἀσθενῆ καὶ ἐνδεῆ εἰσι. καὶ τὰ μὲν ἀκώλυτά ἐστιν, ὡς αὐτεξούσια. τίς γὰρ κωλύσει ποίως ἢ ποίως ὑπολαβεῖν, ἢ ὀρεχθῆναί τινος, ἢ ἀπαρεσθῆναι; τὰ δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν, καὶ πορίζεσθαι καὶ ἀφαιρεῖσθαι ὑπ' ἄλλων πεφυκότα, ὑπ' ἐκείνων καὶ κωλύεται πολλάκις, ἢ μὴ γινόμενα ἢ ἀφαιρούμενα. Δῆλον δὲ ὅτι τὰ μὲν ἐφ' ἡμῖν, ἡμέτερα ὄντα ἔργα ἴδια ἡμῶν ἐστι· τὰ δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν, ὡς ἐν ἄλλων ἐξουσίᾳ κείμενα, ἀλλότριά ἐστιν. ὥστε καὶ τὰ ἀγαθὰ καὶ τὰ κακὰ, τὰ μὲν τῶν ἐφ' ἡμῖν, οἷον τὸ ἀληθῶς ὑπολαμβάνειν ἢ ψευδῶς, ἢ ὀρθῶς ὀρέγεσθαι,

COMMENTARIUS.

POSTQUAM dixit, quæ noſtra, quæ aliena ſint: nunc cuiuſmodi utraque ſint, declarat. Noſtra eſſe libera, quod neque, ut fiant, cogi ab aliis, nec quo minus fiant, prohiberi poſſunt, neque alius iis utendi poteſtatem habet. Talis enim eſt libertas, quæ ſui iuris eſt, & poteſtatē habet ſui uſus. Aliena vero, iis obnoxia, qui ea vel præbere vel prohibere poſſunt, dominos illos habent, iiſq; ſerviunt. Ac ea quæ ſcipſis contenta ſunt, robuſta & firma ſunt. Quæ vero alienam opem deſiderant, imbecilla & egena. Illa prohiberi nequeunt, cū ſui iuris ſint. Quis enim nos prohibebit hoc aut illo modo opinari, appetere, averſari? Aliena vero, quę ab aliis & conferri & auferri ſolent: ſæpe quoq; prohibentur, cum vel non tribuuntur, vel adimuntur. Conſtat igitur ea quæ in noſtra poteſtate ſunt, ut ſunt noſtrę actiones, nobis eſſe propria. Quæ vero penes nos non ſunt, in aliorū ſita poteſtate: ea eſſe aliena. Quare bona & mala, quęin noſtra poteſtate ſunt, ut recte ſentire, aut male, recte appetere

ἢ πλημ-

ἢ πλημμελῶς, ἡμέτερά ἐστιν ἀγαθὰ ἢ κακά· τὰ δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν, οὐχ ἡμέτερα· ἀλλὰ τὰ μὲν τοῦ σώματος, τοῦ ὀργάνου τοῦ ἡμετέρου· τὰ δὲ τοῦ δοξαρίου, ἔτι πορρώτερον.

vel perperam,noſtra bona ſunt aut mala.Quæ vero in noſtra poteſtate non ſunt, noſtra non ſunt: ſed partim corporis, inſtrumenti noſtri: partim gloriolæ,remotiora etiam à nobis.

ΚΕΦ. γ'.

ΜΕΜΝΗΣΟ οὖν, ὅτι ἐὰν τὰ φύσει δοῦλα ἐλεύθερα οἰηθῇς, καὶ τὰ ἀλλότρια ἴδια, ἐμποδισθήσῃ, πενθήσεις, ταραχθήσῃ, μέμψῃ καὶ θεοὺς καὶ ἀνθρώπους. ἐὰν δὲ τὸ σὸν μόνον οἰηθῇς σὸν εἶναι, τὸ δὲ ἀλλότριον, ὥσπερ ἐστὶν, ἀλλότριον, οὐδείς σε ἀναγκάσει οὐδέποτε, οὐδείς σε κωλύσει, οὐ μέμψῃ οὐδένα, οὐκ ἐγκαλέσεις τινὶ, ἄκων πράξεις οὐδὲ ἕν, οὐδείς σε βλάψει, ἐχθρὸν οὐχ ἕξεις· οὐδὲ γὰρ βλαβερόν τι πείσῃ.

CAP. III.

PRoinde memento, ſi ea quæ natura ſerviunt,libera putaris,& aliena pro tuis habueris: fore ut impediaris, lugeas, perturberis, & Deos & homines accuſes. Sin id ſolũ tuum exiſtimaris, quod tuum eſt: alienã vero,ut ſunt, aliena: nemo te coget unquam,nemo impediet,neminem accuſabis, neminem criminaberis, nihil quicquam invitus ages,à nemine læderis, inimicum non habebis.Neque enim quicquam capies detrimenti.

ΕΞΗΓΗΣΙΣ.

ΕΙΠΩΝ, τίνα τὰ ἐφ' ἡμῖν καὶ τίνα τὰ οὐκ ἐφ' ἡμῖν ἐστι, καὶ ὁποῖα ἑκάτερά ἐστι, καὶ ὁποίαν ἔχοντα πρὸς ἡμᾶς σχέσιν, ὅτι τὰ μὲν ἐφ' ἡμῖν, ἴδιά ἐστι, τὰ δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν, ἀλλότρια, παραινεῖ λοιπὸν συμφώνως ἡμᾶς τῇ φύσει αὐτῶν, καὶ μὴ παρηλλαγμένως περὶ αὐτὰ ἀναστρέφεσθαι. ταῦτα γὰρ εὐδαιμονίας ἡμῖν καὶ κακοδαιμονίας αἴτια γίνονται. τὸ μὲν γὰρ τυγχάνειν τῶν ἀγαθῶν, καὶ κακῷ μηδενὶ περιπίπτειν, εὐδαίμονας ποιεῖ· τὸ δὲ τῶν ἀγαθῶν καὶ ὠφελίμων ἀποτυγχάνειν, ἢ περιπίπτειν τοῖς βλαβεροῖς, κακοδαίμονας. Εἰ οὖν τὸ ἀγαθὸν ἡμῶν ἐστιν ἐν τῷ κατὰ φύσιν ὀρέγεσθαι καὶ ἐκκλίνειν, ταῦτα δὲ ἐν

COMMENTARIUS.

POSTQUAM expoſuit, quæ in nobis ſita ſint, quæ non ſint, & cuiuſmodi utraq; ſint, & quam nobiſcum collata ratione habeant: & quæ in noſtra poteſtate ſint, ea eſſe noſtra: quæ non, aliena: deinceps monet,ut ea adminiſtremus,quemadmodũ natura eorum fert, & non alio modo.Nam hę nobis felicitatis & miſeriæ cauſæ ſunt. Bonis potiri, & in nullum malum incidere, beatos facit.Bonis & utilibus rebus excidere, aut in noxias incidere, infelices.Quod ſi bonum noſtrum in eo ſitũ eſt,ut naturæ convenienter appetamus & declinemus:hęc vero in

τοῖς ἐφ' ἡμῖν ἐστιν, ἐν τούτοις ζητητέον τὸ ἀγαθὸν, ἵνα τύχωμεν πάντως ζητοῦντες (διὰ τὸ κύριοι εἶναι τοῦ τυχεῖν, εἴπερ κύριοι τοῦ ὀρέγεσθαι καὶ ἐκκλίνειν κατὰ φύσιν ἐσμὲν) καὶ τοῦ οἰκείου τύχωμεν ἀγαθοῦ. ἐὰν δὲ τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν ὀρεγώμεθα, καὶ ἐν ἐκείνοις ζητῶμεν τὸ ἀγαθὸν, διχῶς ἀποτυγχάνειν ἀνάγκη. καθ' ἕνα μὲν τρόπον πάντη καὶ πάντως, ὅτι κἂν ἐπιτύχωμεν αὐτῶν, οὐχὶ οἰκείων ἀγαθῶν ἐπετύχομεν· καθ' ἕτερον δὲ, ὅτι καὶ ἀποτυγχάνειν ἐν τοῖς πλείοσιν ἀνάγκη τὸν τὰ ἀλλότρια ὡς οἰκεῖα ἐπιζητοῦντα, καὶ ὀρεγόμενον ἐκείνων τῶν ἐν ἄλλων ἐξουσίᾳ κειμένων. Συμβαίνει οὖν ἐπὶ τούτων, καὶ τὰς ὁρμὰς ἐμποδίζεσθαι, καὶ ταράττεσθαι μὴ εὐθυπορούσας, καὶ λυπεῖσθαι πάντως καὶ πενθεῖν. ὥσπερ γὰρ ἡδόμεθα τυγχάνοντες καὶ ἐκκλίνοντες τὰ ἀναίρετα, οὕτως ἂν ἀποτυγχάνωμεν τῶν αἱρετῶν, ἢ τοῖς ἐκκλινομένοις περιπίπτωμεν, λυπεῖσθαι ἀνάγκη, καὶ τοὺς δοκοῦντας αἰτίους μέμφεσθαι, ποτὲ μὲν ἀνθρώπους, ποτὲ δὲ τοὺς τὰ ὅλα διοικοῦντας. Πάσχομεν δέ τι καὶ ἄλλο δεινόν. συμπάσχοντες γὰρ τοῖς οὐκ ἐφ' ἡμῖν, ὅτε ἀφέληταί τις αὐτὰ, προσαπόλλυμεν καὶ τὰ ἐφ' ἡμῖν, ἅπερ ἐκεῖνος ἀφελέσθαι οὐ δύναται, τὸ ὀρθῶς ὀρέγεσθαι, καὶ ἐκκλίνειν. ἐὰν δὲ καλῶς τὰ οἰκεῖα, καὶ τὰ ἀλλότρια διαθησώμεθα, καὶ μὴ τῶν ἀλλοτρίων, ἀλλὰ τῶν οἰκείων ἀγαθῶν καὶ ἐφ' ἡμῖν ὄντων

rebus noſtri arbitrii ſita ſunt: in his bonum eſt quærendum, ut omnino conſequamur id quod quærimus, (propterea quod eius adeptio penes nos eſt, ſiquidem appetitio & declinatio penes nos eſt) & noſtrum bonum conſequamur. Sin ea quæ penes nos ſunt appetiverimus, & in iis bonum quæſiverimus: bifariam nos fruſtari neceſſe erit: uno modo omnifariam, quod, etſi ea conſecuti fuerimus, non noſtra tamē bona conſecuti ſumus: altero, quod plerunq; fruſtrari neceſſe eſt eum, qui aliena tanquam ſua quærit, quique ea deſiderat quorum poteſtas in aliis ſita eſt. Accidit igitur, ut in his etiā appetitiones impediantur, & turbentur, non recta via progredientes, cum dolore utiq; & luctu. Ut enim rerum expetendarum facti compotes, & evitatis cōtrariis delectamur: ſic rebus expetendis fruſtratos, aut in averſandas delapſos, dolere neceſſe eſt, & queri de autoribus earum rerum, alias de hominibus, alias de iis qui univerſitatem adminiſtrant. Aliud quoque malum nobis accidit. Nam cum ea nobis eripiuntur quæ noſtri iuris non ſunt, dum iis afficimur, ea etiam amittimus quæ in noſtra poteſtate ſunt, quæque nobis eripere nemo poteſt: rectum appetitum, & rectam declinationem. Expoſitis igitur malis quæ hanc perverſionem ſequuntur: nunc ait, ſi recte noſtra & aliena tractaverimus, & non aliena, ſed noſtra bona, & in noſtra ſita poteſtate

amplexi

ἀντεχώμεθα, τουτέστι τοῦ κατὰ φύσιν ὀρέγεσθαι καὶ ἐκκλίνειν, οὔτε ἀναγκάσει ἄλλος δηλονότι οὐδεὶς, οὔτε κωλύσει ποτὲ ἡμᾶς, οὕτως ὀρέγεσθαι καὶ ἐκκλίνειν. εἰ δὲ τοῦτο, οὔτε λυπησόμεθά ποτε· λυπεῖ γὰρ ἡμᾶς οὐκ ἄλλό τι, πλὴν δυοῖν τούτων, τοῦ τε μὴ τυγχάνειν ὧν βουλόμεθα, καὶ τοῦ περιπίπτειν ἐκείνοις ἃ ἐκκλίνειν σπουδάζομεν. περὶ δὲ τὰ ἐφ' ἡμῖν ἐσπουδακότες, οὔτε ἀποτευξόμεθα τινὸς ὧν ὀρεγόμεθα, οὔτε περιπεσούμεθά τινι ὧν ἐκκλίνομεν. ὥστε οὐδὲ φοβηθησόμεθά ποτε τινα· εἴπερ φοβούμεθα ἢ τοὺς βλάπτοντας ἡμᾶς, ἢ τοὺς τὰς ὠφελείας κωλύοντας. οὐδεὶς δὲ ἰσχυρός ἐστιν οὕτως, ὡς τὰς ὀρέξεις καὶ τὰς ἐκκλίσεις, ἐν αἷς τὸ ἀγαθὸν καὶ κακόν ἐστι, τοῦ κατὰ λόγον ζῶντος, βιάσασθαι. ὥστε οὐδὲ ἐχθρὸν ἕξομέν τινα· ἐχθρὸς δὲ ὁ βλάπτων νομίζεται· βλαβερὸς δὲ οὐδείς ἐστι τῷ βλαβῆναι μὴ δυναμένῳ ὑπ' ἄλλου. οὐδὲ μέμψεται οὖν τινα ὁ τοιοῦτος, οὐδ' ἐγκαλέσει τινί· ἀλλ' οὐδὲ ἄκων ποτέ τι πράξει. ἄλυπος οὖν καὶ ἄφοβος, καὶ ἐλεύθερος, καὶ εὐδαίμων ὄντως ὁ τοῦ τοιούτου βίος ἔσται, ἄνευ πάθους καὶ ἡδονῆς ζῶντος. Καὶ ὅρα, ὅπως οὐ μόνον ὠφελιμώτερον, ἀλλὰ καὶ ἡδύτερον ἀποδείκνυσι τὸν τοῦ σπουδαίου βίον· ὥσπερ ὁ Πλάτων φησὶν, ὅτι πᾶν ζῶον κατὰ φύσιν τοῦ ἡδέως ἀντέχεται, τὰ λυπηρὰ δὲ φεύγει. τῶν ἡδέων δὲ τὰ μὲν τοῖς ἀγαθοῖς ἡμῶν καὶ ὠφελίμοις συνέστι, τὰ δὲ τοῖς βλαβεροῖς.

amplexi fuerimus: hoc eſt, ſi operã dederimus, ut ſecundum naturã appetamus & declinemus: fore ut nemo prorſus nos cogat aut impediat ſic appetere & declinare, ſiquidem id noſtri arbitrii eſt. Quod ſi ita eſt: nunquã etiã dolebimus. Nihil enim aliud nobis eſt moleſtũ niſi duo hęc: fruſtratio eorũ quæ volumus, & eorum quæ nolumus perpeſſio. Iis autem intenti rebus, quæ penes nos ſunt, neq; ulla re fruſtrabimur quam deſideramus: neq; in ullã incidemus quam declinamus. Itaque neminem unquam timebimus: ſi quidẽ eos timemus, qui aut nobis nocent, aut cõmoda noſtra intervertunt. Neq; vero quiſquam adeo robuſtus eſt, ut appetitiones & declinationes, in quibus bonũ & malum ſitũ eſt, eius qui rationi congruenter vivit, cogat. Quare nec inimicũ quenquã habebimus. Inimicus enim iudicatur, qui nocet. Nemo vero ei nocet, cui ab alio noceri non poteſt. Talis igitur neq; expoſtulabit cum quoquã, neq; accuſabit quemquã: atq; etiam nihil unquã faciet invitus. Hilaris igitur, ſecura, libera & vere beata erit talis hominis vita, perturbationis expers, plena voluptatis. Obſervabis igitur, quemadmodũ oſtendat, viri boni & ſapientis vitã non modo utiliorem eſſe quam aliorum, ſed etiam iucundiorem. Nam Platone auctore, Omne animal natura & voluptate ducitur, & moleſtias averſatur. Res autem iucundæ partim cum bonis & utilitatibus noſtris coniunctæ ſunt, partim cum malis & damnis.

Κἀνταῦθα χρὴ νήφειν, ὅπως ἂν καὶ ἐκλεγοίμεθα τὰς ἐπωφελεῖς ἡδονάς, καὶ πρὸς ταύτας συνεθιζοίμεθα. ὅτι γὰρ ἡδυτέρα δοκεῖ ἡ σωφροσύνη τῷ σπουδαίῳ, ἤπερ ἡ ἀκολασία τῷ μοχθηρῷ, δηλοῖ τὸ, πολλοὺς μὲν τῶν μοχθηρῶν εἰς σώφρονας μεταβάλλειν· τοὺς δὲ σώφρονας μετὰ λόγου καὶ φρονήσεως, μηδέποτε μεταπίπτειν εἰς ἀκολασίαν. Καίτοι εἰ μὴ ἡδὺς ἦν ἐκπρεπῶς τοῖς σώφροσιν ὁ τοιοῦτος βίος, οὐκ ἂν ἑκόντες αὐτὸν καὶ εὐαρεστοῦντες ἠσπάζοντο. Ὅτι οὖν καὶ ἡδύτερός ἐστιν ὁ τοῦ σπουδαίου βίος, δείκνυσιν ἐκ τοῦ ἀνεμποδίστου, καὶ ἀκωλύτου, καὶ ἑκουσίου τῆς διαγωγῆς, τῶν ἐν τοῖς ἐφ' ἡμῖν μόνοις καὶ τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ κακὸν ἀποτιθεμένων.

Proinde hic vigilandum, ut voluptates utiles deligamus, & hiſce aſſueſcamus. Modeſtiam enim bono viro ſuaviorem videri, quam luxuriam improbo, illud oſtendit, quod multi improbi modeſti fiunt. Qui vero ratione & conſilio modeſti ſunt, nunquam luxum amplectuntur. Enimvero niſi talis vita modeſtis inſigniter iucunda eſſet: non eã ultro amplecterentur, nec in ea ſuaviter acquieſcerent. Vitam igitur viri boni & ſapientis iucundiorem etiã eſſe, demonſtratur è vitæ ratione eorum voluntaria, impedimenti & iniuriarum experte, qui bonum & malum in iis rebus ſolis, quæ in noſtra poteſtate ſunt, collocant.

ΚΕΦ. δ'.

Τηλικούτων οὖν ἐφιέμενος, μέμνησο, ὅτι οὐ δεῖ μετρίως κεκινημένον ἅπτεσθαι αὐτῶν· ἀλλὰ τὰ μὲν ἀφιέναι παντελῶς, τὰ δὲ ὑπερτίθεσθαι πρὸς τὸ παρόν. ἐὰν δὲ καὶ ταῦτα θέλῃς, καὶ ἄρχειν, καὶ πλουτεῖν, τυχὸν μὲν οὐδ' αὐτῶν τούτων τεύξῃ, διὰ τὸ καὶ τῶν προτέρων ἐφίεσθαι. πάντως γε μὴν ἐκείνων ἀποτεύξῃ, δι' ὧν μόνων ἐλευθερία, καὶ εὐδαιμονία περιγίνεται.

Cap. IV.

Cum igitur tantas res appetas, ſic eas ſuſcipiendas eſſe memento, ut ſis non mediocriter incitatus: ſed alia prorſus relinquas, alia in aliud tempus differas. Quod ſi & hæc (philoſophicam animi tranquillitatem) & magiſtratus atque opes etiam appetieris, fortaſſe nec hæc conſequeris ob priorum illorum (felicitatis in animo ſitæ) deſiderium: illis certe quidem omnino excides, per quæ ſola libertas & felicitas comparatur.

ἘΞΗΓΗΣΙΣ.

Δείξας, ἐν τίσιν ἐστὶ τὸ ἀγαθὸν τὸ ἡμέτερον, ὅτι ἐν τοῖς ἐφ' ἡμῖν, καὶ ὁποῖος ἔσται ὁ βίος τοῖς ἐκεῖθεν αὐτὸ

Commentarius.

Poſtquam oſtendit quibus in rebus bonum ſit poſitum, in iis nimirum quæ in noſtra poteſtate ſunt: & qualis eorum vita ſit futura, qui id bonum inde petant, non autem

περιέζεσθαι βουλομένοις, καὶ μὴ ἀπὸ τῶν ἐκτὸς καὶ οὐκ ἐφ' ἡμῖν ὄντων, καὶ ὅτι πρὸς τὴν τῶν ἀγαθῶν τεῦξιν ἀνεμπόδιστος καὶ ἀκώλυτός ἐστι παντελῶς, καὶ ἀπὸ βλάβης ἄτρωτος, οὐδεμίαν ἐπίβασιν τοῖς βλαβεροῖς παρεχόμενος, καὶ οὐ μόνον ἐπωφελής, ἀλλὰ καὶ ἡδύς, οὔτε κατὰ τὴν ὄρεξιν ἐμποδιζόμενος, οὔτε ὧν ἐκκλίνει περιπίπτων τινί, ἀλλ' ἁπλῶς εἰπεῖν, μακάριός τε, καὶ εὐδαίμων διατελῶν· ἐφεξῆς προτρέπει τε καὶ συντείνει τὴν ἀκροατὴν ἀξίαν ἐπιδείξασθαι προθυμίαν τῶν τοιούτων ἐπαγγελμάτων, μὴ μόνον οὐ πάρεργον ἄλλου τινὸς ἡγούμενον τὴν περὶ αὐτὰ σπουδήν, ἀλλὰ μηδ' ἄλλό τι πάρεργον πρὸς αὐτὴν ποιούμενον. Διὸ τὰ ἐκτὸς ὅσα μὲν ἀσύμφωνα πρὸς τὸν κατὰ φύσιν βίον τῆς λογικῆς ψυχῆς ἐστιν, ὥσπερ τροφαί, καὶ ἡδοναὶ σωματικαί, καὶ ἀκάθαρτος πλοῦτος, καὶ δυναστεῖαι, καὶ τυραννίδες, ταῦτα παντελῶς ἀφιέναι παρακελεύεται, ὡς οὐ δυνατὸν ὂν καὶ περὶ ταῦτα σπουδάζειν, καὶ κατὰ φύσιν ἔχοντα ἑαυτὸν φυλάττειν. τὰ δὲ ἄλλα ὅσα τῶν ἐκτὸς δύναται ἐμφρόνως μεταχειριζόμενα μὴ ἐμποδίζειν τοῖς ψυχικοῖς ἀγαθοῖς, ὥσπερ οἴκου κτῆσιν καὶ οἰκέτας, γάμον τε ἔννομον, καὶ εὐγενῆ παιδοποιΐαν, καὶ ἀρχὴν δικαίαν, ἐνίοτε καὶ τῶν χρειωδῶν ἐπιμέλειαν, ταῦτα πάντα καὶ τὰ τοιαῦτα ὑπερθέσθαι πρὸς τὸ παρὸν παραινεῖ τοὺς παιδευομένους εἰκότως. καὶ γὰρ ἀπερισπάστους αὐτοὺς εἶναι χρὴ πανταχόθι πρὸς τὴν τῆς ἀρετῆς ἄσκησιν, εἰ μέλλοιεν τελέως κατορθοῦν αὐτήν. Καὶ μέντοι δεῖ τὸν μέλλοντα ἐν τοῖς ἐκτὸς δημοτικῶς, ἀλλὰ καὶ

autem à rebus externis & alienis: & in adeptione boni eam nullo modo impediri poſſe & prohiberi, nulloque damno eſſe violabilem, ut quæ nullis noxiis rebus aditum præbeat: quæque non utilis tantum, ſed & iucunda ſit: cuius nec appetitio impediatur, nec declinatio in aliquid adverſum incidat, ſed ab omni parte mali perpetuo expers & beata: nunc ſtudium & alacritatem auditoris excitat, monetq;, tantas res non modo non obiter tractandas eſſe, ſed dum iis occupatus ſis, nihil aliud vel obiter agendum. Quapropter plane relinqui iubet ea, quæ cũ animi ratione præditi vita, naturæ conſentanea, non conſentiunt: cuiuſmodi ſunt, ſordidæ divitiæ, principatus, imperia, delicię & voluptates corporis: quod fieri non poſſit, ut idem & his rebus occupetur, & animo excolendo ſtudeat. differri vero eas res externas iubet, quæ prudenter tractatæ, bonis animi non officiunt: cuiuſmodi ſunt, parare domum & ſervitium, legitimę nuptię, ingenuorum liberorum procreatio, iuſtus magiſtratus, aliquando etiam rerũ neceſſariarum curatio. Hæc omnia, & id genus alia, in præſentia eſſe differenda, monet ſtudioſos, idq; merito: quod nullis omnino rebus eos diſtrahi oporteat, & à ſtudio virtutis atq; exercitatione abſtrahi, qui eam perfecte conſequi cupiunt. Ac eum qui

ἄνδρα τὸν ἀγαθὸν, ἀναστρέφεσθαι, καὶ φρόνησιν ἔχειν τῶν ἐπωφελῶν καὶ βλαπτικῶν διακριτικὴν, καὶ τὰς ἀλόγους ὀρέξεις ὑπεσταλμένας τῷ λόγῳ, καὶ μὴ κατεξισταμένας αὐτοῦ· ἀλλ᾽ ἐφ᾽ οἷς ἐκεῖνος ὀρεκτοῖς κελεύει, κινεῖσθαι, καὶ ὅτε, καὶ ἐφ᾽ ὅσον, ἐπ᾽ ἐκεῖνα κατὰ τὸ μέτρον τὸ ἀφοριζόμενον αὐτοῖς διεγείρεσθαι. τὰ γὰρ ἁμαρτήματα γίνεται, ἢ τοῦ λόγου τὸ δέον μὴ διορίζοντος διὰ φρονήσεως ἔλλειψιν, ἢ τούτου μὲν εἰ καὶ ἀτόνως ὁρῶντος ὅ, τι δέον πραχθῆναι, τῶν δὲ ἀλόγων ὀρέξεων δι᾽ ἀπαιδευσίαν κατεξανισταμένων τυραννικῶς τῆς χαλαρᾶς τοῦ λόγου κρίσεως· ὡς ὅταν ὁ τραγῳδία τὴν Μήδειαν ὑποκρινομένη λέγῃ·

Καὶ μανθάνω μὲν οἷα δρᾷν μέλλω
κακά·
Θυμὸς δὲ κρείσσων τῶν ἐμῶν βουλευμάτων.

Χρεία τοίνυν τῷ μέλλοντι ζῆν ἀναμαρτήτως ἐν τῇ περὶ τὰ ἐκτὸς χρήσει, καὶ τὴν φρόνησιν παρασκευάσαι, καὶ τὴν τῶν ἄλλων ὀρέξεων τὴν μετριότητα, καὶ τὸ πρὸς τὸν λόγον εὐπειθές. καὶ οὕτως ὥσπερ ὅπλοις ἀῤῥαγέσι τούτοις πεφραγμένος κατὰ καιρὸν ἅπτεσθαι τῶν τοιούτων. διὸ καὶ τὰ συμφωνεῖν δυνάμενα τῶν ἐκτὸς πρὸς τὴν ἀρετὴν, ὑπερθέσθαι πρὸς τὸ παρὸν παραινεῖ τοῖς παιδευομένοις, ἕως ἂν τὴν χρηστικὴν ἀρετὴν αὐτῶν κτήσωνται, διὰ τῆς ἀπερισπάστου ἀσκήσεως. οὔτε γὰρ εἰς πόλεμον ἀπιέναι χωρὶς ὅπλων καλὸν, οὔτε πραγμάτων χωρὶς φρονήσεως καὶ μετριοπαθείας

qui res externas non populariter, ſed more viri boni adminiſtrare voluerit, ea prudentia eſſe præditum oportebit, qua res utiles & noxias diſcernat, & brutas appetitiones rationi obedientes præbeat; ut nec inſurgere illas adverſus hanc patiatur, nec moveri ſinat, niſi ob eas res appetendas quas ipſa iuſſerit, & quādo, & quatenus: & ad illas res excitari, intra præfinitum ipſis modū. Peccata enim exſiſtunt, aut, ratione, quid fieri debeat, non dictāte, ob prudentiæ penuriam: aut ea quidē quamvis languide, tamē perſpiciēte quid facto ſit opus, ſed brutis appetitionibus, ob neglectā inſtitutionē, tyrannice adverſus languidum rationis iudiciū inſurgentibus. Talem tragœdia Medeam depingit:

Scio nefas quod, & quod in ſcelus ruā:
Sed ira mentis omne iudiciū premit.

Ad verum igitur externarum rerum uſum & ingenio doctrina exculto, & appetitu moderato atque ſubacto eſt opus. Sic hiſce veluti firmiſſimis armis munitus, per tempus tales res ſuſcipere poterit. Quapropter ſtudioſos homines monet, ut res externas quæ cū virtute congruere poſſint, in aliud tempus differant, donec virtutem utendi eis, continenti exercitatione compararint. Neque enim ad bellum inermem abire decet: neque res gerendas abſque prudentia & moderatione animi ſuſcipere. Epictetus ve-

ἐφα-

ἐφάπτεσθαι. Αὐτὸς δὲ οὐκ ἀσύμφορον μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀνόνητον δείκνυσι τοῖς παιδευομένοις τὴν περὶ τὰ ἐκτὸς σπουδήν. εὐαγωγίας μὲν γὰρ, καὶ ὀρέξεων λελογισμένων, καὶ ἐκκλίσεων, δι' ὧν μόνων ἐλευθερία καὶ εὐδαιμονία τοῖς ἀνθρώποις περιγίνονται, πάντως ἀποτυγχάνειν ἀνάγκη τοὺς καὶ τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν ὀρεγομένους, καὶ ἐκεῖνα ἐκκλίνοντας. δουλεύειν γὰρ ἀνάγκη ταῖς ἀλόγοις ὀρέξεσιν, ὡς λυττῶσί τε καὶ ἀγρίοις δεσπόταις· δουλεύειν δὲ καὶ τῶν ἀνθρώπων τοῖς τε πορίζουσι τὰ τοιαῦτα ὀρεκτὰ, καὶ τοῖς κωλύειν δυναμένοις, ἵνα μὴ κωλύωσι, καὶ τοῖς ἐπάγουσι τὰ φευκτά. ἔτι δὲ καὶ τῆς σχολῆς ἡμᾶς περιαιρουμένης τῆς πρὸς τὰ οἰκεῖα ἐπιμέλειαν, ἡ περὶ τὰ ἐκτὸς σπουδὴ ἀποτυγχάνειν πάντως τῶν οἰκείων ἀγαθῶν ποιεῖ. οἱ γὰρ ἀμφοτέρων ὀρεγόμενοι καὶ περὶ ἄμφω σπουδάζοντες, οὔτε διακρίνουσι τὰ ἀγαθὰ καὶ τὰ μὴ τοιαῦτα, οὔτε τὴν προσήκουσαν σπουδὴν τοῖς οἰκείοις ἀγαθοῖς ἀπονέμουσιν· οὔτε μὴ σπουδάζοντες ὡς δεῖ περὶ αὐτὰ, τυγχάνειν αὐτῶν δυνήσονται. ὡς ἐπίπαν δὲ καὶ τῶν ἐκτὸς ἀποτυγχάνουσιν, ὡς μὴ μόνοις αὐτοῖς προσασχολούμενοι, ἀλλ' ἀμηγέπη καὶ τῶν οἰκείων ἀγαθῶν ὀρεγόμενοι, μηδὲ ἀνέδην πάντα ποιεῖν, καὶ πάσχειν ὑπὸ τῆς τεύξεως αὐτῶν αἱρούμενοι· ἀλλ' ἔστιν ὅτε καὶ ὑπὸ αἰδοῦς τινὸς ἀνθελκόμενοι. Καὶ ἔστιν ὁ τοιοῦτος βίος τοῦ μὴ μονοτρόπως εἰς τὰ ἐκτὸς ἀποκλίναντος, ἧττον μοχθηρός· ἐπίπονος δὲ καὶ ἀηδὴς ἐκείνου

ro non modo inutile, ſed inane etiam eſſe eorum qui adhuc erudiuntur, rerum externarũ ſtudium, pronuntiat. Animi enim moderatione & appetionibus ac declinationibus ratione moderatis, per quas ſolas hominibus libertas & felicitas pariuntur, excidere omnino neceſſe eſt eos, qui & appetunt & declinant ea quæ non ſita ſunt in poteſtate noſtra. Neceſſe enim eſt ſervire brutis cupiditatibus, tanquam agreſtibus & furioſis dominis. Serviendum item eſt hominibus, qui talia deſideria & explere & prohibere poſſunt, ne prohibeant: iis item, qui in res fugiendas conii cere poſſunt. Adhæc, ſubtrahendo curandi noſtras res otio, rerum externarum occupatio omnino in cauſa eſt, ut noſtris bonis excidamus. Nam qui utraque expetunt, & utriſque ſtudent: nec diſcernunt bona & mala, neque iuſtam curam ſuis bonis impendunt, nec legitimo ſtudio non adhibito iis potiri poterunt. Fit etiam fere, ut externis quoque bonis fruſtrentur, non iis ſolis occupati ſcilicet, ſed aliquo modo ſua etiam bona deſiderantes: neque toto pectore quidvis & facere & perpeti, propter adeptionẽ eorum volentes, retrahẽte verecundia quadam. Etſi autem talis vita minus prava eſt, quam eius qui unice rebus externis incumbit: laborioſior illa tamen, atque inſuavior eſt,

μᾶλλον, συγκλώθειν τὰ ἀσύγκλωστα σπουδάζων, καὶ ἐναντιώσεσι καὶ μεταμελείαις ἀεὶ συνεχόμενος, καὶ ἀποτυγχάνων ἑκατέρων, διὰ τὸ ἑκατέρων ἐφίεσθαι· λυπηρός δέ ἐστι, καὶ ἀναίρετος. Ἐπιστᾶσθαι δὲ ἄξιον, ὅτι συνεχῶς ἐν τοῖς ἑξῆς ὁ Ἐπίκτητος χρήσεται τῷ Μέμνησο πρὸς τὴν λογικὴν ψυχὴν διαλεγόμενος, τὴν συνεσπωμένους ἔχουσαν ἀεὶ τοὺς τῶν ὄντων λόγους, καὶ σύμφυτον αὐτῇ τὴν τῶν ὄντων ἀλήθειαν, ἀπονεῦσαν δέ ποτε πρὸς τὴν εἱλικρινῆ θέαν, τῷ περισπασμῷ τῆς ἐν αὐτῇ γενεσιουργοῦ δυνάμεως, καὶ διὰ τοῦτο εἰς λήθην ἀποφερομένην, τὴν πάντων αὐτῇ τῶν κακῶν αἰτίαν, καὶ δεομένην τοῦ συνεχῶς ἀκούειν τό, Μέμνησο. Ὅταν δὲ λέγῃ, ὅτι τηλικούτων ἀφιέμενον οὐ δεῖ μετρίως κεκινημένον ἅπτεσθαι αὐτῶν, οὐ κυρίως ἐπὶ τοῦ ἐμμέτρου καὶ ἀσυμμέτρου τῷ Μετρίως, ἀλλὰ καταχρηστικῶς ἐπὶ τοῦ ἐνδεοῦς ἐχρήσατο. ὁ γὰρ κίνδυνος τοῦ ἀποπεσεῖν τῶν οἰκείων ἀγαθῶν, ἄναλκιν οὐ φῶτα λαμβάνει, κατὰ Πίνδαρον.

& dum abhorrentia nexum, connectere ſtudet, ſecum ipſa pugnat, crebro pœnitet, fruſtratur utriſq; dum utraq; conſectatur, moleſta utique & averſanda. Eſt autem obſervatione dignum, cur Epictetus deinceps crebro utatur verbo MEMENTO, quo rationis compotem animum compellat, qui rationes rerum ſemper coniunctas ſecum habet, earumque innatam veritatem: ſed aliquando velut deficiente acie ob diſtractionem natalitiæ eius facultatis, in oblivionem ruit, quę ipſi malorum omnium cauſa eſt. ideoq; flagitat, ut MEMENTO crebro ei inculcetur. Cum non mediocriter incitatũ eſſe oportere dicit, eum qui tantas res appetat, nõ hoc vult, non ſupra modum atque immodice, ſed non infra modum, non minus quam par ſit, incitatum eſſe oportere. Nam ſi periculũ eſt, ne ſuis bonis excidat: periculum certe (ut ait Pindarus) ignavum virũ non admittit.

ΚΕΦ. ε΄.

Εὐθὺς οὖν πάσῃ τραχείᾳ φαντασίᾳ μάθε ἐπιλέγειν, ὅτι φαντασία εἶ, καὶ οὐ πάντως τὸ φαινόμενον. ἔπειτα ἐξέταζε αὐτήν, καὶ δοκίμαζε τοῖς κανόσι τούτοις, οἷς ἔχεις. πρώτῳ δὲ τούτῳ, καὶ μάλιστα, πότερον περὶ τὰ ἐφ' ἡμῖν ἐστιν, ἢ περὶ τὰ οὐκ ἐφ' ἡμῖν. κἂν περί τι τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν ᾖ, πρόχειρον ἔστω τό, διότι οὐδὲν πρός σε.

CAP. V.

Proinde viſo cuivis aſpero ſic occurrere ſtatim aſſueſcito: viſum id eſſe, nec plane id quod eſſe videatur. Poſt in exquirendo & probando eas adhibeto regulas, quas habes, eamque inprimis & maxime; Vtrum id viſum verſetur in rebus noſtræ poteſtati ſubiectis, an alienis? Quod ſi in alienis; illud in promtu ſit, nihil id ad te attinere.

ἘΞΗΓΗ-

ἘΞΗΓΗΣΙΣ.

Εἰπὼν, ὅτι χρὴ τὸν μέλλοντα τῶν οἰκείων ἀγαθῶν τυγχάνειν ἄνθρωπον, καὶ τὴν οἰκείαν εὐδαιμονίαν περιποιεῖσθαι, ἀπερίσπαστον ἀπὸ τῶν ἐκτὸς θεῖναι ἑαυτόν· ἐπειδὴ δὲ τοῖς ἑαυτῶν ἐπιμελουμένοις ἐμπίπτουσι πολλάκις φαντασίαι, αἱ μὲν, ὀρεκταί τινος τῶν ἐκτὸς, αἱ δὲ ἐκκλιτικαὶ τῶν ἀναιρέτων· διδάσκει πῶς δεῖ χρώμενον ταῖς τοιαύταις φαντασίαις ἀβλαβῆ μένειν ἀπ' αὐτῶν. Τραχείας δὲ τὰς τοιαύτας φαντασίας ἐκάλεσεν, ὡς ἀλόγους καὶ παροίστρους, καὶ τραχυνούσας ὄντως τὴν ζωὴν τῇ ἀσυμμετρίᾳ καὶ ἀνωμαλίᾳ τῶν κινήσεων. Ὅπερ δὲ ἐν τοῖς ἑξῆς σαφέστερον παραινεῖ, τὸ μὴ συναρπάζεσθαι εὐθὺς ὑπὸ τῆς ἐμπιπτούσης φαντασίας, ἢ ὀρεκτικῆς ἢ ἐκκλιτικῆς, τοῦτο καὶ νῦν λέγει· ὅτι χρὴ πρὸς αὐτὴν κινηθεῖσαν εὐθὺς ἀνθίστασθαι, καὶ πῶς τὴν σφοδρότητα αὐτῆς ἐκλύειν, διὰ τῆς ἐννοίας, τοῦ φαντασίαν εἶναι. Αἱ δὲ φαντασίαι, ποτὲ μὲν ἀληθῶν εἰσιν ἀνατυπωτικαὶ καὶ ἀληθῶς ἐπωφελῶν ἢ ἡδέων· ποτὲ δὲ διακενῆς ὀνειροπολοῦσιν. Αὐτῷ τε οὖν τούτῳ τῷ διατεθῆναι εὐθὺς ὅτι οὐ πάντως τοιοῦτόν ἐστι τὸ φανταστὸν, οἷον φαντάζεται, χαλᾶται τὸ σύντονον τῆς φαντασίας· ὥστε μὴ παρεμποδίζειν τὴν τοῦ λόγου κρίσιν, ἣν εὐθὺς μετὰ τὸ γαληνιασθῆναι τὴν φαντασίαν, καὶ τῆς τραχύτητος ἀπαλλαγῆναι, παραινεῖ προσάγειν εἰς ἀκριβῆ διάθεσιν τοῦ φαντασθέντος. Πολλοὶ δέ εἰσι τῶν τοιούτων κριτικοὶ κανόνες· οἱ μὲν ἀπ' αὐ-

COMMENTARIUS.

Poſtquam monuit, eum qui ſuis potiri bonis,& propriam ſibi felicitatem comparare velit, non diſtrahi oportere rebus externis, cum iis etiam qui ſua curant, viſa quædam occurrant, quibus impulſi aut rem aliquam externam appetant, aut ea declinent quæ alieni iuris ſunt: docet, quemadmodum his utendum ſit,ne ea nobis noceant. Aſpera vero viſa appellat appetitiones & averſationes rerum externarum,ut quæ brutæ ſint & væcordes, quæque immoderatis & perturbatis commotionibus vere exaſperent vitam. Quod autem in iis quæ ſequuntur apertius monet, ne ſtatim ſequamur quodvis viſum, ſive appetens ſive declinans : idem nunc quoque dicit,ſtatim ei ubi commodum fuerit,eſſe reſiſtendum, eiuſq; impetum inhibendum, cogitando, viſum id eſſe. Viſa porro modo res veras, vereque utiles & iucundas repræſentant, modo inania ſimulacra ceu ſomnia comminiſcuntur. Hac ipſa igitur cogitatione viſi contentio laxatur,cum ſtatim opponimus,rem non eſſe talem,qualis eſſe videatur : nec rationis iudicium impedit, quòd iudicium, cum primum viſi tempeſtas remiſerit,aſperitate imminuta, ad rem illam conſiderandam monet eſſe adhibendum. Regulæ autem viſa iudicandi ſunt multæ : quæ ſumuntur aut à

τῆς τῆς φύσεως τῶν φαντασιῶν λαμβανόμενοι· πότερον εἰς ψυχικὸν ἀγαθὸν ἢ σωματικὸν, ἤ τι τῶν ἐκτὸς, ἀναφέρονται· καὶ πότερον εἰς ὠφέλειάν τινα τείνουσιν, ἢ πρὸς ἡδονὴν μόνην· ἔτι δὲ καὶ εἰ δυνατὰ ὅλως ἢ ἀδύνατα. ἔστι δέ τις κανὼν καὶ ἀπὸ τῆς περὶ αὐτὰ κρίσεως καὶ σπουδῆς τῶν ἐμφρόνων τε καὶ ἀφρόνων ἀνθρώπων· καὶ ἔτι μᾶλλον ἀπὸ τῆς θείας κρίσεως. ὅπερ γὰρ ἀρεστὸν δοκεῖ θεῷ, καὶ τοῖς ἔμφροσιν ἀνθρώποις, τοῦτο ἂν εἴη σπουδῆς ἄξιον τῷ σωθησομένῳ· τὰ δὲ ἀπαρεστὰ ἐκείνοις, φευκτέα. οὐδεὶς γὰρ ἀνόητος οὕτως ἢ ἐμπαθής ἐστιν, ὡς οἰηθῆναι τὴν ἀκολασίαν ἢ τὴν ἀδικίαν ἀρέσκειν θεῷ. Πολλῶν οὖν ὄντων κανόνων κριτικῶν τῆς τῶν φανταζομένων ἡμῖν διαφορᾶς, εἷς ἐστιν ἀνθρώπων ὡς ἀνθρώπων ἴδιος, ᾧ κοινῶς ἐπὶ πάντων ἡμᾶς δεῖ χρῆσθαι· οὗτος ὁ ἀπὸ τῆς τῶν ἐφ᾽ ἡμῖν καὶ οὐκ ἐφ᾽ ἡμῖν διακρίσεως. εἰ γὰρ τῶν μὴ ἐφ᾽ ἡμῖν ἐστί τι τῶν φανταζομένων ἢ ὀρεκτὸν ἢ ἐκκλιτὸν, καλῶς ἔχει γινώσκειν τε καὶ ἐπιλέγειν εὐθὺς, ὅτι τοῦτο οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς. οὔτε γὰρ ἀγαθὸν, οὔτε κακὸν ἡμέτερον εἶναί τι δύναται, μὴ ἐφ᾽ ἡμῖν ὄν, διὰ τὸ εἰδοποιὸν τῆς ἀνθρωπίνης οὐσίας αὐτεξούσιον. ὅλως γὰρ ὑποστᾶσα τοιαύτη φύσις ἐν τοῖς οὖσι, καὶ τὸ ἀγαθὸν ἑαυτῆς καὶ τὸ κακὸν αὐθαίρετον ἔχειν ἔμελλεν.

natura viſorum: an ſcilicet ad animi, corporis, fortunæve bona pertineant? item, ad utilitatemne, an ad voluptatem ſolam referantur? fierine poſſint, an ſecus? aut à Dei cum primis & prudentium hominum auctoritate, aliquid probantium aut improbantium, magnificientium aut negligentium. Quicquid enim Deo & cordatis hominibus probatur: in eo utique eſt ſuæ ſalutis ſtudioſo elaborandum. Nemo autem adeo eſt aut amens, aut ſuarum cnpiditatum amans, ut exiſtimet luxuriam aut iniuriam placere Deo. Cum autem multæ ſint regulæ, quibus viſorum diſcrimina diiudicentur: una eſt hominum, quatenus homines ſunt, propria, qua nobis communiter in omnibus eſt utendum: illam dico, quæ pendet à diviſione rerum noſtrarum & alienarum. Nam ſi viſum rei quæ nobis offertur, ſive appetendæ, ſive declinandæ, non in noſtra poteſtate eſt, rectum eſt intelligere, & ſtatim dicere, eam nihil ad nos attinere. Nam cum noſtri arbitrii non ſit, neque bonum neque malum noſtrum eſſe poteſt, ob libertatem voluntatis, quæ propria eſt naturæ humanæ prærogativa. Omnino enim cum talis natura in natura rerum exſtitiſſet: aliter fieri non potuit, quin penes ipſam & bonum eius & malum eſſet.

KEΦ.

ΚΕΦ. ς′.

Μέμνησο, ὅτι ὀρέξεως μὲν ἐπαγγελία, ἐστὶν ἐπιτυχία οὗ ὀρέγῃ· ἐκκλίσεως δὲ ἐπαγγελία, τὸ μὴ περιπεσεῖν ἐκείνῳ, ὃ ἐκκλίνεται, καὶ ὁ μὲν ὀρέξει ἀποτυγχάνων, ἀτυχής· ὁ δὲ ἐκκλίσει περιπίπτων, δυστυχής. Ἂν μὲν οὖν μόνα ἐκκλίνῃς τὰ παρὰ φύσιν τῶν ἐπὶ σοί, οὐδενὶ ὧν ἐκκλίνεις, περιπεσῇ. νόσον δ᾽ ἂν ἐκκλίνῃς, ἢ θάνατον, ἢ πενίαν, δυστυχήσεις. Ἆρον οὖν τὴν ἔκκλισιν ἀπὸ πάντων τῶν οὐκ ἐφ᾽ ἡμῖν, καὶ μετάθες ἐπὶ τὰ παρὰ φύσιν τῶν ἐφ᾽ ἡμῖν· τὴν ὄρεξιν δὲ παντελῶς ἐπὶ τοῦ παρόντος ἄνελε. Ἄν τε γὰρ ὀρέγῃ τῶν οὐκ ἐφ᾽ ἡμῖν τινος, ἀτυχεῖν ἀνάγκη. τῶν τε ἐφ᾽ ἡμῖν ὅσων ὀρέγεσθαι καλὸν ἄν, οὐδὲν οὐδέπω σοι πάρεστι. μόνῳ δὲ τῷ ὁρμᾶν, καὶ ἀφορμᾶν χρῶ κούφως, καὶ μεθ᾽ ὑπεξαιρέσεως, καὶ ἀνειμένως.

ΕΞΗΓΗΣΙΣ.

Καὶ τοῦτο συνεχές τῷ πρὸ αὐτοῦ ἐστιν, ἀπόδειξιν ἐπέχον τοῦ, τὰ φανταζόμενα ὀρεκτά, εἰ μὲν τῷ ἐφ᾽ ἡμῖν καὶ οὐκ ἐφ᾽ ἡμῖν κανονίζοιντο, ἐπιτυχεῖς καὶ μακαρίους ποιεῖν· εἰ δὲ μή, ἀτυχεῖς καὶ δυστυχεῖς, καὶ κακοδαίμονας. Καὶ διορίζει πρῶτον, τίνας μὲν ἐπιτυχεῖς καὶ εὐτυχεῖς καλοῦμεν· τίνας δὲ ἀτυχεῖς καὶ δυστυχεῖς. καὶ ὅτι τῆς μὲν ἐκκλίσεως τὸ ἐπάγγελμα καὶ τὸ τέλος ἐστὶ τὸ μὴ περιπεσεῖν ἐκείνῳ, ὃ ἂν ἀποκλίνῃ. καὶ ἔστιν εὐτυχὲς τοῦτο τὸ μὴ περιπεσεῖν· ὥσπερ ἀτυχὲς μέν, τὸ μὴ

CAP. VI.

APpetitionis eum finẽ eſſe memento, ut id quod appetis, cõſequare: averſationis, ne in id incidas, quod declines. Is porro quẽ appetitio fruſtratur, infortunatus homo eſt: qui vero in id incidit, quod averſatur, calamitoſus. Itaq; ſi ea ſolum averſere, quæ naturæ rerum tuæ poteſtati ſubiectarũ repugnant: in eorũ quæ averſaris nihil incides. At ſi morbũ averſaris, aut mortem, aut inopiam: calamitatem ſubibis. Averſationem igitur ab iis rebus amovebis omnibus, quæ in nobis ſitæ non ſunt: appetitionẽ autem hoc tẽpore prorſus auferto. Nam ſi ea quæ noſtri arbitrii non ſunt, cõcupieris: fruſtrari neceſſe erit. Ea vero quæ nobis parẽt, quatenus honeſte poſſint expeti, nondum es aſſecutus. Sed eo tantũ motu animi utitor, quo vel ad eas accedas, vel ab iiſdẽ recedas: verũ leviter, & cum exceptione, & remiſſe.

COMMENTARIUS.

HOc quoque cum eo quod anteceſſit, cohæret: quo demonſtrat, ea quæ appetenda videantur, facere nos votorũ compotes & beatos, adhibita regula rerum quæ noſtri aut alieni iuris ſunt. Sin minus: voti impotes & calamitoſos. Ac primum explicat, quoſnam voti compotes & fortunatos dicamus, quos infortunatos & calamitoſos. Item declinationis promiſſum & finem eſſe, non incidere in id quod declines: idque fortunatum eſſe. Sicut infortunatum, id quod deſideres non

τυχεῖν τοῦ ὀρεκτοῦ, ὅτι οὐκ ἔτυχε. δυστυχὲς δὲ τὸ τῷ εὐτυχεῖ ἀντικείμενον, τὸ τῷ φευκτῷ περιπεσεῖν· ὅτι ἔτυχε μὲν, ἀλλὰ κακοῦ τινος ἔτυχε. Ταῦτα καλῶς διαστήσας, ἐπάγει τὰ ἑξῆς· ὅτι ἂν μὲν μόνα ἐκκλίνῃς τὰ παρὰ φύσιν τῶν ἐπί σοι, οἷον ἀκολασίας, καὶ ἀδικίας, καὶ τὰ τοιαῦτα, ἐπειδὴ ἐπί σοί ἐστι τὸ ἐκκλῖναι, οὐδενὶ ὧν ἐκκλίνεις περιπεσῇ. ὥστε οὐδέποτε δυστυχήσεις. νόσον δὲ, ἢ πενίαν, ἤ τι τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν ἐὰν ἐκκλίνῃς, ἐπειδὴ μὴ ἔστιν ἐπί σοι τὸ ἀποφεύγειν ταῦτα, ἀνάγκη δήποτε περιπεσεῖν, καὶ δυστυχῆ γενέσθαι. ὁμοίως δὲ κἂν ὀρέγῃ τῶν οὐκ ἐπί σοι, ἀποτυχεῖν ἀνάγκη πολλάκις τοῦ ὀρεκτοῦ μὴ τυγχάνοντα. Εἰ δὲ ἐν τοῖς ἐφ' ἡμῖν ἡ ὄρεξις καὶ ἡ ἔκκλισις γίνεται, οὔτε ἀτυχεῖν οὔτε δυστυχεῖν ποτε συμβήσεται, ἀλλ' ἀεὶ εὐτυχεῖν καὶ ἐπιτυγχάνειν. Καὶ ἔστιν ἡ συναγωγὴ τοῦ λόγου τοιαύτη· ὁ ἐν τοῖς οὐκ ἐφ' ἡμῖν τὴν ὄρεξιν καὶ τὴν ἔκκλισιν τιθεὶς, καὶ τῶν ὀρεκτῶν ἀποτυγχάνει πολλάκις, καὶ τοῖς ἐκκλινομένοις περιπίπτει, ὡς ἐπ' ἄλλοις οὔσης τῆς ἐξουσίας αὐτῶν. ὁ δὲ τοιοῦτος ἀτυχής τε καὶ δυστυχὴς ὡμολόγηται· ὥστε καὶ ἄθλιος, καὶ κακοδαίμων. Καὶ ὅρα ὅπως Σωκρατικὸς ὁ λόγος καὶ συγκαταβατικὸς καὶ ἀπ' αὐτῶν τῶν σπουδαζομένων ἡμῖν κατὰ τὸ ἐπὶ τὸ κάλλιον. πάντες γὰρ καὶ

conſequi, propterea quod conſecutus non ſis. Calamitoſum vero, fortunato contrarium, eſt incidere in id quod fugias. Nam aſſecutus quidem es aliquid, ſed malum es aſſecutus. His probe diſtinctis, ſubiicit ordine: ſi ea ſola declines, quæ repugnent eorum naturæ quæ in tua poteſtate ſunt, cuiuſmodi eſt intemperantia, iniuria, & id genus alia, quæ vitare tui arbitrii ſit, fore ut in nihil eorum incidas. Itaq; neque calamitoſus unquam eris. Morbum autem, aut paupertatem, aut aliquid aliud quod noſtri arbitrii non eſt, ſi declines, quia penes te non ſit iſta effugere: neceſſe eſſe, te aliquando in ea incidere & infelicē fieri. Eodemq; modo ſi ea deſideres, quæ tui arbitrii nō ſunt: neceſſe eſſe ſæpe fruſtrari, non potitū eo quod deſideres. Si vero appetitio & declinatio in iis verſetur quę in nobis ſita ſint: nunquā fruſtratum iri nos, nunquam calamitatē ſubituros, ſed ſemper fortunatos fore, votorumque compotes. Oratio porro ſic interſeſe cohæret. Qui in rebus in noſtra poteſtate non ſitis, appetitionem & declinationem collocat: is & rebus deſideratis ſæpe fruſtratur, & in eas incidit quas declinat, , propterea quod ea in aliorum poteſtate ſunt. Talem autem infortunatum, calamitoſum, ærumnoſum, infelicem eſſe conſtat. Vide autē quam Socratica hæc ratio ſit, & ad captum auditorum accommodata, qua appetitiones noſtræ ad res meliores & pulcriores traducuntur. Nam omnes,

tam

οἱ σπουδαίως καὶ οἱ μοχθηρῶς ζῶντες, ἐν τούτῳ τίθενται τὴν εὐδαιμονίαν, ἐν τῷ τῶν μὲν ὀρεκτῶν αὐτοῖς, καὶ ἐφετῶν τυγχάνειν, τοῖς δὲ ἀναιρέτοις, καὶ φευκτοῖς μὴ περιπίπτειν. Διαφέρουσι δὲ, ὅτι οἱ μὲν σπουδαῖοι τῶν ὄντων καὶ εἰλικρινῶς ἀγαθῶν, καὶ ὠφελίμων ὀρέγονται, καὶ ἐκκλίνουσι τὰ ὄντως βλαβερὰ καὶ κακὰ, τοῦ λόγου ὄντος ἐν αὐτοῖς τοῦ κρίνοντος, καὶ τῶν ἀλόγων ὀρέξεων συνεθισμένων αὐτοῖς ἕπεσθαι τῷ λόγῳ, καὶ ἡδέα νομίζειν τὰ τῷ λόγῳ δοκοῦντα τοιαῦτα· οἱ δὲ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, τὸν μὲν λόγον ἀνεπιμέλητον ἔχοντες, τὰς δὲ ἀλόγους ὀρέξεις ὑπὸ συνεχοῦς κινήσεως γεγυμνασμένας, τῷ ἡδεῖ τὰ ὀρεκτὰ κρίνουσιν, ἀλλ' οὐχὶ τῷ ὠφελίμῳ, καὶ ἡδοναῖς περιπίπτουσι πολλάκις τῶν τῷ λυπηρῷ παραπλησίως κεκραμέναις, διὰ τὸ μηδὲ ἡδονὰς εἶναι κυρίως αὐτὰς, ἀλλ' οἷον σκιὰς ἡδονῶν καὶ παραχρώσεις. πάντες δὲ ὅμως, ὅπερ εἶπον, ἐν τούτῳ τίθενται τὴν εὐτυχίαν τε καὶ ἐπιτυχίαν, ἐν τῷ τῶν ὀρεκτῶν τυγχάνειν, μὴ πειρᾶσθαι δὲ τῶν φευκτῶν. Ὑποδείκνυσιν οὖν ὁ λόγος οὗτος καὶ τοῖς μοχθηροῖς, ὡς εἰ βούλοιντο μήτε ὀρεγόμενοι ἀποτυγχάνειν, μήτε ἐκκλίνοντες περιπίπτειν, ἐν τοῖς ἐφ' ἡμῖν τὰ ὠφελοῦντα ὀρεκτὰ, καὶ τὰ βλάπτοντα φευκτὰ τίθεσθαι. τῶν μὲν γὰρ οὐκ ἐφ' ἡμῖν ὀρεγομένους, καὶ ἐκκλίνοντας ἐκεῖνα, καὶ ἀποτυχεῖν ἀνάγκη αὐτοὺς καὶ δυστυχεῖν· ὅπερ φευκτὸν καὶ ἐκείνοις ἐστίν. Ἆρον οὖν τὴν ἔκκλισιν ἀπὸ πάντων τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν, καὶ μετάθες ἐπὶ τὰ

tam mali quam boni, felicitatem in eo collocant, ſi & optatis ſuis fruantur, & ea quæ oderunt effugiant. In eo autem differunt, quod viri boni vera & ſyncera bona atq; commoda expetunt, & vere mala atque incommoda averſantur. Nam ratio eſt, quæ in eis iudicet, & brutæ appetiones eorum aſſuefactæ ſunt ut rationi pareant, iucundaque exiſtiment ea quæ ratio probarit. Vulgus autem hominum, quod & rationem neglectam habet, & brutas appetitiones ob continentem motum exercitatas, voluptate res appetendas metitur, non utilitate, & in voluptates incidit ſæpe moleſtiis non adeo diſſimiles. Ac ne voluptates quidem illæ proprie ſunt, ſed velut umbræ quædam voluptatum & ſimulacra. Omnes tamen, ut dixi, felicitatem & ſucceſſus in adeptione deſideratarum rerum ponunt, & in evitatione fugiendarum. Præceptio igitur hæc etiam improbis demonſtrat, ſi neque appetendo fruſtrari, neque declinando impingere velint: ut in rebus quæ noſtri arbitrii ſunt, utilia deſideria, & noxias averſationes collocent. Nam ſi ea quæ nobis non parent, deſiderarint aut declinarint, & fruſtari eos neceſſe erit, & ſubire calamitatem: quod & ipſi fugiendum eſſe cenſeant. Aufer igitur declinationem ab omnibus iis quæ in nobis ſita non ſunt, & in ea trans-

παρὰ

παρὰ φύσιν τῶν ἐφ' ἡμῖν. νόσον μὲν γὰρ ἢ πενίαν ἂν ἐκκλίνῃς, ἐπειδὴ οὐκ ἔστιν ἐφ' ἡμῖν τελέως τὸ ταῦτα ἐκφεύγειν· κἂν γὰρ ἔχωμέν τινα δύναμιν συντελοῦσάν ποτε πρὸς τὴν ἀποφυγήν, ἀλλ' οὔτε ἀεὶ οὔτε τὸ ὅλον ἰσχύει· διὸ δυστυχεῖν ἀνάγκη περιπίπτοντας ἐκείνοις ἃ ἐκκλίνομεν. ἐὰν δὲ πεισθέντες αὐτῷ, τὴν ἔκκλισιν μεταθῶμεν εἰς τὰ παρὰ φύσιν τῶν ἐφ' ἡμῖν, ὡς ἐκκλίνειν τὰς ψευδεῖς περὶ τῶν ὄντων ὑπολήψεις, καὶ τὰ πρὸς τὴν κατὰ φύσιν διαγωγὴν τὴν τῷ λόγῳ πρέπουσαν ἐμποδίζοντα, ἐφ' ἡμῖν ὄντος τοῦ ἐκφυγεῖν τὰ τοιαῦτα· διότι δὲ ἐκκλίσεως μόνης δεόμεθα τῆς ἐφ' ἡμῖν οὔσης· οὐ περιπεσούμεθά ποτε οἷς ἐκκλίνομεν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν δῆλα. Πῶς δὲ πᾶσαν ὄρεξιν ἀνελεῖν παντελῶς ἐπὶ τοῦ παρόντος παρακελεύεται; τὸ μὲν γὰρ τὴν τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν ὄρεξιν ἀνελεῖν, πρόδηλον ἔχει τὴν ὠφέλειαν, ὅτι μὴ τυγχάνοντες μὲν ἀτυχεῖς ἐσόμεθα, καὶ ἀηδῶς ζήσομεν· κἂν τύχωμεν δέ ποτε, οὔτε ὠφελίμου ἡμῖν οὔτε οἰκείου τυγχάνομεν ἀγαθοῦ. Ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον, τὴν τῶν ἐφ' ἡμῖν ἀγαθῶν ὄρεξιν διὰ τίνα αἰτίαν ἀποκωλύει; ὅτι, φησί, πῶς τούτων δεῖ ὀρέγεσθαι, οὔπω σοι πάρεστι. καίτοι εἰ παρῆν, οὐκ ἔστι τάχα τοῦ ὀρεχθῆναι καιρός. καὶ γὰρ ἔκτασις τοῦ ὀρεγομένου ἡ ὄρεξις ἐπὶ τὸ ὀρεκτὸν, ὡς οὐ παρόντος. τίς δ' ἂν καὶ τύχῃ τοῦ ἀγαθοῦ χωρὶς ὀρέξεως αὐτοῦ; Ὅλως δὲ εἰ τὸ ἀγαθὸν ἡμῶν οὐκ ἐν ταῖς πράξεσιν, ἀλλ' ἐν ταῖς κατὰ φύσιν ὀρέξεσι καὶ ἐκκλίσεσι, πῶς τὴν

fer, quę eorum naturæ quę in nobis ſita ſunt, repugnant. Nam morbum quidem aut paupertatē ſi declines, quia nō plane penes nos eſt effugere talia (etſi enim facultatē quandā habemus, quæ ad ea effugienda nonnunquam aliquid confert: tamen ea neq; ſemper valet, nec ſatis virium habet) ideo neceſſe erit nos calamitatē ſubire, incidentes in ea quæ declinamus. Sin Epicteto paruerimus, declinationem in ea transferemus, quæ eorum naturæ quæ noſtri arbitrii ſunt repugnant, ut declinemus falſas de rebus opiniones, & ea quæ vitam naturæ ac rationi conſentaneam impediunt: quia penes nos eſt, effugere talia. Quare ſola declinatione egemus, quæ penes nos eſt. Sed hæc perſpicua ſunt. Quomodo autem iubet omnem appetitum in præſentia tolli? Nam appetitus rerum quæ noſtri arbitrii non ſunt, ſublatio, evidentem habet utilitatem: quia eas non conſecuti, votorum impotes erimus, & moleſte vivemus: & ut aliquando eas conſequamur, neque utile nobis, neque proprium bonum conſequemur. Cæterum auctor noſter ſecus: Bonorum quæ in noſtra poteſtate ſita ſunt appetitione quamobrē interdicit? Quia, inquit, quatenus hæc recte appetantur, nondū didiciſti. Quis vero bono potiatur, niſi id appetat? Quod ſi bonum noſtrū non in actionibus, ſed in appetitionibus & declinationibus naturę conſentaneis ſitum eſt, qua ratione horta-

ὄρεξιν παντελῶς ἀνελεῖν ἐν τῷ παρόντι διακελεύεται; πῶς δὲ δυνατὸν χωρὶς ὀρέξεως διατελεῖν ἄνθρωπον; Δοκεῖ δὲ καὶ ἐναντίον εἶναι τοῦτο τῷ πρὸ ὀλίγου ῥηθέντι, ὅτε ἔλεγε· Τηλικούτων ἐφιέμενος, μέμνησο ὅτι οὐ δεῖ μετρίως κεκινημένον ἅπτεσθαι αὐτῶν. οὐ γὰρ σωματικὴν κίνησιν ἐνεδείκνυτο, ἀλλὰ τὴν κατὰ προθυμίαν καὶ ὄρεξιν. Πῶς δὲ καὶ ἔστιν ὁρμᾶν ἄνευ ὀρέξεως; ὀρεχθῆναι γὰρ ἀνάγκη πρότερον, καὶ οὕτως ὁρμῆσαι. Μήποτε οὖν πρὸς τοὺς ἀρχομένους παιδεύεσθαι ὁ λόγος ἐστὶν, οἷς οὐκ ἀσφαλὲς ὀρέγεσθαι ὅλως πρὸ τοῦ μαθεῖν τίνων ὀρέγεσθαι χρή; ὁρμᾶν γὰρ χρὴ καὶ ἀφορμᾶν κατὰ τὴν ὁρμὴν τὴν τῆς ὀρέξεως καὶ τῆς ἐκκλίσεως προηγουμένην. μήποτε δὲ πρὸς τοὺς ἔτι παιδευομένους διαλεγόμενος, οὐ πᾶσαν ἁπλῶς τὴν ὄρεξιν τῶν ἐφ' ἡμῖν ἀγαθῶν ἀνελεῖν παρακελεύεται, ὡς δοκεῖ λέγειν, ἀλλὰ τὸ σφοδρὸν παραιτεῖται τῆς ὀρέξεως καὶ τῆς ἐκκλίσεως ἣν ἐφιέναι δοκεῖ; τὸ γὰρ ὁρμᾶν καὶ ἀφορμᾶν κούφως καὶ ἀνειμένως παρακελεύεται. Δῆλον δὲ ὅτι ὁρμῶμεν μὲν ὀρεχθέντες, ἀφορμῶμεν δὲ ἐκκλίνοντες. προηγεῖται γὰρ τῆς μὲν ὁρμῆς ἡ ὄρεξις, τῆς δὲ ἀφορμῆς ἡ ἔκκλισις. καὶ ὅταν οὖν πρότερον ἔλεγε, Τηλικούτων οὖν ἐφιέμενος, μέμνησο ὅτι οὐ δεῖ μετρίως κεκινημένον ἅπτεσθαι αὐτῶν, οὐ σφοδρὰν ὄρεξιν παρήγγειλεν, ἀλλ' ἅπερ ἐφεξῆς αὐτὸς ἐπάγει, τὰ μὲν ἀφεῖναι παντελῶς, τὰ δὲ

hortatur, ut in præſentia plane tollamus appetitum? Fieri qui poteſt, ut homo ſine appetitionibus vivat? Præterea pugnare videtur hoc cum eo,quod paulo ante dictũ eſt, cum diceret: In tantarum igitur appetitione rerum, memento te non mediocriter incitatum aggredi eas oportere. Neque enim de motu corporis loquebatur, ſed de cupiditate & appetitione. Iam quo pacto rem proſequi poſſumus, ſine appetitione? Nam prius quã rem proſequamur, eam appetamus neceſſe eſt. Quid vero ſi ad tirones & novitios diſcipulos hæc verba pertinent, quibus appetere minime tutum eſt, priuſquam didicerint quæ ſint appetenda: ſed proſequi rem & ab ea abhorrere ſatis eſt, pro ea propenſione, quæ appetitionem & declinationem antecedit? Neq; omnem fortaſſis appetitum rerum in nobis ſitarũ tollit, ut dicere videtur, quãvis diſcipulos alloquens: ſed appetitus vehementiam improbat, ut & averſationis, quam permittit. Nam proſequi rem, & abhorrere à re leviter & remiſſe, iubet. Conſtat autem nos proſequi rem, ubi deſideraverimus: abhorrere à re, declinando. Nam propenſionem antecedit appetitio, averſionem declinatio. Et cum prius diceret: In tantarum appetitione rerum memento, non mediocriter incitatum eas aggredi oportere: non vehementem appetitum ſuaſit, ſed ea quæ ipſe ordine ſubiungit, quædam prorſus eſſe relinquenda, quædam

ὑπερτεθέσθαι πρὸς τὸ παρόν. Τὸ δὲ σφοδρὸν τῆς ὁρμῆς, καὶ τῆς ὀρέξεως, καὶ τῆς ἀφορμῆς, καὶ τῆς ἐκκλίσεως ἐπὶ τῶν παιδευομένων εἰκότως παραιτεῖται, διὰ τὸ μὴ ὑπερπηδᾶν, καὶ ὑπερβάθμιον πόδα τείνειν ὑπὸ προθυμίας περιττοτέρας. τοῦτο γὰρ καὶ τῆς ψυχῆς ἐπὶ τῶν πλείστων ἐκλύει τὸν τόνον, καὶ τὰ σώματα προσδιαφθείρει. καὶ πολλοὶ τοῦτο πεπόνθασιν ἤδη, τῶν ἀκαίρῳ καὶ ἀμέτρῳ χρησαμένων προθυμίᾳ πρὸς ἄσκησιν. ὀλίγαι γάρ εἰσι φύσεις, καὶ σωμάτων καὶ ψυχῶν, αἱ ἀθρόως μεταβαίνειν δυνάμεναι ἀπὸ τῶν χειρόνων ἐπὶ τὰ εἰλικρινῆ ἀγαθά· ὅπερ Διογένει, καὶ Κράτητι, καὶ Ζήνωνι, καὶ τοῖς τοιούτοις ὑπῆρξεν. οἱ δὲ πολλοὶ, καὶ πίπτειν κατ' ὀλίγον, καὶ ἐγείρεσθαι κατ' ὀλίγον πεφύκαμεν, κατὰ ψυχὴν, ὥσπερ καὶ κατὰ σῶμα. ἡ γὰρ διὰ τῶν μέσων ὁδὸς βεβαιοτέρα καὶ ἀσφαλεστέρα ἐστὶ, τὴν τῆς ψυχῆς δύναμιν καὶ προθυμίαν συνέχουσα καὶ διακρατοῦσα, καὶ κατ' ὀλίγον προσαύξουσα. Διόπερ ὁρμᾶν καὶ ἀφορμᾶν κούφως καὶ ἀνειμένως, καὶ μεθ' ὑπεξαιρέσεως παρακελεύεται· τουτέστι, κατὰ τὸ ἐνδιδόναι τι ὀλίγον, καὶ μὴ εἰς ἄκρον ἀποτείνειν τὴν ὁρμὴν καὶ τὴν ὄρεξιν, καὶ τὴν ἔκκλισίν τε καὶ ἀφορμήν. ὁ γὰρ ἐξ ἀναγώγου βίου πρὸς ἐγκράτειαν συνεθιζόμενος, οὐκ εὐθὺς ὤφειλεν ἐπιπηδᾶν τῇ ἄκρᾳ λειότητι καὶ νηστείᾳ, ἀλλὰ κατ' ὀλίγον ὑπεξαίρειν ἑαυτὸν ἀπὸ τῶν προτέρων· καὶ ὅπερ ὁ τῶν χρυσῶν ἐπῶν ποιητὴς εἶπεν,

in aliud tempus differenda. Recte cavet igitur, ne ii qui erudiuntur, vehementi propenſione & averſione, appetitione item & declinatione, præ alacritate modum excedendo, & quaſi ſepta tranſiliendo, vires enervent. Hoc enim in pleriſque & animi vigorem hebetat, & corpora ante tempus conſumit. Ac multis hoc iam accidit, qui importuna & immodica alacritate ſunt exercitationem aggreſſi. Nam paucæ tum corporum tum ingeniorum naturæ ſunt, quæ ſubito à deterioribus ad meliora tranſire poſſint. Id quod Diogeni, Crateti, Zenoni, & ſimilibus contigit. Plerique autem & labi paulatim, & erigi paulatim ſolemus, tam animis quam corporibus. Via enim media conſtantior & tutior animi vim & alacritatem cohibet, tuetur, paulatimque auget. Quare propendere & abhorrere leviter & remiſſe, iubet, & cum modicâ inhibitione; hoc eſt, ſic, ut nonnihil laxetur, & non ad ſummum extendatur appetitus & declinatio, propenſio & averſio. Nam qui à petulanti vita ad frugalitatem traducitur: non ſtatim ad ſummam tenuitatem & ieiunium proſilire debet, ſed paulatim à priore victu ſubducere ſeſe: & ut Aureorum carminum auctor monet,

Εἴκοντα χρὴ φεύγειν ἀπὸ τῶν πειστῶν.

Cedendo molire fugam, ne talia vincant.

Καὶ ἐπὶ τῶν γνώσεων δὲ τοὺς ἀρχομένους παιδεύεσθαι, οὐ χρὴ δόγματα εὐθὺς τὰ φαντάσματα ποιεῖσθαι, ἵνα κἂν δέῃ μεταθέσθαι, εὐκόλως μεταπείθωνται. Ἀλλ' εἰ πρὸς ἄμφω κούφως καὶ ἀνειμένως ἔχειν συμφέρει τοὺς παιδευομένους, διὰ τί τὴν μὲν ἔκκλισιν μεταθεῖναι παραινεῖ ἐπὶ τὰ παρὰ φύσιν τῶν ἐφ' ἡμῖν, τὴν δὲ ὄρεξιν πρὸς τὸ παρὸν παντελῶς ἀναιρεῖν; ἢ ὅτι τοὺς ἀρχομένους ἀπὸ μοχθηροτέρας ἀγωγῆς ἐπὶ καλλίονα μεταβαίνειν, χρὴ πρῶτον ἐξεμεῖν τὸν τῆς κακοζωΐας ἰὸν, καὶ τότε τοῖς τῆς εὐζωΐας ἀγαθοῖς τρέφεσθαι; ὃ γὰρ ἐπὶ σωμάτων εἶπεν ὁ θαυμαστὸς Ἱπποκράτης, ὅτι τὰ μὴ καθαρὰ τῶν σωμάτων ὅσα ἂν θρέψῃς, μᾶλλον βλάψῃς· τοῦτο πρότερον ἐπὶ ψυχῶν ἐστὶν ἀληθές. ἡ γὰρ προϋπάρχουσα μοχθηρία τὰ προσιόντα χρηστὰ διαφθείρει· ποτὲ μὲν ἀηδῆ νομίζουσα, ποτὲ δὲ βλαβερὰ, ποτὲ δὲ καὶ ὡς ἀχρήστων ἢ ὡς ἀδυνάτων καταγινώσκουσα. ἅμα μὲν συντονωτέρα γίνεται, καὶ μετὰ πεῖραν ὡς δοκεῖ τῶν καλλιόνων καταφρονοῦσα· ἅμα δὲ ἀνιάτως ἴσχει, μηδὲ εἰς ὕστερον, ὅ, τι δυνατὸν ἦν, ἐνίοτε παθεῖν ὑπὸ τῶν καλλιόνων λόγων καὶ ἔργων προσιεμένη αὐτά· ὡς εἴ τις ἐν ἰκτερικῷ πάθει τὸ μέλι πικρὸν νομίσας, μηδὲ γεύσασθαι λοιπὸν ἀνέχοιτο μέλιτος. ὥστε ἡ τάξις ἀπαιτεῖ τὴν εὐαγωγίας καταδοχήν. Ὁ μέντοι λόγος οὗτος, καὶ τοὺς ἀρχομένους παι-

In cognitione quoque ii qui erudiuntur, viſa non ſtatim pro decretis amplecti debent: ut ſi mutanda ſit forte ſententia, non gravate id faciant. At vero ſi utriſque leviter & remiſſe affici ſtudioſis prodeſt: cur declinationem in ea quæ naturæ eorum, quæ in noſtra poteſtate ſita ſunt, repugnant, transferri iubet? appetitum vero in hoc tempore prorſus tolli? Eo ne, quod ii qui à prava conſuetudine ad meliorem vitæ rationem tranſire incipiunt, primum evomere debent malæ vitæ venenum & tum demum bonæ vitæ cibis ali? Nam quod Hippocrates de impuris corporibus ait, quo magis alantur, eo magis ea lædi: id de animis multo magis eſt verum. Nam prius inhærens improbitas bona oblata corrumpit & averſatur, alias ut moleſta, alias ut noxia, alias ut inutilia & ſupra vires. Simulque augetur, ut iudicio contemnere meliora videri velit, & fit inſanabilis: ut denique meliores rationes & actiones, etſi facile poſſet, non admittat. Perinde ac ſi quis in morbo regio mel amarum ratus, poſt etiam id guſtare recuſet. Itaque ordo poſtulat, ut recta diſciplina admittatur. Nihilominus tamen hæc oratio eos etiam, qui erudiri in-

διδύεσθαι, πρὸς τὸ ἄλυπον, καὶ ἄφοβον, καὶ ἐλεύθερον παρασκευάζει, ἵνα καὶ ἡδέως διάγωσι τὸν βίον, ὅπερ μάλιστα πᾶν ἀντέχεται ζῶον. καὶ ὀρέγεσθαι μὲν καλόν ἐστιν ἀπαθείας, καὶ τῆς κατὰ φύσιν πρεπούσης τῷ λόγῳ διαγωγῆς· τοῖς δὲ ἀρχομένοις, ἀγαπητὸν μετριοπαθεῖν, καὶ πίπτειν ἐστὶν ὅτε, καὶ πάλιν ἐγείρεσθαι. Τοῖς οὖν τοιούτοις οὐκ ἐφικτὰ τέως ἐκεῖνά ἐστιν, ὧν ὀρέγεσθαι καλόν. τοῦτο γάρ ἐστι, τὸ, Οὔπω σοι πάρεστιν. ὀρεγομένου σου τῶν τέως μὴ ἐφικτῶν, καὶ λυπεῖσθαι, καὶ ἀτυχεῖν ἀνάγκη, καὶ ἀπονεῖν καὶ ἀπαγορεύειν ἐνίοτε. πάντῃ δὲ πάντως οἱ τῶν μειζόνων ἀσυμμέτρως ὀρεγόμενοι, τῶν συμμέτρων καταφρονοῦσι, καὶ περιπτύουσιν αὐτὰ πρὸς τὰ μείζονα παραβάλλοντες· καίτοι ἀδύνατον πρὸ τῶν μικρῶν φασὶ τῶν μεγάλων μεταλαχεῖν, καὶ πρὸ τῶν συμμέτρων ἡμῖν, ἐντὸς τῶν μειζόνων γενέσθαι.

cipiunt, ad hilaritatem, ſecuritatem & libertatem præparat, ut ſuavem agant vitam, quam omne animal natura cum primis conſectatur. Etſi autem vacuitatem à perturbationibus omnibus appetere præclarũ eſt, & vitam naturæ ac rationi conſentaneam: incipientibus tamen ſatis ſit, moderari perturbationes, & cadere interdum atque reſurgere. Tales igitur, ea quæ recte appetuntur conſequi nequeunt. Hoc enim verba volunt: Nondum es conſecutus. Si ea deſideraris, quæ ſupra vires tuas ſunt: & dolere te & fruſtrari neceſſe erit, interdum etiam remolleſcere & animum deſpondere. Nam qui maiora ſuis viribus deſiderant: hi modis omnibus ſibi apta contemnunt, eaque comparatione maiorum reſpuunt. Neque vero magnis ante parva potiri licet: neque ante ea quæ commoderata nobis ſunt, ad maiora penetrare.

ΚΕΦ. η'.

Ἐφ' ἑκάστῳ τῶν ψυχαγωγούντων, ἢ χρείαν παρεχόντων, ἢ στεργομένων, μέμνησο ἐπιλέγειν, ὁποῖόν ἐστιν, ἀπὸ τῶν σμικροτάτων ἀρξάμενος. ἂν χύτραν στέργῃς ὅτι χύτραν στέργεις· κατεαγείσης γὰρ αὐτῆς, οὐ ταραχθήσῃ. ἂν παιδίον αὐτοῦ καταφιλῇς, ἢ γυναῖκα, ὅτι ἄνθρωπον καταφιλεῖς· ἀποθανόντος γὰρ αὐτοῦ οὐ ταραχθήσῃ.

CAP. VIII.

Singulas res quæ vel delectant, vel uſui ſerviunt, vel diliguntur, memento conſiderare cuiuſmodi ſint: exorſus à minutiſſimis. Si ollam agitas, te ollam agitare: ea confracta, non perturbaberis. Si filiolum aut uxorculam diligis, te hominem diligere: eo enim mortuo, non perturbaberis.

ἘΞΗΓΗΣΙΣ.

Διελὼν τὰ ἐφ' ἡμῖν, καὶ οὐκ ἐφ' ἡμῖν, καὶ εἰπὼν ὅτι τὰ μὲν, ἴδια χρὴ νομίζειν, τὰ δὲ, ἀλλότρια, καὶ ὅπως δεῖ τοῖς ἐφ' ἡμῖν προσφέρεσθαί τινα, ἐκκλίνειν μὲν τὰ παρὰ φύσιν, τὴν δὲ ὄρεξιν πρὸς τὸ παρὸν ἐπέχειν, δι' ἃς εἶπον ἴσως αἰτίας, ἐπειδὴ καὶ τοῖς οὐκ ἐφ' ἡμῖν ἀνάγκη χρῆσθαι πολλάκις, διδάσκει, ἵνα κἂν μὴ ᾖ ἐφ' ἡμῖν, ἀταράχως ὅμως καὶ ἀλύπως ἐν τούτοις ἀναστρεφώμεθα. Διαιρεῖ δὲ τὸ οὐκ ἐφ' ἡμῖν τριχῇ· εἴς τε τὰ ἡδονὴν παρεχόμενα ψιλὴν χωρὶς ὠφελείας· τοιαῦτα γὰρ τὰ ψυχαγωγοῦντά ἐστι· καὶ εἰς τὰ χρειώδη καὶ ὠφέλιμα· καὶ εἰς τὰ δι' οἰκειότητα στεργόμενα, κἂν μὴ χρείαν ἢ ὠφέλειαν παρέχηται. ταῦτα γὰρ τὰ τρία, ἡδονὴ, καὶ χρεία, καὶ φύσεως ἀναγκαία στοργὴ προσηλοῖ τὴν ψυχὴν τῇ θνητῇ δυσχερείᾳ. Ψυχαγωγοῦνται δὲ ἄλλοι ἄλλοις· οἱ μὲν τραγῳδίαις καὶ κωμῳδίαις· οἱ δὲ ἀγῶσιν ἀθλητικοῖς ἢ ἱππικοῖς, ἢ τοῖς τοιούτοις· οἱ δὲ ὀρχησταῖς, καὶ θαυματοποιοῖς, καὶ μίμοις, καὶ γελοίοις. καὶ οἱ μὲν θεάμασι τερπνοῖς, ἢ φυσικοῖς, ὡς οἱ τῶν ταώνων, ἢ ὀρνέων τὰ κάλλη τεθηπότες, ἢ λειμῶνας, καὶ ἄλση, καὶ τὰ τοιαῦτα· ἢ τεχνικοῖς, ὡς οἱ ζωγραφὰς, καὶ ἀνδριάντας, καὶ οἰκοδομὰς, καὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν τὰ κάλλη ἐσπουδακότες· οἱ δὲ τοῖς ἐν ἀκοῇ καλοῖς ἐκδεδομένοι, ὡς οἱ

COMMENTARIUS.

Poſtquam ea diviſit quæ in noſtra poteſtate ſunt, aut non ſunt, quorum illa propria, hæc aliena putanda: & quo pacto tractanda ſint, edocuit: declinanda ſcilicet repugnantia naturæ, appetitionem vero in hoc tempore cohibendam, ob eas fortaſſe cauſas quas dixi: nunc cum iis etiam quæ in poteſtate noſtra non ſunt, ſæpe utendũ ſit, quomodo ea, quamvis aliena, ſine tumultu & moleſtia tractanda ſint, docet: trifariam partitus ea quæ in noſtra poteſtate nõn ſita ſunt. In ea quæ nudam voluptatem præbent abſque utilitate. talia enim ſunt, quę oblectant animum. In res utiles & fructuoſas: & in ea quæ ob neceſſitudinem & affectionẽ diliguntur, etſi neque utilia neque fructuoſa ſunt. Nam hæc tria, voluptas, utilitas & naturæ neceſſaria caritas, mortalibus difficultatibus affigunt animum. Delectantur autem alii aliis, nonnulli tragœdiis & comœdiis: nonnulli pugilum certaminibus, aut ludis Circenſibus rebuſve ſimilibus: alii ſaltatoribus, præſtigiatoribus, mimis, ridiculis: alii ſpectaculis iucundis: hiſque vel naturalibus, ut qui pavonum & avicularum elegantiam, pratorumve viriditatem, aut nemorum amœnitatem admirantur: vel artificioſis, ut qui picturis, ſtatuis, ædificiis, aut aliarũ artium pulcritudine obſtupeſcunt. Sunt & qui aurium dediti voluptatibus,

τὰς καλὰς φωνὰς καὶ τῶν μουσικῶν ὀργάνων τοὺς ἤχους ἀσπαζόμενοι· καὶ ἔτι μᾶλλον οἱ ταῖς ἱστορίαις καὶ τοῖς μυθικοῖς διηγήμασιν ὡς ἤδη ἔτι χαίροντες· ψυχαγωγεῖ γὰρ καὶ ταῦτα ἡμᾶς· διὸ καὶ ἐκ παίδων φιλόμυθοι τυγχάνομεν ἅπαντες. Καὶ τὰ χρειώδη δὲ διάφορά ἐστι· τὰ μὲν εἰς ψυχικὴν ὠφέλειαν τείνοντα, ὡς διδάσκαλος καὶ ἀγαθοὶ ἑταῖροι, καὶ βιβλία παιδευτικά, καὶ τὰ τοιαῦτα· τὰ δὲ εἰς σῶμα, ὡς τροφαί, καὶ ἀμπεχόναι, καὶ γυμνάσια· τὰ δὲ ὡς τὰ ἐκτός, οἷον δυναστεῖαι, καὶ κτήματα, καὶ χρήματα, καὶ τὰ τοιαῦτα. Στέργεται δὲ δι' οἰκειότητα κἂν τύχῃ μηδεμίαν χρείαν παρεχόμενα, τέκνα, γαμεταί, συγγενεῖς, φίλοι, πολῖται. Ἐπὶ πάντων οὖν φησὶ τῶν τοιούτων· Ἀναμιμνήσκου καὶ προχειρίζου τὴν φύσιν αὐτῶν, ὁποία τίς ἐστιν, ὅτι φθαρτή, ὅτι διαφαίρετος, ὅτι οὐκ ἐφ' ἡμῖν. ἡ γὰρ συνεχὴς τῆς τούτων φύσεως ἀνάμνησις, μελέτη τῆς ἀφαιρέσεως αὐτῶν ἐστιν· ἡ δὲ μελέτη συνήθειάν τινα ποιοῦσα, ταράττεσθαι οὐ συγχωρεῖ, περιπιπτόντων αὐτῶν. ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις τὰ συνήθη φορητά ἐστι, καὶ τῷ σώματι καὶ τῇ ψυχῇ, κἂν πάνυ δυσχερῆ τυγχάνῃ. Καλῶς δὲ κἀνταῦθα καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς παραινεῖ ἀπὸ τῶν μικρῶν ἄρχεσθαι· καὶ οὐ τῶν μικρῶν ἁπλῶς, ἀλλὰ καὶ τῶν μικροτάτων, ἵνα μή, κατὰ τὴν παροιμίαν, ἐν πίθῳ τὴν κεραμείαν μελετῶμεν. ὁ μὲν γὰρ ἀπὸ τῶν μειζόνων ἀρχόμενος, ἡττᾶται ῥᾳδίως καὶ ἀτυχεῖ,

pulcris vocibus & Muſicorum inſtrumentorum ſonis capiantur: & vero maiorem ii voluptatem capiunt, qui hiſtoriis & fabuloſis narrationibus (id quod à puero nobis inſitum eſt) deliniri ſolent. Sunt & res utiles ac neceſſariæ non unius generis. Quædam enim ſunt animis utilia: ut magiſtri, boni ſodales, libri eruditi, & ſimilia. Quædam corporibus: ut cibi, veſtes, exercitationes. Alia ſunt rerum externarum: ut principatus, prædia, & id genus alia. Cara vero ſunt ob naturalem coniunctionem, etſi nullum præbeant uſum: liberi, uxores, cognati, cives. Horum igitur omnium, inquit, recordare, & in promtu habeto naturam qualis ea ſit: nempe mortalis, ereptu facilis, non arbitrii noſtri. Nam perpetua naturæ horum recordatio, ereptionis eorum eſt meditatio: quæ ubi aſſueveris, te, cum illa inciderit, perturbari non ſinet: ſicut & alia conſueta, quantumvis gravia, & corporibus & animis tolerabilia fiunt. Recte autem & hic & in iis quæ ſequuntur monet, à parvis, atque adeo minimis eſſe incipiendum, ne, ut proverbio dicitur, figlinam à dolio auſpicemur. Nam qui maiora initio ſuſcipit, facile ſuccumbit,

ἀτυχεῖ, καὶ ἀπτνῶν ἀσθενέστερος γίνεται, καὶ ἀπογινώσκει· ὁ δὲ τοῖς μικροτάτοις εὐθὺς ἐπιχειρῶν, ἅπαξ ἰσχυρότερος, πάντως ἐφοσυνῦν γίνεται καὶ θαῤῥαλεώτερος, καὶ καλλίων ἢ πρότερον ἦν· ὥστε τῶν μὲν ἴσων ῥᾳδίως κρατεῖν, ἀσφαλέστερον δὲ ἤδη πρὸς τοῖς ὀλίγῳ μείζοσιν ἐπιτίθεσθαι. Ὁ γὰρ τετράκις τῆς ἡμέρας ἐσθίων, ἐὰν εὐθὺς νηστεύειν ὅλην τὴν ἡμέραν ἐπιχειρήσῃ, καὶ τὸ σῶμα τῇ ἀθρόᾳ μεταβολῇ ταράξει, καὶ αὐτὸς ἐπιπόνως καὶ ἀηδῶς διάγει. διὸ καὶ ἐπισφαλὴς καὶ ἀβέβαιος ἡ τοιαύτη προκοπὴ γίνεται. Ἐὰν δὲ ἀντὶ τοῦ τετράκις μεταλάβῃ τέως τὸ τρίτον ἐσθίειν, καὶ τοῦτο συνεθισθῇ, ῥᾳδίως ἐπὶ τὸ δὶς, καὶ ἔτι εὐκολώτερον ἐπὶ τὸ ἅπαξ μεταβαίνει ἐσθίειν, καὶ ἀσφαλέστερον καὶ βεβαιότερον. Ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἐν χρείᾳ στεργομένων, ἐὰν ἐπὶ τῶν μικρῶν καὶ μὴ πάνυ σπουδαζομένων συνεθισθῇ τις ἂν πρόχειρον αὐτῶν ποιεῖσθαι τὴν φύσιν, καὶ τὸ εὐαφαίρετον αὐτῶν ὡς ἀνέλπιστον· οἷον ἐπὶ τοῦ χύτρας διὰ τὴν χρείαν ἀγαπωμένης, ὅτι θραυστή ἐστι. τί δ' ἂν εἴη χύτρας εὐτελέστερον; Καὶ ὀλίγον μεταβαίνων καὶ ἰσχυροποιούμενος, *ἰσχύσει καὶ τέκνον αὐτοῦ καταφιλῶν, οὐ λόγῳ μόνον εἰπεῖν οὐδὲ φαντασίᾳ τυπωθῆναι ψιλῇ, ἀλλ' ὅλῃ ζωῇ διατεθῆναι, ὅτι ἄνθρωπον καταφιλεῖ, φθαρτόν τι πρᾶγμα καὶ εὐαφαίρετον· διατεθεὶς δὲ οὕτω καὶ συνεθισθεὶς, οὐ ταραχθήσεται ἀφαιρουμένου. Καὶ ὅρα ὅπως ἡ ἔμφρων καὶ τεχνικὴ

fruſtratur, fractis viribus fit imbecillior, deſperat. Qui vero à minimis incipit, ſemel utique fit aliquanto robuſtior, fidentior & melior quam ante fuit: uti iam & paria facile ſuperet, & paulo maiora tutius aggrediatur. Nam qui eodem die quater edere conſuevit, ſi totum ieiunare diem ſtatim conatus fuerit: & corpus mutatione ſubita turbabit, & ipſe ærumnoſe moleſteque vivet. Itaque talis progreſſio & periculoſa, & inconſtans eſſe conſuevit. Sin à quaternario ad ternarium deſcenderit, eique aſſueverit, facile aſſueſcet bis, & multo facilius, atque etiam tutius & conſtantius ſemel tantum edere conſueſcet. Eadem eſt eorum quoque ratio quæ propter uſum diliguntur, ſi quis in parvis & parvi momenti rebus aſſueverit naturam eorum in promtu habere, quamque facile poſſint eripi cogitare. Cuiuſmodi eſt olla, ob uſum cara, eam eſſe fragilem. * Quid vero eſt olla vilius? Ita paulatim progrediendo, & vires acquirendo, tandem etiam inter oſculandum filium, non verbo tantum dicere, aut animo ſibi fingere, ſed per omnem ætatem ita ſentire poterit, ſe hominem oſculari, rem fragilem & caducam. Ita vero ſentiens, ita conſuefactus: ſi is ereptus fuerit, non perturbabitur. Obſervabis autem, ut prudens & artifi-

τῶν πραγμάτων μεταχείρησις, καὶ τοῖς μὴ ἐφ' ἡμῖν διὰ τῶν ἐφ' ἡμῖν, ὡς ἐφ' ἡμῖν οὖσι, κέχρηται. τὸ μὲν γὰρ μὴ ἀποθανεῖν τὸ τέκνον, οὐκ ἐφ' ἡμῖν ἐστι· τὸ δὲ πρόχειρον ἔχοντας τὴν φύσιν αὐτοῦ, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὸ ἀποθανεῖν ἐλπίζοντας ἐπίσης τῷ ζῆν, καὶ μὴ ταραχθῆναι ἀποθανόντος, ἀλλ' οὕτως ἔχειν ὡς εἰ καὶ μὴ ἀπέθανε, τὸ μὴ ἀποθανεῖν, οὐκ ὂν ἐφ' ἡμῖν, καὶ τοῦτο ἐφ' ἡμῖν εἶναι ποιεῖ· εἴπερ ἔξεστι τῷ τοιούτῳ λέγειν, ὅτι ἐμὸν τὸ τέκνον οὐκ ἀπέθανεν· ἤ, τόγε ἀληθέστερον, ὅτι κἂν ἀποθάνῃ, ἐγὼ ἐμαυτὸν ὡς μὴ ἀποθανόντος διαφυλάττω ἀτάραχον. Καλῶς δὲ τὰ παραδείγματα τῶν ἐν χρείᾳ καὶ τῶν στεργομένων παρέθετο, μονονουχὶ ἐνδεικνύμενος ὅτι τοῖς προκόπτειν ὅλως ἀρξαμένοις ἐυκαταφρόνητα ὤφειλεν εἶναι τὰ διὰ ψυχαγωγίαν μόνην ὑπό τινων σπουδαζόμενα.

ciosa ſit tractatio rerum : utque iis, quorum poteſtas in nobis ſita non eſt, per ea quę penes nos ſunt, quaſi noſtri arbitrii eſſent ſit uſus. Nam arbitrii noſtri non eſt, ne filius moriatur. Sed naturam eius in promtu habere, eoque cogitare, mori eum poſſe non minus quam vivere : non perturbari eo mortuo, & ſic affectos eſſe, quaſi mortuus non eſſet: illud, ne is moriatur, quod in nobis ſitum non eſt, efficit, ut in nobis ſitum ſit. Talis enim dicere poteſt: Mihi vero filius non eſt mortuus: aut, quod verius eſt, ut mortuus ſit, ego animo ita ſum tranquillo quaſi mortuus non eſſet. Recte autem rerum utilium & cararum exempla poſuit: tantum non digito demonſtrans, eos qui omnino progredi cœpiſſent, plane aſpernari oportere illa, quę nonnullis ſolius delectationis cauſa ſtudio ſint.

ΚΕΦ. θ'.

Ὅταν ἅπτεσθαί τινος ἔργου μέλλῃς, ὑπομίμνησκε σεαυτὸν, ὁποῖόν ἐστι τὸ ἔργον. ἂν λουσόμενος ἀπίῃς, πρόβαλλε σεαυτῷ τὰ γινόμενα ἐν βαλανείῳ· τοὺς ἀπορραίνοντας, τοὺς ἐγκρουομένους, τοὺς λοιδοροῦντας, τοὺς κλέπτοντας· καὶ οὕτως ἀσφαλέστερον ἅψῃ τοῦ ἔργου, ἐὰν ἐπιλέγῃς, ὅτι λούσασθαι θέλω, καὶ τὴν ἐμαυτοῦ προαίρεσιν κατὰ φύσιν ἔχουσαν τηρῆσαι. καὶ ὡσαύτως ἐφ' ἑκάστου ἔργου. οὕτω γὰρ ἄν τι πρὸς τὸ λούσασθαι γένηται ἐμποδίζον, πρόχειρον ἔσται,

CAP. IX.

Opus aliquod aggreſſurus : ipſe tibi ſubiicito, cuiuſmodi ſit illud opus. Si lavatum abieris, ea tibi quæ in balneo fiunt, proponito : alios perfundi, alios loco pelli, alios conviciari, alios furari. Sic tutius rem aggredieris, ſi ipſe tibi dixeris : Et ſtatim lavabo, & inſtitutum meum naturæ congruens conſervabo. Idem hoc in quovis negotio faciendū. Sic enim, ſiquid impedimēto lavationi tuæ fuerit: in promtu erit:

ὅτι

ὅτι ἀλλ᾽ οὐ τοῦτο ἤθελον μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐμαυτοῦ προαίρεσιν, κατὰ φύσιν ἔχουσαν τηρῆσαι. οὐ τηρήσω δὲ ἐὰν ἀγανακτῶ πρὸς τὰ γινόμενα.

Equidem non hoc ſolum volui, ſed & inſtitutum meum naturæ conſentaneum tueri. Neque vero tuebor, ſi ea quæ fiunt, ægre tulero.

ἘΞΗΓΗΣΙΣ.

Εἰπὼν, ὅπως ἔχειν δεῖ πρὸς τὰ σπουδαζόμενα παρ᾽ ἡμῶν ἐν τοῖς ἐκτὸς, τὰ ψυχαγωγοῦντα, καὶ τὰ χρειώδη, καὶ τὰ στεργόμενα ὑφ᾽ ἡμῶν· ἐφεξῆς ἐπάγει πῶς χρὴ πρὸς τὰς καθ᾽ ἡμᾶς πράξεις παρασκευάζεσθαι, ἐν αἷς πολὺ τὸ οὐκ ἐφ᾽ ἡμῖν· ὅτι καὶ τούτων τὴν φύσιν δεῖ προσλογίζεσθαι ὁποῖά τινα ἔχει τὰ ἐπισυμβαίνοντα, καὶ μὴ ἀπελπίζειν, ὅτι καὶ ἐκεῖνα ἐπί σοι συμβαίνει· ἵνα εἰ δύσκολα εἴη τὰ εἰωθότα ἐπισυμβαίνειν, εἰ μὲν μὴ ἀναγκαῖον τὸ ἔργον, μηδὲ προσάπτῃ αὐτοῦ τὴν ἀρχήν. Ὁ γὰρ Ῥωμαῖος Κάτων ὁ μέγας ἓν τῶν ἑαυτοῦ παροραμάτων ἐν τῷ βίῳ ἔλεγε, τὸ ἑλέσθαι πλεῦσαι κατὰ τὴν ἀποδημίαν ἐκείνην, ἣν ἠδύνατο καὶ δι᾽ ὁδοιπορίας ποιήσασθαι. Ὥστε κἂν μὴ συμβῇ τι δυσχερὲς, φύσιν δὲ ἔχῃ πολλάκις ἐπισυμβαίνειν, ἁμάρτημά ἐστι καὶ χωρὶς ἀνάγκης ἑλέσθαι αὐτό· καὶ τὸ, δυνάμενον ἀσφαλέστερον αὐτὸ μεταχειρίσασθαι, τὴν ἐπισφαλεστέραν ὁδὸν αἱρεῖσθαι, διὰ τὸ πολλοὺς καὶ ἐν αὐτῇ διασώζεσθαι. Εἰ μέντοι ἀνάγκη πάλιν ἅψασθαι τοῦ ἔργου, ἢ πλεῦσαι εἰς νῆσον

Commentarius.

Poſtquam docuit, quomodo in rebus extra nos poſitis, quibus ſtudemus, ut ſunt, iucundæ, utiles, caræ, affecti eſſe debeamus: nunc quæ præparatio in noſtris actionibus adhibenda ſit, præcipit, quarum eventibus caſus & fortuna ſæpe dominantur. Eſſe igitur harum quoque naturam præmeditandam: & cogitandum, qualia una incidere ſoleant, poſſe illa tibi quoque evenire: ut ſi quid gravius acciderit, animo non ſit novum. Cæterum ſi res neceſſaria non erit, eam ne ſuſcipiet quidem. Nam Cato maior & hoc unum è ſuis erratis fuiſſe dicebat, quod aliquando navigaſſet, cum iter terra conficere potuiſſet. Ut autem nihil gravius accidat, ſi tamen ea negotii natura ſit ut ſequi poſſit & ſoleat: tam ſuſcipere id cum neceſſe non eſt, quam cum tutiore via inſiſtere liceret, periculoſiorem ingredi, quod & eam incolumes multi conficiant, peccatum erit. Si vero neceſſitas urgeat omnino, ut aut in inſulam na-

πάντως δεόμενον, ἢ ἀπὸ νήσου, καὶ πατρὶ ἢ φίλῳ κινδυνεύοντι παραστῆναι, καὶ πολεμῆσαι πάντως ὑπὲρ πατρίδος, τότε μὴ φεύγειν μὲν τὸ ἔργον, προμελετῶντα δὲ τὴν φύσιν αὐτοῦ καὶ τὰ ἐπισυμβαίνειν εἰωθότα, οὕτως ἅπτεσθαι αὐτοῦ· ἵνα διὰ τῆς μελέτης συνεθιζόμενοι πρὸς αὐτά, μὴ ταραττώμεθα συμβαινόντων αὐτῶν. Ὁ γὰρ οὕτω παρασκευαζόμενος, καὶ μὴ συμβαινόντων εὐφραίνεται, ὡς ἤδη σχεδὸν διὰ τῆς μελέτης συμβεβηκότα ἀποφυγών. κἂν συμβῇ ποτε, τῷ ἐλπίζειν, ἀταράχως αὐτὰ καὶ ἀκινδύνως ἐκδέχεται. Ἀλλ' ἐρεῖ τις, πρῶτον μὲν ἀτόλμους καὶ ἀπράκτους γενέσθαι, τοὺς τὰς ἀποτυχίας ἀεὶ τῶν ἔργων ἐννοοῦντας· ἔπειτα ἀνιαρὸν εἶναι τὴν τῶν λυπούντων ὡς πάντως γινομένων φαντασίαν, καὶ ἀνιαρότερον ἔτι τὸ καὶ χρόνον ἐνίοτε πολὺν αὐτῇ συνεῖναι, τοῦ ἔργου παρατείνοντος. Διὸ καὶ κάλλιον ἄν τις φαίη τὸν Δημοσθένην συμβουλεύειν, ἐγχειρεῖν μὲν ἅπασιν ἀεὶ τοῖς καλοῖς, τὴν ἀγαθὴν προβαλλόμενον ἐλπίδα· φέρειν δὲ ἃ ἂν ὁ θεὸς διδῷ γενναίως. Ἀλλ' εἰ μὲν ὁ Δημοσθένης, ὦ βέλτιστε, ἀγαθὴν ἐλπίδα λέγει τὴν ἐπὶ τῇ τῶν ἀγαθῶν ἐγχειρήσει, ὁποῖον ἂν τὸ τέλος ἀποβῇ, καὶ αὐτὸς ταὐτὰ τῷ Ἐπικτήτῳ λέγει, πλὴν οὐ προσθεῖναι τὴν μέθοδον, πῶς δεῖ γενναίως φέρειν ἅπερ ἂν ὁ θεὸς διδῷ, κἂν τυγχάνῃ δυσχερέστερα. ὁ μέντοι Ἐπίκτητος τὴν εὐφορίαν πορίζεσθαι συμβουλεύει διὰ τὸ προδιεσκέφθαι

vigandum ſit, aut ex inſula: ut patri & amico ferendæ ſuppetiæ, ut pugnandum pro patria: ipſum quidem opus reformidandum non eſt, ſed natura eius præmeditanda, & ea quæ conſequi ſolent: ut præmeditatione ad illa aſſuefacti, cum advenerint, non perturbemur. Nam qui ita ſe parat, is & cum non acciderint illa, gaudebit, ut evitatis iis quæ meditatione ipſius iam quaſi acciderant: & cum acciderint aliquando, eo tranquillius & tutius ea ſuſcipiet, quod exſpectavit. At dices: primum fore timidos & ignavos, qui adverſos rerum exitus ſubinde cogitarint. Deinde, moleſtam eſſe omnino fixam triſtium eventuum cogitationem, quæ quidem diuturnitate temporis augeatur, ſi negotium prorogetur. Itaque Demoſthenicum illud magis laudabis, qui ſuadet, ſemper omnes res honeſtas ſuſcipiendas eſſe cum bona ſpe: & quemcunque Deus eventum dederit, magno animo ferendum. Sed heus tu, ſi Demoſthenes eam ſpem bonam dicit, quæ conatu bonarum rerum nititur, qualiſcunque ſit exitus, cum Epicteto plane conſentit, niſi quod methodum non adiicit, quam magno animo ferenda ſint quæcunque Deus dederit, etiamſi aſperrima fuerint. Epictetus autem ferendi rationem tradit, præmeditanda

τὴν

τὴν φύσιν τοῦ ἔργου, καὶ ὅτι πρέπον ἡμῖν ἐστιν, καὶ ὅτι ἔχει τινὰ ἑπόμενα δυσχερῆ ἐνίοτε, ἅπερ εὐφόρως ἑκατέρωθεν· καὶ διὰ τὸ ὠφέλιμον καὶ καθῆκον τοῦ ἔργου, ᾧ ἐνίοτε συνέστη τὰ δυσχερῆ· καὶ διὰ τὸ προμεμελετῆσθαι, καὶ μὴ ἀνελπίστως προσπίπτειν αὐτά. Εἰ μέντοι ἀγαθὴν ἐλπίδα προσαγορεύει περιβάλλεσθαι ὁ Δημοσθένης τὴν ἐπὶ σωτηρίᾳ πάντως καὶ ἀποφυγῇ τοῦ κλιμακτῆρος, δύσκολον οἶμαι, μᾶλλον δὲ ἀδύνατόν ἐστι, τὸν σωτηρίας ἐλπίδα ἀεὶ προβαλλόμενον εὐφόρως φέρειν τὰ ἐπισυμβαίνοντα δυστυχῆ. οὔτε γὰρ τὸ σῶμα, οὔτε ἡ ψυχὴ ἀταράχως τὰς ἀθρόας ὑποφέρει μεταβολάς· εἴπερ καὶ αἱ τῶν ὡρῶν μεταβολαί, καίτοι οὐκ ἀθρόαι ἀλλὰ κατ' ὀλίγον γινόμεναι, ὅμως νοσήματα τίκτουσιν ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον. Οὐ μέντοι ἀτόλμους οὐδὲ ἀνιαρῶς ζῶντας ποιεῖ τὸ προλογίζεσθαι τὰ τῇ πράξει συνυπάρχοντα πολλάκις δυσχερῆ. εἰ γὰρ ἀγαθὸν εἶναι καὶ ὠφέλιμον τῇ ψυχῇ, ταὐτὸν δ' εἰπεῖν, τῷ ἀνθρώπῳ, τὴν πρᾶξιν ὁ λόγος ὑπαγορεύσει, κἂν δέῃ κινδυνεύειν ἐν αὐτῇ, πάντως ἡ τοῦ ἀγαθοῦ ἔφεσις, καὶ τολμᾶν καὶ πράττειν ποιεῖ, καὶ τὴν ἔννοιαν τοῦ ἐνίοτε καὶ κινδυνεῦσαι παραμυθεῖται, τῷ πεισθῆναι τῷ ὀρθῷ λόγῳ, λέγοντι, αἱρετὸν εἶναι τὸ ἔργον, κἂν δέῃ κινδυνεύειν ἐν αὐτῷ. καὶ γὰρ ὁ μὲν κίνδυνος καὶ ἡ βλάβη περὶ σῶμα καὶ τὰ ἐκτὸς ὄντα, οὐχ ἡμῶν ἐστι κακόν, τῶν ὄντως ἡμῶν, ἐὰν νήφωμεν. ἡ δὲ ὠφέλεια ἡ

natura rei quæ & nos deceat, & nonnunquam moleſtiis & difficultatibus implicata ſit. Quæ utroque modo tolerabilia fiunt: tum propter rei & dignitatem & utilitatem, cum qua moleſtiæ nonnunquam ſunt coniunctæ: tum quia præmeditatæ ſunt, neque præter ſpem acciderunt. Sed ſi Demoſthenes eam ſpem bonam appellat, qua & ſalus conſervetur, & periculum evitetur: vix, ac ne vix quidem fieri poteſt, ut is qui ſpem ſalutis atque ſucceſſum perpetuo foveat, ingruentes calamitates moderato & æquo animo ferat. Neque enim corpus neque animus ſubitas mutationes ſine perturbatione fert: cum & anni tempora (licet eorum mutatio paulatim fiat) morbos plerumque gignant. Neque vero timidos, ignavos, mœſtos, iſta difficultatum & periculorum præmeditatio efficiet. Nam ſi actionem & bonam & utilem eſſe animo (hoc eſt homini) ratio monſtrarit, tametſi non abſque periculo: ut boni deſiderium & fidentes & actuoſos facit: ſic periculi cogitationem id conſolatur, quod rectæ rationi paruerint, quæ præceperit expetendum illud opus etiam cum periculo fuiſſe. Nam periculum & damnum cum ad corpus & res externas pertineant, non proprie mala ſunt noſtra, noſtrarumve rerũ, ſi modo ſapimus. Utilitas vero

τὸ ἀγαθὸν, τοῦ τὴν ἀγαθὴν πρᾶξιν μετὰ κινδύνων ἑλέσθαι, τῆς ψυχῆς ὄντος, τουτέστιν ἡμῶν, ὄντως ἡμῶν, πολλαῖς ὀδύναις, καὶ ζημίαις, καὶ φυγαῖς, καὶ ἀτιμίαις ἀντισηκοῦται. μᾶλλον δὲ καὶ βαρέα ἐκεῖνα καὶ τῇ ὑπερβολῇ τοῦ ἀγαθοῦ παραμυθεῖται. καὶ γὰρ πᾶς ἄνθρωπος μεῖζον ἀγαθὸν μετὰ ἐλάττονος κακοῦ αἱρεῖται. ἣν μέντοι φανῇ τὸ μὲν ἀγαθὸν ἡμέτερον, τὸ δὲ κακὸν ἀλλότριον, καὶ μὴ λόγος μόνον τοῦτο λέγῃ προφορικὸς καὶ ψιλὴ φαντασία, ἀλλὰ καὶ λόγος συμφυὴς τῇ ἀληθείᾳ, καὶ ζωὴ τῆς διαφορᾶς αὐτῶν συναισθομένη, πῶς ἔτι ἀτόλμως ἢ ἀνιαρῶς διατεθήσεται ἐπὶ τῇ ἐλπίδι τῶν ἐνίοτε ἐπισυμβαινόντων δυσχερῶν ταῖς ἀγαθαῖς ἐγχειρήσεσι; καὶ αὐτὸ γὰρ τοῦτο τὸ μετὰ κινδύνων ἑλέσθαι τὸ ἀγαθὸν, καὶ μὴ ἀταλαιπώρως, ἀλλὰ καὶ ἀποθανεῖν ὑπὲρ αὐτοῦ, μεγίστην εὐφροσύνην τοῖς κατὰ φύσιν διακειμένοις ἐνδείκνυται. καὶ δηλοῦσιν οἱ Μενοικεῖς, καὶ ὅσοι τὸν ὑπὲρ πατρίδος εἵλοντο θάνατον. καὶ ὁ μὲν Ἐπίκτητος ἐπὶ τοῦ εὐτελεστάτου τὴν διδασκαλίαν ποιεῖται· ἅμα μὲν ἐπὶ τῶν πολλοῖς καὶ πολλάκις συμβαινόντων γνωριμώτερον ποιῶν τὸν λόγον, καὶ τὴν συναίσθησιν τῶν ἀκουόντων ἀνακινῶν· ἅμα δὲ, ὅπερ αὐτὸς εἶπε, προσεχῶς ἐν τοῖς ἐλάττοσι γυμνάζεσθαι τοὺς ἀρχομένους παραινῶν, διὰ τὰς εἰρημένας πρότερον αἰτίας. Ἔξεστι δὲ καὶ ἐπὶ τὰ μείζονα μετατιθέναι, ἐφ᾽ ὧν καὶ κίνδυνοι μείζονες ἕπονται πολλάκις· καὶ ἐπ᾽ ἐκείνων

rei honeſtæ, vel cum periculo ſuſcipiendæ, cum ſit animi, hoc eſt bonorum noſtrorum: multis doloribus, damnis, exiliis & ignominiis æquari, ac potius præponderare poteſt, & excellentia boni conſolari. Omnis enim homo bonum maius cum minore malo coniunctum amplectitur, præſertim ſi bonum eſſe noſtrum, malum vero alienum eſſe videatur. Cæterum non verbis tantum & labiis iſta levi quodam impulſu animi, ſed vere & ex animo dicenda ſunt, ut diſcrimen illud in vita & moribus appareat. nam tum quo pacto adhuc triſtis & anxius, difficultates honeſtis conatibus interdum obiici ſolitas exſpectabit? Nam illud ipſum iis qui naturæ congruenter vivunt, maximo ſolatio eſt, quod non citra ærumnam, ſed cum periculis, vitæque diſcrimine id quod bonum eſt, amplectuntur. Declarat hoc Menœceus, & alii qui ſe pro patriæ ſalute Diis Manibus devoverunt. Etſi autē Epictetus id quod vult, exemplo viliſſimæ rei docet: tamen ſimul orationem ſuam per ea quæ multis & ſæpe accidunt, clariorem facit, & memoriam atque aſſenſum auditorum excitat: ſimul (id quod ipſe ſtatim ſubiicit) tirones in minoribus primum exercendos eſſe monet, ob eas cauſas quas ante diximus. Sed poſſunt hæc etiam ad maiora transferri, quæ cum maioribus ſæpe periculis coniuncta ſunt; & in iis rei na-

τοῦ ἔργου τὴν φύσιν λογίζεσθαι, ποία τις ἐστὶν ἡ πρέπουσα ἡμῖν, καὶ τίνα ἔχει δυσχερῆ πολλάκις ἐπισυμβαίνοντα· καὶ προορίζειν ἑαυτῷ, τό, καὶ ταῦτα φέρειν εἰ γίνοιτο μετρίως. οὕτω γὰρ ἑαυτὸν κατὰ φύσιν ἔχοντα διατηρήσῃς, καὶ τὸ τῆς πράξεως ἀγαθὸν καρπώσηται, καὶ ὑπὸ τῶν συμβαινόντων μὴ ταραχθῇ. ταραχθεὶς γὰρ καὶ ἐν κακῷ νομίσας γενέσθαι, ἢ τὴν ἀρχὴν κακῶς ἔκρινεν ἅψασθαι τοῦ ἔργου· ἢ εἰ τότε καλῶς, νῦν ἀγεννῶς καὶ δειλῶς ταράττεται, καὶ μεταγινώσκει· ἅπερ ἄμφω οὐ κατὰ φύσιν ἐστίν.

rei natura nobis digne conſideranda, una cum eventibus eam non raro conſequentibus, ut quiſque ſecum conſtituat, ſe ea quoque, ſi inciderint, moderate laturum eſſe. Sic enim naturæ ſuæ ſtatum tuebitur, ſi & bonæ actionis fructum capiet, & eventibus non perturbabitur. Nam ſi perturbatus fuerit, ſeque in malis eſſe putaverit: aut initio non recte iudicavit ſuſcipiendum id eſſe: aut, ſi tum recte, nunc effœminatum in modum & timide perturbatur, mutatque ſententiam. quæ utraq; contra naturam ſunt.

ΚΕΦ. ι'.

Ταράττει τοὺς ἀνθρώπους οὐ τὰ πράγματα, ἀλλὰ τὰ περὶ αὐτῶν δόγματα. οἷον ὁ θάνατος, οὐδὲν δεινόν, ἐπεὶ καὶ Σωκράτει ἂν ἐφαίνετο· ἀλλὰ τὸ δόγμα τὸ περὶ τοῦ θανάτου διότι δεινόν, ἐκεῖνο τὸ δεινόν ἐστιν. ὅταν οὖν ἐμποδιζώμεθα, ἢ ταρασσώμεθα, ἢ λυπώμεθα, μηδέποτε ἄλλον αἰτιώμεθα, ἀλλ' ἑαυτούς, τουτέστι, τὰ ἑαυτῶν δόγματα.

CAP. X.

Homines perturbantur non rebus, ſed iis quas de rebus habent opinionibus. verbi cauſa: Mors non eſt malum. Alioqui enim & Socrati ita viſum eſſet. Sed opinio de morte eſt, quæ malum eam faciat. Cum igitur impedimur, aut diſtrahimur: non alios culpemus, ſed noſmetipſos, hoc eſt, noſtras opiniones.

ΕΞΗΓΗΣΙΣ.

Εἰπὼν, ὅπως ἀταράχως δυνατὸν μένειν ὑπὸ τῶν ταῖς πράξεσιν ἐπισυμβαινόντων πολλάκις δυσχερῶν· ὅτι προμελετήσαντα αὐτὰ ὡς ἑπόμενα, καὶ ἐγκρίναντα καὶ μετ' αὐτῶν ἑλέσθαι τὴν πρᾶξιν μετὰ τὴν ἀπὸ τῆς μελέτης ἀταραξίαν· νῦν ἄλλην παραδίδωσι, τὴν ἀπὸ τῆς φύσεως αὐτῶν δοκούντων

COMMENTARIUS.

HActenus expoſuit, quo pacto fieri poſſit, ne difficultatibus, quæ comitantur actiones, perturbemur. Cogitandum enim, fore ut eæ ſequantur: & ſtatuendum, rem eſſe nihilo minus ſuſcipiendam, animo præmeditatione confirmato. Nunc aliam ratione͂ tradit, ab ipſarum rerum natura ſumtam, quę dif-

δυσχερῶν καὶ ταραττόντων ἡμᾶς ἔνδειξιν· ἐνταῦθα οὐκ ἐπὶ μικρῷ, ἀλλὰ τῷ μεγίστῳ τῶν ταραττόντων ἡμᾶς τῷ θανάτῳ χρώμενος εἰς παράδειγμα. ἐὰν γὰρ ἐπὶ τούτου δειχθῇ τὸ προκείμενον, πολὺ μᾶλλον ἐπὶ τῶν ἧττον τούτου δοκούντων δεινῶν ἀποδεδειγμένον ἔσται. Λέγει οὖν ὅτι τὰ πράγματα τὰ δοκοῦντα γίνεσθαι ἡμῖν δεινὰ, καὶ διὰ τοῦτο ταράττοντα ἡμᾶς ὡς ἐν δεινῷ γινομένους, οὔτε δεινά ἐστιν αὐτὰ, οὔτε τῆς ταραχῆς ἡμῖν κατ' ἀλήθειαν αἴτια· ἀλλὰ τὰ περὶ τῶν πραγμάτων δόγματα ὅτι δεινά ἐστι, ταῦτά ἐστι τὰ ταράττοντα ἡμᾶς. καὶ δείκνυσι ὅτι πάντων τῶν δεινῶν δοκῶν δεινότατον εἶναι, ὁ παρὰ καιρὸν ἐξ ἀνθρώπων ἐπαγόμενος θάνατος, οὐκ ἔστι δεινός. Δείκνυσι δὲ τοῦτο διὰ βραχέων μὲν, ἀκριβῶς δὲ καὶ ἀποδεικτικῶς συλλογιζόμενος οὕτως· τὰ φύσει δεινὰ πᾶσι δοκεῖ δεινὰ, ὥσπερ τὰ φύσει θερμὰ, ἢ ψυχρὰ, ἢ καλὰ, ἢ ὅμοια πᾶσι δοκεῖ τοιαῦτα, καὶ μάλιστα τοῖς κατὰ φύσιν ἔχουσιν, καὶ ἐμφρονεστέροις· ὁ θάνατος οὐ πᾶσι δοκεῖ δεινός· Σωκράτει γοῦν οὐκ ἔδοξε δεινὸς, ὅς γε καὶ δυνάμενος φυγεῖν αὐτὸν, ὑπέμεινεν ὅμως ἀτάραχος, πᾶσαν ἐκείνην τὴν ἡμέραν πρὸς τοὺς ἑταίρους τὴν τῆς ψυχῆς ἐμφαίνων ἀλήθειαν, καὶ τὴν καθαρτικὴν τῶν φιλοσόφων ζωὴν ὁποία τίς ἐστι διδάσκων· καὶ τὸ συμπέρασμα δῆλον ἐκ τῶν κειμένων, ὅτι ὁ θάνατος οὐκ ἔστι δεινὸς τῇ ἑαυτοῦ φύσει· ὥστε οὐδ' ὁ ταράττων ἡμᾶς αὐτός ἐστιν, ἀλλὰ

ficiles eſſe videntur, noſque perturbant: exemplo hic uſus non parvo, ſed morte, eorum quæ nos perturbant maximo. Nam eo quod propoſitum eſt, per eam demonſtrato: multo magis in iis quæ minus atrocia videntur, demonſtratum erit. Ait igitur, res quæ nobis videantur acerbæ accidere, ideoque nos turbent, ut in periculo conſtitutos, neque acerbas eſſe per ſeſe, neq; veras noſtræ perturbationis cauſas. Sed opinionem de earum acerbitate conceptam eſſe, quæ nos perturbet: atq; oſtendit, mortem immaturam humana vi illatam, quæ omnium atrocium rerum atrociſſima videatur, non eſſe atrocem. Oſtendit autem paucis ille quidem, ſed accurate & efficaciter, hac argumentatione. Quæ natura terribilia ſunt, omnibus terribilia videntur: ut natura calida, frigida, pulcra, & alia id genus, omnibus talia videntur, iis præſertim quorum natura integrior eſt, & prudentia maior. Mors non omnibus videtur terribilis. nam Socrati terribilis viſa non eſt, qui cum eam effugere poſſet, ſuſtinuit tamen: totumque illum diem apud amicos immortalitatem animorum declaravit, & qualis ſit repurgatrix philoſophorum vita edocuit. Concluſio quoque ex iis quæ poſita ſunt perſpicua eſt, mortem ſuapte natura non eſſe formidabilem. Itaq; mors ipſa nos non perturbat: ſed

τὸ

τὸ δόγμα τὸ περὶ αὐτοῦ, ὅτι δεινός ἐστιν ὁ θάνατος, τοῦτό ἐστι τὸ ταράσσον ἡμᾶς. Καὶ τὸ μέλι πικρὸν οὐκ ἔστιν, ὁ δὲ ἰκτερικὸς πικρὰν ἴσχων ἐπὶ τῷ μέλιτι διάθεσιν διὰ τὸν ἐν αὐτῷ πλεονεκτοῦντα πικρὸν χυμὸν, ὡς ἀπὸ πικροῦ τοῦ μέλιτος ταράσσεται· καὶ χρὴ τὸν χυμὸν ἐκεῖνον καθαίρειν ἵνα κατὰ φύσιν τῶν ποιοτήτων ἀντιλαμβανώμεθα. οὕτω δὴ κἀνταῦθα τὰ δόγματα διορθωτέον ἡμῖν τὰ περὶ τῶν πραγμάτων, τῷ κανόνι τοῦ ἐφ' ἡμῖν καὶ τοῦ οὐκ ἐφ' ἡμῖν, καὶ τοῦ ἰδίου καὶ τοῦ ἀλλοτρίου κρίνοντες τὸ ἀγαθὸν ἡμῶν καὶ κακόν. Εἰ οὖν ὁ θάνατος τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν ἐστιν, οὐκ ἂν εἴη κακόν· εἰ δὲ μὴ τῆς ψυχῆς ἐστι κακὸν, ἀλλὰ τοῦ σώματος, οὐκ ἂν εἴη κακὸν ἡμῶν. Ὅ δέ γε Πλάτων, καὶ ὁ τοῦ Πλάτωνος Σωκράτης, καὶ ἀγαθὸν αὐτὸν εἶναι καὶ κρείττονα τῆς μετὰ τοῦ σώματος ζωῆς ἀποφαίνεται· οὐ τοῖς μὲν, τοῖς δὲ οὔ· ἀλλ' ἁπλῶς πᾶσι. λέγει οὖν ὁ ἐν τῷ Φαίδωνι Σωκράτης· Ἴσως μέντοι θαυμαστόν σοι φανεῖται, εἰ τοῦτο μόνον τῶν ἄλλων ἁπλοῦν ἐστι, καὶ οὐδέποτε τυγχάνει τῷ ἀνθρώπῳ, ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα πάντα, ὅτι καὶ βέλτιον τεθνάναι ἢ ζῆν. ἐν δὲ τοῖς νόμοις αὐτοπροσώπως αὐτὸς ὁ Πλάτων διατείνεται λέγων· Κοινωνία γὰρ ψυχῆς καὶ σώματος διαλύσεως οὐκ ἔστι κρείττων, ὡς ἔγωγε φαίην ἂν σπουδῇ λέγων. Ἀλλ' ὁ μὲν Ἐπίκτητος ὡς ἐπὶ δεινοτάτου πάντων τοῦ θανάτου δοκοῦντος τὴν ἀπόδειξιν ἐποιήσατο. ἐπειδὴ δὲ ἕκαστος ἡμῶν ᾧ ἂν

opinio de mortis atrocitate, ea eſt quæ nos perturbet. Neq; mel amarum eſt: ſed icterici affectio id amarum videri facit, ob redundantem in eo amarum humorem. Is humor expurgandus eſt, ut naturales rerum qualitates percipiamus. Ita hic etiam opiniones de rebus corrigendæ ſunt, adhibita regula noſtrarum & alienarũ rerum, quæque in poteſtate noſtra ſunt aut non ſunt, qua bonum & malũ noſtrum iudicemus. Quod ſi mors in noſtra poteſtate ſita non eſt: mala non erit. Quæ ſi non animi, ſed corporis malum eſt: noſtrum malum non erit. Plato autem, & Platonis Socrates, eam etiam bonam eſſe, & meliorem vita corporea pronuntiant: nec his quidem bonam, illis vero malam, ſed in univerſum bonam omnibus. Nam Socrates in Phædone dicit: Fortaſſis hoc tibi mirabile videtur, ſi hoc ſolum cæterarum rerum ſit ſimplex, neque unquam homini malum accidat, ut reliqua omnia. Unde etiam præſtiterit eſſe mortuum quam vivere. In Legibus autem, Plato ſuis verbis idem affirmat, hoc modo: Coniunctio corporis & animi non eſt præſtantior ſeparatione, ſi id quod ſentio, dicendum eſt. At Epictetus mortem ut hominum opinione maxime formidabilem, inſtituti ſui probandi cauſa adhibuit. Sed quia unuſquiſq; noſtrum quamvis

περι-

περιπέσῃ δυσχερεῖ, ἐκεῖνο καὶ θανάτου νομίζει δεινότερον· καὶ γὰρ ἐνίοτε ὀδύνης οὐδὲ πάνυ σφοδρᾶς παρούσης, τὸν θάνατον ἑτοίμως καλοῦμεν· κἂν πενόμενοι τύχωμεν, τὴν πενίαν χείρονα τοῦ θανάτου νομίζομεν· ἔξεστι καὶ ἐπὶ τούτων τῷ αὐτῷ τρόπῳ τῆς ἀποδείξεως χρῆσθαι, ὥσπερ Ἐπίκτητος ἐπὶ τοῦ θανάτου ἐχρήσατο. Καὶ γὰρ τὰς σφοδροτάτας ὀδύνας αἱροῦνται νοσοῦντες μὲν καὶ οἱ τυχόντες, ὅταν καίειν καὶ τέμνειν ἑαυτοὺς τοῖς ἰατροῖς ὑπέχωσι, καὶ μισθὸν τελοῦντες. κἂν γὰρ διὰ τὸ ζῆν τοῦτο ποιῶσι, τὸν θάνατον χείρονα νομίζοντες, ἀλλ' ὅτι φέρειν δυνατὸν ἀταράχως, ἂν συμφέρειν δόξῃ, διὰ τούτων δηλοῦται. οἱ δὲ Λακεδαιμονίων νέοι, διὰ τὴν φιλοτιμίαν μόνην τὴν μαστίγωσιν ἐκείνην τὴν φοβερὰν ὑπέμενον, ἄχρι θανάτου σχεδὸν τὴν καρτερίαν ἐπιδεικνύμενοι. καὶ δῆλον ὅτι εὐφόρως καὶ ἡδόμενοι· οὐ γὰρ ἂν ἑκόντες εἰς τοιοῦτον ἀγῶνα κατέβαινον· διέκειντο δὲ οὕτως πρὸς ἐκείνας τὰς ὀδύνας, οὐχ ὅτι οὐκ ὠδυνῶντο, ἀλλ' ἔλαττον μὲν ἴσως τῶν ἀγυμνάστων καὶ ἁπαλῶν, δόγμα δὲ ἔχοντες, ὅτι οὐ δεινὸν αἱ ὀδύναι, ἀλλὰ καὶ καλὸν καὶ συμφέρον τοῖς ἀνδρικῶς αὐτὰς ὑπομένουσι καὶ ἀταράχως. Καὶ πενία δὲ, εἴποι ἂν ὁ Ἐπίκτητος, οὐδὲν δεινὸν, ἐπεὶ καὶ Κράτητι ἂν ἔδοξε τῷ Θηβαίῳ δεινὸν, ὃς τὰ ἑαυτοῦ τῇ πόλει παραχωρήσας, καὶ εἰπών·

Κράτης Κράτητος χρημάτων ἀποστερεῖ·

τότε ἔδοξεν ἐλευθεροῦσθαι, καὶ στέφανον

calamitatem morte graviorem ducit, (etenim aliquando dolore non adeo vehementi urgente, ſtatim mortem optamus: cum paupertate urgemur, paupertatem morte graviorem ducimus) licet in his etiam eadem uti demonſtratione, qua Epictetus de morte uſus eſt. Nam vehementiſſimos cruciatus in morbis, etiam plebeii homines ultro admittunt, cum ſe, mercede etiã medicis numerata, ſecandos & urendos præbent. Etſi enim hoc vitæ cauſa faciunt, mortemque maius malum iudicant: at ferri poſſe dolores, ſi expedire videatur, hoc ipſo declarat. At Lacedæmoniorum adoleſcentes, terribilem illam flagellationem ultro glorioſæ tantũ cauſa ſuſtinebant, tolerãtia pene ad necem uſq; declarata, idque eos æquis animis & alacres feciſſe cõſtat. Alioqui enim ultro in tale certamẽ non deſcendiſſent. Sic autem erga illos cruciatus affecti erãt, non quin cruciarentur, etſi fortaſſe minus quã inexercitati & delicati: ſed quod perſuaſum haberẽt, cruciatus eſſe ornamenta potius & commoda viriliter eos tolerantibus & ſine perturbatione, quã malum. Ne in paupertate quidem mali eſſe quicquam dixerit Epictetus. Alioqui enim & Crateti Thebano ita viſum eſſet, qui bona ſua reipublicæ conceſſit, cũ dixiſſet,

Crates Cratetem privat hac pecunia.

ac tum demum ſe in libertatem aſ-

ώς

ὡς ἐπὶ ἐλευθερίας περιεβάλλετο, ὅτι τὴν πενίαν ἀντὶ τῆς εὐπορίας ἠλλάξατο. Οὕτως ἄρα οὐδὲν τούτων δεινόν ἐστι φύσει καὶ ἀφόρητον, ὡς ἡμῖν δοκεῖ, ἀλλ᾽ ἐνίοτε καὶ τῶν ἐναντίων αὐτοῖς ὠφελιμώτερα, ὅταν πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς, τουτέστι πρὸς τὴν λογικὴν ψυχὴν ἡμῶν, τὴν χρείαν αὐτῶν ἀνενέγκωμεν. Χρὴ οὖν τὸν μέλλοντα μὴ ταράττεσθαι ὑπὸ τῶν τοιούτων, δόγματα ὀρθὰ περὶ αὐτῶν ἔχειν. τοῦτο δὴ ἐφ᾽ ἡμῖν ἐστιν. ὥστε καὶ τὸ μὴ ταράττεσθαι ἐφ᾽ ἡμῖν ἐστι· καὶ μέγα τι τοῖς πειθομένοις ὑπάρξει τὸ καὶ τοῖς μὴ ἐφ᾽ ἡμῖν ὡς ἐφ᾽ ἡμῖν οὖσι κεχρῆσθαι. κἂν γὰρ τὸ ἀτιμασθῆναι, ἢ χρημάτων ἀφαιρεθῆναι, ἢ τυπτηθῆναι οὐκ ἔστιν ἐπ᾽ ἐμοὶ, ἀλλὰ τὸ ὀρθὸν ἔχειν περὶ αὐτῶν δόγμα, ὅτι οὐ δεινὰ, ἀλλὰ καὶ ὠφέλιμα πολλάκις, ἐπ᾽ ἐμοί ἐστιν. Ἀρκεῖ δὲ τὸ τοιοῦτον δόγμα, πρὸς τὸ μηδὲ γίνεσθαι δοκεῖν αὐτὰ, ἢ γινόμενα μὴ βλαβερὰ νομίζειν, ἀλλ᾽ ἔστιν ὅτε καὶ ὠφέλιμα. πᾶς γὰρ εὖ φρονῶν, ὡς οἶμαι, κάλλιον ἂν ἡμῖν, τουτέστι τῇ ψυχῇ, νομίσοιτο ἐν δυσχερέσιν ἀταράχως διαγενέσθαι, ἢ μὴ περιπεσεῖν δυσχερείᾳ· καὶ τοσούτῳ κάλλιον, ὅσῳ μείζονα τὰ δυσχερῆ καὶ σκληρότερα. ὡς γὰρ τῶν σωματικῶν κινήσεων αἱ σφοδρότεραι μᾶλλον γυμνάζουσι τὰ πρὸς αὐτὰς ἀντέχοντα σώματα, πρός τε ὑγείαν, καὶ πρὸς ἀσθένειαν, καὶ τάχος·

ſertum putavit, & ornamentū quaſi libertatis aſſumpſit, cū divitias paupertate commutaſſet. Adeo neutrum horum natura tam eſt grave atque intolerabile, ut nobis videtur: ſed & contrariis ſuis aliquando utilius, cum ad noſmetipſos, hoc eſt, noſtrum rationis compotem animum, eorum uſum retulerimus. Opus igitur eſt, ut qui ſe à talibus perturbari nolit, rectas de iis habeat opiniones. Quod cum in noſtra poteſtate ſit, illud etiam in noſtra poteſtate erit, ne perturbemur, & magnum ad id nobis afferet adiumentum, ut iis etiam, quæ in noſtra poteſtate non ſunt, ita utamur, quaſi in noſtra poteſtate ſita eſſent. Etſi enim an ignominia afficiar, an pecunia ſpolier, an vapulem, arbitrii mei non eſt: at recte de his ſentire, non ea eſſe mala, ſed ſæpe utilia, penes me eſt. Tale autem decretum ſatis eſt ad illud, ut huiuſmodi ne accidere quidem videantur: aut ſi acciderint, noxia non iudicentur, ſed interdum conducibilia. Quivis enim, ut ego quidem exiſtimo, pulcrius nobis, hoc eſt, animo, exiſtimet, in rebus aſperis vacare perturbatione, quam non incidere in res adverſas: eoque pulcrius, quo res adverſæ graviores aſperioreſque fuerint. Ut enim corpora vehementiſſimis quibuſque motionibus, quæ quidem eas ferre queunt, maxime exercentur, tam ad valetudinem quam ad vires & celeritatem:

οὕτω καὶ τῶν ψυχικῶν· ὥστε ἐν οἷς χρεία του ὡς δυνατὸν εὐφόρως καὶ ἀταράχως ἀπενεγκεῖν. ὅπερ διὰ δύο τούτων περιγίνεται, τοῦ τε ὀρθῶς δοξάζειν περὶ αὐτῶν, καὶ τοῦ παρεσκευάσθαι περὶ αὐτά· διά τε τῆς τληπαθεστέρας τοῦ σώματος ἀγωγῆς, ἥτις πρὸς πᾶν ἐστιν ἐπιτήδειος, δι' ἣν πολλοὶ καὶ τῶν μοχθηρῶν ἀνθρώπων πληγάς, καὶ τὰ ἐπώδυνα δοκοῦντα ἡμῖν, περιφλύουσιν· ἔτι δὲ καὶ διὰ τοῦ προμελετᾶν αὐτὰ καὶ προσελπίζειν. ἅπερ πάντα τῶν ἐφ' ἡμῖν ἐστιν. Εἰ τοίνυν μήτε ὁ θάνατος, μήτε τι τῶν τοιούτων δεινόν ἐστιν, δῆλον ὅτι οὔτε αὐτά, οὔτε οἱ ἐπάγοντες αὐτὰ τῆς ταραχῆς ἡμῖν εἰσιν αἴτια, ἀλλ' ἡμεῖς αὐτοὶ ἑαυτοῖς, καὶ τὰ δόγματα ἡμῶν. οὐ χρὴ οὖν ἄλλον αἰτιᾶσθαί ποτε τῆς ταραχῆς ἡμῶν, ἢ λύπης, ἢ φόβου, ἢ τινὸς ἄλλου τοιούτου· ἀλλ' ἡμᾶς αὐτούς, καὶ τὰ ἡμέτερα δόγματα.

ita & animi, ut ubi opus eſt, aliquid quam facilime & tranquilliſſime feratur. Quod duabus hiſce rebus conſequemur: una, ut recte de iis ſentiamus, altera, ut præparati ad ea ſimus: cum tractatione corporis aſperiore, quæ ad omnia opportuna eſt, quaque fit ut multi improbi homines verbera, & ea quæ dolorifica cenſentur, contemnant: tum præmeditatione & exſpectatione. quæ omnia in nobis ſita ſunt. Quod ſi neque mors, nec huiuſmodi quicquam terribile eſt, conſtat, neque ipſa, neque eos qui illa inferunt, perturbationis nobis eſſe cauſam, ſed noſmetipſos, noſtraſque opiniones. Nunquam igitur cauſa perturbationis noſtræ alteri aſcribenda eſt, ſive is dolor ſit, ſive metus, ſive quid aliud eius generis: ſed nobiſmetipſis, & noſtris opinionibus.

Ἀπαιδεύτου ἔργον, τὸ ἄλλους ἐγκαλεῖν ἐφ' οἷς αὐτὸς πράσσει κακῶς. ἠργμένου παιδεύεσθαι, τὸ ἑαυτῷ. πεπαιδευμένου, τὸ μήτε ἄλλῳ, μήτε ἑαυτῷ.

Alios accuſare ob calamitatem ſuam; hominis eſt inerudití: ſe ipſum, eius qui erudiri cœpit. Nec ſe, nec alium, eruditi.

Τοῦτο συνεχὲς τῷ πρὸ αὐτοῦ ἐστιν· καὶ εἴπερ εἶχε τὸν, γάρ, σύνδεσμον, ὡς λέγειν, ἀπαιδεύτου γάρ ἐστιν ἔργον τὸ ἄλλοις ἐγκαλεῖν, ἐφ' οἷς αὐτὸς πράσσει κακῶς, τὴν αἰτίαν ἔλεγε καλῶς τοῦ μὴ δεῖν ἄλλοις ἐγκαλεῖν ἐφ'

Cohæret hoc cum ſuperiore. ſique coniunctione addita legeretur, Nam inerudití munus eſt, alios accuſare ob ſuam calamitatem: cauſa recte exponeretur, cur alii non accuſandi eſſent ob ea propter

οἷς ταραττόμεθα, ἢ φοβούμεθα, ἢ λυπούμεθα, ἢ ὅλως ἐν κακῷ τινι εἶναι νομίζομεν. δι' ἀπαιδευσίαν γὰρ τοῦτο πάσχομεν. Καὶ λοιπὸν καλῶς συνάπτει τῇ τοῦ ἀπαιδεύτου περὶ ταῦτα διαθέσει, τήν τε τοῦ ἀρχομένου παιδεύεσθαι, καὶ τὴν τοῦ πεπαιδευμένου. Ὁ μὲν γὰρ πεπαιδευμένος ὡς κατὰ φύσιν ζῶν, καὶ μήποτε ἀποτυγχάνων ὧν ὀρέγεται, μήτε περιπίπτων οἷς ἐκκλίνει, οὔτε ἐν κακῷ τινι νομίζει εἶναι, οὔτε αἰτιᾶταί τινα ὡς αἴτιον αὐτῷ τοῦ κακῶς πράττειν. ὁ δὲ ἀρχόμενος παιδεύεσθαι, ἀποτυγχάνει μὲν ἔστιν ὅτε τῶν ὀρεκτῶν, καὶ περιπίπτει τοῖς ἐκκλινομένοις, διὰ τὸ μετὰ τῶν ἀλόγων παθῶν ἐνεργεῖν τότε· κατεχημένος δὲ ὑπὸ τῆς τῶν ἐφ' ἡμῖν διαιρέσεως, οἶδεν ὅτι αὐτὸς ἑαυτῷ αἴτιος καὶ τῆς ἀποτυχίας καὶ τῆς περιπτώσεως γίνεται, καὶ οὐκ ἄλλος· ὅταν ἐν τοῖς οὐκ ἐφ' ἡμῖν ποτε τὸ ἀγαθὸν ἡμῶν ἢ τὸ κακὸν ὑποκεῖσθαι νομίσῃ. Διὰ τί δὲ, φαίη ἄν τις, ὁ ἀρχόμενος παιδεύεσθαι, καίτοι γινώσκων ὅτι τὸ ἀγαθὸν ἡμῶν καὶ κακὸν ἐφ' ἡμῖν ἐστιν, (οὐ γὰρ ἂν ἑαυτῷ ἐνεκάλει μὴ τοῦτο γινώσκων) ἁμαρτάνει, ὥστε καὶ ἑαυτῷ ἐγκαλεῖν; ἢ ὅτι προηγεῖται μὲν ἡ γνῶσις τῶν ἀγαθῶν καὶ κακῶν, τοῦ λόγου τοῦ ἐν ἡμῖν οὖσα ἐνέργεια; οὐκ εὐθὺς δὲ ἐπὶ πάντων καὶ τὰ ἄλογα πάθη τὰ ἐν ἡμῖν μετρεῖται καὶ ῥυθμίζεται καὶ ὑποτάττεται τῷ λόγῳ, καὶ μάλιστα ὅταν διὰ ῥαθυμίαν καὶ ἀργίαν τοῦ λόγου, κίνησιν δὲ συνεχῆ τῆς ἀλογίας νενευρωμένα γένηται,

quæ nos perturbamur, timemus, dolemus, aut in malis eſſe nos exiſtimamus. Hoc enim ex inſcitia nobis uſuvenit. Deinde ineruditi affectioni recte annectit eius habitum, qui erudiri incipit, & qui iam eſt eruditus. Hic enim, ut naturæ congruenter vivens, nec unquam ſuis deſideriis fruſtrandus, nec in ea quæ declinat incidens: neque in ullo ſe malo eſſe putat, neque ullum accuſat ut auctorem ſuæ calamitatis. Sed is qui erudiri incipit, interdum fruſtratur ſuis deſideriis, & in ea quæ vitat incidit: quia tum in agendo brutas etiam affectiones adhibet. Sed diviſione rerum, quæ in noſtra poteſtate ſitæ ſunt, aut non ſunt, occupatus, novit ſe ipſum ſibi auctorem eſſe & fruſtrationis & calamitatis: non autem alium, ſi quando bonum aut malum ſuum in rebus alieni iuris collocarit. Cur autem, dixerit aliquis, is qui erudire cœpit, cum in ſe bonum & malum ſuum poſitũ eſſe norit, (niſi enim id ſciret, ſe ipſum non accuſaret) peccat, ut ſe ipſum accuſet? An eo fit, quod cognitio bonorum & malorum antecedit, ut quę rationis noſtræ ſit actio? ſed non ſtatim in omnibus brutæ affectiones ſe accõmodant, conformant & ſubiiciunt rectæ rationi: præſertim vero cum ob ſocordiam & diſſolutionẽ rationis, & continentẽ brutæ partis motionẽ, corroboratæ perturbationes

καὶ τυραννοῦνται τὰ πάθη. τοιαύτην δὲ εἶχεν ἐν τῇ τραγῳδίᾳ τῆς ψυχῆς διάθεσιν ἡ λέγουσα,

> Καὶ μανθάνω μὲν οἷα δρᾷν μέλλω κακὰ,
> Θυμὸς δὲ κρείττων τῶν ἐμῶν βουλευμάτων.

Ἀγαπητὸν οὖν, ἐν χρόνῳ τὰ μὲν βιαζόμενον τὸν λόγον, τὰ δὲ ἐπᾴδοντα σύμφωνα ἑαυτῷ τὰ πάθη ἐργάσασθαι· ὅτε καὶ ἡ τοῦ λόγου γνῶσις τρανεστέρα, καὶ ἐπιστημονικὴ, καὶ τελέως ἀνενδοίαστος γίνεται. Εἰκότως οὖν οἱ ἀρχόμενοι παιδεύεσθαι, ἁμαρτάνουσι μὲν ἔσθ᾽ ὅταν τινὰ, καὶ τῶν παθῶν μήπω ἡττημένων, καὶ τοῦ λόγου μήπω κατ᾽ ἐπιστήμην ἐνεργοῦντος. ἑαυτοῖς δὲ ἐγκαλοῦσι, καὶ οὐκ ἄλλοις, διὰ τὴν ὁποιανοῦν παραδοχὴν τῆς τῶν οὐκ ἐφ᾽ ἡμῖν καὶ τῶν ἐφ᾽ ἡμῖν διαιρέσεως. οἱ μέντοι ἀπαίδευτοι τελέως, καὶ ἁμαρτάνουσι πολλὰ, διά τε τὰ ἄλογα πάθη σφύζοντα ἐν ἑαυτοῖς, καὶ διὰ τὴν τοῦ λόγου ἄγνοιαν· οὔπω διακρίναντες τὸ ὄντως ἀγαθὸν καὶ κακόν· οὔτε ἑαυτοὺς ἀπὸ τῆς ἀλογίας ἑλκύσαντες, οὔτε κατὰ τὴν ψιλὴν ἔννοιαν. καὶ τί λέγω τῆς ἀλογίας; ὅτι ἡμᾶς αὐτοὺς καὶ τὴν ἡμετέραν οὐσίαν τὸ σῶμα εἶναι νομίζομεν, οἱ δὲ φιλοχρήματοι τὰ χρήματα. ἁμαρτάνομεν μὲν οὖν ἀπαίδευτοι ὄντες διὰ ταῦτα, ἐν τοῖς ἐκτὸς τὸ ἀγαθὸν ἡμῶν καὶ τὸ κακὸν τιθέμενοι· καὶ τελέως ἀγνοοῦντες, τί ποτέ ἐστι τὸ ἡμέτερον ἀγαθὸν ὄντως καὶ κακὸν, καὶ ὅθεν

quaſi tyrannidem occuparint. Sic affecta fuit ea quæ in Tragœdia dicit:

> *Sciam licet quod aggredi parem nefas;*
> *Tamen ira mentis omne conſilium premit.*

Quamobrem ad tempus boni conſulendum eſt, ſi ratio partim cogendo, partim veluti magico carmine deliniendo, affectus in ſuam ſententiam pertraxerit. Nam tum rationis etiam cognitio fit evidentior, & ſcientifica, & omnis dubitationis expers. Non mirum igitur, eos qui erudiri cœperunt, peccare interdum, affectibus nondum plane ſubactis, & ratione nondum ſecundum ſcientiam agente: ſe ipſos autem accuſare, & non alios, ob diviſionem illam rerum noſtri & alieni iuris utcunque admiſſam. Prorſus inerudití autem ſæpe & multum peccant, quod & ob affectionum commotionem, & ob rationis ignorationem verum bonum & malum nondum diiudicarunt, neque ſe à bruta natura vel nuda cogitatione removerunt. Quam dico brutam naturam? Quod nos ipſos naturamque noſtram eſſe corpus opinamur, avari auté à divitiis pendent. Peccamus igitur cum inerudití ſumus, propterea quod bonum & malum noſtrum in rebus externis collocantes, quodnam verum bonum & malum noſtrum ſit, & unde ſit, prorſus igno-

ἐστὶν, αἰτίους ἡμῖν τῶν κακῶν εἶναι νομίζομεν τούτους ἢ ἀφαιρουμένους τι τῶν ἀγαθῶν ἡμῖν καὶ ὀρεκτῶν δοκούντων ἐν τοῖς ἐκτὸς, ἢ τοῖς ἐκκλινομένοις ὑφ' ἡμῶν περιβάλλοντας ἡμᾶς. Καίτοι οὐδὲ τὰ ἀγαθὰ νομιζόμενα τὰ ἐκτὸς, οὐδὲ τὰ ἐκτὸς κακὰ πάντως τοιαῦτά ἐστιν· ἀλλὰ καὶ τὴν ἐναντίαν ἔστιν ὅτε κατάστασιν ἔχει ἑκάτερα. διόπερ οἱ ἀπαίδευτοι τῶν νέων, τοὺς μὲν παιδαγωγοὺς ὡς κακῶν αὐτοῖς αἰτίους μισοῦσι, τοὺς δ' εἰς ἡδονὰς προσκαλουμένους, ὡς εὐεργέτας ἀσπάζονται. Τεκμήρια μέντοι ἡμῖν ἐναργῆ διὰ βραχέων ὁ Ἐπίκτητος παραδέδωκε, τῶν τε πεπαιδευμένων, καὶ τῶν ἀπαιδεύτων, καὶ τῶν ἔτι ἀρχομένων παιδεύεσθαι. Ὅτι οἱ μὲν ἀναμάρτητοι ὄντες, διὰ τὴν τοῦ λόγου τελειότητα καὶ τῆς ἀλογίας τὴν πρὸς τὸν λόγον εὐαρμοστίαν τε καὶ ὑποκατάκλισιν, οὐδενὶ ἐγκαλοῦσί ποτε ὡς κακῶν αἰτίῳ αὐτοῖς· οὐδὲ γὰρ ἐν κακῷ οἰκείῳ γίνονταί τινι, οὔτε ὑφ' ἑαυτῶν, εἴπερ εἰσὶ πεπαιδευμένοι, οὔτε ὑπὸ ἄλλων· ὅτι μὴ ἐν τοῖς ἐκτὸς τὸ κακὸν ἔχουσιν. Οἱ δὲ ἀπαίδευτοι, καὶ ἁμαρτωλοί εἰσι δι' ἄμφω· καὶ οὔτοι κακῶς διακείμενοι τόν τε λόγον καὶ τὴν ἀλογίαν· καὶ ἄλλοις τὴν ἑαυτῶν κακίαν ἐπιγράφουσιν, ὡς ἐν τοῖς ἐκτὸς αὐτὴν ὁρῶντες. ἔστι δὲ καὶ εὔκολον, καὶ ἡδὺ, καὶ τοῖς ἀπαιδεύτοις ὄντως πρέπον, τὸ τῶν οἰκείων ἁμαρτημάτων ἄλλους αἰτίους περιβάλλεσθαι. Οἱ δὲ

ignorantes: eos nobis malorum auctores eſſe putamus, qui aut aliquid nobis adimunt noſtra opinione bonum, & appetendum in rebus externis, aut in ea coniiciunt, quæ à nobis declinantur. Neque vero externa iſta, quæ vel in bonis vel in malis habentur, omnino talia ſunt, ſed interdum utraque rationem contrariam habent. Quapropter ineruditi adoleſcentes, pædagogos, ut à quibus male tractentur, oderunt: eos vero à quibus ad voluptates invitantur, diligunt. Epictetus autem paucis ille quidem, ſed notas evidentes nobis expoſuit, quibus eruditi ab ineruditis & tironibus diſcernantur. Nam eruditi ab omni errore & peccato remoti, ob rationis perfectionem, & brutæ partis cum ea conſenſionem & obedientiam, neminem unquam accuſant ut ullius ſibi mali auctorem. Neque enim in ullum ſuum malum vel ipſi ſeſe coniiciunt, vel ab alio coniiciuntur, ſiquidem eruditi ſunt. Quia ſi eruditi ſunt, non in rebus externis malum collocant. Ineruditi autem utraque de cauſa errant & peccant, eorum & ratione & bruta parte male affecta: atque aliis ſuum vitium imputant, quaſi id in rebus externis ineſſe cernerent. Eſt autem & facile & iucundum, & indoctis omnino dignum, culpam eorum quæ ipſi deliquerint, in alios conferre. Qui

ἀρχόμενοι παιδεύεσθαι καὶ σωτηρίας ἔχοντες ἀρχὴν, κἂν ἁμαρτάνωσι καὶ ἐν κακῷ τινί ποτε γένωνται, ἀλλ' ἴσασι ποῦ τί ἐστι, καὶ ὅπου φύεται τὸ κακὸν, καὶ τί τὸ τῆς ἐκφύσεως αὐτῶν αἴτιον· διὸ καὶ ἐκείνῳ ἐγκαλοῦσι. καὶ οὐδεὶς οἶμαι τούτοις χρώμενος τοῖς κριτηρίοις ἐμφρόνως, διαμαρτήσαί ποτε τῆς ἀκριβοῦς διακρίσεως τούτων τῶν καταστημάτων, τοῦ τε πεπαιδευμένου, καὶ τοῦ ἀπαιδεύτου, καὶ τοῦ ἀρχομένου παιδεύεσθαι. Παιδεία μὲν γάρ ἐστιν κυρίως ἡ τοῦ ἐν ἡμῖν παιδὸς ὑπὸ τοῦ ἐν ἡμῖν παιδαγωγοῦ ἐπανόρθωσις. καὶ παῖς μὲν ἡ ἐν ἡμῖν ἀλογία, τὸ μὲν ὠφέλιμον μὴ ὁρῶσα, πρὸς δὲ τὸ ἡδὺ τεταμένη μόνον, ὥσπερ οἱ παῖδες· παιδαγωγὸς δὲ ὁ λόγος, ῥυθμίζων καὶ μετρῶν τὰς ἀλόγους ἐν ἡμῖν ὀρέξεις, καὶ πρὸς τὸ ὠφέλιμον ἀπευθύνων αὐτάς. Διὸ καὶ οἱ μὲν ἀπαίδευτοι κατὰ τὴν τοῦ παιδὸς ὄρεξιν ζῶντες ἀνεπιστρόφως, πολλὰ ἁμαρτάνουσιν, αὐτοὶ ἐνδόντες, διὰ τὸ ἀνεπίστροφον, οὔτε ἑαυτοὺς αἰτιώμενοι. οἱ δὲ ἀρχόμενοι καὶ τὸν παιδαγωγὸν ἤδη προσανιστάμενον ἔχουσι, καὶ τὸν παῖδα ὑπακούειν ἀρχόμενον· διὸ κἂν ἁμαρτάνωσί τινα, καὶ τίς ὁ ἁμαρτάνων αἰσθάνονται, καὶ ἐκείνῳ ἐγκαλοῦσι, καὶ οὐκ ἄλλῳ τινί. οἱ δέ γε πεπαιδευμένοι, καὶ τὸν παιδαγωγὸν ἔχουσι νήφοντα, καὶ τοῦ παιδὸς ἤδη κεκρατηκότα, καὶ τὸν παῖδα φρενωθέντα, καὶ τὴν ἑαυτοῦ τελειότητα ἀπολαβόντα κατὰ τὸ ὑποτετάχθαι τῷ παιδαγωγῷ, συμφωνεῖν τε ἑαυτῷ. αὕτη γὰρ ἀρετὴ παιδός ἐστιν.

vero erudiri incipiunt, & principia ſalutis habent: etiamſi peccarint, & in malum aliquod inciderint, tamen ubi ſit malum, & unde naſcatur, ſciunt, & quæ ſit ortus illius cauſa, ideoque illam accuſant. Neque quiſquam opinor, his iudicandi velut inſtrumentis utens, unquam errabit in diiudicando ſtatu eruditi, ineruditi, & tironis. Nam ea proprie eſt eruditio, cum puer qui in nobis eſt, à pædagogo, qui & ipſe in nobis eſt, caſtigatur. Puer autem in nobis eſt bruta illa pars, quæ cum utile videat, in ſolum iucundum eſt intenta, ut pueri. Pædagogus vero eſt ratio, quæ componit & moderatur brutas in nobis appetitiones, eaſque ad utilitatem dirigit. Itaque ineruditi, qui puerilem in modum appetitum in vita inconſiderate ſequuntur, multum peccant, quamvis ignari ob incuriam, nec ſemet ipſos accuſant. Qui vero erudiri incipiunt, hi pædagogum alacrem & excitatum iam habent, & puerum obedire incipientem. Quamobrem etiamſi peccant, tamen quis peccati ſit auctor ſentiunt, eumque & non alium accuſant. Eruditi autem & pædagogum habent ſobrium, & puero iam imperantem, & puerum caſtigatum, & ad ſuam perfectionem iam perductum: eo quod pædagogo paret, cum eoque conſentit. Hæc enim pueri virtus eſt.

ΚΕΦ.

ΚΕΦ. ιά.

ἘΠὶ μηδενὶ ἐπαρθῇς ἀλλοτρίῳ προτερήματι. εἰ ὁ ἵππος ἐπαιρόμενος ἔλεγεν, ὅτι καλός εἰμι, οἰστὸν ἂν ἦν. σὺ δὲ ὅταν λέγῃς ἐπαιρόμενος, ὅτι ἵππον καλὸν ἔχω, ἴσθι ὅτι ἐπὶ ἵππῳ ἀγαθῷ ἐπαίρῃ. τί οὖν ἐστι σόν; χρῆσις φαντασιῶν. ὥστε ὅταν ἐν χρήσει φαντασιῶν κατὰ φύσιν σχῇς, τηνικαῦθα ἐπαρθήσῃ. τότε γὰρ ἐπὶ σῷ τινι ἀγαθῷ ἐπαίρῃ.

CAP. XI.

OB nullam alienam præſtantiam efferaris animo. Si equus ſemet iactans diceret, ſum pulcer: ferendum eſſet. Tu vero cum inſolenter gloriaris, te pulcrum equum habere: ſcito, equo te bono ſuperbire. Quid igitur eſt tuum? uſus viſorum. Quapropter cum in uſu viſorum ita moratus fueris, quemadmodum natura poſtulat, tum effereris. tu enim aliquo bono lætaberis.

ΕΞΗΓΗΣΙΣ.

ΔΙδάξας ὅπως δυνατόν ἐστιν ἐπὶ τοῖς ἔξωθεν προσπίπτουσι δεινοῖς ἀτάραχον, καὶ ἄφοβον, καὶ ἄλυπον διατελεῖν, νῦν διδάσκει πῶς χρὴ καὶ ἐπὶ τοῖς αἱρετοῖς δοκοῦσι τῶν ἐκτὸς διαγίνεσθαι· ἅπερ ἀλλότρια καλεῖ ἀγαθὰ, κατὰ τὸν ἐξ ἀρχῆς λόγον, ἐν ᾧ ἔλεγε τὰ οὐκ ἐφ' ἡμῖν ἀσθενῆ εἶναι, καὶ δοῦλα, καὶ κωλυτὰ, καὶ ἀλλότρια. καὶ λέγει ὅτι ἐπ' οὐδενὶ τῶν δοκούντων ἀγαθῶν τῶν ἐκτὸς ἐπαίρεσθαι χρή. δηλοῖ δὲ οἶμαι νῦν ἡ ἔπαρσις, οὐχὶ κουφότητα, καὶ μετεωρισμὸν, καὶ ἀλαζονείαν, ὡς εἰώθαμεν πολλάκις ἐπὶ κακῷ τῇ λέξει κεχρῆσθαι· οὐ γὰρ ἂν ἐπὶ τοῖς ἡμετέροις καὶ ἀληθινοῖς ἀγαθοῖς ἐπαίρεσθαι συνεβούλευεν. ἀλλὰ, δοκεῖ μοι, νῦν ἡ ἔπαρσις δηλοῖ αὐτῷ ὑπόληψιν αὐξήσεώς τινος, καὶ ἀδρυώσεως ἐπὶ προσλήψει τινὸς ἀγαθοῦ. οὐ χρὴ οὖν φησὶ τοῖς ἀλλοτρίοις

COMMENTARIUS.

DOcuit quemadmodum fieri poſſit, ut in calamitatibus aliunde ingruentibus tranquilli, ſecuri & alacres ſimus. Nunc, quales nos in externis rebus, quæ expetendæ videantur, præbere debeamus, tradit. Vocat autem eas aliena bona, ea ratione quam primum inſtituit, cum diceret, ea quæ in nobis ſita non eſſent, infirma, ſerva, impedita eſſe, & aliena, noſque vetat ullius externi boni ſpecie efferri. Elatio autem hic illi non levitatem, ſublimes ſpiritus, aut arrogantiam, ſignificat, ut in malam ſæpe partem ea voce uti ſolemus, (alioquin non ſuaderet ut noſtris & veris bonis efferremur;) ſed (ut mihi quidem videtur) hic ei ſignificat opinionem incrementi alicuius, & quaſi granditatis, ob alicuius boni acceſſionem. Non igitur, inquit, alienis

ἀγα-

ἀγαθοῖς ἡμᾶς νομίζειν αὐξάνεσθαι, καὶ ἐν ὑπεροχῇ γίνεσθαί τινι· ἕκαστον γὰρ ἀγαθὸν ἐκείνου ἐστὶν ἀγαθὸν, ἐν ᾧ ἔχει τὴν ὑπόστασιν καὶ ὃ κατὰ φύσιν διατίθησι, καὶ οὐκ ἄλλου. καὶ τὸ ἐν ἵππῳ τοίνυν ἀγαθὸν, τοῦ ἵππου ἐστὶν αὐτοῦ, καὶ οὐχ ἡμέτερον. εἰ γὰρ τολμηρὸς ἢ δρομικὸς εἴη ἢ εὐήνιος, τὴν ἀρετὴν ἔχει τὴν ἵππου, ἥτις οὐκ ἔστιν ἡμετέρα ἀρετὴ, ὥστε οὔτε ἀγαθὸν ἡμέτερον, οὔτε προσαύξει ἡμᾶς οὔτε τελειοῖ. Τί οὖν; ἂν φαίη τις· ἡ τῶν χρημάτων καὶ ὀργάνων ἀρετὴ, οὐκ εἰς τοὺς κεκτημένους καὶ χρωμένους ἀναφέρεται; Οὐδὲ σκεπάρνου ἀρετὴ ποιεῖ τέκτονα αὐτὸν ἀγαθὸν μὴ πρότερον ὄντα. ἄλλη γὰρ σκεπάρνου ἀρετὴ κατὰ τὸ σχῆμα καὶ τὴν ὀξύτητα, καὶ ἄλλη τοῦ τέκτονος κατὰ τὴν τέχνην. ἀλλ' ἔστι μὲν αὐτὴ τοῦ σκεπάρνου ἀγαθὸν ἡ ὀξύτης, καὶ εὐσχημοσύνη, συντελεῖ δὲ αὕτη πρὸς ὑπουργίαν, καὶ τὸ δι' αὐτοῦ ἀποτέλεσμα· αὕτη γὰρ ὀργάνου ἀρετή. οὐ μέντοι πρὸς τὴν τέκτονος τελειότητα. ἐκεῖνος γὰρ ἐν τοῖς λόγοις τοῖς τεχνικοῖς τὸ ἀγαθὸν ἔχει τὸ οἰκεῖον, κἂν τὸ ἀποτέλεσμα τὸ ἐκτὸς χεῖρον ἀποβῇ διὰ τὴν ὕλην, ἢ τὰ ὄργανα, ἢ ἄλλό τι τῶν ἐμποδιζόντων. Τί οὖν ἐστί, φησιν, ἡμέτερον ἀγαθὸν ἐφ' ᾧ χρὴ διατεθῆναι ὡς προσηυξημένους τε καὶ τελειωθέντας; Πρότερον μὲν ἐν πρώτοις τὴν ὀρθὴν ὑπόληψιν, νῦν δὲ τὴν κατὰ φύσιν χρῆσιν τῶν ὑπολήψεων, ὅπερ ἐκάλεσεν ὑπόληψιν ἐκεῖ,

bonis augeri nos atque excellere putandum eſt. Nam unumquodque bonum, eius bonum eſt in quo eſt, & eius quod naturam congruenter afficit, non autem alterius. Quod igitur in equo bonum eſt: id ipſius equi eſt bonum, non noſtrum. Sive enim animoſus, ſive celer, ſive tractabilis eſt, equi virtutem habet: quæ noſtra virtus non eſt, eoque nec bonum noſtrum, neque auget nos aut perficit. At dicat aliquis, nonne rerum & inſtrumentorum virtus ad poſſeſſores, & eos qui his utuntur, referri ſolet? Solet illa quidem. Verum aſciæ virtus fabrum bonum non facit, niſi ante fuerit. Quoniam aſciæ, ratione aciei & figuræ, alia virtus eſt, alia fabri, ratione artis. Ipſius aſciæ bonum eſt acies, & elegantia formæ: eaque ad miniſterium facit, atque ad opus quod per eam perficitur. hæc enim inſtrumenti virtus eſt. Ad fabri autem perfectionem nihil confert. nam illius peculiare bonum in artis rationibus ſitum eſt, etiamſi opus externum peius confectum fuerit, ſive ob materiam, ſive ob inſtrumenta, ſive ob aliquod aliud impedimentum. Quodnam igitur, inquit, noſtrum bonum eſt, quo ſic affici debemus, quaſi noſtro incremento & perfectione? Prius rectam opinionem in primis, nunc uſum opinionum naturæ conſentaneum id eſſe dixit: & quod illic opinio-

τοῦτο νῦν φαντασίαν ὀνομάζει. Φαίνεται γὰρ ἡμῖν καὶ δοξάζεται τὰ ὄντα τοῖα ἢ τοῖα, ποτὲ μὲν ὀρθῶς, ποτὲ δὲ διεστραμμένως. Καὶ εἴη μὲν ἂν καὶ αὕτη κατὰ φύσιν χρῆσις φαντασιῶν, τὸ φαίνεσθαι τὰ ὄντα ἡμῖν οἷα καὶ ἐστι, καὶ μὴ παραλλάττειν ἐν τῇ συμπλοκῇ αὐτῶν, ἀγαθὸν μὲν τὴν ἀκολασίαν, κακὸν δὲ τὴν σωφροσύνην νομίζουσι. κατὰ δὲ τὸ κυριώτατον, χρῆσις φαντασιῶν κατὰ φύσιν γινομένων, ἀγαθῶν ὄρεξις καὶ κακῶν ἔκκλισις· οὐχ ἡ γνῶσις αὐτῶν ἁπλῶς, ὅτι τόδε μὲν ἀγαθὸν, τὸ δὲ κακόν· ἀλλ' ἡ τοῦ φανέντος ἀγαθοῦ ὄρεξις, καὶ τοῦ φανέντος κακοῦ ἔκκλισις· ἐπειδὴ οὐ τοῦ πράττειν ἐσμὲν κύριοι, ἀλλὰ τοῦ ὀρέγεσθαι κατὰ φύσιν καὶ ἐκκλίνειν. Μήποτε δὲ καὶ ἄλλό τι προσενδείκνυται διὰ τῆς κατὰ φύσιν χρήσεως τῶν φαντασιῶν; τὸ καὶ τὰ ἔργα δεῖν ἡμῶν σύμφωνα εἶναι ταῖς ὀρθαῖς ὑπολήψεσι καὶ ὀρέξεσι· καὶ μὴ μόνον νομίζειν ὅτι ἀγαθόν ἐστιν ἡ σωφροσύνη, ἀλλὰ καὶ σωφρονεῖν, καὶ τὰ ἔργα κατὰ φύσιν συμφώνως ταῖς ὀρθαῖς ὑπολήψεσιν καὶ ὀρέξεσιν ἀποδιδόναι· καὶ ἡμῖν νομίζειν μὲν ἀγαθὸν τὴν δικαιοσύνην, καὶ ἀμυδρῶς ὀρέγεσθαι, διὰ τὸ πᾶν τὸ δοκοῦν ἀγαθὸν καὶ ὀρεκτὸν εἶναι· ἀδικεῖν δὲ ὅπερ τοῖς ἀκρατέσι συμβαίνει· ὀρέξεως τῆς τοῦ ἡδέος νικώσης τὴν τοῦ

opinionem, id ipſum heic viſum appellavit. Videntur enim atque exiſtimantur à nobis res tales, aut tales, alias recte, alias perperam. Atque illud etiam viſis naturæ congruenter uti fuerit, ſi res tales nobis eſſe videantur, quales ipſæ ſunt: neque commiſceantur inter ſeſe & immutentur, ut luxuriam bonum, temperantiam malum exiſtimemus. Rectiſſime autem is viſorum uſus naturæ conſentaneus dicitur, cum appetuntur bona, & declinantur mala: non autem cum tantum intelligimus hoc eſſe bonum, illud malum: ſed cum & id quod bonum viſum eſt, appetimus, & malum declinamus. Neque enim agendi poteſtas noſtra eſt, ſed appetendi ſecundum naturam, & declinandi. Quid vero ſi per uſum viſorum naturæ conſentaneum, etiam illud innuit, opera quoque noſtra conſentire oportere cum rectis opinionibus & appetitionibus? ne temperantiam bonum tantummodò iudicemus, ſed & temperanter vivamus: & iis muneribus fungamur, quæ naturæ, quæ rectis opinionibus & appetitionibus congruant. ne iuſtitiam bonum quidem iudicemus, & utcunque expetamus, eo quod omne bonum expetendum videatur, interim vero iniurii ſimus: id quod incontinentibus accidit, cum voluptatis appetitus boni

ἀγαθοῦ ὄρεξιν· καὶ τοῦ μὲν λόγου, κἂν ἀμυδρῶς, ὁρῶντος δὲ ὅμως, τὸ δέον, καὶ μέχρι τινὸς καὶ μαχομένου ὑπὲρ αὐτοῦ· καὶ ὀρέξεων καὶ ἐκκλίσεων, ὀρθῶν μὲν, ἀμυδρῶν δὲ, συγκινουμένων, τῶν δὲ ἀλόγων παθῶν κατισχόντων αὐτὸν, καὶ περισπώντων, καὶ τὰ ἑαυτοῖς ὀρεκτὰ πράττειν ἀναγκαζόντων. Ὅ πως εἶπον πρότερον, ἐν τῇ τραγῳδίᾳ ἐκεῖνα λέγει,

Καὶ μανθάνω μὲν οἷα δρᾷν μέλλω κακὰ,
Θυμὸς δὲ κρείττων τῶν ἐμῶν βουλευμάτων.

Χρὴ οὖν μὴ δοξάζειν μόνον ὀρθῶς, καὶ ὀρέγεσθαι, καὶ ἐκκλίνειν ἐπὶ πολλὰ, ἀλλὰ καὶ τὰ ἔργα σύμφωνα ταῖς ὀρθαῖς δόξαις ἀποδιδόναι. καὶ ἐν τούτοις ἐστὶν ἡ κατὰ φύσιν τῶν φαντασιῶν χρῆσις, ἣν ἡμέτερον ἀγαθὸν ἡγεῖσθαι χρὴ, καὶ μηδὲν τῶν ἐκτός. ὥσπερ γὰρ τοῦ τέκτονος ἀγαθὸν ἔργον, ὡς τέκτονος., ἡ κατὰ τοὺς τεχνικοὺς λόγους ἐνέργεια· οὕτω ἡ τοῦ φιλοσόφου ἐν ταῖς ἐννοίαις, ἡ δὲ καὶ ἐκτὸς ἐν ταῖς πράξεσιν.

ΚΕΦ. ιβʹ.

ὭΣπερ ἐν λιμένι τοῦ πλοίου καθορμισθέντος, εἰ ἐξέλθοις ὑδρεύσασθαι, ὁδοῦ μὲν πάρεργόν ἐστιν, καὶ κοχλίδιον ἀναλέξασθαι, καὶ βολβάριον· τετάσθαι δὲ δεῖ τὴν διάνοιαν ἐπὶ τὸ πλοῖον, καὶ συνεχῶς ἐπιστρέφεσθαι, μήποτε ὁ κυβερνήτης καλέσῃ· κἂν καλέσῃ, πάντα ἐκεῖνα ἀφιέναι, ἵνα μὴ

appetitionem vincit. Nam ratio obſcure illa quidem, ſed tamen cernit quid deceat, & aliquantiſper pro eo pugnat, excitatis etiam appetitionibus & declinationibus rectis, licet obſcuris: ſed brutis affectibus eam vincentibus & diſtrahentibus, & ſuis cupiditatibus ut ſerviat cogentibus. Huius ea conditio eſt, ut ante dixi, quæ in Tragœdia deſcribitur:

Sciam licet quod aggredi parem nefas;
Tamen ira mentis omne conſilium premit.

Non igitur recte tantum ſentiendum, & appetendum & declinandum eſt, ſed etiam officia conſentanea rectis opinionibus præſtanda. Atque in his ſitus eſt viſorum uſus naturæ conſentaneus, quem noſtrum eſſe bonum iudicandum eſt, nihil autem rerum externarum. Sicut enim fabri, quatenus faber, bonum eſt, artis rationibus congruens actio, quæ in rebus externis cernitur: ita philoſophi actio in cogitationibus vertitur.

CAP. XII.

QVemadmodum in navigando in portum ſubducto navigio, ſi aquatum exieris, obiter fortaſſis etiam cochleolam colliges aut bulbum: animo autem in navigium intento eſſe oportet, ac continenter ſolicito, ne gubernator vocet: ac tum illa omnia relinquere, ut ne

δεδε-

δεδεμένος ἐμβληθῇς, ὡς τὰ πρόβατα· οὕτω δὲ ἐν τῷ βίῳ, ἐὰν διδῶται ἀντὶ βολβαρίου, καὶ κοχλιδίου, γυναικάριον καὶ παιδίον, οὐδὲν κωλύσει· ἐὰν δὲ ὁ κυβερνήτης καλέσῃ, τρέχε ἐπὶ τὸ πλοῖον, ἀφεὶς ἐκεῖνα ἅπαντα, μηδὲν ἐπιστρεφόμενος. ἐὰν δὲ γέρων ᾖς, μηδὲ ἀπολλαγῇς ποτε τοῦ πλοίου μακρὰν, μήποτε καλοῦντος ἐλλίπῃς.

ΕΞΗΓΗΣΙΣ.

Συντόμως καὶ ἐπιστρεπτικῶς ἡμᾶς ἀπὸ τῶν ἐκτὸς δοκούντων ἀγαθῶν ἀνακαλέσας, διὰ τοῦ δεῖξαι πάντα ἀλλότρια ἐκεῖνα, καὶ οὐδὲν αὐτῶν ἡμέτερον ἀγαθὸν· ἵνα μὴ νομίσῃ τις, καὶ γάμου, καὶ παιδοποιΐας, καὶ πάσης κτήσεως, καὶ μεθέξεως τῶν ἐκτὸς ἀποκωλύειν ἡμᾶς τελέως αὐτὸν, παραδίδωσιν ἐφεξῆς, τίνων τε καὶ πῶς χρὴ ἐκείνων μετέχειν· ὅτι πάντα χρὴ τῆς πρὸς θεὸν ἐπιστροφῆς ἐξαρτᾶν τὸν τοῦ παντὸς κυβερνήτην; καὶ ἐκείνου ἐχομένους, τούτων κατὰ τάξιν μετέχειν· πρῶτον μὲν τῶν ἀναγκαίων ἐν βίῳ, καὶ ὧν χωρὶς ἀδύνατον ζῆν· ἅπερ διὰ τοῦ ὑδρεύσασθαι ἐδήλωσε· τὰ περὶ τροφὴν λέγων, καὶ ἀμπεχόνην, καὶ οἴκησιν· οἷα καὶ ὅσα τοῖς ἀπερίττως ζῶσιν ἀρκεῖ· καὶ τούτοις οὖν νέμειν τινὰ σπουδὴν κατὰ δεύτερον λόγον· τὰ δὲ μὴ ἀναγκαῖα μὲν, χρειώδη δὲ ἄλλως ὄντα πρὸς τὸν βίον, οἷον γυνὴ, καὶ τέκνα, καὶ κτῆσις, καὶ τὰ τοιαῦτα, ὁδοῦ πάρεργόν φησιν, καὶ κατὰ τρίτον λόγον διδόμενα, ἀπὸ τοῦ παντὸς προσδέχεσθαι χρὴ, ὅταν καὶ

vinctus tanquam oves in navem coniiciaris: ita etiam in vita, ſi tibi vice cochleæ aut bulbi, detur uxorcula & puer, nihil impediet. At ſi gubernator vocarit, curres ad navim, relictis illis omnibus, neque reſpicies. Quod ſi ſenex es, cave unquam à nave recedas longius: ne quando vocatus deficias.

Commentarius.

Breviter & argute nos à ſpecie bonorum externorum avocavit, cum oſtendiſſet omnia illa eſſe aliena, & nullum eorum eſſe bonum. Ne quis autem exiſtimet, eum nos prorſus & nuptiis & procreatione liberorum & omnibus poſſeſſionibus atque uſu rerum externarum prohibere: nunc ordine tradit, quibuſnam ex illis, & quomodo uti liceat. Præcipit enim ea nos omnia ad Dei rerum omnium gubernatoris curam referre oportere: & ſic his uti modeſte, ut ab illo pendeamus: ac primum quidem neceſſariis, ut ſine quibus vivi non poteſt; quæ aquatione ſignificavit, cuiuſmodi eſt victus, amictus, domicilium, quæ & quatenus homini frugi ſunt ſatis. His igitur aliquid curæ ſecundo loco tribuendum. Quæ vero neceſſaria non ſunt, ſed ad vitam agendam opportuna, ut uxor, liberi, res familiaris, & ſimilia; quæ obiter, inquit, ac tertio loco dantur à gubernatore univerſi: cum per tempus

τῇ καιρὸν δεδῶται, πεπαρμένον ἀεὶ πρὸς τὸ ἡγούμενον ἐφετόν. τρυφὰς δὲ, καὶ πλοῦτον, καὶ δυναστείας, καὶ τὰς τοιαύτας ἀλλοτριοπραγμοσύνας, ὡς μὴ δυνάμενα τῷ κατὰ φύσιν βίῳ συνεῖναι, οὐδὲ ὁδοῦ πάρεργον προσίεσθαι συγχωρεῖ· ταῦτα γάρ ἐστιν ἃ πρότερον ἔλεγε δεῖν παντελῶς ἀφιέναι. γάμον δὲ, καὶ παιδοποιίαν, καὶ τὰ τοιαῦτα, τοῖς μὲν ἀρτίως ἀρχομένοις παιδεύεσθαι, συνεβούλευσε πρὸς τὸ παρὸν ἀναβάλλεσθαι, ἵνα πῆξιν ἡ ἀρχὴ τῆς παιδείας λάβῃ· τοῖς δὲ ἤδη πως προκεκοφόσιν, ὡς δύνασθαι χρῆσθαι τοῖς τοιούτοις ἀβλαβῶς, τούτοις ὁδοῦ πάρεργον ἐκδίδωσι καὶ τούτων μετέχειν. Δοκεῖ δέ μοι καὶ τὸ παράδειγμα πάνυ οἰκείως πεπλασμένον παραγαγεῖν. τὴν μὲν γὰρ θάλασσαν διὰ τὸ ἐμβριθὲς καὶ κλυδαινόμενον, καὶ παντοίως μεταβαλλόμενον, καὶ πνῖγον τοὺς καταδυόντας εἰς αὐτὴν, καὶ οἱ παλαιοὶ μυθοπλάσται τῆς γενέσεως ἔλεγον σύμβολον. τὸ δὲ πλοῖον εἴη ἂν τὸ διακομίζον εἰς τὴν γένεσιν τὰς ψυχὰς, εἴτε μοῖραν, εἴτε εἱμαρμένην, εἴτε ἄλλό τι τοιοῦτον αὐτὸ καλεῖν χρή. ὁ δὲ κυβερνήτης τοῦ πλοίου εἴη ἂν ὁ θεὸς, ὁ καὶ τὸ πᾶν, καὶ τὴν εἰς τὴν γένεσιν κάθοδον τῶν ψυχῶν τῇ ἑαυτῶν προνοίαις πρὸς τὸ δέον καὶ κατ' ἀξίαν ἀπευθύνων τε καὶ κυβερνῶν. ἡ δὲ καθόρμισις τοῦ πλοίου, ἡ εἰς τὸν προσήκοντα τόπον καὶ ἔθνος καὶ γένος τῶν ψυχῶν κατάταξις, καθ' ἣν αἱ μὲν ἐν τῷδε τῷ τόπῳ, καὶ ἔθνει, καὶ ὑπὸ τόδε τὸ γένος, καὶ ὑπὸ τῶνδε γεννῶν-

dederit, accipienda ſunt, animo ſemper in id quod principaliter appetendum eſt, intento. Delicias vero, divitias, principatus, & id genus alias rerum alienarum occupationes, ut quæ cum vita rationi conſentanea coniungi nequeant, ne obiter quidem admitti ſinit. Hæc enim ea ſunt, quæ ſupra penitus eſſe relinquenda monuit. Coniugium autem, procreationem liberorum, & ſimilia, iis qui modo erudiri cœperint, in aliud differendi tempus auctor fuit, ut doctrinæ initia confirmarentur. Iis vero qui iam aliquantum profecerunt, ut his abſque noxa uti queant, obiter his etiam frui concedit. Ac mihi quidem exemplo peropportuno videtur eſſe uſus. Nam mare ob profunditatē, fluctuationem, crebraſque & varias mutationes, & quia ſuffocat eos qui id intrant, veteres etiam fabulatores generationis ſymbolum eſſe dixerunt. Navigium autem fuerit quod animos ad ortum perducit, ſive id fatum, ſive ſors, ſive quid aliud eſt dicendum. Navis gubernator, Deus; qui & universa, & animorum reditum ad ortum, ſua providentia, eo quo decet, & pro dignitate cuiuſque, dirigit & gubernat. Navis ſubductio, eſt animorum in ſuum locum, nationem & familiam perductio: qua fit, ut alii in aliis locis, nationibus, familiis, & è diverſis

ται τῶν γονέων, αἱ δὲ ὑπ᾽ ἄλλων. ἡ δὲ ἐπὶ τὴν ὑδρεῦσιν ἔξοδος, ἡ περὶ τὰ ἀναγκαῖα τοῦ βίου σπουδή, ὧν χωρὶς ἀδύνατόν ἐστι διαβιῶναι. τί γὰρ ὕδατος τοῖς ἐν γενέσει πρὸς τροφὴν καὶ πόσιν ἀναγκαιότερον; τὸ δὲ ὁδοῦ πάρεργον κοχλίδιον ἀναλέγειν ἢ βολβάριον, καὶ αὐτὸς ἐξηγήσατο συμφώνως, ὅτι γυναῖκα καὶ κτῆσιν, καὶ τὰ τοιαῦτα διδόμενα ἀπὸ τοῦ παντὸς, δεκτέον μὲν, οὔτε δὲ ὡς προηγουμένως ἀγαθὰ, καὶ ἡμέτερα ἀγαθά. τὸ γὰρ προηγούμενον, ἡ πρὸς τὸν κυβερνήτην ἐστὶ τάσις ἀεὶ καὶ ἐπιστροφή. Ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ὡς περὶ ἀναγκαῖα ταῦτα σπουδαστέον, ὥσπερ περὶ τὴν ὑδρεῦσιν, ἀλλ᾽ ὡς πάρεργα ὄντως καὶ ἄλλως χρήσιμα ὄντα τῷ βίῳ ταῦτα δεκτέον. ἐὰν δὲ ὁ κυβερνήτης καλέσῃ ἐπὶ τὸ πλοῖον ἀνακαλούμενος ἐντεῦθεν πρὸς ἑαυτόν τε ἡμᾶς, καὶ τὴν πατρίδα τὴν ἀληθινὴν ὅθεν ἤλθομεν, τρέχε φησὶν ἐπὶ τὸ πλοῖον, πάντα ἀφεὶς ταῦτα τὰ πρὸς τὴν γένεσιν, ἀκολουθῶν καλοῦντι, μηδὲ ἐπιστρεφόμενος ὅλως, ἵνα μὴ καὶ ἐὰν φυσικῶς λυθῇς, κατὰ προαίρεσιν ἐνταῦθα μένῃς. ἐὰν γάρ φησι μὴ ἑκὼν καὶ πρόθυμος ἀκολουθήσῃς, τὰ τῇδε πάντα καταλιπὼν, δεδεμένος ἐμβληθήσῃ εἰς τὸ πλοῖον ὥσπερ τὰ πρόβατα· τουτέστιν, ἄκων καὶ κατακλαίων σαυτόν τε καὶ τοὺς παρόντας, ἀπολείψεις τὸν τῇδε βίον, ὥσπερ οἱ ἀνόητοι, καὶ προβατώδεις ἄνθρωποι. Ἀπτόμενον δὲ, ὡς ὁδοῦ πάρεργον, γάμου καὶ παιδοποιΐας καὶ τῶν τοι-

parentibus naſcantur. Exitus ad aquandum, eſt rerum neceſſariarum occupatio, ſine quibus propagari vita non poteſt. Quid eſt enim aqua iis qui orti ſunt, ad victum & potum magis neceſſarium? Obiter autem cochleam aut bulbum tollere quid ſit, ipſe concinne explicavit: eſſe uxorem, & rem familiarem. Ac talia ſi à rectore univerſitatis dentur, accipienda illa quidem eſſe, ſed non quaſi aut præcipua, aut noſtra bona. Nam principale noſtrum bonum eſt, contentio & converſio ad navis gubernatorem. Imo in his nec ut neceſſariis eſt elaborandum, ſed ut revera acceſſiones, & degendæ vitæ commoditates accipienda ſunt. Quod ſi gubernator ad navem revocet, hoc eſt, ad ſeſe & veram patriam unde venimus: Curre, inquit, ad navem, his omnibus, quæ ad generationem pertinent, relictis, vocantem ſequens, & minime reſpiciens, ne ab ipſa natura ſolutus, tuopte ſtudio & voluntate ibi hæreas. Niſi enim ultro atq; alacer, inquit, ſecutus fueris, iſtis rebus omnibus relictis, vinctus in navem pecudũ inſtar coniicieris: hoc eſt, invitus, & tum teipſum, tum eos qui adſunt deplorans, vitã relinques, ut homines amentes & ovina præditi ſtoliditate ſolent. Eum autem qui obiter coniugio & procreationi liberûm, rebuſque ſimilibus operam

ὄντων, κατὰ καιρὸν ἄπιεσθαι χρή· ὥστε κόρον λαβόντα τὸν σύμμετρον, ἀσχέτως ἀπελθεῖν ἐντεῦθεν, καὶ προθύμως ὑπακοῦσαι τῷ κυβερνήτῃ καλοῦντι. Γέρων δὲ ὢν καὶ πλησίον ἤδη τοῦ τέλους, μηδενὶ τούτων δεθῇς δεσμῷ, ἀλλ' ὅλως εἰς τὴν ἀνακομιδὴν τέτασο, καὶ τὸν ἐνταῦθα χωρισμόν· ἵνα μὴ τοῦ καιροῦ τῆς ἀναχωρήσεως ἐνστάντος καλούμενος ὀπισθοβαρὴς εὑρεθῇς, ὑπὸ τῶν δεσμῶν ἀνθελκόμενος, καὶ νεόγαμον θρηνῶν γαμετὴν, καὶ παῖδας νηπίους. καὶ ἄλλως δὲ τῷ γέροντι καθήκει τῆς ἐντεῦθεν ἀναχωρήσεως μᾶλλον, ἢ τῆς ἐνταῦθα ἐπιμελεῖσθαι ῥιζώσεως.

ΚΕΦ. ιγʹ.

ΜΗ` ζήτει τὰ γινόμενα γίνεσθαι ὡς θέλεις, ἀλλὰ θέλε τὰ γινόμενα ὡς γίνεται, καὶ εὐροήσεις.

ἘΞΗΓΗΣΙΣ.

ΕἸπὼν καὶ τίνων χρὴ ἀπὸ τῶν ἐκτὸς μεταλαμβάνειν, ὅτι τῶν μὲν ἀναγκαίων ἀναγκαίως, τῶν δὲ ὁδοῦ πάρεργον, οὐδενὸς δὲ τούτων κατὰ προηγούμενον σκοπὸν, καὶ διὰ τούτων ἐνδοὺς τῇ τῶν ἐκτὸς χρήσει· τοὺς τρόπους λοιπὸν παραδίδωσι καθ' οὓς καὶ ἀβλαβῶς καὶ ἀταράχως δυνατόν ἐστι κεχρῆσθαι τοῖς ἐκτὸς καὶ εὐαρέστως. Ἀνάγκη δέ ἐστιν εἰ μέλλοιμεν μὴ δυσχεραντικῶς ζῆν ἀπαρεσκόμενοι τοῖς γινομένοις, ἢ τὸ πᾶν

daturus eſt, tempeſtive id facere decet, ut modo convenienti rebus hiſce ſatiatus ſine ulla mora hinc recedat, & alacriter gubernatorem vocantem ſequatur. Si vero ſenex fueris, & prope iam à fine abſueris: nullo tali vinculo conſtringitor, ſed totus in reditum & diſceſſum ex hac vita intentus eſto: ne cum tempus diſcedendi adfuerit, vocatus ſarcinis onuſtus deprehendaris, & à vinculis retraharis, ac recens ductam uxorem & infantes liberos lamenteris. Atque adeo ſenem, diſceſſum ex hac vita, quam diuturnam in ea manſionem, magis ſpectare & curare decet.

CAP. XIII.

NE poſtules ea quæ fiunt, ita fieri ut tu vis: ſed ut fiunt, ita velis ea fieri. Sic omnia ſecunda tibi accident.

COMMENTARIUS.

QUæ res externæ relinquendæ, quæ percipiendæ nobis ſint, diſſeruit: ac neceſſariis utendum neceſſario; cæteris vero obiter: ſed harum nullam præcipue expetendam, conceſſo ad hunc modum rerum externarum uſu. Nunc regulas tradit, quibus obſervatis, rebus externis, citra noxam & perturbationem, atq; etiam cum delectatione queas perfrui. Ut autem ſine moleſtia vivamus, nec ea quæ fiunt improbemus: aut rerum naturam ſe

ἀεὶ

ἀεὶ τὰ ἀρέσκοντα ποιεῖν ἡμῖν, ἢ ἡμᾶς τοῖς ἀπὸ τοῦ παντὸς ἡμῖν ἀπονεμομένοις ἀρέσκεσθαι. ἄλλως γὰρ ἀδύνατον εὐροεῖν. ἀλλὰ τὸ μὲν, ἀναγκάζειν τὸ πᾶν ἐκεῖνα ποιεῖν τὰ ἡμῖν ἀρέσκοντα, καὶ ἀδύνατον ἡμῖν ἐστι, καὶ οὐδὲ πάντη συμφέρον· πολλὰ γὰρ ἡμῖν ἀρέσκει τῶν καὶ ἡμῖν ἀσυμφόρων, ἢ δι' ἄγνοιαν τῆς φύσεως αὐτῶν, ἢ διὰ τὸ συντρέχειν ἡμᾶς ποτε ἀλόγοις ὀρέξεσιν. ἀνάγκη οὖν εἰ μέλλοιμεν εὐροεῖν, ἡμᾶς αὐτοὺς οὕτω διατιθέναι, ὡς τοῖς ὑπὸ τοῦ παντὸς γινομένοις ἀρέσκεσθαι. Ἀλλὰ σκληρὸν ἴσως καὶ ἀδύνατον δόξει τισὶ τὸ ἐπίταγμα, τὸ θέλειν γίνεσθαι τὰ γινόμενα, ὡς γίνεται. τίς γὰρ τῶν εὖ φρονούντων ἀνθρώπων, καὶ τὰ κοινὰ κακὰ ἀπὸ τοῦ παντὸς συμβαίνοντα, οἷον σεισμοὺς καὶ κατακλυσμοὺς, καὶ ἐμπυρώσεις, λοιμούς τε, καὶ λιμοὺς, καὶ φθορὰς παντοίων ζώων τε καὶ καρπῶν, ἢ τὰ ἀπὸ ἀνθρώπων ἀνοσίως εἰς ἀλλήλους ἐπιτελούμενα, πόλεων ἁλώσεις, καὶ αἰχμαλωτισμοὺς, καὶ φόνους ἀδίκους, καὶ λῃστείας, καὶ ἁρπαγὰς, καὶ ἀκολασίας, καὶ τυραννικὰς βίας, μέχρι καὶ τοῦ ἀσεβεῖν ἀναγκαζούσας, ἔτι δὲ παιδείας καὶ φιλοσοφίας ἀπώλειαν, ἀρετῆς τε πάσης καὶ φιλίας, καὶ τῆς πρὸς ἀλλήλους πίστεως, καὶ τεχνῶν πασῶν καὶ ἐπιστημῶν, διὰ πολλῶν χρόνων εὑρεθεισῶν τε καὶ βεβαιωθεισῶν, τῶν μὲν παντελῆ ἀφανισμὸν ὡς μόνα τὰ ὀνόματα αὐτῶν

ad voluntatem noſtram accommodare, aut nos ea quæ rerum natura nobis decreverit, omnia probare neceſſe eſt. Aliter enim fieri nequit, ut bene agi nobiſcum arbitremur. Neque vero aut fieri poteſt, aut ſemper nobis expedit, ut rerum univerſitas omnibus optatis noſtris reſpondeat. Multa enim nobis placent, quæ ipſis etiam nobis ſunt inutilia: ſive quod eorum naturam ignoramus, ſive quod brutis affectibus interdum indulgemus. Nos igitur, ſi beati eſſe volumus, aſſueſcere, ut iis quæ ab univerſitate fiunt, acquieſcamus neceſſe eſt. Verum hoc præceptum nonnullis durum, atque adeo ne fieri quidem poſſe videbitur, ut quiſquam velit ea quæ fiunt, ita fieri ut fiunt. Quis enim ſanæ mentis homo probet vel cõmunia mala, quæ ab univerſo oriuntur: ut terræ motus, diluvia, incendia, peſtem, famẽ, interitũ omnis generis animantium & frugum? vel ea quæ nefarie ab hominibus in homines perpetrantur: urbiũ excidia, captivitates, cædes iniuſtas, latrocinia, direptiones, libidines, & tyrannicam violentiam uſque ad impietatem adigentẽ, & ab eruditione & philoſophia repellẽtem; omniſq; virtutis & amicitiæ & mutuę fidei, & tam ſcientiarum, quæ vix multis ætatibus inventæ confirmatæque ſunt, tantam everſionem ut earum ſola nomina

μνη-

μνημονεύεσθαι, τῶν δὲ τεχνῶν τῶν πολλῶν, τῶν πρὸς βοήθειαν ἡμῖν τοῦ βίου παρὰ θεοῦ δοθεισῶν, οἷον ἰατρικῆς, καὶ οἰκοδομικῆς καὶ τεκτονικῆς, καὶ τῶν τοιούτων, σκιὰς μόνον καὶ εἴδωλα περιλελεῖφθαι; ταῦτα οὖν καὶ τὰ τοιαῦτα, τὰ ἐν τῷ καθ' ἡμᾶς βίῳ περιττεύσαντα, τίς ἀκούειν ἐθέλοι, οὐ λέγω καὶ ὁρᾶν καὶ μετέχειν αὐτῶν, καὶ θέλειν γίνεσθαι αὐτά, εἰ μὴ κακοθελής τε εἴη καὶ μισόκαλος ἄνθρωπος; Τὰ δὲ τοιαῦτα τῶν ἀπόρων οὐ μόνον τοὺς πολλοὺς, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀστειοτέρους ἐνοχλοῦντα, τυχεῖν χρὴ διαλύσεως, εἰ μέλλει καὶ ὁ τοῦ Ἐπικτήτου λόγος ἀνεύθυνος φαίνεσθαι, καὶ ἡ τοῦ δημιουργοῦ θεοῦ διοίκησις ἀνεπίληπτος. ὅπου γὰρ τὸ συμφέρον, ἐκεῖ καὶ τὸ εὐσεβὲς τιθέμεθα, ὡς αὐτὸς ἡμᾶς διδάξει μετ' ὀλίγον ὁ Ἐπίκτητος. Λέγω τοίνυν, ὡς εἰ μὲν κακὰ ὄντως ἐστὶ ταῦτα τὰ γινόμενα, ἅπερ ἐτραγῴδησεν ὁ ἀπορῶν λόγος, καὶ τοιαῦτα κακὰ οἷάπερ ἡμῖν φαίνεται, οὔτε ἀγαθὸς ἂν εἴη ἄνθρωπος ὁ εὐαρεστῶν τοῖς κακοῖς, οὔτε τὸν διοικοῦντα τὰ τῇδε, ἀναίτιον εἶναι τῶν κακῶν συγχωρεῖ, οὔτε αἴτιον νομίζοντας κακῶν, αὐτὸν τιμᾶν ἢ φιλεῖν ἢ σέβειν δυνατὸν, κἂν μυρία ἐπὶ μυρίοις ἀπομνύμεθα. πᾶν γὰρ ζῷον, ὡς αὐτὸς ἐρεῖ, τὰ μὲν βλαβερὰ καὶ τὰ αἴτια αὐτῶν φεύγει τε καὶ ἐκτρέπεται, τὰ δὲ ὠφέλιμα καὶ τὰ αἴτια αὐτῶν μέτεισί τε

memorentur, quam artium multarum, quæ divinitus iuvandi noſtri cauſa datæ ſunt, ut medicinæ, ut fabrilis, ut architecturæ, ac ſimilium, eam depravationem, ut earum umbræ tantum & ſimulacra ſint reliqua? Hæc igitur & id genus alia, quæ in noſtram ætatem redundarunt, non dico videre, eorumque particeps eſſe, eaque fieri, ſed vel audire quis velit, niſi homo malevolus & omnis honeſtatis inimicus? Huiuſmodi dubitationes non hominum vulgo duntaxat, ſed & eruditioribus obſtrepentes, diſſolvendæ ſunt, ſi & Epicteti orationi ſua debebit conſtare auctoritas, & rerum auctoris Dei reprehenſione carere gubernatio. Ubi enim utilitatem, ibidem etiam pietatem collocamus: ut paulo poſt nos ipſe docebit Epictetus. Ajo igitur, ſi vere mala ea ſunt, quæ modo tragicis verbis dubitatrix prædicavit oratio, & talia mala, qualia nobis videntur: nec vir bonus is fuerit, qui delectetur malis: neque eum qui hæc gubernat, non eſſe cauſam malorum, obtineri poteſt: aut ſi malorum auctor credatur, ut eum honoremus, aut amemus, aut colamus, fieri nequit, etiamſi infinitæ rationes in medium afferantur. Quodvis enim animal (ut ipſe dicturus eſt) noxias res earumque cauſas fugit & averſatur, utiles vero earumque cauſas conſectatur

& ad-

καὶ θαυμάζει. Ἢν μέντοι φανῇ τὰ μὲν γινόμενα ταῦτα μὴ κακὰ ὄντα, ὥσπερ νομίζομεν, ἀλλ᾽ ἀγαθὰ μᾶλλον, ὡς πρὸς μεγάλα ἀγαθὰ συντελοῦντα, καὶ ἐκείνων ἕνεκα γινόμενα· εἰ δέ τι εἴη κακὸν ὅλως ἐν τοῖς γινομένοις· τοῦτο μὴ ὂν ἀλλ᾽ ἐν ταῖς ὀρέξεσι καὶ ὁρμαῖς ταῖς ἡμετέραις· οὔτε ὁ θέλων γίνεσθαι τὰ γινόμενα, ὡς γίνεται, κακός ἐστιν, οὔτε ὁ διοικῶν τὰ τῇδε, κακοῦ φανήσεται αἴτιος. Ταῦτα τοίνυν ἐν οἷς ἐστι τὰ δοκοῦντα κακὰ ἐν τῷ τῆς γενέσεως καὶ φθορᾶς ὄντα τόπῳ, τὰ μέν ἐστι σώματα, τὰ δὲ ψυχαί. αἱ μὲν ἄλογοι, συμπεφυκυῖαι τοῖς σώμασι, καὶ οὐδὲν σχεδὸν ἔχουσαι αὐτῶν ἐξῃρημένον· ἀλλὰ ζωαὶ τῶν σωμάτων οὖσαι, καὶ κατ᾽ ἐκεῖνα καὶ μετ᾽ ἐκείνων κινούμεναι. αἱ δὲ λογικαὶ αὐτοκίνητοι, καὶ τῶν σωμάτων ἐξῃρημέναι, καὶ προαιρέσεως καὶ ὁρμῆς οὖσαι κύριαι. ὧν τὰ μὲν σώματα ἑτεροκίνητα τελέως ὄντα, καὶ τὴν οὐσίαν πᾶσαν ἔξωθεν ἔχοντα, προηγουμένως μὲν ἀπὸ τῶν οὐρανίων κινήσεων γίνεται, καὶ φθείρεται, καὶ μεταβάλλει παντοίας μεταβολάς· προσεχῶς δὲ καὶ ὑλικώτερον ὑπ᾽ ἀλλήλων. καὶ γὰρ ἀκόλουθόν ἐστι τοῦτο, ἀπὸ τῶν ἀϊδίων τὰ γινόμενα καὶ φθειρόμενα κυρίως ὑφίστασθαι, καὶ ἀπὸ τῶν αὐτοκινήτων τὰ ἑτεροκίνητα, καὶ ἀπὸ τῶν περιεχόντων τὰ περιεχόμενα. Καὶ ἔστιν αὕτη τάξις καὶ δίκη

& admiratur. Sin hæc non eſſe mala quæ fiunt, ut putamus, ſed bona potius, ut quæ ad magna bona conducant, eorumque cauſa fiant, demonſtratum fuerit: & ſi quid omnino mali inſit iis quæ fiunt: id non in ipſis ineſt rebus, ſed in appetitionibus & affectionibus noſtris: neque is malus erit, qui ea quæ fiunt, ita fieri voluerit ut fiunt: neque gubernator harum rerum videbitur malorum auctor. Iſta igitur in quibus ea fiunt, quæ mala videntur, in ortus & interitus loco conſtituta, partim corpora ſunt; partim animæ brutæ, affixæ corporibus, nec fere quicquam ſeiunctum ab iis habentes, cum ſint tantum vita corporum; & ſecundum illa unaque cum illis moventur. Ratione vero participes per ſe moventur, ſeiunctæ à corporibus, & ſui iuris voluntate appetituque præditæ ſunt. Harum corpora motu prorſus alieno agitata, omnemque naturam extrinſecus habentia, præcipue quidem à cœli converſionibus oriuntur. intercidunt, variaſque mutationum vices ſubeunt. Sin propiora & ipſam materiam ſpectes, à ſeſe invicem afficiuntur. Id enim eſt conſequens, ea quæ naſcuntur & pereunt, ab æternis conſtitui: & ab iis quæ per ſeſe moventur, ea quæ cientur aliunde: & ab iis quæ continent, ea quæ continentur. Eſtque hic ordo, hoc ius uni-

μνημονεύεσθαι, τῶν δὲ τεχνῶν τῶν πολλῶν, τῶν πρὸς βοήθειαν ἡμῖν τοῦ βίου παρὰ θεοῦ δοθεισῶν, οἷον ἰατρικῆς, καὶ οἰκοδομικῆς καὶ τεκτονικῆς, καὶ τῶν τοιούτων, σκιὰς μόνον καὶ εἴδωλα περιλελεῖφθαι; ταῦτα οὖν καὶ τὰ τοιαῦτα, τὰ ἐν τῷ καθ' ἡμᾶς βίῳ περιπλεύσαντα, τίς ἀκούειν ἐθέλοι, οὐ λέγω καὶ ὁρᾶν καὶ μετέχειν αὐτῶν, καὶ θέλειν γίνεσθαι αὐτά, εἰ μὴ κακοθελής τις εἴη καὶ μισόκαλος ἄνθρωπος; Τὰ δὲ τοιαῦτα τῶν ἀπόρων οὐ μόνον τοὺς πολλούς, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀστειοτέρους ἐνοχλοῦντα, τυχεῖν χρὴ διαλύσεως, εἰ μέλλει καὶ ὁ τοῦ Ἐπικτήτου λόγος ἀνεύθυνος φαίνεσθαι, καὶ ἡ τοῦ δημιουργοῦ θεοῦ διοίκησις ἀνεπίληπτος. ὅπου γὰρ τὸ συμφέρον, ἐκεῖ καὶ τὸ εὐσεβὲς τιθέμεθα, ὡς αὐτὸς ἡμᾶς διδάξει μετ' ὀλίγον ὁ Ἐπίκτητος. Λέγω τοίνυν, ὡς εἰ μὲν κακὰ ὄντως ἐστὶ ταῦτα τὰ γινόμενα, ἅπερ ἐτραγῴδησεν ὁ ἀπορῶν λόγος, καὶ τοιαῦτα κακὰ οἷάπερ ἡμῖν φαίνεται, οὔτε ἀγαθὸς ἂν εἴη ἄνθρωπος ὁ εὐαρεστῶν τοῖς κακοῖς, οὔτε τὸν διοικοῦντα τὰ τῇδε, ἀναίτιον εἶναι τῶν κακῶν προχωρεῖ, οὔτε αἴτιον νομίζοντας κακῶν, αὐτὸν τιμᾶν ἢ φιλεῖν ἢ σέβειν δυνατόν, κἂν μυρία ἐπὶ μυρίοις ἀπομνύμεθα. πᾶν γὰρ ζῷον, ὡς αὐτὸς ἐρεῖ, τὰ μὲν βλαβερὰ καὶ τὰ αἴτια αὐτῶν φεύγει τε καὶ ἐκτρέπεται, τὰ δὲ ὠφέλιμα καὶ τὰ αἴτια αὐτῶν μέτεισί τε

memorentur, quam artium multarum, quæ divinitus iuvandi noſtri cauſa datæ ſunt, ut medicinæ, ut fabrilis, ut architecturæ, ac ſimilium, eam depravationem, ut earum umbræ tantum & ſimulacra ſint reliqua? Hæc igitur & id genus alia, quæ in noſtram ætatem redundarunt, non dico videre, eorumque participes eſſe, eaque fieri, ſed vel audire quis velit, niſi homo malevolus & omnis honeſtatis inimicus? Huiuſmodi dubitationes non hominum vulgo duntaxat, ſed & eruditioribus obſtrepentes, diſſolvendæ ſunt, ſi & Epicteti orationi ſua debebit conſtare auctoritas, & rerum auctoris Dei reprehenſione carere gubernatio. Ubi enim utilitatem, ibidem etiam pietatem collocamus: ut paulo poſt nos ipſe docebit Epictetus. Ajo igitur, ſi vere mala ea ſunt, quæ modo tragicis verbis dubitatrix prædicavit oratio, & talia mala, qualia nobis videntur: nec vir bonus is fuerit, qui delectetur malis: neque eum qui hæc gubernat, non eſſe cauſam malorum, obtineri poteſt: aut ſi malorum auctor credatur, ut eum honoremus, aut amemus, aut colamus, fieri nequit, etiamſi infinitæ rationes in medium afferantur. Quodvis enim animal (ut ipſe dicturus eſt) noxias res earumque cauſas fugit & averſatur, utiles vero earumque cauſas conſectatur

& ad-

καὶ θαυμάζει. Ἢν μέντοι φανῇ τὰ μὲν γινόμενα ταῦτα μὴ κακὰ ὄντα, ὥσπερ νομίζομεν, ἀλλ᾽ ἀγαθὰ μᾶλλον, ὡς πρὸς μεγάλα ἀγαθὰ συντελοῦντα, καὶ ἐκείνων ἕνεκα γινόμενα· εἰ δέ τι εἴη κακὸν ὅλως ἐν τοῖς γινομένοις· τοῦτο μὴ ὂν ἀλλ᾽ ἐν ταῖς ὀρέξεσι καὶ ὁρμαῖς ταῖς ἡμετέραις· οὔτε ὁ θέλων γίνεσθαι τὰ γινόμενα, ὡς γίνεται, κακός ἐστιν, οὔτε ὁ διοικῶν τὰ τῇδε, κακοῦ φανήσεται αἴτιος. Ταῦτα τοίνυν ἐν οἷς ἐστι τὰ δοκοῦντα κακὰ ἐν τῷ τῆς γενέσεως καὶ φθορᾶς ὄντα τόπῳ, τὰ μέν ἐστι σώματα, τὰ δὲ ψυχαί. αἱ μὲν ἄλογοι, συμπεφυκυῖαι τοῖς σώμασι, καὶ οὐδὲν σχεδὸν ἔχουσαι αὐτῶν ἐξῃρημένον· ἀλλὰ ζωαὶ τῶν σωμάτων οὖσαι, καὶ κατ᾽ ἐκεῖνα καὶ μετ᾽ ἐκείνων κινούμεναι. αἱ δὲ λογικαὶ αὐτοκίνητοι, καὶ τῶν σωμάτων ἐξῃρημέναι, καὶ προαιρέσεως καὶ ὁρμῆς οὖσαι κύριαι. ὧν τὰ μὲν σώματα ἑτεροκίνητα τελέως ὄντα, καὶ τὴν οὐσίαν πᾶσαν ἔξωθεν ἔχοντα, προηγουμένως μὲν ἀπὸ τῶν οὐρανίων κινήσεων γίνεται, καὶ φθείρεται, καὶ μεταβάλλει παντοίας μεταβολάς· προσεχῶς δὲ καὶ ὑλικώτερον ὑπ᾽ ἀλλήλων. καὶ γὰρ ἀκόλουθόν ἐστι τοῦτο, ἀπὸ τῶν ἀιδίων τὰ γινόμενα καὶ φθειρόμενα κυρίως ὑφίστασθαι, καὶ ἀπὸ τῶν αὐτοκινήτων τὰ ἑτεροκίνητα, καὶ ἀπὸ τῶν περιεχόντων τὰ περιεχόμενα. Καὶ ἔστιν αὕτη τάξις καὶ δίκη

& admiratur. Sin hæc non eſſe mala quæ fiunt, ut putamus, ſed bona potius, ut quæ ad magna bona conducant, eorumque cauſa fiant, demonſtratum fuerit: & ſi quid omnino mali inſit iis quæ fiunt: id non in ipſis ineſt rebus, ſed in appetitionibus & affectionibus noſtris: neque is malus erit, qui ea quæ fiunt, ita fieri voluerit ut fiunt: neque gubernator harum rerum videbitur malorum auctor. Iſta igitur in quibus ea fiunt, quæ mala videntur, in ortus & interitus loco conſtituta, partim corpora ſunt; partim animæ brutæ, affixæ corporibus, nec fere quicquam ſeiunctum ab iis habentes, cum ſint tantum vita corporum; & ſecundum illa unaque cum illis moventur. Ratione vero participes per ſe moventur, ſeiunctæ à corporibus, & ſui iuris voluntate appetituque præditæ ſunt. Harum corpora motu prorſus alieno agitata, omnemque naturam extrinſecus habentia, præcipue quidem à cœli converſionibus oriuntur, intercidunt, variaſque mutationum vices ſubeunt. Sin propiora & ipſam materiam ſpectes, à ſeſe invicem afficiuntur. Id enim eſt conſequens, ea quæ naſcuntur & pereunt, ab æternis conſtitui: & ab iis quæ per ſeſe moventur, ea quæ cientur aliunde: & ab iis quæ continent, ea quæ continentur. Eſtque hic ordo, hoc ius

τοῦ παντὸς, τὸ ταῦτα ἐκείνοις ἀκολουθεῖν, οὐκ ἔχοντα ἐν ἑαυτοῖς ἀρχὴν κινήσεως ἢ αἱρέσεως καὶ ὁρμῆς, οὐκ ὄντα κύρια, οὐδὲ τὴν διαφορὰν τῆς αὐτῶν ἀξίας κατὰ προαίρεσιν ἔχοντα, ἀλλὰ τοῖς αἰτίοις συνδιατιθέμενα. ὥσπερ καὶ αἱ σκιαὶ τῶν σωμάτων οὐ κατὰ προαίρεσιν πρίως ἢ ποίας τρέπονταί τε καὶ διατίθενται, ἀλλὰ τῇ τῶν αἰτίων ἕπονται καταστάσει, τὴν αὐτὴν ἔχουσαι ἀεὶ ἀξίαν. Καὶ οὐδὲ αὐτοῖς μὲν τοῖς μεταβαλλομένοις σώμασι κακόν ἐστιν ἡ μεταβολὴ, οὔτε τοῖς συνθέτοις, οὔτε τοῖς ἁπλοῖς. πρῶτον μὲν ὅτι φύσις ἐστὶν αὐτοῖς τοιαύτη, καὶ ἄλλως ἔχειν ἀδύνατον αὐτοῖς· ἐπεὶ οὐδὲ ταῖς λογικαῖς ψυχαῖς κακὸν ἂν ἦν ἡ ἄγνοια, καὶ ἡ κατὰ τὰς ἀλόγους ὀρέξεις ζωὴ, εἰ μὴ πεφύκει γινώσκειν τὸ ἀληθὲς, καὶ τὸ ἄρχειν τῶν ἀλόγων ὀρέξεων, καὶ ὑπερέχειν αὐτῶν. ἔπειτα ὅτι καὶ τὰ σύνθετα ἐξ ἐναντίων συγκείμενα, καὶ μαχομένων ἀλλήλοις, καὶ ἐν ἀλλοτρίοις ὄντων τόποις, καὶ πλεονεκτούντων ἀλλήλοις διὰ τῶν νόσων, ποτὲ μὲν ἐκκρίνοντα τὰ διαφθειρόμενα ἐν αὐτοῖς ἀναῤῥώννυται· ποτὲ δὲ εἰς φθορὰν ὁδεύοντα αὐτὰ μὲν τοῦ μόχθου, καὶ τῆς ταλαιπωρίας, καὶ τῆς ἐν αὐτοῖς τῶν ἐναντίων πλεονεξίας ἀπαλλάττεται· τῶν δὲ ἐν αὐτοῖς ἁπλῶν ἕκαστον ἀποδίδοται τῇ αὐτοῦ ὁλότητι, εἰς ἐκνεασμὸν καὶ ἀνάῤῥωσιν τῆς ἐγγενομένης αὐτοῖς ὑπὸ τῶν ἐν-

univerſi, ut hæc illa conſequantur, cum in ſeſe non habeant principium motionis, aut delectus: nec appetitio in eorum ſita ſit poteſtate: neque diſcrimen dignitatis eorum libera voluntate oriatur, ſed è ſuis cauſis pendeat: ſicut nec umbræ eorum ſuo arbitratu hoc aut illo modo convertuntur aut afficiuntur, ſed cauſarum ſuarum ſtatum ſequuntur, ſemper eadem præditæ dignitate. Ac ne ipſis quidem quæ mutantur corporibus, ſive compoſitis ſive ſimplicibus, malum eſt illa mutatio. Primum quod eorum natura eſt talis, nec fieri poteſt ut aliter ſe habeant. Etenim nec rationis capacibus animis malum eſſet ignorantia, & brutis appetitionibus vita conſentanea, niſi ita nati eſſent ut & verum cognoſcerent, & brutis appetitionibus imperarent, ſupraque illas velut eminerent. Deinde quod compoſita rebus contrariis conſtant, & inter ſeſe pugnantibus quæ in alienis collocatæ locis per morbos ſibi mutuo ſunt infeſtæ atque iniuriæ: alias igitur ea quæ in ipſis corrumpuntur excernentia, confirmantur: alias ad interitum tendentia, ipſa quidem à labore & ærumna & redundantia contrariorum, quæ eis ineſt, liberantur, & ſingula quæ in eis inſunt ſimplicia, ſuis totis reſtituuntur, ut quaſi repubeſcant, & ab innata eis ex contrariis imbe-

ἀντίων ἀσθενείας. ἕκαστον γὰρ αὐτῶν ποιοῦν τι εἰς τὸ ἐναντίον, καὶ ἀντιπάσχει πάντως ὑπ' αὐτοῦ. ὅταν δὲ τὰ ἁπλᾶ μεταβάλλει εἰς ἄλληλα κατὰ τὰς ἐναντίων ποιοτήτων μεταβολὰς, γίνεται πάλιν ὅπερ ἦν πρότερον. τὸ γὰρ ὕδωρ εἰς ἀέρα μεταβάλλει, ἀφ' οὗ καὶ γέγονε πρότερον· καὶ ὁ ἀὴρ εἰς πῦρ, ἐξ οὗ γέγονε· καὶ οὐδὲν ἐν τούτοις οἶμαι κακὸν, κἂν κατακλυσμοὺς, κἂν ἐκπυρώσεις, κἂν ἀθροωτέρας μεταβολὰς ἀπεργάσωνται δι' ἀντανίσωσιν τῶν ἐν τῷ παντὶ στοιχείων· κἂν λοιμοὶ ἢ σεισμοὶ τὰ σύνθετα σώματα διαλύσωσιν. εἰ δὲ καὶ συντελεῖ ταῦτα διὰ τὴν ἐπ' ἄπειρον ἀνακύκλησιν τοῦ γενητοῦ, διὰ τὸ τὴν ἄλλου φθορὰν ἄλλου γένεσιν εἶναι, πῶς κακὸν δυνατὸν εἶναι τὴν τοῦ μέρους φθορὰν, εἰ λυσιτελεῖ τῷ ὅλῳ; καὶ ἐπὶ τῶν μερικῶν ζώων καὶ ἡ φύσις ὁρᾶται καταφρονοῦσα τοῦ μέρους διὰ τὸ ὅλον. ὅταν τὰ ῥεύματα ἀπὸ τῶν κοινοεργῶν μορίων, καρδίας, καὶ γαστρὸς, καὶ ἥπατος, καὶ ἐγκεφάλου εἰς πόδας ἄκρους ἀποπέμπει, καὶ χεῖρας, καὶ πρὸς τὸ δέρμα· διὰ ἐκφυμάτων καὶ λειχήνων, καὶ τῶν τοιούτων ἀπωθεῖται, καὶ ἀποσκήμματα ποιεῖ φθοροποιὰ εἰς τὰ μόρια διὰ τὴν τοῦ ὅλου σωτηρίαν. καὶ μέντοι καὶ ἰατρικὴ τέχνη, μιμουμένη τὴν φύσιν, σήπει τὰ ἀποστήματα, καὶ τέμνει καὶ καίει, καὶ κατατείνει, καὶ ἐκκόπτει μόρια, διὰ τὸ σῶσαι τὸ ὅλον· καὶ ὑ-

imbecillitate recreentur. Eorum enim quodlibet agens aliquid in contrarium; utique viciſſim aliquid etiam ab eo patitur. Cum vero ſimplicia, contrariarum mutatione qualitatum in ſe mutuo convertuntur: id fiunt denuo, quod ante fuerunt. Nam aqua in aërem mutatur, unde prius facta erat: & aër in ignem, unde fuerat ortus. Neque in his ſcilicet quicquam eſt mali, etiamſi inde vel diluvia, vel conflagrationes, vel aliæ vehementiores mutationes efficiantur, ob elementorum univerſi æquationem: ſive etiam peſtilentiæ aut terræmotus compoſita corpora diremerint. Quod ſi hæc etiam conducunt ob infinitam eius quod ortum habet revolutionem, eo quod unius interitus ortus eſt alterius: qui fieri poteſt; ut partis interitus ſit malum, ſi toti conducit? Nam in ſingulis etiam cernitur animantibus ipſa natura contemnere partem propter totum. cum fluxiones à partibus communibus, corde, ventre, hepate & cerebro, in extremos pedes relegat, & manus, & ad cutem; per tubera, lichenes, & eius generis alia depellit, & abſceſſus pernicioſos in membris facit ob incolumitatem totius. Atque etiam ars medica naturæ in hoc imitatrix, apoſtemata putrefacit, ſecat, urit, & intendit atque amputat partes totius ergo conſervandi. Neque

δεὶς τούτοις ὡς κακῶς γινομένοις ἐγκαλεῖ. Ὡς εἴγε κατ' αὐτὰ μόνα ἦν τὰ σώματα, καὶ μηδαμῶς μηδὲν τῶν περὶ αὐτὰ συμβαινόντων. εἰς τὰς ἀνθρωπίνας ψυχὰς ἀνεφέρετο, οὐδὲν ἂν οἶμαι τῶν κατὰ τὰς μεταβολὰς αὐτῶν κακὸν ἐνομίζετο. ἐπειδὴ δὲ καὶ ψυχαὶ ἡμῖν ἐν τοῖς σώμασιν· αἱ μὲν ἄλογοι συμπεφύκασι τοῖς σώμασι καὶ ἐκείνων οὖσαι ζωαὶ, καὶ ἐν ἐκείνοις, καὶ μετ' ἐκείνων τήν τε οὐσίαν ἔχουσι καὶ τὴν δύναμιν καὶ τὴν ἐνέργειαν· αἱ δὲ λογικαὶ, καὶ ἐξῃρημέναι κατὰ φύσιν τῶν σωμάτων, καὶ χωρισταὶ παντελῶς ἀπ' αὐτῶν οὖσαι, αὐτοκίνητοί τε καὶ προαιρετικαὶ, καὶ κύριαι ὁρμῆς καὶ ὀρέξεως, ὡς δέδεικται πρότερον· αἱ μὲν ἄλογοι, εἰ μὲν μηδὲν μηδὲ ἴχνος ἔχουσιν αὐτοκινησίας, μηδὲ ὄρεξιν ἔνδοθεν ἢ ὁποιανοῦν κίνησιν, ἀλλὰ τελέως τῶν σωμάτων εἰσὶ ζωαὶ, δῆλον ὅτι καὶ τὴν οὐσίαν σὺν τοῖς σώμασιν ἔχουσιν ὑπὸ τῆς εἱμαρμένης παρεχομένην, καὶ τὴν ἀξίαν κατ' ἐκεῖνα δὲ καὶ μετ' ἐκείνων ἀφωρισμένην, καὶ συνδιατιθεμένην ταῖς ἐκείνων κινήσεσιν, ὡς εἴρηται περὶ τῶν σκιῶν. Εἰ δὲ τοῦτο μὲν ταῖς τῶν φυτῶν ζωαῖς μᾶλλον προσήκει, διὸ καὶ κατερριζωμένα ἐστὶ, καὶ αἰσθήσεως ἐστέρηται, καὶ κινήσεως τῶν τῇ ὀρέξει καὶ ὁρμῇ τῆς ψυχῆς συνόντων, τὰ δὲ ἄλογα ζῷα καὶ τούτου ἔτυχεν, εἰκός ἐστι τὰς τῶν ἀλόγων ψυχὰς

quiſquam tamen eſt, qui male iſta fieri arguat. Itaque ſi per ſe ſola eſſent corpora, nec eorum quæ his accidunt quicquam ad humanos animos pertineret: nihil profecto in eorum mutationibus ineſſe mali crederetur. Sed quia etiam animæ corporibus inſunt: omnis ex eo querela naſcitur. Quarum tamen brutæ cum corporibus cohærent, eiſque vitam impertiunt, atque in illis & cum illis ſuam & naturam & vim & efficaciam habent. Rationis vero participes, & natura ſeiunctæ, ac plane ſeparabiles à corporibus, tum per ſe moventur, tum liberam voluntatem habent, & appetitiones atque affectus ſuo arbitratu moderantur, ut ſupra oſtenſum eſt. Brutas autem contra, (ſiquidem ne veſtigium quidem proprii ſui motus, nec internam appetitionem, aut qualemcunque motionem habent, ſed plane corporum vita ſunt) perſpicuum eſt, ſuam quoque naturam una cum corporibus à fato attributam, & dignitatem pro earum ratione & cum illis aſſignatam, quæ una cum eorum motionibus afficiatur, habere, ut antea de umbra eſt dictum. Quod ſi ſtirpium vitæ magis convenit, quæ eo radices deorſum egerunt, ac ſenſu carent & motu, cum appetitione & concitatione animi coniuncto, quæ res brutis etiam contigerunt: pecudum animæ, inter

μέσαις οὔσαις ζώων, τῶν τε κατερριζωμένων τοῖς σώμασι, καὶ τῶν τελέως κατὰ φύσιν ἀπολελυμένων καὶ αὐτοκινήτων, ἔχειν τι ὀρέξεως ἴχνος καὶ ὁρμῆς ἔνδοθεν ἀπ' αὐτῶν ἐγειρομένων, καὶ ποτὲ μὲν κατὰ φύσιν τὴν τοῦ εἴδους κινουμένων· ὡς ὅταν ὁ λέων σύμμετρον τῷ εἴδει τὸν θυμὸν ἔχει· ποτὲ δὲ ὑπερζέοντος ἢ ἐλλείποντος. Καὶ κατὰ ταῦτα καὶ ἀξίας ἴσχουσι διαφόρους, καὶ βίον ἀνομοιότατον πρὸς τῇ κατὰ τὴν εἱμαρμένην διαθέσει, ἣν ὡς ἑτεροκίνητον ἔχουσι. χρὴ γὰρ τὰ μέσα τινῶν ὄντα, ἑκατέρῳ πρὸς τῶν ἄκρων κοινωνεῖν. Ἡ μέντοι λογικὴ ψυχή, αὐτοκίνητος οὖσα, καὶ ὀρέξεως τελέως κυρία καὶ ὁρμῆς, καὶ τὴν ἀξίαν ἔχει πρὸς τὴν προαίρεσιν· χρωμένη δὲ τῷ σώματι, καὶ τὰ πάθη αὐτοῦ πρὸς ἑαυτὴν ἔχει ἀναφερόμενα. ἀλλ' ὅταν μὲν κατὰ φύσιν ζῶσα ὡς ὀργάνῳ χρῆται τῷ σώματι, ἐξῃρημένη αὐτοῦ καὶ ὑπερέχουσα, τότε αἱ τοῦ σώματος βλάβαι τὰς μὲν δι' αὐτοῦ ἐνεργείας ἐμποδίζουσιν αὐτῇ, οὐδενὸς δὲ αὐτῇ δεινοῦ μεταδιδόασι. καὶ γὰρ καὶ τὸ ἀλγεῖν ἐν τῷ σκέλει μένειν ἔλεγεν ὁ θεῖος Σωκράτης. ὅταν δὲ οἰκειώσηται τὸ σῶμα πλέον τοῦ δέοντος, οὐχ ὡς ὄργανον ἔτι, ἀλλ' ὡς μέρος ἑαυτῆς περιπτυσσομένη, μᾶλλον δὲ ὡς ἑαυτήν, τότε σὺν αὐτῷ καὶ

inter animas ſtirpium corporibus inhærentium, & eas quæ ſecundum naturam abſolutæ ac per ſe mobiles ſunt, mediæ, aliquod veſtigium habent appetitionis, intrinſecus in ipſis excitatæ, quæ alias pro natura ſui generis moveatur. ut cum leo moderatam in ſuo genere habet iram, alias efferveſcat aut deficiat. Itaque dignitatem quoque imparem, & vitam diſſimillimam habent à fato attributam: quam ſic obtinent, ut aliunde moveatur. Debent enim ea quæ inter aliqua interiecta ſunt, cum utriſque extremis quandam habere affinitatem. Cæterum particeps rationis animus per ſe mobilis, & appetitionis atque affectionis ſuæ plane dominus, ea etiam eſt dignitate quam à libera voluntate conſequitur: corpore autem utitur, & affectus habet, qui ad ipſum referantur. Is, cum naturæ congruenter vivens, pro inſtrumento utitur corpore, ſeiunctus ab eo, & ſupra id eminens: tum noxæ corporis impediunt animi actiones quæ per corpus fiunt, nullis tamen ipſum animum afficiunt malis. Nam dolorem in pede manere, divinus Socrates aſſerebat. Si vero maiore quam par eſt neceſſitudine cum corpore contracta, id non iam ut inſtrumentum, ſed ut ſui partem, ac potius ut ſemet ipſum amplexatus: tum cum eo &

δι' αὐτοῦ παθαινομένη, καὶ ἀλογουμένη, καὶ τὰς τοῦ θυμοῦ καὶ τῆς ἐπιθυμίας ὀρέξεις οἰκείας νομίζουσα, καὶ ὑπουργοῦσα αὐταῖς, καὶ μηχανὰς ὑποβάλλουσα πρὸς τὸ τυχεῖν τῶν ὀρεκτῶν, κακοῦται κατὰ πάντα, καὶ νοσεῖ τὴν τῆς ψυχῆς νόσον, καὶ ἰατρείας δεῖται πρὸς τὸ ἀπαλλαγῆναι αὐτῆς. τὰ δὲ ἐναντία τῶν ἐναντίων ἰάματα· καὶ χρὴ τὴν δι' ἡδονῆς ὄρεξιν καὶ γλυκυθυμίας κακυνθεῖσαν, διὰ τὴν πρὸς σώματα καὶ χρήματα συμπάθειαν, καὶ τιμὴν, καὶ δυναστείαν, καὶ τὰ τοιαῦτα τῇ περὶ ταῦτα λύπῃ διαπτυγχανομένη, κολάζεσθαί τε καὶ ἰατρεύεσθαι· καὶ μάλιστα ἐπὶ τοῖς τοῦ σώματος πάθεσιν. πλησιαίτερον γάρ ἐστιν αὐτῆς τοῦτο, καὶ αἱ ἐπ' αὐτῷ καὶ σὺν αὐτῷ ὀδύναι αἰσθητότεραι. ἀποστᾶσα γὰρ ἡ ψυχὴ τῶν τε ἑαυτῆς κρειττόνων, καὶ ἑαυτῆς, καὶ ὅλην ἑαυτὴν ἐνδοῦσα τῷ σώματι καὶ τοῖς ἐκτὸς, καὶ ἐκεῖνα ἑαυτὴν νομίσασα, καὶ τὸ ἀγαθὸν τὸ ἑαυτῆς ἐν ἐκείνοις ζητοῦσα, καὶ κατὰ τοῦτο νοσήσασα καὶ κακυνθεῖσα, πῶς ἂν ἄλλως καταγνῶναι τούτων ἠδύνατο, καὶ τῆς πρὸς αὐτὰ ῥοπῆς, καὶ καταφρονῆσαι αὐτῶν, καὶ ἐπιστραφῆναι πρὸς ἑαυτὴν καὶ τὰ κρείττονα, καὶ ἐν τούτοις τὸ ἀγαθὸν ζητεῖν, εἰ μὴ πρὸς τῷ βλαβερῷ καὶ λυπηρῷ πειραθῇ τούτων, διὰ ἡδονὴν εἰς αὐτὰ ῥέπουσα, ὡς ταύτης ἐν ἐκείνοις, καὶ σὺν ἐκείνοις τυγχάνουσα; ἕως μὲν ἂν ἀπολαύοι ταύτης ἐν αὐτοῖς, προσήλωται αὐτοῖς καὶ προστέτηκεν. οὐδεὶς γὰρ ἧλος οὕτως ἰσχυρός ἐστι προσπερονῆσαι καὶ κολλῆσαι, ὡς ἡ ἡδονὴ καὶ τὸ ἀπ' αὐτῆς δέλεαρ. Ὁ τοίνυν ἀγαθὸς ἰατρὸς, ἀναιρεῖ ταῦτα, εἰς ἃ νένευκεν, αὐ-

per id affectibus agitatus & obbruteſcens, & iracundiæ atque cupiditatis appetiones, ſuas eſſe ratus, illiſque inſerviens, rationeſque ſubiiciens quibus illa deſideria expleantur: & prorſus corrumpitur, & morbis animi laborat, egetque medicina qua illis liberetur. Solent autem contraria curari contrariis. Debet igitur animus appetitu voluptatis & ſuavitatis, atq; amore corporum, opum, honorum, potentiæ, ſimiliumque rerum vitiatus, earundem rerum fruſtratione & puniri & ſanari, in primis vero corporis doloribus, quod eſt animo propinquius, cuiuſque cruciatus magis ſentiuntur. Cum enim animus & Deum & ſe ipſum deſeruerit, ſeque totum corpori & rebus externis dediderit, eaque ſe ipſum eſſe putarit, & ſuum bonum in illis quæſierit, eaque ratione depravatus ægrotarit: quonã alio modo iſta aſpernaretur & ad ſe ipſum & Deum converteretur, & in his bonum ſuum quæreret, niſi præter noxam iſta etiam moleſta experiretur? Nam quia propter voluptatem ad ea vergit, ſpe in eis & cum eis illa potiundi: dum illa voluptate fruitur, affixus illis deliqueſcit. Nullus enim clavus eſt, qui ita fortiter affigat & agglutinet animos, ut voluptas, & illecebræ voluptatis. Bonus igitur ille medicus, ea quibus inhiat animus cum

τῇ προσφέρων, διαστρέφεσθαι ποιεῖ αὐτά, ὥσπερ αἱ τὰ παιδία ἀπογαλακτίζειν βουλόμεναι, πικρῷ τινι τὰς θηλὰς ὑπαλείφουσι. Καὶ τὴν μὲν ἀρχὴν ὡς δυοῖν κακοῖν αἱρούμεναι αἱ ψυχαί, ἀντὶ σωματικῆς ὀδύνης καὶ βιωτικῶν περιστάσεων, τὸν θάνατον αἱροῦνται, καὶ τὸν ἀπὸ τοῦ σώματος χωρισμόν. ὅπερ οὐκ ἄν ποτε ὑπῆρξεν αὐταῖς εὐρούσαις περὶ τὸ σῶμα. Συνεθίζονται δὲ ὅμως μισεῖν καὶ ἀποστρέφεσθαι τὴν ἐνταῦθα ἡδονήν, μείζονος καὶ πολυπλασίονος λύπης φόβῳ ἐντεῦθεν ἐγειρομένης· ὥσπερ καὶ τὰ παιδία φόβῳ τὴν ἀρχὴν διὰ τῶν βλαβερῶν ἀναστέλλονται· καί τις ὑφηδόμενος σιτίῳ τινὶ ἢ ποτῷ βλαβερῷ, πολλάκις ὀδύνης ἀπ' αὐτῶν πειρώμενος, καὶ λύπης σφοδρᾶς, φόβῳ τοῦ μὴ τούτοις περιπεσεῖν ἀπέχεται αὐτῶν. καίτοι τίς ἂν ἀλύπως τοῖς ἡδέσι χρώμενος, κἂν βλαβερὰ τυγχάνῃ ὄντως, ἀποστρέψειεν ἂν ἀπ' αὐτῶν; Καὶ ἔστι μὲν τοῦτο τὸ τῶν ἡδέων ἀπέχεσθαι διὰ φόβον τῆς μείζονος λύπης, οὐκ ἀπαλλαγὴ πάθους, ἀλλ' ἀνταλλαγὴ μᾶλλον. τὸ γὰρ ἡδὺ τῆς ἀλυπίας ἀλλαττόμεθα τοῦ τῆς ἀπολαύσεως ἡδέως, μετὰ τὸ καὶ ἄλλο πάθος προσλαμβάνειν τὸ πάθος. Πλὴν συντελεῖ τοῦτο τὴν ἀρχὴν τοῖς παιδικῶς ἡμῖν καὶ ἀνοήτως διακειμένοις, εἰς τὸ διαβληθῆναι πρὸς ταῦτα οἷς σφοδρῶς συμπεπόνθαμεν· καὶ τὸ λοιπὸν τήν τε φύσιν τούτων καταμανθάνοντες, ὅτι πρὸς τῷ βλαβερῷ καὶ τὸ λυπηρὸν ἔχουσιν τοῦ ἡδέως πλέον καὶ πολλαπλάσιον, καὶ εἰς ἑαυτοὺς ἐπιστρέφοντες, καὶ ἐν ἑαυτοῖς τὸ ἀγαθὸν

molestiis offerendo, eadem ut averſetur facit: quemadmodum nutrices infantes ablactaturæ, aliqua re amara papillas inungunt. Animi ergo initio duobus propoſitis malis, dolori corporis, mortem & diſceſſum à corpore anteponunt: nunquam id facturi vigente & florente corpore: unaque conſueſcunt odiſſe & averſari voluptatem; quæ hic percipitur maioris doloris formidine inde excitandi: ſicut & pueri primum à rebus noxiis metu retrahuntur: atque aliquis noxio quopiam cibo aut potione impenſe gaudens, ſæpe doloribus inde affectus, magnæ moleſtiæ fuga & metu iis abſtinet. Etenim quis rebus iucundis ſine moleſtia perfruens, quamvis noxiis, ex animo ab iis abhorreat? Atque iſta voluptatum timore doloris maioris abſtinentia, permutatio quędam potius eſt affectus, quam liberatio. Nam ſuavitate quæ ineſt in vacuitate à moleſtiis, fructum ſuavitatis permutamus, & affectus alium ſibi affectum adiungit. Expedit autem hoc initio nobis, ob pueriles & ſtultos affectus noſtros, ut ea ſuſpecta habeamus & inviſa, quibus vehementer afficimur: poſteaque naturam eorum conſiderantes, ea, præterquam quod noxia ſint, multo etiã plus habere moleſti quam iucundi, & in nos ipſos deſcendentes, & bonum in nobis

διεί-

διϊέσκοντες ὄν, καὶ οὐκ ἐν σώματι ἢ τοῖς ἐκτὸς, καὶ μέν τι καὶ τὸ πρὸς τὸ κρεῖττον ἡμῶν ὁμοιότητος αἰσθανόμενοι, καὶ ταύτην τιμῶντες, οὐκ ἔτι φόβῳ ἀλλ' ἐπιστήμῃ καὶ ἀρετῇ τὸν κατὰ φύσιν βίον αἱρούμεθα. καὶ γὰρ καὶ τὰ παιδία ἅπερ ἐξέκλινον πρότερον καὶ ἐπετήδευον διὰ φόβον, ταῦτα ὕστερον φρενωθέντα λοιπὸν αἱρούμενα πράττουσι. Καὶ οὗτος σκοπὸς τῷ ἐπιμελουμένῳ ἡμῶν θεῷ, τὸ μήτε προσεστηκέναι τὴν λογικὴν ψυχὴν τῷ σώματι καὶ τοῖς ἐκτὸς, μήτε φόβῳ ἀλλ' αἱρουμένην ἀπέχεσθαι αὐτῶν, ὡς ἐν τῇ αἱρέσει καὶ τῇ ἐκκλίσει τοῦ ἀγαθοῦ ἡμῶν καὶ τοῦ κακοῦ κειμένων. Καὶ εἰς τοῦτο τὸ τέλος ἡ ἰατρεία τῆς προνοίας ἐπείγεται, εἰς τὸ ἐπαναγαγεῖν τὴν ψυχὴν εἰς αἵρεσιν τοῦ κατὰ φύσιν βίου. ὥσπερ καὶ οἱ ἄριστοι τῶν ἰατρῶν διὰ τομῶν καὶ καύσεων καὶ τῶν τοιούτων, τὴν κατὰ φύσιν ἕξιν περιποιοῦσι τοῖς σώμασιν, ὥστε τὰς κατὰ φύσιν ἐνεργείας ἀποδιδόναι. καὶ ἔστιν ἰατρικὴ τῆς πονηρίας ἡ δίκη· καὶ ταύτην ἔχει τὴν χρείαν τὰ περὶ ἡμᾶς ταῦτα δοκοῦντα κακά. Καὶ ὥσπερ τοῖς ἰατροῖς δυσχεραίνομεν, εἰ παρέχουσι τομὰς καὶ καύσεις, καὶ τὰ ἀνιαρὰ τῶν βοηθημάτων· διὸ καὶ πρὸς ταῦτα δυσχεραίνουσιν οἱ παιδικοὶ καὶ ἀνόητοι· καὶ ὅστις πειρᾶται ἐν τοῖς συμβαίνουσιν, ἑαυτῷ, παρακολουθεῖν καὶ τοῖς ἄλλοις· καὶ τὰς γινομένας τῆς ψυχῆς διαθέσεις ἐπισκοπεῖν, ὁμολογήσει ῥᾳδίως, οἶμαι, τὰ δυσχερῆ ταῦτα μὲν ἀρχὴν

ſitum eſſe deprehendentes, non autem in corpore, aut rebus externis, atque ſimilitudinem noſtri quandam cum Deo ſentientes, eamque honorantes, iam non metu, ſed ſcientia & virtute vitam naturæ conſentaneam amplectamur. Nam & pueri quæ prius declinabant & proſequebantur metu, poſt aucta prudentia ultro faciunt. Et hunc ſcopum propoſitum habet curator noſter Deus, ut rationis particeps animus neque adhæreſcat corpori & rebus externis, neque his metu, ſed iudicio abſtineat: tanquam bono & malo noſtro in appetitione & declinatione ſitis. Et ad hunc finem providentiæ medicina contendit, ut reducat animum ad amplectendam vitam naturæ conſentaneam: quemadmodum etiam optimus quiſque medicus ſectionibus & uſtionibus naturalem habitum corporibus reſtituit, ut naturalibus actionibus fungantur: eſtque improbitatis medicina pœna: & eum uſum habent mala, ut habentur quæ nobis eveniunt. Ut autem medicis ſuccenſemus, uſtiones & ſectiones & moleſta remedia adhibentibus: ſic homines væcordes & pucrili ſententia, hæc moleſte ferunt. Et qui huiuſmodi caſibus & ſe ipſum & alios obſervarit, atque affectiones animorum animadverterit: is facile nimirum intelliget, moleſta iſta velut anſam

præ-

παρέχειν τῇ ψυχῇ πρὸς τὴν τοῦ σώματος καὶ τῶν ἐκτὸς, καὶ ὡς ἂν ὁ θαυμασὸς εἴποι, τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν καταφρόνησιν. Ὥσπερ δὲ ἡ τῶν σωμάτων ἰατρικὴ, τὸ μὲν τι μέρος ἔχει θεραπευτικὸν, τὰ νοσοῦντα σώματα διὰ τῶν ἐναντίων ἐπανορθούμενον, τὸ δὲ ὑγιεινὸν, διαίτῃ καὶ γυμνασίοις βεβαιότερόν τε καὶ πλεώτερον ὑγιαίνειν ποιοῦν, καὶ ἔστι τινὰ τῶν γυμνασίων ἐπίπονα σφόδρα, καὶ μόνοις τοῖς ἀνδρείοις καὶ ταλαιπαθέσι φορητά· οὕτω καὶ ὁ τῶν ψυχῶν βοηθὸς, οὐ μόνον τὰς νοσούσας θεραπεύει διὰ τῶν ἐν τῷ βίῳ δυσχερῶν, ἀλλὰ καὶ τὰς ὑγιεῖς γυμνάζει, καὶ ὑγιεινοτέρας καὶ ἀνδρειοτέρας ποιεῖ, καὶ τὴν ἀρετὴν αὐτῶν διαφανεστέραν τοῖς ἄλλοις εἰς μίμησιν ἐπιδείκνυσιν. Ὅτι μὲν γὰρ δέονται γυμνασίων καὶ αἱ ἀγαθαὶ ἀνθρώπων ψυχαὶ, ὥσπερ καὶ τὰ ὑγιαίνοντα σώματα, πρόδηλον. κίνησις γὰρ κρατύνει, ἀργίη δὲ τήκει, φησὶν ὁ Ἱπποκράτης. διὰ τί; ὅτι τὰ μὲν ἀεὶ τὴν ἑαυτῶν ἔχοντα τελειότητα, καὶ τὰς κατὰ φύσιν ἐνεργείας ἀεὶ ἐνεργοῦντα, προχείρους καὶ ἑτοίμους ἔχει τὰς ἐνεργείας· τὰ δὲ μὴ ἐνεργοῦντα δεῖται γυμνασίας εἰς μίμησιν τῆς ἀεικινησίας, ἵνα μὴ τῇ ἀργῇ τῆς ἐνεργείας ἐπιλαθώμεθα, καὶ νεκρωθέντα καιροῦ καλοῦντος τῆς χρείας ἐλλείπῃ. τὸ γάρ ποτε μὲν ἐνεργοῦν, ποτὲ δὲ μὴ ἐνεργοῦν, δι' ἀτονίαν τοῦτο πάσχον, δεῖται τῆς διὰ τοῦ ἐνεργεῖν ἀναῤῥώσεως. πᾶσα δὲ γυμνασία διὰ τῶν αὐτῶν ἐπιτελεῖται, δι'

præbere animo corporis & rerum externarum, aut (ut Epicteti noſtri more loquamur) eorum quæ in noſtra poteſtate ſita non ſunt, contemtionem. Ut autem corporum medicina duplex eſt, & eius una pars ægrota corpora curat & per contraria corrigit : altera victus ratione & exercitationibus ſanitatem tuetur, confirmat, auget: quædamque exercitationes ſunt valde laborioſæ, nec niſi viris fortibus & conſtantibus tolerabiles : Sic & animorum auxiliator, non ægrotantes tantum vitæ difficultatibus curat, ſed & ſanos exercet, ac ſaniores & fortiores facit, eorumque virtutem ad imitationem aliorum illuſtriorem reddit. Nam etiam ſanos hominum animos, ut & valentia corpora, indigere exercitationibus, in promtu eſt. Motio enim confirmat, ignavia vero labefacit, ut inquit Hippocrates. Cur? Quia ea quæ ſuam perfectioné ſemper obtinent, & naturæ ſuæ convenientes actiones: eaſdem paratas ſemper atque in promtu habent. Quæ vero nihil agunt, exercitatione egent ad imitationé perpetuæ motionis: ne per ignaviá actionis oblita & velut emortua, cum tempus neceſſitaſq; poſtularit, ſuo muneri deſint. Quod enim alias actuoſum, alias otioſum eſt, idq; ob imbecillitatem, actione confirmandú eſt. Omnis auté exercitatio iiſdem rebus perficitur, per

οὗν καὶ ἡ προηγουμένη ἐνέργεια πρὸς ἣν γυμναζόμεθα. Ἡ γοῦν πρὸς πάλην γυμνασία, διὰ τοῦ συνεχῶς παλαίειν γίνεται, καὶ ἡ πρὸς πυγμὴν, διὰ τοῦ συνεχῶς πυκτεύειν καὶ ταῖς πληγαῖς συνεθίζεσθαι· οὕτω γὰρ καὶ ἡ πρὸς πόλεμον, διὰ τὸ πολεμίους μιμεῖσθαι τοὺς συγγυμναστάς· καὶ ὅσῳ μᾶλλόν εἰσιν οἱ προσγυμναζόμενοι μεγάλοι καὶ ἰσχυροὶ, τοσούτῳ μᾶλλον τὸ γυμνάσιον ἀνύει τὸν ἑαυτοῦ σκοπόν. Ὥστε κἂν πρὸς ἡδονὴν γυμνάζηταί τις ἐπὶ τὸ κρατεῖν ἡδονῆς, ἀνάγκη τῶν ἡδέων ἐφαπτόμενον ἐθίζεσθαι καταφρονεῖν αὐτῶν· κἂν πρὸς λύπην, λυπηρῶν μετέχειν· κἂν πρὸς φόβον, φοβεροῖς τισιν ἑαυτὸν ἐμβάλλειν· κἂν πρὸς ἀλγηδόνας, τὸν διὰ μαστιγώσεως ἀγῶνα τῶν ἐν Λακεδαίμονι νέων εὐγενῶν ζηλοῦν, καὶ τὰ πρὸς ἐκεῖνον τὸν ἀγῶνα γυμνάσια πάντα ἀλγεινὰ ὄντα· ἢ τὸν ἐφ' ἡμῶν Σαλούστιον, ἄνθρακα πεπυρακτωμένον ἐπιθέντα γυμνῷ τῷ μηρῷ, καὶ φυσῶντα αὐτὸν, καὶ δοκιμάζοντα ἑαυτὸν μέχρι πόσου δύναται καρτερεῖν. Οὐδὲν γὰρ διαφέρει τῷ εἴδει τὰ γυμνάσια τῶν προηγουμένων ἐνεργειῶν, ἀλλὰ τοσούτῳ μόνον, ὅτι ἐλαφρότερά πως εἰσὶ, καὶ ὅτι ἐφ' ἡμῖν ἐστιν ὅταν βουλώμεθα παύεσθαι. Ἐπειδὴ οὖν ὁ τὰς ἀνθρωπίνας ψυχὰς καταπέμπων εἰς γένεσιν θεὸς, δυνάμεις δέδωκεν αὐταῖς, καθ' ἃς καὶ ἀβλαβῶς κεχρῆσθαι τοῖς ἐν γενέσει δελεάζουσί τε καὶ ἐκπλήττουσί τι, καὶ ἀπερ-

quas principalis actio ad quam exercemur. Nam exercitatio ad luctam, iugi luctatione fit; ad cæſtum, crebro dimicando & verberibus aſſueſcendo. Sic etiam ad bellum exercebere ſi colluſor hoſtem imitetur: quoque ii qui una tirocinium faciunt maiores robuſtioreſque fuerint, eo magis exercitatio metam ſuam attinget. Itaque ſi quis ad id etiam exerceatur, ut voluptatem contemnat: eum rebus iucundis tractandis ad earum contemtum aſſueſcere neceſſe erit. Si ad ferendum moleſtiam, opus eſt ut moleſtiarum ſit particeps. Si ad timorem, ut in res timendas coniiciatur. Si ad cruciatus, ut nobilium Lacedæmone adoleſcentum flagellationis certamen æmuletur, & omnes eas exercitationes doloris plenas quæ ad id certamen referuntur: aut Saluſtium, qui noſtra ætate vivum carbonem femori impoſitum ſufflando periculum faciebat, quam diu ardorem illum tolerare poſſet. Nam exercitationes à principalibus actionibus ipſo genere non differunt, ſed paulo maiore facilitate, & deſinendi, cum nobis viſum fuerit, facultate. Quoniam igitur qui humanos animos naſcendi cauſa demittit Deus, vires etiam eis addidit, quibus inſtructi abſque noxa uti rebus terrenis tam allicientibus quam terrentibus, eaſque

ἀνέχειν αὐτῶν δυνήσονται· ταύτας τὰς δυνάμεις γυμνάζων ὁ θεὸς, ἵνα μὴ ἀργοῦσαι χαλαρώτεραι καὶ ἀτονώτεραι γένωνται, καὶ καιροῦ ποτε καλοῦντος τὴν χρείαν αὐτῶν ὑστερήσωσιν, ἄθλους πολλάκις προτίθησι ταῖς ψυχαῖς. καὶ οὐκ ἂν Ἡρακλῆς, ἢ Θησεὺς, ἢ Διογένης, ἢ Σωκράτης τοιοῦτοί τινες ἐγένοντο; οὐδ' ἂν διεφάνη τῆς ἀνθρωπίνης ἀρετῆς τὸ μέγεθος πόσου δύναται διελθεῖν, εἰ μὴ τοὺς μὲν πρὸς τὰ φοβερώτερα τῶν θηρίων, καὶ τοὺς κακούργους τῶν ἀνθρώπων ἀγωνίσασθαι προεκαλέσατο, τοὺς δὲ εἰς λιτότητα ἄκραν καὶ τὸν κατὰ φύσιν βίον προώθησε. Καὶ ἔστιν, οἶμαι, καὶ τοῦτο τοῖς ἐφιστάνουσι πρόδηλον, ὅτι οἱ ἐν περιστάσεσι καλῶς διαγενόμενοι, ἀνδρικώτεροι τὸ λοιπὸν ἀποβαίνουσιν. εἰ γὰρ τὴν πρὸς τὰ φοβερώτατα ἄγνοιαν παίγνιον ὁ συνεθισμὸς ποιεῖ, ὡς ὀλίγου κερματίου χάριν αἱρεῖσθαί τινας αὐτὴν, πῶς οὐκ ἂν ἐν τοῖς μετριωτέροις ἡ γυμνασία παρασκευάσοι καταφρονεῖν τῶν δυσχερῶν τοῖς ἀγυμνάστοις δοκούντων. Εἴτε οὖν ὡς θεραπεία νοσούντων, εἴτε ὡς γυμνασία ὑγιαινόντων, προσάγεται ταῖς ψυχαῖς τὰ δυσχερῆ ταῦτα καὶ ἐπίπονα δοκοῦντα, οὐκ ἂν εἴη κακὰ αὐταῖς· ἐπεὶ οὕτω γε καὶ τοῖς σώμασι τὸ ἰατρεύεσθαι, καὶ γυμνάζεσθαι, ἐπίπονα ὄντα καὶ κακὰ ἂν λέγοιμεν. κατ' ἀξίαν δὲ πάντως γινόμενα τήνδε τῆς φύσεως καὶ τὴν τῆς προαιρέσεως, οὐκ ἂν εἴη κακά· τὸ γὰρ

ſuperare poſſent: eas vires exercens idem Deus, ne per ignaviam laxiores & remiſſiores fierent, neve uſum earum tempore poſtulante ceſſarent, certamina multa proponit animis. Neque Hercules aut Theſeus aut Diogenes aut Socrates in tales viros evaſiſſent, nec humanæ virtutis magnitudo quouſque progredi poſſet eluxiſſet, niſi & illos cum beſtiis immanioribus & ſceleratis hominibus commiſiſſet, & hos ſumma victus tenuitate ad vitam naturæ conſentaneam compuliſſet. Illud quoque attentis non eſt obſcurum, eos qui res adverſas generoſe pertulerint, fortiores evadere in poſterum. Si enim rerum maxime formidabilium horrorem aſſuefactio ludum & jocum facit, ut in eiuſmodi certamen nonnulli ob exiguam ſtipem ultro deſcendant: quo pacto fieri poteſt, quin rerum leviorum exercitatio efficiat, ut ea contemnantur, quæ inexercitatis permoleſta videantur? Quæ igitur difficultates & ærumnæ habentur, hæ quia ſive ut curationes ægrotantium, ſive ut valentium exercitationes animis adhibentur, malæ eis eſſe non poſſunt. Alioqui eodem modo & medicamenta & gymnaſia corporibus gravia, mala diceremus. Cum autem pro dignitate tum naturæ tum voluntatis fiant: mala non erunt. Quod enim

καὶ ἀξίαν, δίκαιον· τὸ δὲ δίκαιον, ἀγαθόν. Ἀλλ' οὐδὲ τοῖς σώμασιν, ἀναισθήτοις καθ' αὑτὰ οὖσι, κακόν ἐστι τὸ τέμνεσθαι ἢ καίεσθαι· ἡ γὰρ εἰς τὰ ἁπλᾶ ἀνάλυσις οὐ κακὸν τῷ συνθέτῳ. εἰ οὖν τὴν τῶν σωμάτων ἰατρικὴν γυμνάζουσαν, καὶ καίουσαν, καὶ κατατείνουσαν, καὶ μόρια ἀποκόπτουσαν, καὶ τὰ αὐτὰ τοῖς ἀφειδῶς κολάζουσιν ἀνθρώποις ποιοῦσαν, οὐ κακὸν λέγομεν ἀλλ' ἀγαθὸν, καὶ χάριν καὶ μισθὸν τελοῦμεν τοῖς ἰατρεύουσι, διὰ τί τὴν τοῦ Θεοῦ ἰατρείαν οὐκ ἀγαπῶμεν; οὐ γὰρ θυμῷ, οὐδὲ ἀμυντικῶς, οὐδὲ παρ' ἀξίαν, οὐδ' ἐπὶ βλάβῃ ποιεῖ τι τούτων ὁ Θεὸς, ἀλλ' ἰατρικῶς, καὶ κηδεμονικῶς, καὶ πατρικῶς, καὶ ἐπὶ μεγίστῃ ὠφελείᾳ, καὶ ἀρκεῖ φάναι, κατὰ τὴν θείαν ἀγαθότητα. Πολυειδὴς δέ ἐστιν ἡ τοῦ Θεοῦ ἰατρική· τοὺς μὲν νόσοις, ἢ πενίᾳ, ἢ ἀτιμίαις· τοὺς δὲ λιμοῖς, ἢ σεισμοῖς, ἢ ἐπικλύσεσιν, ἢ ναυαγίοις, ἢ πολέμοις, ἢ ἀνθρωπίναις κολάσεσιν ἰατρεύουσα. οὐ κακὰ οὖν ἀλλ' ἀγαθὰ ταῦτα, εἴπερ τὸ ἰατρεύεσθαι ἀγαθόν. εἰ δέ τις ταῦτα μὴ ἀξιοῖ καλεῖν ἀγαθὰ, διὰ τὸ μὴ εἶναι προηγουμένως αἱρετὰ, οἷα χρὴ τὰ κυρίως ἀγαθὰ εἶναι, μὴ κακὰ εὐθὺς αὐτὰ καλείτω, ἀλλ' ἀναγκαῖα πρὸς τὴν τοῦ ὄντως ἀγαθοῦ κτῆσιν· πρὸς ἣν ἐξ ἀνάγκης τούτων δεόμενοι, αἱρούμεθα αὐτὰ

pro dignitate fit, iuſtum eſt: quod iuſtum, bonum. Ac ne corporibus quidem ſuapte natura ſenſus expertibus, malum eſt ſecari aut uri. Nam compoſito, in ſua ſimplicia reſolutio non eſt malum. Quod ſi corporum medicinam exercentem, urentem, intendentem, membra reſecantem, & plane ſævos carnifices imitantem, malum non dicimus, ſed bonum: ſi medicis cum gratiam habemus, tum mercedem numeramus: cur in medicina Dei non acquieſcimus? Neque enim iracunde, nec vindictæ cupiditate, nec præter meritum, neque nocendi cauſa quicquam horum facit Deus: ſed inſtar medici & curatoris & parentis, & ad maximam utilitatem noſtram, & (quo uno verbo rem complecti totam licet) pro ſua divina bonitate. Multiformis autem eſt Dei medicina, ut qui alios morbis, inopia, ignominia: alios peſtilentia, fame, terræmotu, inundatione, naufragio, bello: alios pœnis humanitus inflictis, medicetur. Neque vero mala hæc ſunt, ſed bona: ſiquidem medicari bonum eſt. Si quis autem eſt qui hæc dicenda eſſe bona haud cenſeat, quod non præcipue ſint expetenda: qualia ea, quæ proprie bona ſunt, eſſe oportet: non ſtatim ea mala vocet, ſed ad verum bonũ acquirendum neceſſaria: quam ad rem ea neceſſario requirimus, & propter

δι' ἐκείνην. καὶ γὰρ τομὰς καὶ καύσεις ἰατρικὰς, καὶ τὰ τοιαῦτα οὐδεὶς αἱρεῖται προηγουμένως, ἀλλὰ τῆς ὑγείας ἐφιέμενοι αἱρούμεθα αὐτὰ, ἧς ἀνάγκη διὰ τούτων τυχεῖν. καὶ καλῶς ἀναγκαῖα ταῦτα κεκλήκασιν οἱ σοφοὶ, ἅπερ ἀνάγκη πάντα παραληφθῆναι, εἰ μέλλοι τὸ ἀγαθὸν ἀποφαίνεσθαι. Ἀγαθὰ μὲν οὖν ὄντα καὶ αὐτὰ, εἴπερ πρὸς ἀγαθὸν συντελεῖ· τὰ μὲν πρὸς σωματικὴν ὑγίειαν, τὰ δὲ πρὸς ψυχικὴν, ὑφειμένα δὲ τῶν προηγουμένων ἀγαθῶν· πρὸς ἃ παραβάλλοντες αὐτὰ οἱ πολλοὶ κακὰ νομίζουσι, κακῶς οἶμαι περὶ τούτων φρονοῦντες, εἴπερ ἀνάγκη τοῦ ἀγαθοῦ διὰ τούτων οἶμαι τυγχάνειν. Εἰ τοίνυν καὶ τὰ ὑπὸ τοῦ ἀποροῦντος προταθέντα λέλυται, καὶ πάντα τὰ γινόμενα καὶ κατ' ἀξίαν γίνεται, τὰ μὲν τῆς φύσεως, τὰ δὲ τῆς προαιρέσεως, καὶ ἐπ' ὠφελείᾳ γίνεται ὑπὸ τοῦ θεοῦ· δηλονότι πᾶς εὖ φρονῶν, καὶ θέλοι ἂν γίνεσθαι τὰ γινόμενα, εἴπερ μὴ φθονεῖ τοῖς δικαιουμένοις τε καὶ ἰατρευομένοις, καὶ τὸν τοιοῦτον ἰατρὸν σέβει καὶ τιμᾷ καὶ φιλεῖ γνησίως, καὶ εὐεργέτην ὁρίζεται. Ἀλλ' ὅτι μὲν τὰ συμβαίνοντα ταῦτα δυσχερῆ τοῖς ἀνθρώποις, ἰατρεῖαί τινές εἰσι, καὶ ὅτι τὸ ἰατρεύεσθαι τοῖς δεομένοις καὶ ψυχῇ καὶ σώματι ἀγαθόν ἐστι, συγχωρήσειεν ἄν τις, ὡς οἶμαι· αὐτὸ δέ τοι τὸ νοσεῖν καὶ κατὰ σῶμα καὶ κατὰ ψυχὴν, καὶ δεῖσθαι τῆς τοιαύτης ἰατρείας ἐπιπόνου τε καὶ ὀδυνηρᾶς,

illa amplectimur. Nam & ſectiones & uſtiones medicas, & id genus alia nemo præcipue ſpectat: ſed deſiderio ſanitatis illa admittimus, quam per ea conſequi neceſſe habemus. Ac recte illa neceſſaria vocarunt ſapientes: quæ omnia neceſſe eſt adhiberi, ſi bono potiri ſtudeamus: quæ quidem & ipſa bona ſunt, ſiquidem ad bonum conducunt, partim ad valetudinem corporis, partim ad animi ſanitatem, inferiora tamen principalibus bonis: cum quibus ea vulgo conferentes, mala exiſtimant, male utique ſentientes: ſiquidem per hæc conſequi ea quæ bona ſunt, eſt neceſſe. Si igitur propoſitæ dubitationes profligatæ ſunt, & ea quæ fiunt omnia, pro dignitate partim naturæ, partim voluntatis fiunt, & quidem utilitatis cauſa fiunt à Deo: dubio procul quivis cordatus homo & volet ea fieri quæ fiunt, (niſi invideat iis quibus ius ſuum tribuitur, aut medicina adhibetur) & talem medicum colet, venerabitur, ſyncereque diliget, & bene mereri ſtatuet. Ac eas quæ obiiciuntur hominibus difficultates, quaſdam eſſe medicinas, & eam medicationem eorum qui hac egent, & corporibus & animis prodeſſe, quivis, ut opinor, conceſſerit. Ipſam vero ſeu animi ſeu corporis ægrotationẽ, & medicationis tam moleſtæ & dolorificæ neceſſitatem,

quis

τοῦτο τίς ἂν ἀγαθὸν καὶ οὐχὶ κακὸν, καὶ τὸν αἴτιον αὐτοῦ, κακοῦ νομίζοι αἴτιον; ἢ πάλιν τὰ αὐτὰ λέγειν ἀνάγκη; ὅτι ἡ μὲν τοῦ σώματος νόσος, οὔτε αὐτῷ τῷ σώματι κακόν ἐστιν, εἴπερ καὶ φύσιν ἔχει τοιαύτην, καὶ πρὸς διάλυσιν ὁρᾷ τοῦ συνθέτου, καὶ ἀπόδοσιν τῶν ἁπλῶν εἰς τὰς οἰκείας ὁλότητας, καὶ ἀπαλλαγὴν αὐτῶν καὶ ἐλευθερίαν τῆς τε ἐν ἀλλοτρίῳ τόπῳ διαγωγῆς, καὶ τῆς πρὸς τὰ ἀντικείμενα μάχης. ἀλλ' οὔτε τῇ ψυχῇ κακόν ἐστιν ἡ τοῦ σώματος νόσος, εἴπερ ἰατρεία οὖσα τῆς ψυχῆς δέδεικται καὶ φαίνεται πολλαχοῦ ἐναργῶς αὐτή. καὶ εἰ ἐπιβλαβὴς ἦν τῷ μερικῷ σώματι ἡ νόσος ἣν καὶ ἡ φθορὰ αὐτῆς, ὠφέλιμος ἦν οὖσα ἐφαίνετο τῇ τε τοῦ χρωμένου ψυχῇ, καὶ τῇ τοῦ παντὸς συστάσει τῶν ἐν αὐτῷ στοιχείων, καὶ τῷ ἀπεράντῳ τῆς γενέσεως κύκλῳ, διὰ τοῦτο ἐπ' ἄπειρον προϊόντι, διὰ τὸ τὴν ἄλλου φθορὰν ἄλλου γένεσιν εἶναι. κατεφρόνησεν οὖν ὁ ἄριστος διοικητὴς τοῦ φθαρτοῦ τῇ φύσει, καὶ μερικῆς καὶ χείρονος φθορᾶς, διὰ τὸ κρεῖττον καὶ τὸ ὅλον, καὶ τὸ ἀνέκλειπτον τῆς γενέσεως. Ἀλλ' ἡ τῆς ψυχῆς γένεσις, φαίη τις ἄν, οὔτε αὐτῆς ἀγαθόν ἐστι τῆς νοσούσης ψυχῆς, οὔτε πρὸς τὸ ὅλον τι λυσιτελεῖ· ὥστε αἴτιον αὐτῆς, κακοῦ τινος αἴτιον εἶναι· καὶ ὁ θέλων κακοῦσθαι αὐτὴν καὶ νοσεῖν, κακὸς ἂν εἴη· καὶ ἡ ἀπορία ἡ αὐτὴ δόξει μένειν. Τί οὖν τὸ αἴτιον τῆς νόσου καὶ κακίας τῇ ψυχῇ, ἐκ τῶν πρότερον περὶ τοῦ ἐφ' ἡμῖν, καὶ τοῦ οὐκ ἐφ' ἡμῖν ῥηθέντων

quis bonum, & non malum: atque eius auctorem, mali auctorem non exiſtimet? An vero iterandum eadem iſta mihi ʒ corporis morbum nec ipſi corpori eſſe malum, cum & tali natura ſit præditum, & ad compoſiti ſpectet diſſolutionem, & reſtitutionem ſimplicium ſuis totis, eorumque diſceſſum & liberationem ab habitatione alieno in loco & pugna contrariorum: nec animo: ſiquidem eum medicationem illius eſſe demonſtratum eſt, & multifariam evidenter apparet. Quod ſi morbus uni corpori eſſet noxius, eiuſque interitus: ſed animo utentis eum, & compagi univerſi, & quæ in eo ſunt elementorum, & irrequietæ generationis circulo per hoc in infinitum progredienti, eo quod unius interitus ortus eſt alterius, expedire conſtaret: optimus ille adminiſtrator eius quod corrumpi ſolet naturam, & partis deterioriſque interitum, ob præſtantius & totum & perpetuã generationis ſeriem contéſerit. At dicas, morbidi animi ortus, neque ipſi prodeſt, neque univerſitati quicquam confert. eius igitur auctor, mali alicuius eſt auctor: & qui eum depravari & ægrotare vult, malus fuerit. ſic eadem manere dubitatio videbitur. Quæ ergo morbi & malitiæ cauſa ſit animo, ex iis quæ prius de rebus noſtri & alieni iuris dicta ſunt,

ἀναμνη-

ἀναμνησθῶμεν. ὅτι τὸ μὲν ἀγαθὸν τῆς ψυχῆς ἐν τῷ κατὰ φύσιν ὀρέγεσθαι καὶ ἐκκλίνειν ἐστιν· τὸ δὲ κακὸν, ἐν τῷ παρὰ φύσιν. ἡ δὲ ὄρεξις καὶ ἡ ἔκκλισις δέδεικται, ὡς οἶμαι, ἐφ' ἡμῖν οὖσα· ὥστε ἡμεῖς ἑαυτοῖς αἴτιοι καὶ τῆς ἀρετῆς ἐσμὲν, καὶ τῆς κακίας. διὸ καὶ ἐπαινοῦνται οἱ σπουδαῖοι, ὡς τὸ ἀγαθὸν δι' οἰκείας αἱρέσεως ἔχοντες, ὅπερ διὰ τοῦτο ἀρετὴ καλεῖται· καὶ οἱ μοχθηροὶ μεμπτοί εἰσιν, ὡς κύριοι μὲν ὄντες τοῦ μὴ τοιοῦτοι εἶναι, διὰ δὲ ῥαθυμίαν γενόμενοι μοχθηροί. ὡς εἴγε ἔξωθεν ἐνετίθετο ταῦτα, οὐκέτι προαίρεσις ἀγαθὴ ἦν ἢ κακὴ, ἀλλὰ τύχη τὶς καὶ ἀνάγκη. θεὸς οὖν καὶ ἐνταῦθα κακίας ἀναίτιος. Μήποτε δὲ οὐδὲ ἡ τῆς ψυχῆς νόσος κακία λεγομένη ἁπλῶς κακόν ἐστιν, ἀλλ' ἔχει τὶ καὶ αὐτὴ ἀναγκαῖον πρὸς τὴν τῆς ἀνθρωπίνης ἀρετῆς ὑπόστασιν; ὡς γὰρ ἡ ὑγεία τῶν ἐνταῦθα σωμάτων, οὐκ ἂν ἦν αὕτη ὑγεία, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον νοσεῖν ἐπεφύκει ταῦτα τὰ σώματα, ἀλλ' ἦν ἂν ἀκήρατός τις διάθεσις, ἀναντίθετος οὖσα πρὸς νόσον, οἷα τίς ἡ τῶν οὐρανίων ἐστίν· οὕτω καὶ αἱ τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν ἀρεταὶ, σωφροσύνη καὶ δικαιοσύνη, καὶ φρόνησις, καὶ ὁ ἄλλος ἅπας αὐτῶν χορὸς, οὗτος οὐκ ἂν ἦν, εἰ μὴ καὶ κακύνεσθαι ἐπεφύκεσαν αἱ ψυχαί. ἀλλ' εἶχον ἂν ἀρετάς τινὰς ἀγγελικὰς ἢ θείας, οὐ μέντοι γε

recordemur: animi bonum in eo ſitum eſſe, ut ſecundum naturam appetat & declinet malum in eo quod ſit contra naturam. Appetitionem autem & declinationem in nobis ſitas eſſe, demonſtratum arbitror. Quare ipſi nobis & virtutis cauſa & vitii ſumus. Unde fit, ut & boni laudentur, ut qui bonum ipſum ſuapte vi ſint conſecuti, unde virtus ipſa nomen habere videtur: & reprehendantur improbi, ut qui non tales eſſe poſſint, & ex ſocordia improbi evaſerint. Nam ſi hæc extrinſecus infererentur: voluntas bona aut mala eſſe deſineret, in eiusque locum caſus & neceſſitas ſuccederet. Deus igitur ne hic quidem ullius auctor mali reperietur. Quid vero ſi nec ipſius morbus animi, quod vitium dicitur, omnino malum eſt, ſed & ipſum habet aliquid ad humanæ virtutis conſtitutionem neceſſarium? Ut enim ſanitas horum corporum, ſanitas non eſſet, niſi natura eorum magis etiam ferret ut ægrotarent, ſed eſſet habitudo quædam perennis, nec morbis opponeretur, cuiuſmodi cœlicolarum eſt: ſic etiam humanorum virtutes animorum, modeſtia, iuſtitia, prudentia, & omnis ille reliquus earum cœtus, non exſtaret, niſi animorum ea natura eſſet, ut depravari poſſent. Alioqui virtutibus præditi eſſent angelicis, ac potius divinis, non huma-

ἀνθρωπίνας. αὗται γὰρ τοιαῦται τὴν φύσιν εἰσὶν, ὡς καὶ εἰς κακίαν παρατρέπεσθαι. Εἰ τοίνυν ἀγαθαί εἰσιν αὗται ἀνθρώπιναι ἀρεταὶ καὶ σωματικὴ ὑγεία· καὶ ἔδει μὴ τὰ πρῶτα μόνον ἢ ἀκήρατα ἀγαθὰ εἶναι ἀπὸ τῆς τοῦ ἀγαθοῦ πηγῆς καὶ ὑποστῆναι, ἀλλὰ καὶ τὰ μέσα καὶ τὰ ἔσχατα· ἀναγκαῖον ἦν τῶν παρατρεπομένων ἀγαθῶν καὶ τὰς παρατροπὰς ὑποστῆναι. οὐδὲ γὰρ ἔχουσι προηγουμένην ὑπόστασιν, ἀλλὰ παρυφιστᾶσι τοῖς οὖσι. Καὶ ὅρα τὴν ὑπερβολὴν τῆς θείας ἀγαθότητος, ὅτι τὴν μὲν τοῦ σώματος φθορὰν, κἂν σκιᾶς δίκην, ὡς εἶπον, τῇ κινήσει τῶν αἰτίων ἐξ ἀνάγκης συμπεριτρέπεται, ἀλλ᾽ ἀγαθὸν εἶναι ἐποίει, καὶ τοῖς νοσοῦσιν αὐτοῖς καὶ φθειρομένοις σώμασι κατὰ τὴν εἰς τὰ ὅλα στοιχεῖα ἀνάπλωσιν καὶ τὸν ἐκνεασμὸν, καὶ ταῖς χρωμέναις ψυχαῖς δι᾽ αὐτῶν ἰατρευομέναις, καὶ τῷ ὅλῳ γεννητῷ πρὸς τὴν ἐπ᾽ ἄπειρον, ὡς εἴρηται, διαγινομένην, τῆς δὲ ψυχικῆς κακίας, τῆς μόνης φανείσης ὁπωσοῦν κακίας, ἑαυτὸν ἐξεῖλε. πρῶτον μὲν ὡς ἀναγκαῖον αὐτὸ πρὸς τὸ ἀγαθὸν καὶ οὐχ ὡς κακὸν συγχωρήσει παρυποστῆναι· ἔπειτα καὶ αὐτὸ τοῦτο τῇ βουλήσει πάντως κελεύσας ἕπεσθαι τῆς ψυχῆς, καὶ μηδέποτε εἰς τὰ ὄντα παρελθεῖν εἰ μὴ ἐκείνη θέλοι. διὸ τὰ ἀκούσια ὡς οὐκ ὄντα κακὰ, καὶ ὑπὸ θεοῦ συγγινώσκεται, καὶ ὑπὸ τῶν νόμων,

humanis: quæ quidem tales ſunt, ut etiam ad vitium detorqueantur. Si igitur bonæ ſunt humanæ virtutes, & valetudo proſpera corporis, nec prima tantū & incorruptibilia bona promanare à fonte boni oportebat, ſed & media & ultima: eorum quoque bonorum quæ depravarentur, depravationem exſiſtere neceſſe erat. Neque enim eſſentiam principalem habent, ſed iis quæ erant, acceſſionis vice adiuncta fuerunt. Conſideranda hoc loco eſt divinæ bonitatis excellentia, quæ & corporis interitum, quod umbræ inſtar, ut dixi, una cum cauſarum motu neceſſario circumagitur, bonum effecerit: tum ipſis ægris caducíſque corporibus, ratione coniunctionis cum integris elementis & renovationis; tum animis, quorum inſtrumenta ſunt corpora, qui per eum ſanentur: tum quod univerſo illi genito, ad infinitam, ut dictum eſt, diſtributionem ſerviant: & ſe ipſum ab animi vitio, quod ſolum utcunque vitium videretur, liberarit. Primum quod id ut ad bonum neceſſarium, & non ut malum conceſſione quadam rebus adiunctum ſit. Deinde, quod hoc ipſum voluntatem animi ſequi omnino iuſſerit, nec unquam in rerum naturam penetrare, niſi ille vellet. Quamobrem non voluntaria, ut quæ mala non ſint, tam à Deo quam à legibus ignoſcuntur,

καὶ ἔστι τῇ ψυχῇ ἀκούσιόν πως τὸ κακόν. οὐδὲ γὰρ ὡς κακὸν αἱρεῖταί ποτε κακὸν ἡ ψυχὴ, ἀλλ' ὡς ἀγαθῶν τινῶν ὀρεγομένη· ποτὲ μὲν χρημάτων, ποτὲ δὲ σωματικῆς ἀπολαύσεως, ἢ δυναστείας, ἢ τιμῆς. τὸ δὲ συνὸν τούτοις βλαβερὸν ἢ οὐχ ὁρᾷ ὅλως ἢ καταναρκίζεται, ὑπὸ τῆς τῶν ἐρωμένων βιαζομένη ὀρέξεως. οὕτω πανταχόθεν ἐκβέβληται τὸ τελέως κακὸν ἀπὸ τῶν ὄντων. καὶ μᾶλλον ἂν εἴη τὸ μηδαμῶς ὂν, ἤπερ τὸ τελέως καὶ αὐτεξουσίως κακὸν τῆς ἀνθρωπίνης ψυχῆς παρυφίστασθαι. Εἰ δέ τις αἴτιον νομίζει τοῦ κακοῦ τὸν θεὸν, ὡς τὴν αὐτεξούσιον ψυχὴν ὑποστήσαντα, ἧς ἀποτυχία τὸ κακόν ἐστιν· εἰ μὲν κακόν ἐστιν ἡ αὐτοκίνητος καὶ αὐτεξούσιος τῶν ψυχῶν οὐσία, κακοῦ λέγειν αἴτιον ἀνάγκη τὸν ταύτην ὑποστήσαντα· εἰ δ' ἀγαθόν ἐστι, καὶ πολλῶν τῶν ἐν τῷ κόσμῳ ἀγαθὸν μεῖζον καὶ τιμιώτερον, πῶς ἂν εἴη κακοῦ αἴτιος ὁ τὸ ἀγαθὸν ὑποστήσας; Ἐπεὶ οὖν τὸ κατὰ φύσιν αἱρετόν τε καὶ ἐφετόν ἐστι, τίς ἂν ἕλοιτο ἀνθρώπων, καὶ τῶν τῆς ἀνθρωπίνης ἀρετῆς συναισθομένων, φυτὸν εἶναι μᾶλλον, ἢ ὁτιοῦν τῶν ἀλόγων ζώων, ἤπερ ἄνθρωπος; καίτοι καὶ τὰ φυτὰ καὶ τὰ ἄλογα ἀγαθὰ λέγομεν ἐν τάξει τινὶ τοῦ ἀγαθοῦ καὶ τῇ πρὸς ἄλληλα ἐφέσει παρὰ τῶν ἀφωρισμένων. εἰ δὲ καὶ ἐφ' ἡμῖν ἐστι τὸ ἀγαθοῖς ἢ

& malum quodam modo non inest animo voluntarium. Neque enim animus unquam malum tanquam malum amplectitur, ſed ut bona quædam, alias pecuniam, alias voluptatem corporis, aut potentiam aut honorem appetit: noxam vero his adiunctam aut plane non videt, aut negligit, cupiditate adamatarum rerum ſubactus. Sic undecunque eiectum eſt è rerum natura perfecte malum. Ac facilius concedi poſſit, eſſe id quod nullo modo ſit, quam perfectum & arbitrarium aliquod humani animi malum exſtitiſſe. Si quis vero Deum mali auctorem exiſtimet, ut animi conditorem, cuius animi fruſtratio & lapſus malum ſit: ſiquidem per ſe mobilis & libera natura animorum malum eſt, mali dicere auctorem neceſſe eſt huius conditorem. Sin bonum eſt, & multo iis quæ in mundo ſunt bonum maius & honorabilius: qui mali auctor eſſe queat is, bonum qui condiderit? Cum igitur id quod naturæ congruit, & optabile & expetendum ſit: quis mortalium (qui quidem humanam virtutem intellexerit) ſtirps aut quodlibet brutum animal quam homo eſſe malit? Quamvis enim & ſtirpes & brutas animantes bona eſſe dicamus, certo tamē boni ordine, & inferiora bonis cæteris condita, & ad certos uſus à Deo ſunt deſtinata. Iam ſi illud etiam in nobis ſitum eſt, ut vel boni vel

κακοῖς εἶναι, καὶ τούτου τὴν ἐξουσίαν ἡμεῖς ἔχομεν, καὶ ἡμῶν οὐκέτι ἀναγκάσαι οὔτε κωλῦσαι δύναται τὴν αἵρεσιν καὶ τὴν ἔκκλισιν, ἡ μὲν οὐσία αὕτη καὶ ἡ δύναμις ἡ αὐτεξούσιος, σεμνή τις ἐστὶν, ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ μεγαλοπρεπὴς καὶ ἀρχική· καὶ ὁ ταύτην ὑποστήσας ἀγαθός τις καὶ δυνατός ἐστιν. εἰ δὲ αὐτή ποτε δι' ἑαυτὴν παραφέροιτο, κυρία οὖσα τοῦ μὴ παρενεχθῆναι, τίς ἂν ἄλλος τῆς παραφορᾶς αἴτιος λέγοιτο δικαίως, ἢ αὐτὴ ἡ ψυχή, ἀρχή τις οὖσα καὶ αἰτία τοῦ τε ἀγαθοῦ, καὶ τῆς παρατροπῆς αὐτοῦ, καὶ ἀφ' ἧς ἔχει τὴν ἀρχὴν ἡ παρατροπή; τὸ γὰρ ὑποστῆσαν αὐτὴν αἴτιον οὐχ ἁπλῶς παρατρεπόμενον ὑπέστησεν, ἀλλ' ἐὰν αὐτὴ θέλῃ ἀπαράτρεπτον μένουσαν. εἰ οὖν ἡ θέλησις αὐτῆς ἐστι τῆς ψυχῆς ἔνδοθεν οὖσα κίνησις, αὐτὴ ἂν εἴη αἰτία ἑαυτῇ τῆς παρατροπῆς. Καὶ ὅρα τὴν τοῦ θεοῦ μηχανήν. ἐπειδὴ γὰρ ἔδει μεταξὺ τῶν ἀεὶ ὄντων ἄνω καὶ τῶν ἀεὶ ὄντων κάτω γενέσθαι τὰ μέσα, ποτὲ μὲν τοῖς ἄνω, ποτὲ δὲ τοῖς κάτω ὁμοιούμενα, καὶ συνδέοντα τὰ ἄκρα πρὸς τὴν τοῦ παντὸς τελειότητα· ἡ δὲ πρὸς τὰ κάτω ῥοπὴ παρυφισταμένη ἔχει παρατρεπομένην δύναμιν· ἐνδέδωκε τοιαύτην τοῖς μέσοις τούτοις, ὥστε ἀπαράτρεπτα μένειν ὡς ἂν βούλοιτο, καὶ πανταχόθεν αὐτὸς εἴη τις ὁποιασοῦν κακίας ἀναίτιος. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐπὶ πλέον μηκυνθέντα οὐ

mali ſimus, eiuſque rei poteſtas noſtra eſt., neque quicquam eſt quod noſtram vel voluntatem vel declinationem ulla ex parte vel cogere vel prohibere poſſit: hæc natura & vis libertatis (meo quidem iudicio) præclara eſt, & magnifica, & principalis, atque illius auctor bonus & potens. Sin ipſe animus per ſeſe aberrarit, cum ne aberraret penes ipſum eſſet: quis æquius aberrationis illius auctor dicatur, quam ipſe animus, qui principium & cauſa eſt tam boni quam averſionis à bono, quique à ſe ipſo principium habeat averſionis? Nam ea cauſa quæ initio eum fecit, non ſimpliciter talem fecit qui averteretur: ſed eum qui, ſi ipſe vellet, minime averti poſſet. Si ergo voluntas eſt ipſius animi motus internus, ipſe ſibi cauſa erit averſionis. Ac obſerva Dei ſolertiam. Nam cum in medio eorum, quæ ſemper ſurſum, ſemperq; deorſum ſunt, quædam exſiſtere oporteat media, quæ alias ſupernis, alias infernis aſſimilarentur, & extrema cum univerſi perfectione devincirent, nutus vero & propenſio ad inferiora ſuborta vim habet eam quæ averti à recto queat: tantam mediis hiſce vim impertiit, ut quoad ipſa vellent, inconcuſſa manerent, & ipſe undecunque nullius auctor mali convinceretur. Atque hæc prolixius tractata, non

μόνον

μόνον πρὸς τὸ Ἐπικτήτου ῥηθέντα νῦν λόγον ἁρμόζει, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν περὶ τῆς τοῦ κακοῦ ὑποστάσεως, ὃν μετ' ὀλίγον διδάσκει. ἐπεὶ πρός γε τὸ παρὸν ἀρκεῖ καὶ τοῦτο οἶμαι ῥηθὲν, ὅτι ὅταν λέγῃ ὁ Ἐπίκτητος· Θέλε γίνεσθαι τὰ γινόμενα ὡς γίνεται, οὐ περὶ τῆς ψυχικῆς λέγει κακίας, (οὐ γὰρ ἂν εὐροεῖν ἔλεγε σὺν τῇ κακίᾳ τῇ ἑαυτῶν καὶ τῇ τῶν ἄλλων ἀρεσκομένους,) ἀλλὰ περὶ τῶν εἰς τὸ σῶμα καὶ τῶν ἐκτὸς συμβαινόντων, οἷς δύναται ὁ πεπαιδευμένος ὁποῖα ποτ' ἂν ᾖ καλῶς χρήσασθαι, καὶ ὅσῳ ἂν ᾖ σκληρότερα, τοσοῦτο μᾶλλον ὑπ' αὐτῶν ὠφεληθῆναι. καὶ γὰρ ἐκεῖνά ἐστι τὰ γινόμενα, ἅπερ ἀπαίδευτοι ζητοῦμεν ἀκολουθεῖν ταῖς ἡμετέραις ὀρέξεσί τε καὶ ἐκκλίσεσιν· ἀλλ' οὐχὶ αἱ ὀρέξεις αὐταὶ καὶ ἐκκλίσεις, ἐν αἷς τὸ ἀγαθὸν ἡμῶν καὶ τὸ κακόν· αὗται γὰρ ἐφ' ἡμῖν εἰσὶν ὡς βουλόμεθα· τὰ δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν συμβουλεύει μὴ ζητεῖν γίνεσθαι ὡς θέλομεν, ὅτι μήτε κύριοι τούτου ἐσμὲν, μήτε ἀεὶ συμφερόντως ζητοῦμεν· τὰ μὲν ἡδέα πολλάκις, κἂν βλαβερὰ τυγχάνῃ, ζητοῦντες γίνεσθαι· τὰ δὲ σκληρότερα, κἂν ἰατρεῖαι προσάγωνται, παραιτούμενοι.

ad ea ſolum pertinent, quæ nunc ab Epicteto dicuntur: ſed ad ea quoque declaranda, quæ de mali ortu & cauſa paulo poſt idem docebit. Nam in præſentia quidem hoc utique ſatis eſt, cum dicit Epictetus; Velis ea quæ fiunt, ita fieri ut fiunt: eum non loqui de animi improbitate, (neque enim ille dixerit, bene agi cum illis, qui & ſua & aliorum improbitate delectentur) ſed de iis quæ corpori & rebus externis accidant, quibus homo eruditus cuiuſcunque fuerint modi recte uti poſſit, & quo duriora fuerint, eo fructum ex his capere uberiorem. Nam illa ſunt ea quæ fiunt, quæ nos, dum inerudit ſumus, noſtris appetitionibus & declinationibus congruere volumus: non autem ipſæ appetitiones & declinationes, in quibus bonum & malum noſtrum eſt ſitum. Hæ enim penes nos ſunt, noſtrique arbitrii. Quæ autem noſtri iuris non ſunt, ea ſuadet ne ſtudeamus fieri ut volumus, quod id nec penes nos ſit, nec perpetuo nobis expediat: qui ſæpe ea, quibus delectamur, quamvis pernicioſa, fieri cupiamus: aſperiora vero, licet medicinæ loco adhibeantur, recuſemus.

Νόσος σώματός ἐστιν ἐμπόδιον, προαιρέσεως δὲ οὔ, ἐὰν μὴ αὐτὴ θέλῃ. χώλανσις σκέλους ἐστὶν ἐμπόδιον, προαιρέσεως δὲ οὔ. καὶ τοῦτο ἐφ' ἑκάστων τῶν ἐμπιπτόντων ἐπίλεγε. εὑρήσεις γὰρ αὐτὸ ἄλλου τινὸς ἐμπόδιον, σὸν δὲ οὔ.

Εἰπών, ὅτι τὸν βουλόμενον εὐροεῖν οὐ χρὴ ζητεῖν τὰ γινόμενα γίνεσθαι ὡς θέλει, ἀλλὰ θέλειν γίνεσθαι ὡς γίνεται, διὰ τούτων ἅμα μὲν τὸ προκείμενον ἐπιδείκνυσιν, ὅτι εὐφόρως δεῖ φέρειν τὰ ἀπὸ τῶν ἐκτὸς προσπίπτοντα δυσχερῆ· ἅμα δὲ ἔνστασιν, ὡς οἶμαι, λύει τινά. Καὶ ἡ μὲν ἀπόδειξις τοιαύτη τὶς φαίνεται· εἰ μὲν ἡμέτερα ἦν τὰ ἀπὸ τῶν ἐκτὸς προσπίπτοντα δυσχερῆ, ἔδει μὲν καὶ οὕτως, εἴπερ ὠφέλιμα ἦν, εὐκόλως φέρειν αὐτὰ κἂν ᾖ δυσχερέστερα· εἰ δὲ μὴ ἔστιν ἡμέτερα, ἀλλὰ ἕκαστον ἄλλου τινός, τί δυσχεραίνομεν ἐπὶ τοῖς ἀλλοτρίοις; νόσος σώματος ἐμπόδιον· καὶ καλῶς ἐμπόδιον εἶπεν, οὐχὶ κακόν· οὐ γὰρ κακὸν τῷ σώματι ἡ νόσος οὐδὲ ἡ φθορά, ὡς δέδεικται πρότερον, ἀλλ' ἐμπόδιον τῶν ἐνεργειῶν αὐτοῦ καὶ χώλανσις, ἣν αὐτὸς εἶχεν Ἐπίκτητος. διὸ καὶ ἀπὸ ζωῆς, ἀλλ' οὐκ ἀπὸ γλώσσης φθέγγεται μόνον. καὶ ἡ χώλανσις οὖν σκέλους ἐστὶν ἐμπόδιον, καὶ πενία δαπάνης, προαιρέσεως δὲ οὔ, εἰ

Morbus eſt corporis impedimentum : inſtituti non item , niſi ipſum velit. Claudicatio pedis eſt impedimentum , inſtituti non item. Quod ſi ſingulis in rebus quæ incidunt , conſideraris : invenies eas alterius cuiuſpiam rei, non tui, eſſe impedimentum.

Qui res ſecundas ſibi eſſe velit, non id operam dare oportere dixit,ut ea quæ fiunt,ita fiant ut ipſe velit,ſed ut ita fiant ut fiunt.Quibus verbis ſimul id quod nunc propoſitum eſt,indicat,externarum rerum difficultates ferendas eſſe modice : ſimul, ut opinor, quiddam quod obiici poſſit diſſolvit. Ac probatio huiuſmodi fere mihi eſſe videtur. Siquidem noſtri iuris eſſent externæ difficultates: vel ſic, quia nobis expedirent , æquis animis , licet acerbiores,fuerint perferendæ. Si vero noſtri iuris non ſunt, ſed earum quælibet alterius cuiuſdam : quid moleſte ferimus aliena? Morbus corporis eſt impedimentum. Et recte impedimentum dixit , non malum. Neque enim corpori malum eſt morbus aut interitus , ut prius eſt demonſtratum: ſed impedimentum actionum illius eſt claudicatio, qua ipſe præditus fuit Epictetus. Quare verba eius nō ex ore, ſed ex animo depromuntur. Claudicatio igitur pedis eſt impedimentum: paupertas impenſæ , non

μὴ

μὴ αὐτὴ θέλει. εἰ μὲν οὖν σῶμα ἦμεν, ἢ σκέλος, ἢ χρήματα, ἡμῶν ἂν ἦν ταῦτα ἐμπόδιον· εἰ δὲ τούτων μὲν οὐδὲν, ψυχὴ δὲ λογικὴ τῷ σώματι χρωμένη ὡς ὀργάνῳ καὶ τοῖς ἐκτὸς εἰς ὑπηρεσίαν, τὸ δὲ ἀγαθὸν καὶ τὸ κακὸν ἐν προαιρέσει οὐκ ἐμποδίζεται ὑπ' αὐτῶν, δῆλον ὅτι οὐδὲ ἡμεῖς ἐμποδιζόμεθα. οὐδὲ ἡμῶν ἐστιν ἐμπόδιον τῶν ἔξωθεν προσπιπτόντων οὐδὲν, ἀλλ' ἕκαστον ἄλλου τινὸς, ὧν ἡμεῖς οὐδέν ἐσμεν. οὐδὲ ὡς ἐπὶ οἰκείοις χρὴ δυσχεραίνειν αὐτοῖς· συμβαίνει γὰρ οὕτω τὴν προαίρεσιν ἐπ' ἀλλοτρίοις οἰκεῖον ἴσχειν κακὸν, τὴν δυσχέρανσιν. Οὕτω μὲν οὖν οἶμαι τὸ προκείμενον ἀποδέδεικται. ἔνστασιν γὰρ λύει τινὰ ἀπὸ τοῦ συμφέροντος ὡς οἶμαι, κατὰ τοὺς τῶν ῥητόρων δεινούς. φαίη γὰρ ἄν τις μηδὲ συμφέρον εἶναι τὸ νοσεῖν, ἢ τὸ πένεσθαι. τίς γὰρ νοσῶν, δύναται τὰς κατὰ φύσιν ἐνεργείας ἀποδιδόναι; τίς δὲ πάνυ πενόμενος, οὐκ ἀναγκάζεται τῷ πορισμῷ τῶν ἀναγκαίων προσκαρτερεῖν; Λύει οὖν ταύτην τὴν ἔνστασιν ἐκ τοῦ, τὴν νόσον καὶ τὴν πενίαν, καὶ τὰς τοιαύτας περιστάσεις μὴ εἶναι προαιρέσεως ἐμπόδια, καθ' ἣν οὐσίωται ἄνθρωπος, καὶ καθ' ἣν τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ κακόν. τίς γὰρ κωλύει τὸν νοσοῦντα τὰ μὲν κατὰ φύσιν αὐτῷ αἱρεῖσθαι, τὰ δὲ κατὰ φύσιν ἐκκλίνειν; τί δὲ ἡ ἄκρα πενία ἠνάγκασε τῶν μὴ καλῶν καὶ ἀγαθῷ ἀνδρὶ πρεπόντων ποιῆσαι; οὐχὶ

voluntatis niſi ipſa velit. Quod ſi corpus eſſemus, aut pes, aut pecunia, noſtrum iſta eſſent impedimentum. Quia vero nihil horum ſumus, ſed animus rationis particeps, corpore pro inſtrumento utens & rebus externis ad miniſterium: & quia bonum & malum in voluntate ſitum, ab iſtis non impeditur: ne nos quidem impediri conſtat, neque noſtrum eſſe impedimentum quicquid extrinſecus acciderit, ſed ſingula alterius alicuius, quorum nos nihil ſumus: eoque ob illa non ſuccenſendum, quaſi noſtra eſſent. Ita enim fit, ut voluntas ob res alienas ſuo laboret malo, ægritudine. Et ſic id quod propoſitum eſt, demonſtratum eſſe arbitror. Solvit enim id quod ab utili obiici queat, ut Rhetores dicũt. Dixerit enim aliquis, ægrotare, aut egere, non eſſe utile. Quis enim ægrotãns muneribus naturæ fungi poteſt? Quis in extrema inopia quærendo victui invigilare non cogitur? Hoc igitur argumentum ſolvit, quod morbus, paupertas & id genus incommoda, non ſint impedimenta voluntatis, à qua tum natura hominis, tum bonum & malum pendeat. Quis enim vetat ægrotantem naturæ ſuæ amplecti conſentanea, declinare contraria? Extrema vero inopia, quomodo impellet ſuſcipere aliquid bono viro indignum? An non

ἢ καὶ Διογένης, καὶ Κράτης, καὶ Ζήνων τότε γνησίως ἐφιλοσόφησε, καὶ τὸν κατὰ φύσιν ἥκοντα τοῖς ἀνθρώποις βίον, καὶ τὸν ἐν τῇ λιτότητι πλοῦτον τότε μάλιστα τοῖς ὁρᾷν δυναμένοις ἐπεδείξαντο, ὅτι τὴν ἄκραν ἀκτημοσύνην ἀντὶ τῆς εὐπορίας ἠλλάξαντο; τίς γὰρ οὐκ ἀγαπᾷ τρέφειν τὸν τοιοῦτον, λαμβάνειν χάριν μᾶλλον ἤπερ διδόναι νομίζων; καὶ τί νῦν ἄλλων δεόμεθα παραδειγμάτων; ὅτε αὐτὸς ὁ ταῦτα λέγων Ἐπίκτητος, καὶ δοῦλος ἦν, καὶ τὸ σῶμα ἀσθενὴς, καὶ χωλὸς ἐκ νέας ἡλικίας, καὶ πενίαν ἀκροτάτην ἐπετήδευσεν, ὡς τὸ ἐν Ῥώμῃ οἴκημα αὐτοῦ μηδέποτε κλείθρου δεηθῆναι, ἅτε μηδὲν ἔνδον ἔχον, εἰ μὴ τὴν στιβάδα καὶ τὴν ψίαθον, ἐφ᾽ ὧν ἐκάθευδε. καὶ οὗτός ἐστιν ὁ λέγων· Χώλανσις σκέλους ἐμπόδιον, προαιρέσεως ἢ οὔ, ἐὰν μὴ αὐτὴ θέλῃ· ἀπὸ ζωῆς προφέρων τοὺς λόγους, καὶ οὐχὶ τὰ ἐπαινεῖσθαι δοκοῦντα σπουδάζων λέγειν· ὅπερ οἱ πολλοὶ ποιοῦσιν ἡμῶν. διὸ καὶ οὕτως εἰσὶ δεκτικοὶ τῶν εὐμοίρων ψυχῶν οἱ τοῦδε τοῦ ἀνδρὸς λόγοι.

non & Diogenes & Crates & Zeno tum germane philoſophati ſunt, vitamque naturæ humanæ conſentaneam & tenuitatis divitias, oculatis quidem hominibus tum vel maxime demonſtrarunt, copiis & opibus cum extrema inopia commutatis? Quis vero talem virum æquo animo non alat? Quis non accipere ſe potius quam dare beneficium exiſtimet? Atque adeo, quid alia exempla requirimus? cum is ipſe qui hoc dicit Epictetus, & ſervus fuerit, & infirmo corpore, & ab ineunte ætate claudus, & extremæ paupertatis ita ſtudioſus, ut eius domuncula Romæ nullis unquam clauſtris eguerit, ut in qua nihil eſſet præter lectulum & culcitram in quibus dormiret. Et is eſt qui dicit, Claudicationem pedi eſſe impedimento, non voluntati: niſi ipſa voluerit; oratione è vita ſua depromta. nec in eo laborat, ut illa proferat quæ vulgo laudantur, id quod plerique facimus. Quare huius viri ſermones felicium animorum ſpecimen germanum exhibent.

ΚΕΦ.

ΚΕΦ. ιδʹ.

Ἐφ' ἑκάστου τῶν προσπιπτόντων μέμνησο ἐπιστρέφων πρὸς ἑαυτὸν ζητεῖν, τίνα δύναμιν ἔχεις πρὸς τὴν χρῆσιν αὐτοῦ. ἐὰν καλὸν ἴδῃς, ἢ καλήν, εὑρήσεις δύναμιν πρὸς ταῦτα ἐγκράτειαν. ἐὰν πόνος προσφέρηται, εὑρήσεις καρτερίαν. ἐὰν λοιδορία, εὑρήσεις ἀνεξικακίαν. καὶ οὕτως ἐθιζόμενόν σε οὐχ ἁρπάσουσιν αἱ φαντασίαι.

ΕΞΗΓΗΣΙΣ.

Μεγάλα προτείνας τινὰ, καὶ ἀδύνατα δοκοῦντα εἶναι πολλοῖς, ὡς τὸ τὴν νόσον τοῦ σώματος ὡς ἀλλότριον κακὸν περιβλέπειν, καὶ θέλειν γίνεσθαι τὰ γινόμενα, ὡς γίνεται· καὶ ὑπὲρ μὲν τῶν ἡδέων τῶν προσπιπτόντων ἔξωθεν μὴ δελεάζεσθαι, ὑπὸ δὲ τῶν λυπηρῶν μὴ ταπεινοῦσθαι· εἰκότως προτίθεται δεῖξαι ὅτι δυνατὰ ταῦτά ἐστι, καὶ οὐκ ἀδύνατα προσταττόμεθα. καὶ δείκνυσιν, ὅτι τὴν ψυχὴν ποιήσας τὴν ἀνθρωπίνην, οὐκ ἀεὶ ἄνω πεφυκυῖαν μένειν, ὡς τὰς ἀγγελικὰς, καὶ ἔτι πρότερον τὰς θείας, ἀλλὰ καὶ εἰς γένεσίν ποτε καταβαίνουσαν, καὶ τοῖς τοιούτοις ὁμιλοῦσαν, δυνάμεις ἔδωκεν αὐτῇ καθ' ἕκαστα, πρὸς ἃς δυνήσεται ἀβλαβὴς ἀπὸ τῶν τοιούτων διαβαίνειν καὶ ὑπερανέχειν αὐτῶν· πρὸς μὲν τὰ ἡδέα δοκοῦντα, ἐγκράτειαν·

CAP. XIV.

Qvicquid inciderit, in eo ad te conuerſus, inquirere memento, qua facultate ſis ad uſum eius inſtructus? Si quem formoſum formoſamve videris: ad eam rem temperantiæ facultas in promtu erit. Si labor obiectus fuerit, tolerantiam reperies. Si convicium, patientiam invenies. Quod ſi te ita conſuefeceris, viſis non obtemperabis.

COMMENTARIUS.

Magna quædam propoſuit, quæque multis non poſſe fieri videntur: cuiuſmodi eſt, morbum corporis ut alienum malum eſſe deſpiciendum: velle quemque debere, ut ea quæ fiunt, ita fiant ut fiunt: item nec externarum rerum ſuavitatibus nos demulceri, neque moleſtiis affligi oportere. Merito igitur nunc oſtendere inſtituit, fieri iſta poſſe, nec negata eſſe naturæ humanæ quæ præſtare iubeamur. Oſtendit autem hoc modo: Humanum animum ſic eſſe conditum, ut non ſemper ſupra maneat, ut angelicæ, & præ his divinæ mentes: ſed ut & ad ortum aliquando deſcendat, & huiuſmodi rebus conflictetur. Datas igitur unicuique vires & facultates, quibus permanere incolumis, illæſque res vincere & ſuperare poſſit: adverſus opinionem rerum iucundarum, continentiam; (Dixit autem continentiam, & non

(καὶ οὐκ εἶπε σωφροσύνην, ἀλλ' ἐγκράτειαν· ἐπειδὴ πρὸς τοὺς ἔτι παιδευομένους ἐστὶν ἡ προαίρεσις·) ὑφ' ὧν κινεῖται μὲν τὰ πάθη καὶ ἀμφισβητεῖ πρὸς τὸν λόγον· ἡττᾶται δὲ ὅταν ἡ παιδεία ἀνύσιμος ᾖ. Καὶ τοῦτό ἐστι τὸ ἐγκρατὲς τῆς ζωῆς εἶδος. ὡς ὅταν γε μὴ κρατῇ τοῦ πάθους ὁ λόγος αὐτὸς ἡττώμενος, ἀκρατὴς ἡ διάθεσις λέγεται. ἐπὶ δὲ τῶν τελέως πεπαιδευμένων τὸ παθητικὸν ὅπερ ἐν ἡμῖν παιδικὸν καθέστηκε, τελέως καὶ ἀναμφισβητήτως ὑποκέκλιται τῷ λόγῳ, ὡς ὑπ' ἐκείνων κινεῖσθαι μόνον ἐφ' ὧν ὁ λόγος προστάξει, καὶ ὅτε, καὶ ἐφ' ὅσον. καὶ ἔστι τοῦτο σωφροσύνη, σωτηρία, καὶ ὑπεροχὴ τοῦ ἐν ἡμῖν φρονοῦντος. μερίζεται γὰρ τοῦτο τοῖς πάθεσιν ὑποκλινόμενον, καὶ διασπώμενον ὑπ' αὐτῶν· ζῶον δὲ μένει καὶ ὁλόκληρον, ὑπερέχον τῶν παθῶν. πρὸς δὲ τὰ ἐπίπονα καὶ τὰ λυπηρὰ τοῖς μὲν πεπαιδευμένοις ἀνδρεία πάρεστιν, οὐδὲ παρελθεῖν εἴσω τῶν τῆς ψυχῆς προθύρων συγχωροῦσα λύπην, ἀλλὰ τὰ ἐπίπονα πάντα ὡς γυμνάσιον αὐτῇ προτεινόμενον, ἀλύπως καὶ ἀθλίπτως ἐκπονοῦσα. τοῖς δὲ παιδευομένοις καρτερία, πρὸς τὰ συμβαίνοντα λυπηρὰ γενικῶς ἀνθισταμένη, καὶ ποιοῦσα μὴ καταπίπτειν τὴν ψυχὴν, ἀλλὰ μάχεσθαι, καὶ ἀμύνεσθαι τὰς τῆς λύπης πληγάς. ἡ γὰρ ἔντονος τῆς καρτερίας ἀντίταξις, τὸν μὲν λόγον ποιεῖ νικᾶν, τὸ δὲ πάθος ἡττᾶσθαι. καὶ τούτου πολλάκις γινομένου μετὰ φρονήσεως, συνεθί-

temperantiam, quia cum iis qui adhuc erudiuntur ſermo inſtitutus eſt;) in quibus commoventur quidem affectus, & cum ratione certant; ſed vincuntur, ſi ratio efficax fuerit. Atque hoc eſt continens vitæ genus. quemadmodum cum non vincit affectum ratio, ſed ipſa vincitur: is habitus incontinens dicitur. In iis vero qui perfecte ſunt eruditi, affectiones, quæ puerile quiddam in nobis ſunt, perfecte & citra controverſiam rationi parent, ut ab iis tantum moveantur quæ ratio iuſſerit, & quando & quatenus: eſtque temperantia incolumitas & dominatus rationis noſtræ. Dividitur enim hæc, cum ab affectibus ſubigitur, ab eiſque diſcerpitur: viva vero manet & integra, cum affectiones ſuperat. Ad res porro laborioſas & moleſtas eruditis fortitudo præſto eſt, quæ dolorem ne ad veſtibulum quidem animi accedere patiatur, ſed omnia aſpera tanquam exercitationis ergo ſibi obiecta, ſine moleſtia & afflictatione perferat. Iis autem qui erudiuntur tolerantia ſuccurrit, abiectis moleſtiis generoſe reſiſtens, atque efficiens ne animus concidat, ſed pugnet & propulſet doloris ictus. Nam acris tolerantiæ adverſatio victoriam rationi confert, perturbationi cladem. Quæ ſi ſæpe adhibita cum prudentia fuerit, perturbatio

ζεται

ζεται τὸ πάθος ὑπακούειν τῷ λόγῳ, καὶ μὴ ἀντιτείνειν πεπαιδευμένον. καὶ οὐκ ἔτι χρεία τὸν λυπούμενον καρτερεῖν. οὐδὲ λυπεῖται ἔτι ὁ τοιοῦτος. οὐδὲ γὰρ ὀρέγεταί τινος, οὐδ' ἀποτυγχάνει, οὔτε ἐκκλίνει τὶ ᾧ περιπίπτει. Πᾶσα δὲ λύπη ἐπὶ τούτοις συμβαίνει· πρὸς δὲ λοιδορίαν φησὶν εὑρήσεις αὐτὴν ἀμυντήριον τὴν ἀνεξικακίαν. οὔτε γὰρ πόνον οὔτε θλίψιν τῇ ἑαυτῆς φύσει ἡ λοιδορία τοῖς λοιδορουμένοις, ἀλλὰ τὸ δόγμα τὸ ἐν ἡμῖν ἢ κενόδοξον ἢ θυμοειδές· τοσοῦτον δὲ μόνον ποιεῖ καταγινώσκειν τοῦ λοιδοροῦντος. Ἵνα οὖν μὴ μετὰ πάθους ἡμετέρα κατάγνωσις γένηται, γινώσκειν μὲν χρὴ τὴν τοῦ λοιδοροῦντος κακίαν. ἢ γὰρ ψευδῶς λοιδορεῖ, ἢ δι' ἔχθραν τινά· ἀνέχεσθαι δὲ αὐτῆς ὡς οὐδὲν ἡμᾶς βλαπτούσης· τάχα δὲ τῆς μὲν κακίας τοῦ λοιδοροῦντος ἀνέχεσθαι, ἐννοοῦντας ὅτι αὐτὸς ὁ βεβλαμμένος ἐστὶν ὁ τὴν ἑαυτοῦ προαίρεσιν, ταὐτὸν δὲ εἰπεῖν, ἑαυτὸν κακύνας. ἀπὸ δὲ τῆς λοιδορίας καὶ ὠφελεῖσθαι πάντως· προφανῶς μὲν, εἰ εἴη ψευδής· εἰ δὲ καὶ ἀληθὴς ᾖ, ὅτι ἐκφαίνει τι τῶν ἡμετέρων κακῶν, καὶ ἀγνοούμενον παρ' ἡμῶν, ἢ γινωσκόμενον μὲν, νομιζόμενον δὲ λανθάνειν τοὺς ἄλλους. ἱκανὸν γάρ ἐστι τοῦτο ἀποστρέφειν τοὺς ἀρχομένους παιδεύεσθαι,

aſſueſcit parere rationi, & non adverſari: quippe iam erudita. Neque iam opus eſt, ut cum moleſtia toleretur aliquid. Neque enim qui talis eſt, adhuc dolet. Neque enim appetit quicquam, neque fruſtratur ulla re, neque declinat quicquam in quod incidit. Omnis autem dolor hiſce de cauſis excitatur. Ad convitium porro propulſandum patientia præſto erit. Neque enim laborem, neque afflictationem ſuapte natura convitium iis qui id audiunt infert, ſed decretum quod in nobis eſt ſive vanum, ſive iracundum. Illud quidem tantum facit ut improbet convitiatorem. Ne igitur ex affectu noſtro improbatio illa fiat: cognoſcenda quidem eſt convitiatoris improbitas, (aut enim falſo conuitiatur; aut ob ſimultatem aliquam,) ipſum vero convitium ferendum, cum nihil nobis noceat. Quid vero ſi convitiatoris improbitas vel hac de cauſa, quod is ipſe læditur, ferenda eſt, qui voluntatem ſuam, hoc eſt, qui ſe ipſum contaminarit? E convitio autem etiam fructus aliquis eſt capiendus, iſque haud dubius, ſi falſum id fuerit. Atque adeo etiam ſi verum fuerit, quod malum aliquod noſtrum retegit, aut nobis ignotum, aut ut notum ſit, eiuſmodi tamen, quod latere alios putemus. magnam enim hoc vim habet ad tirones eruditionis cohibendos,

καὶ μήπω διὰ μόνον τὸ ἀγαθὸν, ἀλλὰ καὶ διὰ φιλοτιμίαν τῶν ῥυπαροτέρων κρατοῦντας παθῶν. χρήσιμος γὰρ πρὸς τὴν τῶν ἄλλων παθῶν διόρθωσιν ἡ φιλοτιμία. διὸ καὶ ἔσχατος λέγεται χιτὼν τῶν παθῶν ἡ φιλοτιμία· ὅτι τὰ ἄλλα πάθη συνεργούσης αὐτῆς ἀποδυσαμένη ἡ ψυχὴ, ἐσχάτην ἀποδύεται ταύτην, εἰς αὐτὸ λοιπὸν τὸ ἀγαθὸν ἀπογυμνουμένη. Χρὴ οὖν φησὶν ἐφ' ἑκάστου τῶν ἔξωθεν προσπιπτόντων καὶ πρὸς τὸ ἐκτὸς ἑλκόντων μὴ συναρπάζεσθαι εὐθὺς ἀπὸ τῆς φαντασίας αὐτοῦ, ἢ ἀγαθὸν τὸ προσπίπτον ἢ κακὸν λεγούσης· μηδὲ ὄρεξιν ἢ ἔκκλισιν εὐθὺς κινεῖν, ἀλλὰ τὴν ἐν ἡμῖν οὖσαν συμμαχίαν ἐγείροντα, καὶ προσκαλεσάμενον σὺν ἐκείνῃ, καὶ δι' ἐκείνης ἀμύνεσθαι τὰ προσπίπτοντα.

ΚΕΦ. ιε΄.

ΜΗδέποτε ἐπὶ μηδενὸς εἴπῃς, ὅτι ἀπώλεσα αὐτὸ, ἀλλ' ὅτι ἀπέδωκα. τὸ παιδίον ἀπέθανεν; ἀπεδόθη. ἡ γυνὴ ἀπέθανεν; ἀπεδόθη. τὸ χωρίον ἀφῃρέθη; οὐκ οὖν καὶ τοῦτο ἀπεδόθη. ἀλλὰ κακὸς ὁ ἀφελόμενος. τί δέ σοι μέλει, διὰ τίνος σε ὁ δοὺς ἀπῄτησε; ἂν διδῷ, ὡς ἀλλοτρίου αὐτοῦ ἐπιμελοῦ, ὡς τοῦ πανδοχείου οἱ παριόντες.

ἘΞΗΓΗΣΙΣ.

ΕἸπὼν περὶ τῆς τῶν ἐκτὸς προσλήψεως καὶ περιπτώσεως, τίνα τε καὶ ὅπως χρὴ λαμβάνειν, καὶ ὅπως δεῖ τοῖς ἔξωθεν περιπίπτουσιν ἡδέσι τε καὶ λυπηροῖς κεχρῆσθαι, περὶ τῆς ἀποβολῆς αὐτῶν

qui nondum propter ſolum bonum, ſed & ex ambitione ſordidiores affectus moderantur. Utilis enim eſt ad affectuum qui in nobis vigent, correctionem ambitio. Unde extrema tunica perturbationum ambitio dicitur, quod reliquis perturbationibus ipſa adiutrice exutus animus, hanc poſtremam exuit, ut tandem ad ipſum bonum nudus perveniat. Non debemus igitur (inquit) à quolibet externo caſu nos ad res externas trahente; ſtatim aſſentiri viſo eius, quo id quod accidit bonum malumve dicitur, neque appetitionem aut declinationem ſtatim commovere: ſed iis auxiliis, quæ intra nos habemus, accitis & adhibitis, quicquid inciderit propulſare.

CAP. XV.

NUnquam te quicquam perdidiſſe dicito, ſed reddidiſſe. Filiolus obiit? Redditus eſt. Prædium eſt ereptum? An non id quoque eſt redditum? At imbrobus eſt qui eripuit. Quid id tua refert, per quem is qui dederat, abs te repetierit? Sed quandiu conceſſerit, tanquam alienum, id curato, ut cauponam viator.

COMMENTARIUS.

DE rebus externis uſurpandis, deque rerum quarundã eventu locutus, & ut rebus oblatis tam ſuavibus quam moleſtis utendũ ſit: nunc quemadmodum iis amiſſis

νιῷ λέγει, πῶς χρὴ ἐπ' αὐτῇ διατίθεσθαι. Ἐπεὶ οὖν ὁ μὲν τὰ ἴδια ἑαυτοῦ νομίζων ἀπολλύναι, οὐ δύναται μὴ καὶ λυπεῖσθαι, καὶ τὸν ἀφελόμενον μέμφεσθαι· ὁ δὲ τὰ ἀλλότρια ἀποδιδοὺς, εἰ μὴ πάνυ ἀγνώμων εἴη, οὔτε λυπεῖται οὔτε μέμφεται τῷ τὰ οἰκεῖα ἀναλαμβάνοντι· ἔστι δὲ τὰ ἐκτὸς οὐχ ἡμέτερα, διὸ οὐδὲ ἐφ' ἡμῖν ἐστιν, ἀλλ' ἡμέτερα μόνα, ὄρεξίς ἐστι καὶ ὁρμὴ καὶ ἔκκλισις, ἐν οἷς τὸ ἀγαθὸν ἐστι καὶ τὸ κακὸν τὸ ἡμέτερον· χρὴ περὶ τῶν ἐκτὸς, ὡς περὶ ἀλλοτρίων βεβαίως διακείμενον πρόχειρον ἔχειν τοῦτο. ἔσται δὲ πρόχειρον, εἰ μὴ μέχρι τῶν ὀνομάτων ὡς ἐπ' ἀλλοτρίοις διακείμεθα, καὶ συνεθίζωμεν ἑαυτοὺς μέχρι καὶ τούτων. Ὁ μὲν οὖν τοῦ παιδίου ἀποθανόντος οἰμώζων, καὶ λέγων χαλᾶσαι αὐτὸν, δῆλός ἐστιν ὡς ἐπ' ἰδίῳ πρότερον διακείμενος· καὶ διὰ τοῦτο ἀπώλειαν καλῶν τὴν ἀφαίρεσιν, καὶ δυσχεραίνων ἐπ' αὐτῇ, καὶ δῆλος ὁ τοιοῦτός ἐστιν, εἴπερ ἠδύνατο, καὶ ἀμύνεσθαι τὸν ἀφελόμενον θέλων. ὁ δέ γε ὡς ἀλλότριον ἀποδεδωκέναι νομίζων, οὔτε ἑαυτὸν θλίβει, οὔτε αἰτιᾶται τὸν ἀναλαβόντα ὃν δέδωκε. Καὶ ὅρα οἷον διὰ τούτων ἡμῖν ἐπιδείκνυσιν ὁ Ἐπίκτητος· ὅτι οὐ μόνον ἡ ἔννοια τὴν ἑαυτῆς διάθεσιν ἐντίθησι τῷ προφερομένῳ ἐξ αὐτῆς λόγῳ, ἀλλὰ καὶ οἱ λόγοι τὰς ἐννοίας πρὸς ἑαυτοὺς διατιθέασι. χρὴ οὖν φησὶ καὶ τοῖς ὀνόμασι τῶν ἀλλοτρίων καλεῖν τὰ ἐκτὸς, ἵνα καὶ ἀπὸ τούτων

affecti eſſe debeamus, docet. Ut autem is qui ſua ſe retur amittere, non doleat, & ereptorem accuſet, fieri nequit. Qui vero aliena reddit, niſi plane ſit iniurius, neque dolet, neque ſuccenſet ſua repetenti. Res externæ porro noſtræ non ſunt, eoque nec in poteſtate noſtra ſitæ: ſed ſola hæc noſtra ſunt, deſiderium, appetitio & declinatio, in quibus bonum & malum noſtrum ſitum eſt. Quæ cum ita ſint, plane perſuaſum atque in promtu habere debemus, res omnes externas nobis eſſe alienas. Erit autem in promtu, ſi non verbotenus duntaxat pro alienis ea habuerimus, ſed nos ad rem ipſam conſuefecerimus. Qui igitur filio mortuo plorat, eoque ſe privatum queritur: eum apparet ſic affectum eſſe, quaſi eum prius ſuum fuiſſe ſenſiſſet. eaque de cauſa amiſſionem vocat reſtitutionem, eamque moleſte fert: nec obſcurum eſt, talem, ſi poſſet, ulturum eſſe ereptorem. Qui vero ſe alienum reſtituiſſe putat, nec ſe ipſum affligit, nec eum accuſat qui repetiit id quod dederat. Obſervabis autem quid nobis per hæc oſtendat Epictetus: quod non modo cogitatio ſuam affectionem orationi quæ ab ea profertur imprimat, ſed etiam verbis excitentur cogitationes, atque afficiantur. Sunt igitur (inquit) res externæ alienæ appellãdæ, ut ipſis nominibus admoniti

ὡς ἐπ' ἀλλοτρίοις διατεθώμεθα· καὶ μέντοι καὶ χρῆσθαι αὐτοῖς ὡς ἀλλοτρίοις, ἀεὶ τοῦτο περὶ αὐτῶν ἐννοοῦντας. καὶ ἐπειδὴ αἱ περὶ αὐτὰ φροντίδες καὶ ἐπιμέλειαι τὴν περὶ αὐτὰ συμπάθειαν αὔξουσι, καὶ ταύτας ὡς ἀλλοτρίων φησὶ χρὴ ποιεῖσθαι, καὶ ἐπιμελεῖσθαι μὲν αὐτῶν, οὐχὶ ῥαθυμεῖν προσήκει· οὐ μέντοι ὡς ἰδίων οὐδ' ὡς ἀναφαιρέτων, ἀλλ' ὡς τοῦ πανδοχείου οἱ παριόντες, ἀλλότριόν τε αὐτὸ ἡγούμενοι, καὶ μετ' ὀλίγον ἀπολείπειν ἐλπίζοντες αὐτό, ἕως δ' ἂν παρῶσι, τῆς εὐχρηστίας αὐτοῦ κατὰ τὸ δυνατὸν φροντίζοντες. Καλῶς δέ, ἕως ἂν διδῷ, εἶπεν· ἵνα πρόχειρον ὑπάρχῃ τό, ὑπ' ἄλλου δεδόσθαι αὐτὸ τοῦ ἀφαιρουμένου. Ἐπειδὴ δέ τινες καὶ τοὺς τρόπους τῆς ἀφαιρέσεως εἰς προσθήκην λύπης ἐκτραγῳδοῦσι· διὰ τί με οὕτως ἢ τοιῶσδε ἀφείλετο; διὰ τί δὲ οὕτως ἐτελεύτησε τὸ παιδίον ἢ ἡ γυνή; ἤθελον εἰ πυρετῷ καὶ μὴ σπασμῷ· ὅμοιόν ἐστι φησὶ τοῦτο τῷ δυσχεραίνειν· διατί ὁ δοὺς μοι τόδε τι διὰ τοῦδέ τινος αὐτό, ἀλλὰ μὴ διὰ τοῦδε ἀφείλετο; καίτοι τὸν δεδωκότα καθ' ὃν ἠβουλήθη τρόπον, καὶ ἀναλαβεῖν ὡς ἐβούλετο πρέπει. Καὶ αὐτὸς ὁ Ἐπίκτητος ἐπὶ τῶν τὰς μεγίστας συμπαθείας κινούντων, τέκνου καὶ γαμετῆς ἐποιήσατο τὸν λόγον· πρὸς ἃ παραβαλλόμενα τὰ ἄλλα, καὶ ὑπὸ τῶν τυχόντων καταφρονεῖται. ἀλλ', ὅπερ αὐτὸς καὶ πρότερον εἶπε, καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς ἐρεῖ, ἀπὸ τῶν μικρῶν ἄρχεσθαι χρή. ἔκλεψέ τις τὸ κερμάτιον, ἀφείλετο τὸν οἰκέτην,

alienas, eas iudicemus, iiſque tanquam alienis utamur, & hoc ipſum ſemper de eis ſentiamus. Et quoniam earum cura & ſtudium, amorem etiam erga illas auget; hæ quoque ut rebus alienis adhibendæ ſunt: curandæ ſunt illæ quidem, non negligendæ: ſed non ita curandæ, quaſi propriæ, quæque eripi nequeant: ſed ut diverſorium viatores, qui & alienum id eſſe norunt, ſeque ſtatim id relicturos cogitant, dum vero adſunt, commoditatis eius pro virili rationem habent. Præclare autem, QUÆ DEDERIT, inquit: ut in promtu ſit, ab alio eſſe data, eadem erepturo. Quia vero ſunt, qui etiam ereptionis modos ad augendum moleſtiam exaggerent: Quare mihi ſic, aut illo modo eripuit? Cur ſic periit puer, aut uxor? Facile ferrem, ſi febre, non convulſione deceſſiſſet? Perinde eſt (inquit) iſtud, ac ſi moleſte feras, quod is qui dederat, per hunc illud, non autem per alium eripuerit. Enimvero cum qui ſuo arbitratu dedit, etiam ſuo arbitratu repetere decet. Exempli autem loco protulit Epictetus ea quæ maximam commiſerationem movent, liberos, uxorem: cum quibus reliqua comparata, vel à quibuſlibet contemnuntur. Sed quod ipſe prius dixit, quodque poſt repetet, à parvis auſpicandum eſt. Furatus eſt aliquis pecuniam: ademit ſervulum

ἢ τὴν

ἢ τὴν οἰκίαν, ἢ λοιπὸν καὶ τὰ ὑπάρχοντα ἐδήμευσε, μὴ εἴπῃς ὅτι ἀπώλεσα αὐτὰ, ἀλλ' ὅτι ἀπέδωκα.

ΚΕΦ. ιϛʹ.

Εἰ προκόψαι θέλεις, ἄφες τοὺς τοιούτους ἐπιλογισμούς. Ἐὰν ἀμελήσω τῶν ἐμῶν, οὐχ ἕξω διατροφάς. ἐὰν μὴ κολάσω τὸν παῖδα, πονηρὸς ἔσται. Κρεῖσσον γάρ ἐστι λιμῷ ἀποθανεῖν ἄλυπον, καὶ ἄφοβον γενόμενον, ἢ ζῆν ἐν ἀφθόνοις ταρασσόμενον. κρεῖττον δὲ τὸν παῖδα κακὸν εἶναι, ἢ σὲ κακοδαίμονα. Ἄρξαι τοιγαροῦν ἀπὸ τῶν σμικρῶν. ἐκχεῖται τὸ ἐλάδιον, κλέπτεται τὸ οἰνάριον, ἐπίλεγε, ὅτι τοσούτου πωλεῖται ἀπάθεια, τοσούτου ἀταραξία. προῖκα δὲ οὐδὲν περιγίνεται. Ὅταν δὲ καλῇς τὸν παῖδα, ἐνθυμοῦ ὅτι δύναται μὴ ὑπακοῦσαι, καὶ ὑπακούσας, μηδὲν ποιῆσαι ὧν θέλεις. ἀλλ' οὐχ οὕτως ἐστὶν αὐτῷ καλῶς, ὅλως δὲ σοὶ καλῶς, ἵνα ἐπ' ἐκείνῳ ᾖ τὸ σὲ μὴ ταραχθῆναι.

ΕΞΗΓΗΣΙΣ.

Εἰπὼν ὅτι οὕτω χρὴ τῶν ἐκτὸς ἐπιμελεῖσθαι ὡς ἀλλοτρίων, καὶ ὡς τοῦ πανδοχείου οἱ παριόντες· ἀκούει τινῶν πρὸς τοῦτο λεγόντων· ἀλλ' ἂν ἀμελήσω τῶν ἐμῶν, οὐχ ἕξω διατροφάς· ἂν μὴ κολάσω τὸν δοῦλον, πονηρὸς ἔσται. Πρὸς οὓς ἀποκρίνεται, τὴν ἐξ ἀρχῆς ἔνστασιν φυλάττων τοῦ λόγου, τὴν τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ κακὸν τὸ ἡμέτερον ἐν τοῖς ἐφ' ἡμῖν τιθεῖσαν, καὶ οὔτε ἐν τῷ σώματι οὔτε ἐν τοῖς ἐκτός. Ἔστι δὲ ὁ λόγος πρὸς τοὺς ἔτι πε-

aut ædes, atque etiam rem familiarem publicavit; ne dicas ea te perdidiſſe, ſed reddidiſſe.

CAP. XVI.

SI proficere ſtudes, iſtiuſmodi cogitationes miſſas facito: Si mea neglexero, non erit unde vivam. Niſi puerum caſtigaro, malus erit. Præſtat enim perire fame, timoris ac moleſtiæ expertem: quam copiis omnium rerum circumfluentem, animo vivere perturbato. Et puerum malum eſſe præſtat, quam te infelicem. A parvis igitur auſpicare. Oleum effunditur? villum ſurripitur? Subiice tibi: Tanti venit tranquillitas, tanti conſtantia: gratis autem nihil acquiritur. Cum vero puerum vocas, fieri poſſe cogita, ut preſto non ſit: & , ut ſit, nihil agat ex animi tui ſententia. Neque vero ei tam bene ſit, ut tuarum perturbationum habeat ille poteſtatem.

COMMENTARIUS.

RES externas pro alienis curandas eſſe, & ut diverſorium à prætereuntibus, præcepit. Audit autem dicere quoſdam: Si mea neglexero, non erit unde vivam. Niſi caſtigaro ſervum, improbus erit. His reſpondet, primum ſermonis inſtitutum obſervans, quo bonum & malum noſtrum in rebus quæ in noſtra poteſtate ſitæ ſunt collocatur, non autem in corpore, neque in rebus externis. Pertinet autem ad eos oratio qui adhuc eru-

παιδευ-

παιδευομένους, οὔπω τοιαύτην ἕξιν ἔχοντας, ὡς δύνασθαι καὶ ἑαυτῶν ἅμα καὶ τῶν ἐκτὸς ἐπιμελεῖσθαι ἀβλαβῶς. τοῦτο γὰρ τοῖς ἤδη πεπαιδευμένοις ὑπάρχει, οἵτινες ἐν ἀσφαλείᾳ ἑαυτοὺς ἱδρύσαντες, τὴν ἐν αὐτοῖς ἀλογίαν ὑποτάξαντες τῷ λόγῳ, οὐ δεδοίκασιν ἔτι, μή πως ἔξω νεύοντες, ὑπὸ τῶν ἀλόγων ὀρέξεων πρὸς τὰ ἐκτὸς περισυρθῶσι, καὶ τὴν ἐκείνων ἀταξίαν καὶ ταραχὴν εἰσδέξωνται. μένοντες γὰρ ἐν ἑαυτοῖς οὗτοι, καὶ τὰ ἐκτὸς ἀπὸ τῆς ἐν αὐτοῖς τάξεως διακοσμοῦσιν. οἷς δὲ ἔτι σφύζει τὸ ἄλογον, δέος ἐστὶν ἐπιτρέπειν πρὸς τὰ ἐκτὸς ἀποτείνεσθαι. συγγενῶς τε ἔχουσι πρὸς ταῦτα αἱ ἄλογοι ὀρέξεις, καὶ οὔπω μεμετρημέναι οὐδὲ ὑποταχθεῖσαι τῷ λόγῳ, καθέλκουσιν αὐτὸν, καὶ καταβαπτίζουσιν εἰς τὰ ἐκτὸς, μήπω τῶν πηδαλίων τῶν οἰκείων ἐπιλαβόμενον. Τί οὖν χρὴ ποιῆσαι πρὸς τὸ τὸν πεπαιδευμένον μὴ ἀποχωρῆσαι τῶν ἀναγκαίων τροφῶν; δυνατὸν μὲν ἦν, εἰπεῖν, ὅτι πρὸς τὴν ἀπὸ τῆς ἀμελείας μείωσιν τῶν ὑπαρχόντων ἀνθέξει καλῶς ἡ τοῦ παιδευομένου λιτότης, καὶ τὸ ὀλιγαρκὲς, ὅπερ αὐτῷ μᾶλλον προσήκει· εἰ δὲ μήτε πρὸς ταῦτα ἀντέχοι, οὐ λείψουσιν οἱ τρέφειν αἱρούμενοι τὸν καὶ ὀλίγοις ἀρκούμενον, καὶ διὰ τὴν ἑαυτοῦ ἐπιμέλειαν τῶν ὑπαρχόντων καταφρονήσαντα. Δυνατὸν μὲν οὖν, ὅπερ εἶπον, τοιούτοις πρὸς αὐτὸν χρήσασθαι λόγοις, ἀληθῶς λεγομένοις. ὁ δὲ τούτους μὲν ὡς μαλακοὺς παρῆκε, καὶ ὡς τὸν τόνον τῆς ἀρετῆς χαλῶντας, καὶ ῥυπαίνοντας τὴν καθαρότητα αὐτῆς, εἰ πάντη

diuntur, necdum eo pervenerunt, ut ſimul & ſeipſos & res externas citra noxam curare poſſint. Hoc enim eruditorum eſt qui in tuto collocati, brutam ſui partem rationi obedientem præbuerunt: neque iam verentur, ne forte foras prominentes, à brutis appetitionibus ad res externas pertrahantur, earumque confuſionem & perturbationem admittant. Hi enim cum intra ſeſe maneant, res etiam externas ſuo ordine moderantur. In quibus autem appetitus adhuc fervet, iis periculum eſt, ne ad externa convertantur. Nam brutæ appetiones illis cognatæ ſunt; nec dum moderatæ aut rationi ſubiectæ, eam detrahunt & demergunt in res externas, nondum ſua gubernacula tenentem. Quid ergo faciendum eſt, ne is qui eruditur, rebus neceſſariis egeat? Dici quidem potuiſſet, eius qui inſtituatur frugalitatem detrimentis rei familiaris ab incuria ortis facile poſſe opponi, cum eum paucis contentũ eſſe in primis conveniat. Si vero ne hæc quidẽ ſuppetant, nõ defore qui & paucis contẽtũ, & ob ſui ipſius curam rei familiaris contemtorem alere velint. Licuiſſet igitur, ut dixi, talibus verbis reſpondere, ac vere. At is, talibus rationibus, tanquã mollibus, & nervos virtutis incidentibus, eiuſq; puritatem contaminantibus, ſi omnibus

πάντως

πάντως τῶν ἐκτὸς προσδεήσηται, εἰς δὲ τὸ ἄκρον αὐτὸ τῆς συγκρίσεως ἀνέβη. κρεῖσσον γάρ ἐστι λιμῷ ἀποθανεῖν ἄλυπον καὶ ἄφοβον γενόμενον, καὶ ἀπολαβόντα τὴν ἑαυτοῦ τελειότητα, ἢ ζῆν ἐν ἀφθόνοις ταραττόμενον. τί γὰρ ὄφελος τῆς τῶν ἐκτὸς ἀφθονίας τῷ παρὰ φύσιν διακειμένῳ, καὶ βλαπτομένῳ μᾶλλον ὑπ' αὐτῆς; τί δὲ ὄφελος πολυτελῶν καὶ ποικίλων ὄψων τῷ μὴ δυναμένῳ διὰ νόσον ἀβλαβῶς αὐτοῖς χρήσασθαι; Κρεῖσσον δὲ καὶ τὸν παῖδα κακὸν γενέσθαι, ἢ σὲ κακοδαίμονα. εἰ μὲν γὰρ δυνατὸν ἦν σεαυτὸν ζώσοντα τοῦ παιδὸς ἐπιμεληθῆναι, τοῦτο ἂν ἦν κάλλιον· εἰ δὲ ἀδύνατον τοῦτο δυοῖν ἕνεκεν, καὶ ὅτι ἀπαίδευτος οὐκ ἂν ἄλλον παιδεύσειε, καὶ ὅτι τὸν παῖδα μηδὲν ὠφελῶν αὐτὸς τὰ μέγιστα βλάπτεται, καλὸν ἂν εἴη λοιπὸν, ἐκεῖνον μὲν ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ κακίας ἀφιέναι, ἡμᾶς δὲ ἑαυτῶν ἐπιμελεῖσθαι. Οὕτως οὖν συντείνας τοῖς ἀκροτάτοις τὸν παιδευόμενον, αἱρεῖσθαι μᾶλλον αὐτὸν τὸν ἀπὸ λιμοῦ θάνατον συμβουλεύων, ἢ μένειν ἀπαίδευτον διὰ τὴν περὶ τὰ ἐκτὸς ἀσχολίαν, καὶ τὸν παῖδα περιορᾷν εἰ ἀνάγκη κακὸν γενόμενον, ἤπερ ἑαυτὸν κακοδαίμονα, ἐν αὐτῇ τῇ κρίσει ἀπὸ τῶν μικρῶν ἄρχεσθαι συμβουλεύει, καὶ τῆς δυνάμεως τοῦ παιδευομένου καλῶς στοχαζόμενος. ἡ μὲν γὰρ διὰ τῶν συμμέτρων ἄσκησις καὶ γυμνασία,

modis externarum rerum acceſſionem & adiumenta deſideret, prætermiſſis, ad ſummum ipſius comparationis aſcendit: præſtare fame emori doloris & timoris expertem, ſuamque perfectionem conſecutum, quam animo perturbato copiis omnium rerum circumfluere. Quæ enim copiæ rerum externarum utilitas ei eſt, qui naturæ congruenter vivit, cum potius illis lædatur? Quis uſus eſt ſumtuoſarum & variarum epularum, ei qui per valetudinem citra noxam illis frui nequit? Illud etiam præſtat, corrumpi puerum, quam te fieri infelicem. Nam ſi fieri poſſet, ut ſimul & te ipſum conſervares, & puerum curares: nihil eſſet hoc pulcrius. Sin id fieri nequit, duabus de cauſis, tum quod ipſe ineruditus alium erudire nequit, tum quod ſine ullo fructu pueri ipſe maxima detrimenta capit: reliquum eſt, ut illum improbitati ſuæ relinquamus, & noſmet ipſos curemus. Sic eum qui eruditur ad ſumma perductum cogit, ut fame perire malit, quam ob externarum rerum curam manere ineruditus. Eſt igitur & pueri improbitas negligenda potius, quam mihi calamitas accipienda. In ipſa vero comparatione monet, à parvis incipiendum. Nam & ipſius rei naturam, & tironis vires acute cõſiderat. Moderata enim, & accommodata viribus exercitatio,

καὶ

καὶ ἀσφαλής ἐστι καὶ ἀνύσιμος. εἰ δέ τις τῶν μὲν συμμέτρων ὡς εὐτελῶν καταφρονήσει, τὸ ἐν τοῦ ἐλαίου ἐκχύσει καὶ τῇ κλοπῇ τοῦ οἴνου γυμνάσασθαι, τοῖς δὲ ἀσυμμέτροις ἐπιπηδήσει, οὔτε τούτων δυνήσεται περικρατῆσαι, ἅτε μὴ κατὰ βαθμὸν αὐτοῖς ἐπιβάς, οὔτε δι' ἐπ' ἐκείνων ἔτι προκόψαι καταφρονήσας αὐτῶν. ὑπόθου γάρ τινα μὴ διὰ τῶν μικρῶν γυμνασάμενον τὸν Κράτητα μιμήσασθαι, καὶ τὰ ἑαυτοῦ πάντα ἀθρόως ἀποβαλεῖν· πόθεν, ὅτι οὐ ταχέως μετανοήσει, καὶ διατελέσει τὴν προτέραν εὐπορίαν ἐπιζητῶν; κἂν γὰρ Κράτης, ἢ Διογένης, ἢ Ζήνων, ἢ ἄλλος ὅστις οὖν, ἀθρόως εἰς τὸ ἄκρον ἐπεπήδησε τῆς λιτότητος, καὶ τῆς κατὰ φύσιν ζωῆς, ἀλλὰ σπάνιον τοῦτο, καὶ οὐκ ἀσφαλὲς, πρὸς τὸ σπάνιον παραβάλλεσθαι, τὸν μὴ καὶ αὐτὸν σπάνιον ὄντα, ἀλλ' ἕνα ἐνίοτε τῶν πολλῶν. Εἰπὼν δὲ ὡς τὸν ἀπὸ τῶν μικρῶν ἀρξάμενον γυμνάζεσθαι χρὴ πρὸς τὸ καταφρονεῖν τῆς τῶν κτημάτων καὶ χρημάτων μειώσεως, τῆς ἡμετέρας ἕνεκα προκοπῆς, ἐπάγει, πῶς καὶ ἐπὶ τῶν οἰκετῶν, ἀπὸ τῶν μικρῶν ἀρξάμενοι, γυμνασόμεθα καταφρονεῖν αὐτῶν τῆς ἀνυπηρεσίας, καὶ μὴ ταράττεσθαι ἐπ' αὐτῇ. προσποιεῖν γὰρ δεῖ φησι τῇ φαντασίᾳ, ὅτι καλούμενος ὁ παῖς οὐχ ὑπακούσει, ἢ ὑπακούων οὐ ποιήσει τὸ προσταχθέν. καὶ χρὴ προεπινοεῖν, μὴ οὕτω καλῶς αὐτῷ εἶναι τὸ

ut tuta, ita etiam efficax eſt. Si quis autem moderata tanquam pervulgata aſpernatus, in effuſione olei & furto vini exerceri ſe noluerit, ac ſubito ad immoderata perruperit: is neque hæc tenere poterit, ut qui præter ſcalas ad ea aſcenderit, neque per illa plus proficere quæ contemſerit. Finge aliquem in parvis non exercitatum imitari Cratetem, & ſuam rem univerſam ſubito abiicere: fieri ne poteſt quin eum facti pœniteat, neve priorem opulentiam perpetuo requirat? Etſi enim Crates, Diogenes, Zeno, aut quivis alius ſubito ſummam frugalitatem arripuit, vitamque naturæ conſentaneam: rarum tamen hoc eſt, & non tutum, cum eo quod raro fit, aliquem qui non & ipſe rarus quiſpiam, ſed unus homo de multis fuerit, comparare. Cum autem dixerit, quemadmodum initio à parvis facto exercendi ſimus ad contemtum imminutæ poſſeſſionis & pecuniæ, quo magis proficiamus: ſubiungit, quomodo in famulis etiam, à parvis auſpicati, exercendi ſimus, ad contemnendam & negligendam eorum noſtri incuriam & contumaciam. Ea enim eſt animo noſtro afferenda opinio: pucrum vocatum aut non præſto fore: aut ut præſto ſit, imperata non facturum. eſtque ſic informandus animus, ne tam bene cum illo agatur, ut illius

ἐμῷ

ἐμὲ ταραχθῆναι. τὰ μὲν γὰρ αἰφνίδια ταράττει μάλιστα τοὺς ἀρχομένους παιδεύεσθαι, καὶ ἐξίστησι, καὶ ἐπιλανθάνεσθαι ποιεῖ τῆς ἐνστάσεως. τὰ δὲ προμελετώμενα νήφειν ποιεῖ, καὶ μεμνῆσθαι, καὶ τῷ συνεθισμῷ παρασκευάζεσθαι πρὸς τὰ δυσχερῆ ταῖς φαντασίαις καὶ ταῖς ἐλπίσιν. Ὡς δὲ διαφέρει τὸ, παρεσκευασμένον αὐτὰ δέχεσθαι ἢ ἀπαρασκεύαστον, παντί τι δῆλον. καὶ γὰρ οὐ μόνον τὰ λυπηρὰ, ἀλλὰ καὶ τὰ ἡδέα ἀνελπίστως προσπίπτοντα, τὰ μὲν λυπηρὰ ἀθρόως πιλεῖ καὶ συνάγει τὴν φαντασίαν, καὶ σὺν αὐτῇ τὴν σύγκρασιν τοῦ τε σώματος καὶ τοῦ πνεύματος, τὰ δὲ ἡδέα ἀθρόως διαχεῖ καὶ διασπᾷ, καὶ διαφορεῖ τὸν τόνον· ὥστε ἐπ' ἀμφοῖν καὶ ταῦτα ἐναντίων ὄντων τὰ αὐτά πως ἕπεσθαι συμπτώματα, λειποθυμίας, καὶ ἀποψύξεις, καὶ μέχρι θανάτου πολλάκις ἀπαγορεύσεις. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν δῆλα. Τοῦ δὲ Ἐπικτήτου ἐπὶ μὲν τῆς τῶν ἄλλων ὑπαρχόντων μειώσεως, μετὰ τὸ γενέσθαι παραινοῦντος ἐπιλέγειν; τοσούτου πωλεῖται ἀπάθεια, τοσούτου ἀταραξία, προῖκα δὲ οὐδὲν παραγίνεται· ἐπὶ τῶν οἰκετῶν δὲ, ὅτι καλοῦντος τὸν οἰκέτην, προενθυμεῖσθαι, ὅτι οὐ πάντως ὑπακούσει, ἢ ὑπακούσας οὐ ποιήσει τὸ προσταχθέν·

cauſa perturbari me velim. Nam quæ ſubita & improviſa tironibus honeſtæ diſciplinæ obiiciuntur: ea vehementer illos perturbant, & velut de gradu deiectos eo redigunt, ut inſtituti ſui obliviſcantur. Præmeditatio vero ſobrios & memores facit, atque ipſa aſſuetudine ad ea præparat quæ viſis & ſpei aſpera ſunt. Quantum autem interſit, præparatum aut imparatum aliquid excipere: cuivis eſt perſpicuum. Neque enim res acerbæ tantum, ſed & iucundæ præter ſpem oblatæ, animos perturbare ſolent. Nam moleſtâ quidem ſubito obturant & contrahunt viſionem, unaque cum ea & corporis & ſpiritus temperamentum. Iucunda vero ſubito diffundunt & divellunt, ac diſſipant robur animorum. Hinc fit, ut ſimiles caſus utraque horum quantumvis inter ſe contraria ſequantur, ut animorum deliquia, ut rigores & exanimationes, ac ipſa prope mors. Atque hæc quidem perſpicua ſunt. Cæterum Epictetus in aliarum rerum imminutione monet ſubiiciendum eſſe: Tanti venditur vacuitas à perturbationibus; tanti conſtantia & animi tranquilitas; gratis vero nihil acquiritur. In ſervis autem, ſi quis vocet famulum, inprimis eſſe cogitandum, omnino fore, ut aut præſto non ſit, aut ut præſto ſit, imperata non facturum. Præclarum igitur fuerit, utrunque

καλῶς οὖν ἔχον, ὡς ἐπ' ἀμφοῖν ἀμφοτέρων προστεταγμένων ἀκούειν. καὶ γὰρ τὴν τῶν ὑπαρχόντων μείωσιν προϋπογράφειν ἑαυτῷ δεῖ καὶ προελπίζειν, καὶ τοῦ οἰκέτου μὴ ὑπακούσαντος, ἢ μὴ ποιήσαντος τὸ προσταχθὲν, ἐπιλέγειν, ὅτι τοσούτου πωλεῖται ἀπάθεια, τοσούτου ἀταραξία· προῖκα δὲ οὐδὲν παραγίνεται. αὐτὸς δὲ ἴσως ὡς ἐπὶ εὐτελεστέρων, τῷ ἐκχεῖσθαι τὸ ἔλαιον, καὶ κλέπτεσθαι τὸ οἰνάριον, οὐκ ἐνόμισε δεῖσθαι προπαρασκευῆς, ἀλλ' ἀρκεῖν γενομένου ἐπιλέγειν, καὶ ὅτι ἐπὶ τῶν μικροτέρων καὶ ἡ σύγκρισις ἱκανή ἐστιν κινεῖν τὴν ψυχὴν, εἴπερ, ἐλαίου καὶ οἰναρίου εὐτελῶν προϊεμένων, δυνατόν ἐστι τὸν βουλόμενον ἀπάθειαν καὶ ἀταραξίαν λαβεῖν, καὶ οὐ τὴν πρὸς ἅπαξ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν κατὰ ἕξιν, εἴ τις ταύτην καλῶς ἐμπορεύοιτο τὴν ἀγορασίαν. τίς γὰρ ἂν οὐ χρύσεα χαλκείων ἀνταλλάξαιτο, κατὰ τὸν Ὁμήρου Διομήδη; τίς δὲ οὐκ ἂν νοῦν ἔχων τὰ μέγιστα τῆς ψυχῆς ἀγαθὰ πρίαιτο, τὰ ἐκτὸς προϊέμενος; ἐνίοτε δὲ μὴ προϊέμενος, ἀλλ' ἀρκούμενος τῇ παρασκευῇ τοῦ ἀδιαφόρου προΐεσθαι;

præceptum utrobique coniungere, & ad eandem rem accommodare. Nam & rei familiaris diminutio ante ſibi velut ob oculos ponenda, & animo concipienda eſt, & ſervus ſive vocatus non audiat, ſive quod iuſſus fuerit non faciat, ſubiiciendum: Tanti venditur vacuitas ab angoribus, & animi tranquillitas & conſtantia; gratuito vero nihil contingit. Ipſe autem fortaſſis in effuſione olei, aut vini furto, ut rebus vilioribus, præparatione nihil opus eſſe cenſuit, ſed ſatis eſſe ea verba, ubi tale quid acciderit, ſubiungere. In rebus etiam minoribus comparatio hæc ſatis habet virium ad movendos animos: ſiquidem vilium rerum olei & vini iactura eo quemvis adducere poteſt, ut eas cum vacuitate à perturbationibus, & animi tranquillitate & conſtantia permutet, nec ad tempus duntaxat, ſed conſtanter & perpetuo, ſi quis in hac quaſi mercatuta ſolertem navarit operam. Quis enim, ut Homericus Diomedes, aureis ærea non permutet? Quis vero maxima animi bona, rerum externarum iactura non redimat? Etſi aliquando ipſa etiam iactura vitari poteſt: & ipſa præparatio ſatis eſt, ut iacturam illam tua nihil intereſſe putes.

ΚΕΦ. ιη'.

Εἰ προκόψαι θέλεις, ὑπόμεινον ἕνεκα τῶν ἐκτὸς ἀνόητος δόξαι, καὶ ἠλίθιος.

CAP. XVIII.

SI proficere vis: ne recuſa, quo minus ob rerum externarum neglectum, amens & fatuus habearis.

ἘΞΗΓΗΣΙΣ.

Πολλοὶ περὶ τὰ ἐκτὸς σπουδάζομεν, οὐ μόνον τοῦ πορισμοῦ, τῶν ἀναγκαίων ἕνεκεν, ἀλλὰ καὶ τοῦ μὴ δοκεῖν τοῖς ἄλλοις ἄπρακτοί τινες καὶ ἀνόητοι. καὶ πρὸς ταύτην οὖν τὴν φαντασίαν ἐνιστάμενος, συμβουλεύει τῷ παιδευομένῳ καὶ προκόψαι θέλοντι, μὴ διὰ ταύτην τοῖς ἐκτὸς ἑαυτὸν ἐπιδιδόναι, τῶν ἐντὸς ἀμελήσαντα. οἷον γάρ ἐστι τὸ ἀνόητον ὄντως ἀπολειφθῆναι, διὰ τὸ μὴ νομισθῆναι τοῖς ἀνοήτοις ἀνόητον; καὶ αὐτὸ δὲ τοῦτο τὸ συνεθίσαι ἑαυτὸν, μήτε κατὰ τὸ δοκοῦν τοῖς ἀνοήτοις ἐθέλειν ζῆν, μήτε ἐπιστρέφεσθαι αὐτῶν ὅπως ἂν οὗτοι περὶ ἡμῶν διακέοιντο, ἀλλ' εἰς τὸν ὀρθὸν λόγον ἀποβλέποντα, καὶ τῇ κρίσει τῶν κατ' αὐτὸν ζώντων ἑπόμενον, τὰ καθ' ἑαυτὸν οἰκονομεῖν, εἰς τὸ τὸν κατὰ φύσιν πρέποντα λογικῷ ζώῳ τῷ ἀνθρώπῳ βίον περιποιήσασθαι τὰ μέγιστα συντελεῖ.

COMMENTARIUS.

MUlti rebus externis ſtudemus, non modo proventus ergo rerum neceſſariarum, ſed & ob vitandam apud alios ignaviæ & amentiæ opinionem. Ut igitur iſtam quoque viſionem reprimat, tironem monet proficiendi cupidum, ne propter eam rebus externis ſe dedat, internis neglectis. Nam quæ iſta ratio eſt, permanere amentem, ne ab amentibus amens iudiceris? Ac ipſa illa aſſuefactio, ne amentium in degenda vita iudicium ſequi velis, eoſque nihil cures, utcunque de te ſentiant, ſed in rectam rationem intuens, & iudicium eorum qui rationi convenienter vivunt, ſequens, res tuas adminiſtres, ad vitam naturæ hominis, qui eſt rationis particeps animal, parandam, plurimum confert.

Μηδὲν βούλου δοκεῖν ἐπίστασθαι. κἂν δόξῃς τισὶν εἶναί τις, ἀπίστει σεαυτῷ. ἴσθι γὰρ, ὡς οὐ ῥᾴδιον καὶ τὴν προαίρεσιν αὐτοῦ κατὰ φύσιν ἔχουσαν φυλάξαι, καὶ τὰ ἐκτός· ἀλλὰ τοῦ ἑτέρου ἐπιμελούμενον, τοῦ ἑτέρου ἀμελῆσαι πᾶσα ἀνάγκη.

NE quid ſcire videri velis. Quod ſi quis aliis eſſe videaris: ipſe tibi diffidito. Scito enim facile non eſſe, inſtitutum tuum in eo ſtatu, qui eſt naturæ conſentaneus, conſervare, & res externas amplecti: ſed aliter non poſſe fieri, quin is alterum qui curet, alterum negligat.

Πολὺς λόγος ἐστὶ τῷ Ἐπικτήτῳ, τὴν τοῦ παιδευομένου ψυχὴν πρὸς ἑαυτὴν ἐπιστρέψαι κατὰ τὸν τῆς παιδείας μάλιστα καιρόν. ἐπειδὴ οὖν οὐ μόνη ἡ τῶν ἐκτὸς ἐπιμέλεια ἕλκει τὴν ψυχὴν πρὸς τὰ ἐκτός, ἀλλὰ καὶ ἔτι μᾶλλον ἡ περὶ τὴν κενὴν δόξαν πτοία, ἣ τοῖς ἀστειοτέροις καὶ ἐπὶ ποσὸν ἤδη προκεκοφόσιν ἐνοχλοῦσα· καὶ ταύτην ἀπ' αὐτῆς τῆς ῥίζης ἐκκόπτειν παρακελεύεται· μηδὲν βούλου δοκεῖν ἐπίστασθαι, λέγων· οὐκ ἐμποδίζων τῇ ἐφέσει τῆς ἐπιστήμης, ἀλλὰ τὴν τοῦ δοκεῖν ὄρεξιν ἀναστέλλων. χαυνοῖ γὰρ αὕτη τὴν ψυχήν, καὶ πρὸς τὸ ἐκτὸς ἕλκει. καὶ ἅμα μὲν τοῖς πολλοῖς ζῆν, καὶ μηκέτι ἑαυτῇ, παρασκευάζει· ἅμα δὲ τῇ δοκήσει τῇ ἐκείνων ἀρκουμένη, οὐ συγχωρεῖ πρὸς τὸ εἰλικρινὲς τῆς ἐπιστήμης ὁδεύειν. Καλῶς δὲ οὐκ εἶπε, μηδὲν δόκει ἐπίστασθαι, ἀλλά, μηδὲν βούλου δοκεῖν ἐπίστασθαι. ἡ μὲν γὰρ δόκησις ἡ περὶ ἡμῶν, οὐχ ἡμῶν ἐστιν, οὐδὲ ἐφ' ἡμῖν· τὸ δὲ βούλεσθαι, ἡμέτερόν ἐστιν ἔργον. Ἐπειδὴ οὖν δοκοῦμεν πολλάκις τισί τι, κἂν μὴ βουλόμεθα, τότε γάρ, φησι, ἀπίστει σεαυτῷ. βοηθεῖ γὰρ τοῦτο πρὸς τὸ μὴ ἐπιτρέπειν ἑαυτὸν τῇ τῶν πολλῶν κρίσει, μηδὲ ἀρκούμενον ἐκείνῃ πρὸς τὴν προκοπὴν ἐμποδίζεσθαι. δῆλον δὲ ὅτι τὸ ἀπιστεῖν αὐτῷ ἐπὶ ταῖς καλλίοσι περὶ αὐτοῦ ὑπολήψεσι τοῖς ἔτι παιδευομένοις προσήκει. ὁ γὰρ ἐπιστήμων, ἀσφαλῶς τε ἑαυτὸν καὶ ἀληθῶς

In eo vehementer elaborat Epictetus, ut tironis animum, tempore inſtitutionis præſertim, ad ſe ipſum convertat. Quoniam igitur non rei modo familiaris cura mentem ad res externas pertrahit, ſed etiam, & quidem multo magis, vanæ gloriolæ admiratio, politioribus etiam hominibus, & iam aliquo uſque progreſſis, obſtrepit: hanc quoque radicitus exſtirpari iubet. Nihil, inquit, ſcire videri velis: non quod ſcientiæ deſiderium impediat, ſed ut oſtentationis reprimat cupiditatem. Hæc enim cum inflat animum, & ad externa trahit, eoque redigit ut ad vulgi opinionem, non ſuo iudicio vitam inſtituat: tum ea opinione vulgi contentum ad veram ſcientiam contendere non ſinit. Recte autem non dixit, Nihil videare ſcire: ſed, Ne videri velis ſcire aliquid. Nam exiſtimatio de nobis, non eſt noſtra, nec in poteſtate noſtra ſita: velle autẽ, noſtrum eſt opus. Quoniam igitur ſæpe aliquibus aliquid videmur, etiam inviti: tum ipſe, Tibi, inquit, diffide. Id enim adiumento eſt, ne quis populari ſe cenſuræ ſubmittat, eave contentus diſcendo exercendoq; ſe longius non progrediatur. Sibi autem non multum placere nec magnifice de ſeſe ſentire, ad eos qui erudiuntur pertinere conſtat. Nam ei qui ſcientiæ compos, & de ſe ipſo tuto & vere

κρίνειν δυνάμενος, οὐ δεῖται τοῦ ἑαυτῷ ἀπιστεῖν. δόκησις δὲ, οὐ τοῦ ἐπίστασθαι μόνον γίνεται, ἀλλὰ καὶ τοῦ σώφρονα, ἢ δίκαιον ἢ ἀνδρεῖον εἶναι, ἢ φρόνησιν ἔχειν, ἢ ὅλως ἀρετήν τινα, ἢ δύναμιν πολιτικὴν, ἢ βελτιοτέραν παρ' ἀνθρώποις τιμήν. ταῦτα πάντα καὶ τὰ τοιαῦτα περιέλαβε διὰ βραχέος μορίου τοῦ, τὶς, εἰπών· κἂν δόξῃς τὶς εἶναί τισιν. Εἶτα λοιπὸν κοινὸν ἐπάγει συμπέρασμα τοῖς τε νῦν εἰρημένοις, καὶ τοῖς πρότερον, περὶ τῆς τῶν ἐντὸς ἐπιμελείας, ὅτι οὐ ῥᾴδιον τῷ παιδευομένῳ, καὶ τὴν προαίρεσιν κατὰ φύσιν ἔχουσαν διαφυλάξαι, καὶ τῶν ἐκτὸς ἀντιποιεῖσθαι χρημάτων, ἢ δόξης. ἡ μὲν γὰρ τῆς προαιρέσεως ἐν τῷ κατὰ φύσιν φυλακὴ περὶ σπουδὴν μὲν τῶν ἐφ' ἡμῖν, καταφρόνησιν δὲ τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν ἐστιν· ἡ δὲ πρὸς τὰ ἐκτὸς συντονία, τὸ ἐναντίον ἐπιτηδεύει. διὸ οὐ ῥᾴδιον τῷ πεπαιδευμένῳ τὸ ἀμφότερον ποιεῖν. καὶ ἀσφαλῶς οὐκ εἶπεν ἀδύνατον, ἀλλ' οὐ ῥᾴδιον, διὰ τὰς σπανίας φύσεις καὶ τὰ σπάνια κινήματα τῶν μεγαλουργῶν ψυχῶν. ἀλλ' ἀνάγκη, φησὶν, εἰ μέλλοις κατορθοῦν ὁπότερον, τοῦ ἑτέρου παντάπασιν ἀμελεῖν.

vere iudicare poteſt, non opus eſt ſibi ipſi diffidere. Opinio porro in animis exſiſtit, non ſcientiæ tantum, ſed & modeſtiæ, aut iuſtitiæ, aut fortitudinis, aut prudentiæ, aut cuiuſcunque virtutis aut civilis facultatis, aut dignitatis humana conditione ſuperioris. Hæc, & id genus alia omnia, minuta particula, Aliquis, complexus eſt, cum diceret: Ac tametſi aliquis aliquibus videbere. Mox communem concluſionem ſubiicit tam his quæ nunc, quam iis quæ antea dicta ſunt, de rerum internarum cura, non eſſe facile tironi & voluntatem naturæ conſentaneam tueri, & res externas appetere, ſive pecuniam, ſive gloriam. Voluntatis enim gubernatio, naturæ conſentanea, complectitur earum rerum, quarum in nobis ſita eſt poteſtas, ſtudium: & earum quæ noſtri iuris non ſunt, contemtionem. Contentio vero de rebus externis contrarium conſectatur. Quare in utroque elaborare tironi difficile eſt. Caute autem non dixit, non poſſe fieri, ſed non eſſe facile, ob rara ingenia & raros motus excellentium ingeniorum. Sed neceſſe eſt, inquit, ſi unum utrum recte adminiſtrare volueris, prorſus negligere alterum.

ΚΕΦ. ιθ'.

Ἐὰν θέλῃς τὰ τέκνα σου, καὶ τὴν γυναῖκα, καὶ τοὺς φίλους σου πάντοτε ζῆν, ἠλίθιος εἶ. τὰ γὰρ μὴ ἐπὶ σοὶ, θέλεις ἐπὶ σοὶ εἶναι. καὶ τὰ ἀλλότρια, σὰ εἶναι. οὕτως κἂν τὸν παῖδα θέλῃς μὴ ἁμαρτάνειν, μωρὸς εἶ. θέλεις γὰρ τὴν κακίαν, μὴ εἶναι κακίαν, ἀλλὰ ἄλλό τι. ἐὰν δὲ θέλῃς ὀρεγόμενος μὴ ἀποτυγχάνειν, τοῦτο δύνασαι. τοῦτο οὖν ἄσκει, ὃ δύνασαι.

ἘΞΗΓΗΣΙΣ.

Σπουδῆς ἄξιά ἐστι τά τε δυνατὰ κατορθοῦσθαι, (ὁ γὰρ περὶ τὰ ἀδύνατα σπουδάζων, ἀνόητος,) καὶ ἔτι τὰ προσήκοντα τῷ σπουδάζοντι· τὸ γὰρ ἀλλοτριοπραγμονεῖν, περιττόν· καὶ τρίτον, σπουδῆς ἄξιον τὸ, λόγου τινὸς ἄξια εἶναι τὰ προτιθέμενα, καὶ ἀσφάλειαν ἔχειν καὶ βεβαιότητα. τίς γὰρ εὖ φρονῶν περὶ τὰ εὐτελῆ, καὶ μὴ σπουδῆς ἄξια, τὰ σαθρὰ, σπουδάζοι; Βουλόμενος οὖν ἀποστρέψαι τὸν παιδευόμενον τῆς περὶ τὰ ἐκτὸς σπουδῆς, διὰ τῆς τοῦ ἐφ' ἡμῖν καὶ οὐκ ἐφ' ἡμῖν διαιρέσεως ἐν ἀρχῇ παραληφθείσης, καὶ ἀλλότρια δείκνυσι τὰ ἐκτός. οὐ γάρ ἐστιν ἐφ' ἡμῖν τὰ ἀλλότρια, ὡς δέδεικται. Ὁ τοίνυν τὰ τέκνα, καὶ τὴν γυναῖκα, καὶ τοὺς φίλους βουλόμενος ζῆν, βούλεταί τι καὶ σπουδάζει τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν· ὅπερ εὐθὺς διὰ τοῦτο καὶ ἀδύνατον ἡμῖν ἐστι, τὸ πάντως περιποιεῖσθαι. ὧν γὰρ οὐκ ἐσμὲν κύριοι, ταῦτα οὐ πάντως ἑαυτοῖς δυνάμεθα περιποιεῖσθαι. τῶν γὰρ κυρίαν

CAP. XIX.

SI in id ſtudes, ut liberi tui, uxor, amici, perpetuo vivant & floreant: ſtultus es. Nam quæ in tua poteſtate non ſunt, ea in poteſtate tua eſſe vis, & aliena eſſe tua. Sic etiam, ſi puerum peccare non vis, ſtultus es. Id enim poſtulas, ut vitium non ſit vitium: ſed quiddam aliud. At ſi eo quod appetis, fruſtrari non vis, hoc quidem potes.

COMMENTARIUS.

STudio digna ſunt, quæ & rite confici poſſunt (nam qui in rebus irritis elaborat, deſipit) & quæ decent illum qui id ſtudium ſuſcipit. Aliena enim curare, ſupervacaneum eſt. Præterea ſtudio dignũ eſt, ſi res propoſitæ habeant aliquod operæ pretium, firmitatem & conſtantiã. Quis enim cordatus homo in rebus vilibus, vacillãtibus & ſtudio indignis, ſuum ſtudium conſumat? Tironem igitur à ſtudio rerum externarum avocaturus, diviſione rerum noſtri & alieni arbitrii initio propoſita: externa quæ ſint, aliena etiam eſſe declarat. Neq; enim penes nos ſunt aliena, ut demonſtratũ eſt. Qui igitur liberos, qui uxorem & amicos vivere vult, aliquid vult & expetit eorum quæ in noſtra poteſtate ſita non ſunt: eaque de cauſa noſtri arbitrii nõ eſt, eo potiri. Quarum enim rerum poteſtas noſtra non eſt, eas plane conſequi non poſſumus: ſed eorum eſt illa dare,

ἐστι,

ἐστὶ, τὸ περιποιεῖσθαι ἡμῖν. Ἔστι δὲ καὶ φύσει εὐτελῆ καὶ σαθρὰ καὶ εὐαπόβλητα τὰ ἐκτός. τὰ γὰρ θνητὰ θνήσκειν ἀνάγκη, ὅταν ἐπέλθῃ τὸ χρεών. Ὁμοίως δὲ καὶ ὅστις οἰκέτην ἀπαιτεῖ καὶ ἑαυτοῦ ἐνίοτε καλλίονα εἶναι, ὅπερ πάσχομεν πολλάκις οἱ πρὸς τὰς πλημμελείας τῶν οἰκετῶν δυσχεραίνοντες, μωρός φησίν ἐστι, τὰ ἀδύνατα θέλων. ἀδύνατον γὰρ, τὴν κατὰ τὸ ἄλογον τὸ ἑαυτῆς ζῶσαν ψυχὴν, εἴπερ ἐστὶ κακίας ψυχῆς πλημμελῶς ἐνεργεῖν, καὶ μὴ τὰς κακίᾳ πρεπούσας ἐνεργείας ἀποδιδόναι. Ἀνάγκη οὖν τὸν περὶ τὰ ἀδύνατα, καὶ ἀλλότρια, καὶ εὐαπόβλητα, καὶ σαθρὰ σπουδάζοντα, ἀποτυγχάνειν αὐτῶν· καὶ ἀποτυγχάνοντα, λυπεῖσθαι καὶ θρηνεῖν. ἐὰν οὖν βουλώμεθα μὴ ἀποτυγχάνειν, περὶ τὸ ἐφ' ἡμῖν σπουδαστέον. ἐφ' ἡμῖν δέ ἐστι, τὸ τῶν κατὰ φύσιν προσηκόντων ἡμῖν ὀρέγεσθαι. περὶ τοῦτο οὖν καὶ μὴ περὶ τὰ ἐκτὸς τὴν σπουδὴν δαπανήσωμεν.

quorum eſt poteſtas. Prӕterea res externӕ ſuapte natura ſunt viles, caducӕ, infirmӕ, incertӕ. Mortalia enim, inſtante fato, mori neceſſe eſt. Item, qui poſtulat ut famulus ſe ipſo interdum ſit melior (id quod nobis ſӕpe accidit, qui peccata ſervulorum ӕgre ferimus) ſtultus eſt, cum ea deſideret, quӕ fieri nequeunt. Nec enim fieri poteſt, quin animus brutam ſui partem in degenda vita ſequens (ſiquidem animi vitium eſt, perperam agere) vitioſe agat. Neceſſe igitur eſt earum rerum ſtudioſum, quӕ nec fieri poſſunt, & alienӕ caducӕque ſunt, & facile amittuntur, fruſtrari iis, fruſtratumque dolere & plorare. Si ergo fruſtrari nolumus: in rebus quӕ noſtri ſunt arbitrii, elaborandum erit. Noſtri autem arbitrii eſt, ea expetere, quӕ ſecundum naturam nobis conveniunt. In eo igitur, & non in rebus externis ſtudium noſtrum conſumamus.

ΚΕΦ. κ'.

Κύριος ἑκάστου ἐστὶν ὁ τῶν ὑπ' ἐκείνου θελομένων, ἢ μὴ θελομένων ἔχων ἐξουσίαν εἰς τὸ περιποιῆσαι ἢ ἀφελέσθαι. ὅστις οὖν ἐλεύθερος εἶναι βούλεται, μήτε θελέτω τι, μήτε φευγέτω τι τῶν ἐπ' ἄλλοις. εἰ δὲ μὴ, δουλεύειν ἀνάγκη.

CAP. XX.

Cuiuſque dominus is eſt, qui ea quӕ ille vult, aut non vult, poteſtatem habet vel conſervandi, vel eripiendi. Quiſquis igitur liber eſſe volet, neque cupiat quicquam, neque averſetur, eorum quӕ penes alios ſunt. Sin minus, ſervire neceſſe erit.

ἘΞΗΓΗ-

ἘΞΗΓΗΣΙΣ.

Καὶ τοῦτο διαβολὴν ἔχει τῶν ἐκτὸς, καὶ τῆς πρὸς αὐτὰ τῶν ψυχῶν ἐπινεύσεως. δι' ἣν οὐ μόνον λυπούμεθα, καὶ θρηνοῦμεν ἀποτυγχάνοντες ὧν ὀρεγόμεθα, καὶ περιπίπτοντες οἷς ἐκκλίνομεν, ἀλλὰ καὶ δουλεύειν, καὶ οὐχ ἑνὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλοῖς, ἐνίοτε δὲ καὶ πικροῖς δεσπόταις, ἀναγκαζόμεθα. κύριος γάρ, φησιν, ἑκάστου, καὶ δεσπότης ἐστὶν, ὁ ἔχων ἐξουσίαν τὰ θελόμενα ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ὧν ὀρέγεται, ἢ περιποιῆσαι, ἢ ἀφελέσθαι ἀπ' αὐτοῦ. καὶ γὰρ τοῖς δυναμένοις παρέχειν τὰ ὀρεκτὰ ὑποκλινόμεθα καὶ ὑποπτιόμεθα καὶ ὑπηρετοῦμεν δουλικῶς, ἵνα παράσχωσιν ἡμῖν αὐτά. καὶ τοὺς δυναμένους ἀφελέσθαι ἃ ἔχομεν, κολακεύομεν μετὰ δέους, καὶ τρέμομεν, καὶ περισαίνομεν ὡς δεσπότην, τὸν τὰ ἐκκλινόμενα παρ' ἡμῶν ἐξουσίαν ἔχοντα ἐπαγαγεῖν, ἵνα μὴ ἐπαγάγῃ, καὶ τὸν ἀφελέσθαι δυνάμενον, ἵνα μὴ ἀφέληται. Δῆλον δὲ ὅτι καὶ τὰ ἐκτὸς καὶ τὰ ἀλλότρια ἡμῶν ταῦτα ἐστὶν, ὧν ἄλλοι τὴν ἐξουσίαν ἔχουσιν, εἰς τὸ περιποιεῖν ἢ ἀφαιρεῖσθαι. τῶν γὰρ ἡμετέρων ἡμεῖς κύριοι, καὶ ἐφ' ἡμῖν ἐστιν ἐκεῖνα. Εἰ οὖν ἀγαθὸν ἡ ἐλευθερία, καὶ βουλόμεθα εἶναι ἐλεύθεροι καὶ μὴ δοῦλοι, μήτε ὀρεχθῶμεν τινὸς τῶν ἐπ' ἄλλοις ὄντων, μήτε ἐκκλίνωμεν αὐτά. εἰ δὲ μὴ, δουλεύειν ἀνάγκη πολυειδῶς, ἵνα τύχωμεν τῶν ὀρεκτῶν, καὶ μὴ ἀφαιρεθῶμεν αὐτῶν· ἵνα ἐκκλίνωμεν τὰ φευκτά, καὶ μὴ περι-

COMMENTARIUS.

ET hoc rerum externarum criminationem continet, & animorũ ad eas propenſionis, ob quam non modo fruſtrari iis quæ appetimus, & oppreſſi iis quę declinamus, dolemus & ploramus: ſed etiam ſervire, nec uni ſolum, ſed multis, interdum etiam acerbis dominis cogimur. Cuiuſque enim, inquit, herus & dominus eſt is, qui poteſtatem habet, ea quæ ille vult & deſiderat, aut conferendi, aut auferendi. Nam iis qui noſtra deſideria explere poſſunt, nos ſumittimus, paremus, & ſervilem in modum miniſtramus, ut nobis morem gerant. Et iis qui ea quę habemus, eripere poſſunt, cum timore adulamur: tremimus, & demulcemus eum ut dominum, qui ea quæ nos declinamus nobis inferre poteſt, ne inferat: & qui eripere poteſt, ne eripiat. Conſtat autem & externa & nobis aliena eſſe ea, quorum alii poteſtatem habent vel conferendi, vel auferendi. Noſtrarum enim rerum nos domini ſumus, & in noſtra poteſtate illæ ſunt. Quod ſi bonum eſt libertas: ſi liberi, non autẽ ſervi eſſe volumus: nec appetamus quicquam quod penes alios eſt, eademq; non declinemus. Alioqui multifariã ſervire neceſſe erit, ut res deſideratas & conſequamur & retineamus: ut declinemus resfugiendas, nec in eas

πίπτωμεν

πίπτωμεν αὐτοῖς. Ὅρα δὲ, ὅτι ἐφ' ἑκάστου διπλοῦς ἔχομεν τοὺς δεσπότας· τὸν μὲν ἔνδον, τὸν δὲ ἔξω. ἡ γὰρ ἄλογος ὄρεξις τὸν λόγον κινήσασα, τουτέστιν ἡμᾶς τοὺς κατ' αὐτὴν οὐσιωμένους, καὶ αἰχμάλωτον λαβοῦσα, σὺν ἐκείνῳ δουλεύει λοιπὸν τῷ ἐκτὸς δεσπότῃ, ὥστε μὴ μόνον δούλους ἡμᾶς, ἀλλὰ καὶ δούλων δούλους εἶναι. καὶ οἱ μὲν ἄλλοι δοῦλοι χωρίζονται τῶν δεσποτῶν κἂν ἐν τοῖς ὕπνοις, καὶ ἔνδοσιν ἐξ αὐτῶν λαμβάνουσί τινα· ἡμεῖς δὲ καὶ ἐν τοῖς ὕπνοις τοῖς ἀκολάστοις, καὶ ἀδίκοις, καὶ ἀλλοκότοις προστάξεσι τῶν χαλεπῶν τούτων δεσποτῶν ὑπηρετοῦμεν, καὶ ἔνδοσιν οὐδεμίαν ἔχομεν, ὅταν αὐτοῖς ὑποζυγῶμεν, ἀλλὰ ποτὲ μὲν ἔργοις, ποτὲ δὲ λόγοις, ποτὲ δὲ φαντασίαις ὑπ' αὐτῶν ἐξοιστρούμεθα. καὶ τὸ χεῖρον, ὅτι τῶν μὲν δούλων οἱ μετριώτεροι ἄκοντες ὑπηρετοῦσι τοῖς ἀτόποις τῶν δεσποτῶν ἐπιτάγμασιν· ἡμεῖς δὲ καὶ συνηδόμενοι, καὶ μηχανὰς ὑποβάλλοντες πρὸς τὸ τυχεῖν ἢ ἐκκλῖναι, ὧν οὐδέποτε ἀβλαβῶς καὶ ἀσυμφόρως κελεύουσι.

ΚΕΦ. κα'.

ΜΕ'μνησο ὅτι ἐν συμποσίῳ σε δεῖ ἀναστρέφεσθαι περιφερόμενον. γέγονέ τι κατὰ σέ; ἐκτείνας τὴν χεῖρα κοσμίως, μετάλαβε. παρέρχεται; μὴ κάτεχε. οὔπω ἥκει; μὴ ἐπίβαλλε πόῤῥω τὴν ὄρεξιν, ἀλλὰ περίμενε μέχρις ἂν γένηται κατὰ σέ. οὕτω πρὸς τέκνα, οὕτω πρὸς γυναῖκα, οὕτω πρὸς ἀρχάς, οὕτω πρὸς πλοῦτον. καὶ ἔσῃ ποτὲ ἄξιος

incidamus. Vide autem, ut quavis in re binos dominos habeamus: alterum intus, alterum foris. Brutus enim appetitus ratione commota, hoc eſt, nobis ipſis, quorum natura pendet à ratione, & capta, iam una cum illa ſervit externo domino: ut non modo ſervi, ſed ſervorum ſervi ſimus. Ac alii quidem ſervi ſaltem in ſomnis ab heris ſuis diſcedunt, & aliquid vocationis ab eis impetrant. Nos vero etiam in ſomnis, petulantibus, iniuriis, & monſtroſis edictis immitium iſtorum dominorum paremus: nec, ubi iugum eorum ſubierimus, ullam vacationem habemus: ſed alias factis, alias verbis, alias imaginibus & viſis ab eis exagitamur. & (quod peius eſt) cordatiores ſervi abſurda heroum mandata inviti exequuntur: nos vero & lætamur, & rationes comminiſcimur, quibus ea vel cõſequamur, vel declinemus quæ illi imperant, nunquam ſine damno & detrimento.

CAP. XXI.

MEmento ſic in vita eſſe verſandum, tanquam in convivio circumferaris. Si quid ad te pervenerit, porrecta manu partem modeſte capito. Præterit? Ne detine. Nondum adeſt? Ne longe appetitũ extendito, ſed exſpecta dum ad te perlatum fuerit. Sic erga liberos, ſic erga coniugẽ, ſic erga magiſtratus, ſic erga divitias ſi affectus fueris, aliquãdo dignus eris

τῶν θεῶν συμπότης. ἂν δὲ καὶ παρατεθέντων σοι μὴ λάβῃς, ἀλλὰ καὶ ὑπερίδῃς, τότε οὐ μόνον συμπότης τῶν θεῶν ἔσῃ, ἀλλὰ καὶ συνάρχων. οὕτω γὰρ ποιῶν Διογένης, καὶ Ἡράκλειτος, καὶ οἱ ὅμοιοι, ἀξίως θεῖοί τε ἦσαν, καὶ ἐλέγοντο.

convivio deorum. At vero ſi oblata etiam non acceperis, ſed deſpexeris: non conviva deorum modo, ſed & Imperii conſors eris. Sic enim cum facerent Diogenes, Heraclitus, & ſimiles, merito divini, ut erant, ita & dicebantur.

ἘΞΗΓΗΣΙΣ.

Πολλαχῶς ἀναχαιτίσας τὴν ἐπὶ τὰ ἐκτὸς τῶν παιδευομένων ῥοπήν, ἵνα μὴ τελέως πάλιν αὐτῶν ἀποτρέπειν νομισθῇ, λέγει τίνων καὶ ὅπως χρὴ μεταλαμβάνειν. Καὶ πρῶτον μὲν ἔλεγεν, ὅτι τῶν ἀναγκαίων καὶ τῶν ἄλλως χρησίμων πρὸς τὸν βίον, ὁδοῦ πάρεργον μεταληπτέον, πρὸς τὸ πλοῖον ἀεὶ τεταμένον. νῦν δὲ ὅτι τὰ μὲν διδόμενα ἐξ αὐτῶν κοσμίως χρὴ λαμβάνειν, καὶ τὰ τέκνα, καὶ ἀρχήν, καὶ πλοῦτον, καὶ τὰ τοιαῦτα· μὴ ἐκτείνειν δὲ ἐπ' αὐτὰ τὴν ὄρεξιν· ἀλλ' εἰ μὲν γινόμενα ἀφαιρεῖτο, (τοῦτο γὰρ νομίζω δηλοῦν τὸ παρέρχεται,) μὴ κάτεχέ φησι, τουτέστι, μὴ βιάζου μένειν αὐτά, μηδὲ δυσχέραινε τὴν ἀφαίρεσιν· εἰ δὲ οὔπω ἥκει, μὴ ὀρέγου αὐτῶν, μηδὲ πρὸς αὐτοῖς ὅλως γίνου ταῖς ἐπιθυμίαις καὶ φαντασίαις, σαυτοῦ τε καὶ τῆς σαυτοῦ προκοπῆς ἐπιλανθανόμενος· καὶ διδομένων δέ, φησι, μὴ ὅλον σαυτὸν περιχαρῶς καὶ λαιμάργως ἐκτείνῃς πρὸς αὐτά, ἀλλὰ κοσμίως καὶ τεταγμένως ἄκρῳ δακτύλῳ, τὸ λεγόμενον, αὐτῶν μεταλάμβανε, ἵνα καὶ ἄρχειν αὐτῶν δυνῇ, καὶ χρῆσθαι δεόντως, ἐξῃρημένος καὶ μὴ κατακλυζόμενος ὑπ' αὐτῶν. Συμποσίῳ δὲ ἀπείκασε τὴν εἰς ταὐτὸ συνοδίαν τῶν ὑπὸ θεοῦ

COMMENTARIUS.

Tironum ad res externas propenſione multifariam refrenata: ne prorſus ab eis dehortari videatur, quænam ex eis, & quomodo percipiendæ ſint, docet. Supra dixit, neceſſariis aut alioqui vitæ utilibus rebus obiter eſſe utendum, ad navẽ animo ſemper intento. Nunc vero monet, quę ex his dentur, modeſte eſſe accipienda: ut uxorem, liberos, principatum, divitias, & id genus alia, ſed appetitum ad ea non extendendum eſſe. Sed ſi data auferantur (hoc enim verbum præterire ſignificat opinor) non eſſe retinenda vi: ſed eorum ereptionem ægre non ferendam. Sin nondum adſunt, ne appete eas, neque totus in deſideriis & viſis iſtis eſto, & tui ipſius & profectus tui oblitus. Atque etiam ſi data fuerint, ne lætabundus & avidus in illa totus incumbas: ſed ſobrie, modeſte, & ſummis (quod aiunt) digitis eas attingito, ut iis & imperare, & ut oportet frui queas, ſupra eas eminẽs, & non demerſus in iis. Conventum autem hunc eorum qui eodem in loco à Deo tanquam convivatore

συναγομένων, ὡς ἑστιάτορος καὶ μετέχοντος ἑκάστου τῶν ἀπονεμομένων ὑπ' αὐτοῦ προσφόρως ταῖς οἰκείαις ὀρέξεσι· τοῦ μὲν κοσμίως, ἑαυτῷ τε κατὰ φύσιν, καὶ κατὰ τὴν γνώμην τοῦ ἑστιάτορος, ὅτι καὶ συμπότης αὐτοῦ δοκεῖ· τοῦ δὲ ἀτάκτως καὶ ἐπισεσυρμένως, καὶ ἑαυτῷ τε ἀσυμφόρως καὶ ἀνοικείως τῷ ἑστιάτορι. Ἐὰν δὲ καὶ διδομένου φησί τινος τῶν ἐκτὸς τούτων ὑπὸ τῶν πολλῶν μακαριζομένων μὴ λάβῃς, ἀλλ' ὑπερίδῃς, ὡς Κράτης ἐποίησε, καὶ Διογένης· (Ἀλεξάνδρου γὰρ ἐρωτήσαντος τί βούλεται, ἀπόστηθι ἔφη τοῦ ἡλίου· ἔτυχε γὰρ αὐτὸν θερμαινόμενος· ὥστε θαυμάσαντα τὴν μεγαλοφροσύνην τοῦ ἀνδρὸς τὸν Ἀλέξανδρον εὔξασθαι, εἰ μὲν δυνατὸν, τὸν Διογένην γενέσθαι· εἰ δὲ μὴ, μεῖναι Ἀλέξανδρον·) ὁ τοίνυν, φησὶ, καὶ διδομένων αὐτῶν μὴ λαμβάνων ἀλλ' ὑπερορῶν, καὶ εἰς τὴν ἐξῃρημένην τῆς γενέσεως ὑπεροχὴν τῆς ζωῆς ἀνατρέχων, οὐ συμπότης μόνον τῶν κρειττόνων, ἀλλὰ καὶ συνάρχων γίνεται. ἡ μὲν γὰρ περὶ τὴν γένεσιν πρόνοια, τῶν κρειττόνων συνεστίους ποιεῖται τοὺς κατὰ γνώμην αὐτῶν ἐν αὐτῇ πολιτευομένους· ἡ δὲ ἐξαίρεσις αὐτῶν, καὶ ὑπεροχὴ τῶν ὅλων (ἐξῄρηται γὰρ τὸ κυρίως ἄρχον τοῦ ἀρχομένου) αὕτη τὰς μιμουμένας ψυχὰς εἰς τὸ συνάρχειν αὐτοῖς καλεῖ. μετεωροπολοῦσαι γὰρ τότε, συνδιοικοῦσι τὸ πᾶν, καὶ οὐκ ἐγκαταπεταγμέναι αὐτῷ. διό, φησιν, οἱ ὑπεριδόντες ταῦτα, Ἡράκλειτός τε καὶ

congregantur, convivio comparat, in quo quiſque ſibi attributis epulis, congruenter appetitionibus ſuis fruatur: alius modeſte, & pro natura ſua, & ex ſententia convivatoris: alius inepte & petulanter, tam ſibi inutiliter, quam contra voluntatem convivatoris. Quod ſi quid, inquit, eorum quæ vulgus maxime facit, datum non acceperis, ſed deſpexeris, ut Crates & Diogenes fecerunt, qui rogatus ab Alexandro quid vellet? Recede, inquit, è ſole: nam apricabatur. Itaque miratus Alexander magnitudinem animi eius, optavit, ſi fieri poſſet, ut Diogenis ſimilis evaderet. Sin minus: ut maneret Alexander. Qui igitur, inquit, ea etiam cum dantur, non accipit, ſed aſpernatur, & ad eam vitæ excellentiam contendit, quæ à generatione & ortu ſeiungitur, nō compotor modo Deorum, ſed & collega in imperio evadit. Nam providentia Deorum in ortu hominum curando, contubernales ſibi facit eos, qui ex eorum ſententia vitam degunt. Si vero ſeiungantur, & ſuper omnia emineant, (nam quod pro auctoritate imperat, ſeiunctum eſt ab eo quod paret) hæc eadem imitatores ſui animos ad imperii ſocietatem vocat. Nam tum in ſublimi verſantes, univerſitatem rerum tanquā ab ea exemti & liberi, una adminiſtrant. Quare (inquit) ii qui hæc deſpexerunt, Heraclitus

Διογένης, ἀξίως θεῖοι ἦσαν καὶ ἐλέγοντο· θεῖοι γὰρ οἱ κατὰ τὸ ἄκρον καὶ ἐξῃρημένον τὸ ἐν αὐτοῖς διαζήσαντες· τὸ γὰρ πανταχοῦ ἄκρον, θεῖον, ὅτι πάντων ἀκρότης θεός.

ΚΕΦ. κβʹ.

ΟΤαν κλαίοντα ἴδῃς τινὰ ἐν πένθει, ἢ ἀποδημοῦντος τέκνου, ἢ ἀπολωλεκότος τὰ αὐτοῦ, πρόσεχε μή σε ἡ φαντασία συναρπάσῃ, ὡς ἐν κακοῖς ὄντος αὐτοῦ τοῖς ἐκτός. ἀλλ᾽ εὐθὺς διαίρει παρὰ σεαυτῷ, καὶ ἔστω πρόχειρον, ὅτι τοῦτον θλίβει, οὐ τὸ συμβεβηκός, (ἄλλον γὰρ οὐ θλίβει) ἀλλὰ τὸ δόγμα τὸ περὶ τούτου. μέχρι μέντοι λόγου, μὴ ὄκνει συμπεριφέρεσθαι αὐτῷ, κἂν οὕτω τύχῃ, καὶ συνεπιστενάξαι. πρόσεχε μέντοι μὴ καὶ ἔσωθεν στενάξῃς.

ΕΞΗΓΗΣΙΣ.

ΩΣπερ ἐν τοῖς αἱρετοῖς δοκοῦσι τῶν ἐκτὸς, οὐ δεῖ πρόχειρον εἶναι ἐπιδεκτικὸν αὐτῶν εἶναι, ἐννοοῦντα, ὅτι ὁποῖά ποτ᾽ ἂν ᾖ, οὐκ ἔστιν ἐν αὐτοῖς τὸ ἀγαθὸν ἡμῶν· οὕτω καὶ ἐν τοῖς φευκτοῖς δοκοῦσι τῶν ἐκτὸς, ἀσφαλῆ χρὴ εἶναι, ὡς οὐδὲ τῶν κακῶν τῶν ἡμετέρων ἐν τοῖς ἐκτὸς κειμένων. Ὅταν οὖν, φησι, κλαίοντα ἴδῃς, ἢ ὡς ἀποθανόντος αὐτῷ τέκνου, ἢ ὡς ἀποδημοῦντος, ἢ ὡς ἀπολωλεκότος τὰ αὐτοῦ, μή σε συναρπάσῃ ἡ φαντασία ὡς ἐν κακοῖς ὄντος ἐκείνου τοῖς ἐκτός. οὐ γὰρ

& Diogenes, divini & erant, & iure appellabãtur. Divini enim ſunt, qui ſecundum id quod in ipſis ſummum & ſeiunctum eſt à contagio corporis, ætatem exigunt. Quod enim ab omni parte ſummum, divinum eſt. Omnium enim rerum ſummum faſtigium eſt Deus.

CAP. XXII.

CVm eiulantem quempiam videris in luctu, ſive peregre profecto filio, ſive rebus amiſſis: cave ne te viſum illud moveat, ut exiſtimes, verſari eum in malis ob externa: ſed ſtatim ipſe tecum diſtinguito, ſitq; in promtu, ut dicas, Iſtum affligit non caſus ille (alium enim non affligit) ſed concepta de eo opinio. Ac oratione quidem tua eius perturbationi ſubſervire, ne dubita: atque adeo, ſi res ita tulerit, congemiſcere. Cavebis autem, ne intrinſecus etiam congemiſcas.

COMMENTARIUS.

SIcut in iis rebus externis quæ expetendæ videntur, non præproperum eſſe, nec eas avide arripere oportet, reputantem, cuiuſcunque ſint modi, bonum noſtrum in iis non eſſe collocatum: ita in iis etiam externis rebus, quæ fugiendæ videntur, conſtantem eſſe decet, quod nec mala noſtra in rebus externis ſita ſint. Cum igitur eiulantem, inquit, aliquem videris, ſive filio mortuo aut peregre agente, ſive re aliqua ſua perdita: ne te viſum id impellat, ut eum ob res externas in malis eſſe exiſtimes. Neque enim

ἐν

ἐν τοῖς ἐκτός ἐστιν ἡμῶν τὰ κακὰ, ὥσπερ οὐδὲ τὰ ἀγαθά· Πῶς οὖν ὁ κλαίων οὗτος ὡς ὑπὸ κακοῦ τοῦ συμβεβηκότος θλίβεται; οὐ γὰρ τοιοῦτον φύσει τὸ συμβεβηκός ἐστιν· ἐπεὶ καὶ πάντας ἔθλιβεν ἂν, οἷς συνέβαινεν· ὥσπερ τὸ φύσει θερμὸν πάντας θερμαίνει τοὺς ψαύοντας. Ἀναξαγόρας δὲ ἀκούσας, ὅτι τέθνηκεν αὐτοῦ ὁ υἱὸς, γαληνῶς ἅμα καὶ μεγαλοφρόνως, ᾔδειν φησὶ θνητὸν γεννήσας. Τί οὖν θλίβει τοῦτον; Τὸ δόγμα τὸ περὶ τοῦ συμβεβηκότος ὅτι κακὸν, τοῦτό ἐστι τὸ θλίβον αὐτόν. τὸ δὲ δόγμα, ἡμέτερόν ἐστιν. ὥστε θλίβει μὲν ὄντως τὸ κακόν· τοῦτο δὲ οὐκ ἐν τοῖς ἐκτὸς, ἀλλ' ἐν τοῖς ἐφ' ἡμῖν ἐστι, τὸ τοίως ἢ τοίως περὶ τῶν συμβαινόντων ὑπολαμβάνειν. Τί οὖν; ἀσυμπαθῶς ἔχειν δεῖ πρὸς τοὺς θλιβομένους τὸν ἐπιεικῆ, καὶ τοῦ δόγματος αὐτῶν καταγινώσκοντα περιορᾶν αὐτοὺς; Οὐδαμῶς· ἀλλὰ συμπεριφέρεσθαι μὲν, καὶ μέχρι τινὸς συγκαταβαίνειν, καὶ λόγον συμπαθῆ λέγοντα, κἂν δέοι, συνεπιστενάξαντα. οὐ προσποιητῶς· οὐ γὰρ προσήκει τῷ ἐπιεικεῖ ἡ προσποίησις· ἀλλ' αὐτὸν ἐπὶ τῇ ἀνθρωπίνῃ ἀσθενείᾳ στενάζοντα, τοῖα πράγματα στεναγμοῦ ἄξια νομίζειν. Προσέχειν δὲ χρὴ τῷ μέτρῳ τῆς συγκαταβάσεως, μὴ τῇ συμπαθείᾳ παραχθῇ, καὶ αὐτὸς ἔνδοθεν ἐπὶ τῷ συμβεβηκότι στενάζῃ.

in rebus externis mala noſtra ſunt, ſicut ne bona quidem. Cur ergo iſte plorans, tanquam malus ſit is eventus, affligitur? Nec is enim ſua natura talis eſt. Alioqui omnes affligeret eos quibus eveniſſet. Sicut id quod natura calet, omnes eos à quibus attingitur, calefacit. At vero Anaxagoras audito filii ſui obitu, placido ſimul & magno animo: Noram, inquit, me eum genuiſſe mortalem. Quid ergo affligit iſtum? Quod opinatur ſibi aliquid accidiſſe mali, id eſt quod eum affligit. Opinio autem, noſtra eſt. Itaque verum malum eum affligit: verum id non in rebus externis poſitum eſt, ſed in iis quarum poteſtas in nobis ſita eſt, ut hoc illove modo res æſtimemus. Quid ergo? Vir bonus non afficietur eorum dolore, qui affliguntur, & improbata eorum opinione ipſos negliget? Nequaquam. Sed tempori ſerviendum, & quadantenus aſſentiendum illis, cum oratione dolorem præ ſe ferente: tum, ſi opus ſit, una gemendo; idque non ſimulate; (nec enim bonum virum decet ſimulatio;) ſed illud gemendum eſt, tantam eſſe hominum imbecillitatem, ut iſtiuſmodi res gemitu dignetur. Eſt autem animadverſione dignum, quatenus iſta progredi affectio debeat, ne eo veniatur, ut ipſe etiam ex animo propter caſum illum ingemiſcas. Neque

οὔτε γὰρ βοηθεῖν ἔτι δύναται τῷ θρηνοῦντι. χρὴ γὰρ τὸν μέλλοντα τῷ πάθει βοηθεῖν, καὶ ἀνθέλκειν αὐτὸν ἀπὸ τοῦ πάθους, καὶ μέχρι τινὸς συγκαταβαίνειν, ἀσφαλῶς ἡδρασμένον αὐτὸν. οὔτε γὰρ ἐφ' ἑαυτῷ τις τελέως μένων ἀνασπάσει τὸν κατασυρόμενον ὑπὸ ῥεύματος, οὔτε ὅλως ἐκείνῳ συγκατασπασθείς. ὁ μὲν γὰρ τελέως ἐξῃρημένος, ἀσυμπαθὴς εἶναι δοκῶν, οὐ πείθει τὸν παθαινόμενον· ὁ δὲ καὶ αὐτὸς συνηττηθεὶς τῷ πάθει, ἄλλου δεῖται τοῦ βοηθήσοντος.

ΚΕΦ. κγ'.

ΜΈμνησο ὅτι ὑποκριτὴς εἶ δράματος οἵου ἂν θέλῃ ὁ διδάσκαλος· ἂν βραχὺ, βραχέος· ἂν μακρὸν, μακροῦ· ἂν πτωχὸν ὑποκρίνασθαί σε θέλῃ, ἵνα καὶ τοῦτον εὐφυῶς ὑποκρίνῃ· ἂν χωλὸν, ἂν ἄρχοντα, ἂν ἰδιώτην. σὸν γὰρ τοῦτ' ἐστὶ τὸ δοθὲν ὑποκρίνασθαι πρόσωπον καλῶς· ἐκλέξασθαι δὲ αὐτὸ ἄλλου.

ἘΞΗΉΓΗΚΙΣ.

ΠΡότερον μὲν συμποσίῳ τὴν ἐνταῦθα διαγωγὴν καὶ μέθεξιν τῶν ἐκτὸς ἀπείκαζε, καὶ συμποσιάρχῃ τὸν διδόντα θεόν· ὅτι κυρίους ἡμᾶς τοῦ λαβεῖν ἢ μὴ λαβεῖν ὑπετίθετο. καὶ διὰ τοῦτο τὴν ὄρεξιν ἡμῶν ἐπαιδαγώγει, πῶς αὐτὴν ἔχειν χρὴ καὶ τὴν αἵρεσιν πρός τε τὰ παρόντα τῶν ἐκτὸς, καὶ τὰ παρεληλυθότα, καὶ τὰ μέλλοντα. καὶ γὰρ ἐν τοῖς συμποσίοις κατὰ τὴν ἑαυτοῦ αἵρεσιν ἕκαστος καὶ μεταλαμβάνει τῶν προσφερομένων.

enim opem ei ferre iam poteris qui lamentatur: cui affectui mederi qui vult, eum, ut & aliquatenus ab eo affectu retrahat, & aliquo modo eidem ſubſerviat, oportet, ipſum in tuto collocatum. Neque enim is qui omnino in ſuo ſtatu permanſerit, retrahet eum qui ab flumine abripitur, nec ſi totus cum eo abripiatur. Qui enim rebus humanis plane exemtus eſt, cum immiſericors videatur, nihil valet apud eum qui angitur. Ei vero qui eodem affectu vincitur, ipſi conſolatione eſt opus.

CAP. XXIII.

ACtorem eſſe fabulæ talis, qualis magiſtro probata fuerit, te memento: ſi brevis, brevis, ſi longa, longæ. ſi mendicum agere te voluerit: fac eam quoque perſonam ingenioſe repræſentes. Ita ſi claudum, ſi principem, ſi plebeium. Hoc enim tuum eſt, datam perſonam bene effingere: eam autem eligere, alterius.

COMMENTARIUS.

PRius convivio vitam hanc, & externarum rerum uſum comparavit: & qui eas largitur Deū, convivatori: qui liberum nobis fecerit oblata vel accipere vel repudiare: eaque de cauſa noſtram appetitionem inſtar pædagogi informavit, ac docuit, quemadmodum res externæ tam præſentes, quam præteritæ & futuræ ſint amplectendæ. Nam in conviviis ſuo quiſque arbitratu vel abſtinet appoſitis, vel fruitur.

Nunc

Νυνὶ δὲ σκηνῇ τὸν βίον ἀπεικάζει, καὶ δράματος ὑποκριτὰς τοὺς ἐν αὐτῷ πολιτευομένους, καὶ χορηγὸν τοῦ δράματος καὶ διδάσκαλον τὸν θεὸν ὑπογράφει· ὅτι τὸ μὲν λαβεῖν καὶ μὴ λαβεῖν τὸ ἀπονεμόμενον, οὐκ ἔστιν ἐφ' ἡμῖν. ἀνάγκη γὰρ πάντως λαβεῖν· οἷα πολλὰ τῶν ἀπὸ τῆς εἱμαρμένης ἐστί. κἂν γὰρ πλοῦτον ἐφ' ἡμῖν ᾖ μὴ λαβεῖν, ἀλλὰ πενίαν, οὐ πάντως ἐφ' ἡμῖν ἐστιν ἐκκλῖναι, ἢ νόσον. καὶ τὸ δεσπόταις μὴ εἶναι ἢ ἄρχουσιν, ἐφ' ἡμῖν· ἀλλὰ τὸ μὴ δουλεῦσαι ἢ ἀρχθῆναι οὐκ ἔστιν ἐφ' ἡμῖν. διὸ ἐπὶ τούτων ἡ χρῆσίς ἐστιν ἐφ' ἡμῖν, καὶ τὸ ἀγαθὸν ἡμῶν ἢ τὸ κακὸν ἐν τούτοις· οὐκ ἐν τῷ ὀρεχθῆναι, ἡμῖν ἢ λαβεῖν ἢ μὴ λαβεῖν, ὡς πρότερον ἐλέγετο, ἀλλ' ἐν τῇ χρήσει ἐστὶν, ἐφ' ἡμῖν οὔσῃ, καλῶς ἢ κακῶς διατεθῆναι. τὸ γάρ τοι νοσεῖν καλῶς, ἢ πένεσθαι καλῶς, καὶ ὅλως ἡ χρῆσις καὶ τοῦ κατὰ αἵρεσιν καὶ τοῦ ἐξ ἀνάγκης ληφθέντος, ἐφ' ἡμῖν ἐστιν· ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῆς σκηνῆς, τὸ μὲν ἐκλέξασθαι τῶν ὑποκριτῶν ἕκαστον, πρὸς τὸ ἐπιτήδειον πρόσωπον ἐν τῷ δράματι, πρὸς βασιλέα, ἢ δοῦλον, ἢ μαινόμενον, ὡς τὸν Ὀρέστην, τοῦ διδάσκοντος τὸ δρᾶμά ἐστι, καὶ τῶν ἐν αὐτῷ προσώπων καὶ τῶν ὑποκριτῶν τὴν ποιότητα ἐπεσκεμμένου· τὸ δὲ ὑποκρίνεσθαι καλῶς τὸ δοθὲν πρόσωπον, τοῦ ἐκλεγέντος ἐστὶν ὑποκριτοῦ. διὸ καὶ εὐδοκιμεῖ πολλάκις δοῦλος, ἢ πτωχὸς, ἢ μαινόμενος ἐν τῷ δράματι, καὶ ἀποδοκιμάζεται

Nunc eandem ſcenæ ſimilem facit, & eos qui in ea verſantur ut fabulæ actores, Deum vero ut ædilem & magiſtrum deſcribit: in qua eam perſonam quæ aſſignetur vel accipere vel repudiare, non ſit noſtrum. Omnino enim neceſſe eſt eam accipere, qualia multa ſunt quæ à fato dependent. Etſi enim penes nos eſt, aſpernari divitias: paupertatem tamen, aut morbum, vitare, non omnino penes nos eſt. Item licet nobis non eſſe dominis aut magiſtratibus: at quo minus ſerviamus aut pareamus, non eſt noſtri iuris. Quare in his noſtri arbitrii eſt uſus; & bonum aut malum noſtrum quod ad hoc attinet, non in accipiendo, aut non accipiendo, ut ante dictum eſt, ſed in appetitu & uſu eſt ſitum: qui noſtri iuris eſt, ut ea vel bene vel male tractemus. Nam bene morbum aut paupertatem ferre, & iis uti quę vel ultro vel coactus acceperis, in tua poteſtate eſt. Ut & in ſcena, ſingulis hiſtrionibus aptam fabulæ perſonam imponere, ſive regis, ſive ſervi, ſive inſani, qualis eſt Oreſtis, eius eſt qui fabulam edit, quique tam perſonarum quæ in ea ſunt, quam hiſtrionum ingenia perſpecta habet. Sed impoſitam perſonam belle repræſentare deſignati hiſtrionis erit. Quare ſępe ſervus, aut mendicus, aut furioſus probatur in fabula: dives autem, aut im-

πλούσιος,

πλούσιος, ἢ στρατηγὸς, ἢ βασιλεύς· ὅταν ἐκεῖνοι μὲν καλῶς τὸ δοθὲν πρόσωπον ὑποκρίνωνται, οὗτοι δὲ κακῶς τὸ ἐφ' ἑαυτοῖς. ὧν οἱ μὲν καλῶς ἐξεπόνησαν, οἱ δὲ κακῶς. οὕτω δὲ καὶ ἐν τῷ βίῳ. πόσων ἄρα βασιλέων, καὶ πλουσίων, καὶ ἐῤῥωμένων, ὁ δοῦλος καὶ πένης καὶ χωλὸς Ἐπίκτητος ὑπό τε τοῦ χορηγοῦ καὶ διδασκάλου θεοῦ, καὶ ὑπὸ τῶν ἐν τῷ βίῳ θεατῶν, προεκρίθη; ὅτι καλῶς τὸ δοθὲν αὐτῷ πρόσωπον καὶ κατὰ τὴν τοῦ διδασκάλου γνώμην ὑπεκρίνατο, τὸ ἐφ' ἑαυτῷ καλῶς οἰκονομήσας· ἐν ᾧ τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ κακόν ἐστι τὸ ἀνθρώπινον, καὶ τὸ ἐπαινετὸν παρὰ τοῖς εὖ φρονοῦσι, καὶ τὸ ψεκτόν.

ΚΕΦ. κδ'.

Κόραξ ὅταν μὴ αἴσιον κράξῃ, μὴ συναρπαζέτω σε ἡ φαντασία, ἀλλ' εὐθὺς διαίρει παρὰ σεαυτῷ, καὶ λέγε· ὅτι τούτων οὐδὲν ἐμοὶ ἐπισημαίνεται, ἀλλὰ τῷ σωματίῳ μου, ἢ τῷ κτησιδίῳ μου, ἢ τῷ δοξαρίῳ μου, ἢ τοῖς τέκνοις, ἢ τῇ γυναικί. ἐμοὶ δὲ πάντα αἴσια σημαίνεται, ἐὰν ἐγὼ θέλω. ὅ, τι γὰρ ἂν τούτων ἀποβαίνῃ, ἐπ' ἐμοί ἐστιν ὠφεληθῆναι ἀπ' αὐτοῦ.

ἘΞΗΓΗΣΙΣ.

Τοῦτο οἶμαι τὸ κεφάλαιον τὴν προσήκουσαν ἔσχεν ἂν τάξιν, εἰ πρὸ τοῦ προσεχῶς εἰρημένου ἐτέτακτο μετὰ τὸ πρὸ ἐκείνου, οὗ ἀρχή, ὅταν κλαίοντα ἴδῃς ἐν πένθει. εἰπὼν γὰρ ἐν ἐκείνῳ, ὅτι οὐ χρὴ συμπαθαίνεσθαι τοῖς ἐν κακῷ νομίζουσιν εἶναι δι' ἀφαίρεσίν τινος τῶν ἐκτὸς, οὐδὲ συναρπασθέντα νομίζειν ὅτι ἐν κακῷ ἐστιν ὁ τοιοῦτος,

perator, aut rex improbatur, cum illi datam perſonam belle exprimunt, hi vero ſuam male, prout utriq; in eo elaborarunt. Sic etiam fit in vita. Quot enim regibus, divitibus, robuſtis, ſervus, pauper, & claudus Epictetus, tam à chorago & magiſtro Deo, quam ab huius vitæ ſpectatoribus eſt prælatus, qui perſonam ſibi impoſitam bene & ex magiſtri ſententia egit, & quod in ipſo fuit, probe adminiſtravit? in quo bonum & malum hominis ſitum eſt, & id quod à cordatis hominibus vel laudetur, vel vituperetur.

CAP. XXIV.

SI corvus inauſpicatum crocitarit, ne te viſum illud moveat: ſed ipſe tecum divide ſtatim, & dic: Nihil iſtorum mihi portenditur, ſed aut corpuſculo meo, aut reculæ meæ, aut exiſtimationi, aut liberis, aut uxori. Mihi autem fauſta omnia portenduntur, ſi ego voluero. Quicquid enim iſtorum acciderit, ex eo penes me eſt, fructum ut capiam.

COMMENTARIUS.

CAput hoc, mea quidem opinione, ſi præpoſitum ſuperiori fuiſſet, ſuum locum tenuiſſet, poſt id quod præcedit, cuius initium eſt: Cum eiulantem quempiam videris in luctu. Nam ibi cum dixiſſet, non affici oportere eorum dolore qui ob externæ alicuius rei iacturam in malo ſibi eſſe videantur: neque aſſentiri, talem in malo eſſe:

εἴπερ ἐν τοῖς ἐφ' ἡμῖν ἐστιν ἡ οὐσία τοῦ ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ ἡμῶν. Νῦν λέγει, ὅτι καὶ ἐὰν ὄρνις ἢ σύμβολός τις, ἢ μαντεία, δόξῃ σοι τινὰ κακὰ σημαίνειν, μηδὲ οὕτω συναρπασθῇς, ἀλλὰ χωρὶς τῶν ἀπὸ τοῦ σώματός σου καὶ τῶν ἐκτὸς ἐννόησον, ὅτι τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ κακόν σου ἐπὶ σοί ἐστιν. Ἐὰν οὖν σὺ μὴ θέλῃς ἐν κακῷ εἶναι, τὰ σημαινόμενα ταῦτα κακὰ οὐκ ἂν εἴη σοὶ σημαινόμενα, ἀλλ' ἢ τῷ σωματίῳ σου, ἢ τῷ δοξαρίῳ, ἢ τῇ περιουσίᾳ, ἢ τέκνοις, ἢ γυναικὶ, σοὶ δὲ πάντα αἴσια σημαίνεται, ἐὰν θέλῃς σὺ, διὰ τὸ ἐπὶ σοὶ εἶναι τὸ ἀγαθόν σου, καὶ τὸ κακόν. ἀμέλει ἀπὸ τῶν περὶ τὰ ἐκτὸς δοκούντων κακῶν καὶ ὠφελεῖσθαί σε δυνατὸν, καὶ ὅσῳ μείζονα δοκεῖ ταῦτα, τοσούτῳ μᾶλλον ὠφελεῖσθαι ἀπ' αὐτῶν καλῶς ἐν αὐτοῖς ἀναστραφέντα. καίτοι εἰ σὰ κακὰ ἦν ταῦτα, ἔβλαπτεν ἄν σε, καὶ οὐκ ὠφέλει. Εἰ οὖν καὶ ὠφελεῖσθαί σε δυνατὸν ἐξ αὐτῶν, καὶ σοὶ οὐδὲν ἂν γένοιτο κακὸν εἰ μὴ σὺ θέλῃς, καὶ τὰ σημαινόμενα ταῦτα ὡς σὰ κακὰ, ἐὰν θέλῃς, οὐ σά ἐστιν, ἀλλὰ τῶν περὶ σέ τινος.

ſiquidem noſtri boni & mali vis ac ſumma in iis ſit, quæ in noſtra poteſtate ſita ſunt. Nunc, ſive augurium, ſive omen, ſive divinatio mali aliquid portendere tibi videatur: ne ſic quidem, inquit, aſſentiaris: ſed ſepoſitis corporeis & externis rebus cogites, bonum & malum tuum penes te eſſe. Si igitur ipſe in malo eſſe nolueris, iſta quæ portenduntur mala, non tibi portendentur, ſed aut corpori tuo, aut famæ, aut opibus, aut liberis, aut uxori. Tibi vero proſpera omnia ſignificantur, ſi ipſe vis, quia penes te eſt bonum & malum tuum. Atque adeo fieri poteſt, ut mala quæ videntur in rebus externis, tibi proſint: & tanto magis proſint, quanto maiora videntur, ſi recte ea tractaris. Atqui ſi ea tua mala eſſent, nocerent, non iuvarent. Quoniam igitur iis & iuvari potes, nec tibi quicquam accidet mali niſi ipſe velis: etiam ea quæ portendi mala videntur, ſi volueris, non tua mala erunt, ſed eorum alicuius quæ extra te & à te ſeiuncta ſunt.

ΚΕΦ. κε'.

Ἀνίκητος εἶναι δύνασαι, ἐὰν εἰς μηδένα ἀγῶνα καταβαίνῃς, ὃν οὐκ ἔστιν ἐπὶ σοὶ νικῆσαι.

CAP. XXV.

INvictus eſſe potes, ſi in nullum certamen deſcendas quod vincere tui arbitrii non eſt.

ἘΞΗΓΗΣΙΣ.

Εἰπὼν ὅτι σοὶ οὐδὲν σημαίνεται κακὸν, ἐὰν μὴ σὺ θέλῃς· ὥστε καὶ ἐπὶ σοὶ εἶναι τὸ μὴ εἶναι ἐν κακῷ· τούτου οἶμαι τὴν αἰτίαν καὶ τὴν ἀπόδειξιν διὰ τοῦ νῦν παρατεθέντος ᾐνίξατο. ἢ γὰρ ἐπὶ σοί ἐστιν τὸ μηδέποτε πρὸς τὰ ἐκτὸς παραβάλλεσθαι καὶ ἀγωνίζεσθαι, ἢ ὀρεγόμενον ἢ ἐκκλίνοντα, ἐν οἷς ἡττᾶσθαί ποτε ἀνάγκη, ἢ ἀποτυγχάνοντα τῶν ὀρεκτῶν, ἢ περιπίπτοντα τοῖς ἐκκλινομένοις. ἀλλ' ἐν τοῖς ἐπὶ σοὶ μόνοις ἀναστρέφου, ἐν οἷς κύριος εἶ τοῦ μηδέποτε ἀποτυγχάνειν, ἢ ὀρεγόμενον ἢ ἐκκλίνοντα. Ταυτὸν δὲ, εἰπεῖν μηδέποτε ἡττᾶσθαι, ἀλλ' ἀεὶ εἶναι ἀνίκητον. εἰ δὲ καὶ τοῦτο, δῆλον ὅτι καὶ τὸ μηδέποτε γενέσθαι ἐν κακῷ ἐπὶ σοί ἐστιν. ὁ γὰρ ἐν κακῷ γενόμενος, ἡττᾶται ὑπὸ τοῦ κακοῦ. εἰ δὲ ἐπὶ σοὶ τὸ μηδέποτε ἐν κακῷ γενέσθαι, ἐπὶ σοὶ ἂν εἴη τὸ μηδέποτε κακόν τι σοὶ σημαίνεσθαι. Ὀρθῶς ἄρα εἴρηται, ὅτι τῶν κακῶν οὐδέν σοι σημαίνεται, ἐὰν μὴ σὺ θέλῃς· τουτέστιν, ἐὰν μὴ εἰς ἀγῶνα καταβαίνῃς, ὃν οὐκ ἔστιν ἐπὶ σοὶ νικῆσαι· τουτέστιν ἐὰν μὴ ἐν τοῖς ἐκτὸς τὸ ἀγαθὸν σεαυτοῦ καὶ τὸ κακὸν ἀφορίζῃς.

COMMENTARIUS.

QUod dixit, nihil tibi portendi mali, niſi ipſe volueris, ut in tua poteſtate ſit, non eſſe in malo: eius ſubobſcure, ut opinor, his verbis cauſam & rationem affert. Nam penes te eſt, nunquam cum externis rebus congredi & certare, ſive appetendo ſive declinando: in quibus aliquando vinci neceſſe eſt, aut fruſtratum rebus deſideratis, aut circumventum declinatis. Penes te eſt in iis ſolis verſari, quibus ne unquam fruſtrere ſive appetendo ſive declinando, tui eſt arbitrii. Id vero non aliud eſt, quam ſi dixiſſet: ut nunquam ſuccumbas, ſed perpetuo ſis invictus, penes te eſſe. Quod ſi hoc, illud etiã penes te eſt dubio procul; ne unquam ſis in in malo. Nam qui in malo eſt, à malo vincitur. Sin penes te eſt, ne unquam in malum incidas: illud etiam penes te erit, ne quid unquam tibi mali portendatur. Recte igitur dictum, Nihil tibi portendi mali niſi ipſe velis: hoc eſt, niſi in certamen deſcendas, cuius victoria penes te non ſit: hoc eſt, niſi in rebus externis bonum tuum & malum tuum collocaris.

ΚΕΦ. κϛ'.

Ὅρα οὖν, μήποτε ἰδών τινα προτιμώμενον, ἢ μέγα δυνάμενον, ἢ ἄλλως εὐδοκι-

CAP. XXVI.

SI quem igitur eximiis honoribus affectum, aut ampla poteſtate praeditum, aut alioqui florentem videris:

μοῦντα,

μοῦντα, μακαρίσῃς ὑπὸ τῆς φαντασίας συναρπασθείς. ἐὰν γὰρ ἐν τοῖς ἐφ' ἡμῖν ἡ οὐσία τοῦ ἀγαθοῦ ᾖ, οὔτε φθόνος, οὔτε ζηλοτυπία χώραν ἕξει. σύ τε αὐτὸς οὐ στρατηγὸς, οὐ πρύτανις, ἢ ὕπατος εἶναι θελήσεις, ἀλλὰ ἐλεύθερος. μία δὲ ὁδὸς πρὸς ταῦτα. καταφρόνησις τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν.

vide ne quando beatum illum prædices, viſorum impetum ſecutus. Nam ſi in rebus noſtræ poteſtati ſubiectis vis tranquillitatis conſtiterit, nec invidia nec æmulatio locum habebit: tuque ipſe non Imperator, non Senator, non Conſul eſſe voles, ſed liber. Ad eam autem rem via unica eſt, eorum quæ in poteſtate noſtra non ſunt contemtio.

ΕΞΗΓΗΣΙΣ.

Εἰπὼν ἀνίκητον εἶναι τὸν μὴ καταβαίνοντα εἰς ἀγῶνα τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν· ἐπειδὴ πρὸς ταῦτα ἕλκει μάλιστα τὰ τῶν ἐν αὐτοῖς εὐροεῖν δοκούντων παραδείγματα, καὶ ὁ πρὸς αὐτοὺς ζῆλος, καὶ φθόνος· δείκνυσι συντόμως, ὅτι οὐδεὶς τῶν τἀγαθὸν τὸ ἀνθρώπινον ζητούντων, ἢ φθονεῖ, ἢ ζηλοῖ ποτέ. εἰ γὰρ τὸ ἀνθρώπινον ἀγαθὸν ἐν τοῖς ἐφ' ἡμῖν ἐστιν, οἱ δὲ προτίμησιν, καὶ δυναστείαν, καὶ εὐδοκίμησιν παρὰ τοῖς πολλοῖς ἔχοντες, οὐ τῶν ἐφ' ἡμῖν τι ἔχουσιν, δῆλον ὅτι οἱ τοιοῦτοι οὐδὲ ἀγαθὸν ἔχουσιν ἀνθρώπῳ προσῆκον. Ποίαν οὖν χώραν ἔχει πρὸς τοὺς τοιούτους φθόνος ἢ ζηλοτυπία; καὶ γὰρ ὁ μὲν φθόνος, λύπη ἐστὶν ἐπ' ἀλλοτρίῳ ἀγαθῷ· ὁ δὲ ζῆλος, ζέουσα θέλησις τοῦ παρισωθῆναι τῷ νομιζομένῳ ἀγαθῷ. φύεται δὲ ταῦτα τὰ πάθη, ἐκ τοῦ πάντα ἄνθρωπον κατὰ φύσιν τιμῆς

COMMENTARIUS.

Cum invictum eſſe dixiſſet eum qui nullum de rebus alienis certamen ſuſciperet: exempla vero eorum quibus hæc proſpere eveniſſe videntur, & æmulatio adverſus eos, & invidia, vel in primis eo attrahunt: compendio demonſtrat, eorum neminem qui bonum humanum quærunt, unquam invidere aut æmulari. Nam ſi bonum humanum in rebus noſtræ poteſtati ſubiectis ſitum eſt: qui vero populari honore, potentia, gloria præcellunt, nihil eorum habent, quæ in noſtra poteſtate ſita ſunt: huiuſmodi homines, ne bonum quidem habere homini conveniens conſtat. Quid ergo loci adverſus iſtos habeat invidia, aut æmulatio? Nam & invidia dolor eſt, ob alienum bonum ortus: & æmulatio fervor quidam voluntatis exæquandi ſe cum eo quod bonum habetur. Naſcuntur autem hæ perturbationes ex eo, quod quivis homo ipſius naturæ impulſu honoris eſt

ἐπιθυμεῖν, καὶ τοῦ τῶν ὁμοίων μὴ ἀποπίπτειν. διὸ οἱ μὲν ἀτονώτεροι τὴν φύσιν καὶ προκόπτειν αὐτοὶ μὴ ἰσχύοντες, τῇ καθαιρέσει τῶν πέλας παρισοῦσθαι ἢ ὑπερέχειν αὐτῶν βούλονται, καὶ λυποῦνται ἐπὶ ταῖς τῶν πέλας εὐπραγίαις. καὶ ἐπὶ τοῦτο φθόνος. πρὸς γὰρ τὸν εὖ ἔχοντα ἢ δοκοῦντα εὖ ἔχειν, ὁ φθόνος ἕρπει· τὸν ὅμοιον δὲ μάλιστα, ἢ συγγενείᾳ, ἢ ἐπιτηδεύματι, ἢ τύχῃ. οὐδεὶς γὰρ φθονεῖ τῷ πάνυ ὑπερέχοντι, ἢ τῷ πάνυ ἐλάττονι. ὅτι οὐδ᾽ ἁμιλλᾶταί τις πρὸς τὸν τοιούτους. οἱ δὲ τόνον ἔχοντες τινὰ, θερμῶς κινοῦνται πρὸς τὸ αὐτοὶ προκόψαντες παρισωθῆναι, ἢ καὶ ὑπερβαλεῖν ἐκείνους, πρὸς οὓς ἡ ἅμιλλα. διὸ ὁ μὲν φθόνος ἀεὶ φαῦλόν ἐστι πάθος· ὁ δὲ ζῆλος, ὅταν περὶ ἀρετῆς γένηται, ἀγαθὸς, καὶ συγγενὴς τοῦ ἀγαθοῦ ἔρωτος· ὅταν δὲ περί τι τῶν ἐκτὸς, φαῦλος, καὶ τῷ φθόνῳ συντεταγμένος. Εἰ τοίνυν ὁ μὲν φθόνος, καὶ ὁ ζῆλος, ὡς ἐπ᾽ ἀγαθοῖς γίνεται, προτίμησις δὲ, καὶ δυναστεία, καὶ εὐδοκίμησις, τὰ παρὰ τοῖς πολλοῖς ἀγαθὰ δοκοῦντα, οὐκ ἔστιν ἀγαθὰ, εἴπερ ἐν τοῖς ἐφ᾽ ἡμῖν τὸ ἀγαθόν ἐστι, δῆλον ὅτι ἐπὶ τούτων φθόνος καὶ ζῆλος οὐδεμίαν ἔχουσι χώραν, κατά γε τὸ ἀληθές. Οὐ χρὴ τοίνυν φθονοῦντα, ἢ ζηλοῦντα τοὺς περὶ τὰ τοιαῦτα εὐροοῦντας, ἐν τούτοις

appetens, nec paribus de dignitate vult concedere. Itaque ſi qui ſunt infirmioribus ingeniis, qui ipſi nihil proficere poſſunt, proximum quenque deprimendo æquare illum aut etiam ſuperare contendunt,& ſucceſſibus aliorum dolent. quæ eſt invidia. Nam ad eum, quicum bene agitur, vel agi videtur, invidia velut arrepit, in primis vel genere, vel ſtudio, vel fortuna parem. Nemo enim vel prorſus eminenti vel omnino inferiori invidet, neque cum talibus certat quiſpiam. In quibus vero aliquid animi & nervorum eſt, hi inflammati aviditate feruntur, ut illos ſtrenue progrediendo vel æquent, vel ſuperent, cum quibus ſibi certamen inſtituerunt. Quare invidia ſemper eſt vitioſus affectus: æmulatio vero cum virtutem ſpectat,bona eſt,& cognata boni amoris: cum autem res externas; mala, nec invidia melior. Si ergo & invidia & æmulatio opinione boni excitantur, honos vero & potentia & celebritas nominis, quæ vulgo in bonis habentur, bona non ſunt, cum bonum in rebus noſtræ poteſtati ſubiectis ſit collocatum, conſtat, in iis invidiam & æmulationem nihil habere loci,ſi quidem veritas ſpectetur. Non decet igitur, eum qui eruditur, invidendo vel æmulando eos, quibus iſta ad voluntatem fluere videntur, in eis

τίθεσθαι

τίθεσθαι τὸ ἀγαθὸν τὸν παιδευόμενον. ἐλευθερίας γὰρ αὐτὸν ὀρέγεσθαι χρὴ τῆς ἀπὸ τῶν αὐτῶν παθῶν, ἀλογίστων ὄντων πάσης, καὶ οὐδενὸς τῶν ἐκτός. μία δὲ ὁδὸς εἰς ἐλευθερίαν ἄγει, φησίν, ἡ καταφρόνησις τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν, ἐν οἷς ἡ δουλεία καὶ ἡ ἧττα. ἐν τούτοις γὰρ τὸ ἀποτυγχάνειν ὧν ὀρεγόμεθα, καὶ περιπίπτειν οἷς ἐκκλίνομεν. περὶ ταῦτα ἡ τῶν ἀλόγων ἐν ἡμῖν παθῶν ὄρεξις, καὶ ἡ καθ' ἡμῶν τυραννὶς αὐτῶν. Διὸ τῶν ἐκτὸς καταφρονοῦντες, καὶ τὰς συγγενεῖς πρὸς αὐτὰ ὀρέξεις, ὡς τῶν συμμάχων ἐρημωθείσας, ὑποκατακλίνεσθαι ποιοῦμεν τῷ λόγῳ.

bonum collocare. Libertas enim ei expetenda eſt à ſuis temerariis affectibus,nihil autem rerum externarum. Una vero,inquit,ad libertatem via ducit, rerum quæ in nobis ſitæ non ſunt, deſpicientia: quæ nos & libertate privant,& victoria. In his enim & fruſtrari eſt iis quæ appetimus, & in ea, quæ fugimus, incidere.In his verſantur brutorum noſtrorum affectuum appetitus, & tyrannis eorum, quam in nos exercent. Quamobrem rebus externis deſpiciendis, etiã cognatas cum eis appetitiones, veluti ſociis deſtitutas,rationi præbemus obedientes.

ΚΕΦ. κζ'.

Μέμνησο ὅτι οὐχ ὁ λοιδορῶν, ἢ τύπτων ὑβρίζει, ἀλλὰ τὸ δόγμα τὸ περὶ τούτων ὡς ὑβριζόντων. ὅταν οὖν ἐρεθίσῃ σέ τις, ἴσθι ὅτι ἡ σὴ σὲ ὑπόληψις ἠρέθισε. Τοιγαροῦν ἐν πρώτοις πειρῶ ὑπὸ τῆς φαντασίας μὴ συναρπασθῆναι. ἂν γὰρ ἅπαξ χρόνου καὶ διατριβῆς τύχῃς, ῥᾷον κρατήσεις σεαυτοῦ.

Cap. XXVII.

Memento, non eum qui convicietur aut verberet, auctorem eſſe contumeliæ: ſed opinionẽ de eis tanquã contumelioſis conceptã. Cum igitur te quiſpiam irritarit, ab opinione tua te irritatum eſſe ſcito. Quapropter in primis operam dato, ne viſa tibi aſſenſum extorqueant. Nam ſi ſemel tempus & moram impetraris, facilius ipſe tibi imperabis.

ΚΕΦ. κη'.

Θάνατος δὲ καὶ φυγή, καὶ πάντα τὰ ἄλλα τὰ δεινὰ φαινόμενα, πρὸ ὀφθαλμῶν ἔστω σοι καθ' ἡμέραν. μάλιστα δὲ πάντων ὁ θάνατος. καὶ οὐδὲν οὐδέποτε ταπεινὸν ἐνθυμήσῃ, οὔτε ἄγαν ἐπιθυμήσεις τινός.

Cap. XXVIII.

Mors & exilium, & omnia quæ in malis habentur, ob oculos tibi quotidie verſentur: omnium vero maxime mors. Sic nihil unquam humile cogitabis, nec impenſe cupies quicquam.

ΕΞΗΓΗΣΙΣ.

Διασύρας πάλιν τὰ ἐν τοῖς ἐκτὸς νομιζόμενα ἀγαθὰ, καὶ μίαν ὁδὸν πρὸς ἐλευθερίαν τὴν καταφρόνησιν τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν εἰπὼν, τὰς πρὸς ταῦτα ἐνστάσεις, ἢ καὶ λόγῳ λεγομένας, ἢ πάντως γοῦν ταῖς ἐννοίαις τῶν ἄρτι παιδευομένων ἐνοχλούσας, διαλύει, ἀπὸ τῶν αὐτῶν τῆς παιδείας ἀρχῶν ὁρμώμενος. Καὶ αἱ μὲν ἐνστάσεις λέγουσιν, ὅτι καταφρονοῦντες τῶν ἐκτὸς, καὶ διὰ τοῦτο εὐτελεῖς, καὶ ἀδύνατοι μένοντες, πολλὰ πεισόμεθα κακὰ ὑπὸ τῶν ἐπαρχόντων, ἐὰν μήτε δύναμιν ἔχωμεν, μήτε κολακεύειν τοὺς δυναμένους αἱρώμεθα. καὶ γὰρ λοιδοροῦσι, καὶ τύπτουσι, καὶ παντοίως ὑβρίζουσιν ἡμᾶς, καὶ τὰ ὑπάρχοντα ἀφαιροῦνται, καὶ φυγαδεύουσι, καὶ τὸ τελευταῖον, ἐνίοτε καὶ φονεύουσιν. Αὐτὸς δὲ πρὸς ταῦτά φησιν, ὅτι τούτων οὐδὲν δεινόν. ἢ γὰρ ἂν πᾶσιν ἐφαίνετο δεινά· ἀλλὰ τὸ δόγμα τὸ περὶ αὐτῶν ὅτι δεινὰ, τοῦτό ἐστι δεινόν. ὥστε οὔτε ὑβρίζουσιν οὗτοι τοιαῦτα ποιοῦντες, ἀλλὰ τὸ ἐν ἡμῖν δόγμα ὅτι ὑβριζόμεθα, τοῦτό ἐστι τὸ ὑβρίζον ἡμᾶς. τὸ δὲ δόγμα καὶ ἡ περὶ τούτου ὑπόληψις, ἡμέτερόν ἐστιν ἔργον. ἡμεῖς οὖν ἑαυτοὺς ὑβρίζομεν. Ὅτι δὲ οὐδὲ δεινόν ἐστιν, οὐδὲ δυσχεράνσεως ἀξία ἡ ὕβρις, δῆλον ἐντεῦθεν· ἢ γὰρ ἀληθής ἐστιν, ἢ ψευδής.

COMMENTARIUS.

Rurſus elevatis iis quæ in rebus externis habentur bona, & via unica ad libertatem demonſtrata, rerum quæ noſtri arbitrii non ſunt, contemtione: quæ contra hæc afferri poſſunt vel oratione, vel tironum tacita cogitatione, diſſolvit, ipſis eruditionis principiis innitens. Occurritur autem ei hoc modo: Si res externas deſpexerimus, eaque de cauſa viles & inopes permanſerimus, multas potentiorum iniurias perferemus, cum & nullis muniti præſidiis ſimus, & eis adulari recuſemus. Nam & conviciantur & verberant, & variis nos contumeliis afficiunt, & quæ habemus eripiunt, & relegant, interdum denique nos occidunt. Ipſe vero ad hæc reſpondet: nihil eſſe in iſtis grave, quod alioqui omnibus gravia viderentur: ſed opinionem quæ ea gravia faciat, eſſe gravem. Quare non iſtos, cum talia faciant, contumelia nos afficere: ſed quæ in nobis ſit opinionem, qua nos affici contumelia putemus, eam eſſe quæ contumelia nos afficiat. Opinionem autem, & exiſtimationem de ea, noſtrum opus eſſe. Nos igitur à nobis ipſis affici contumelia. Neque vero gravem rem eſſe, aut indignatione dignam, contumeliam, inde conſtat. Aut enim verum eſt crimen, aut falſum.

καὶ εἰ μὲν ἀληθὴς, τί δυσχεραίνομεν τὰ ἀληθῆ ἀκούοντες; διὰ τί δὲ ποιεῖν αὐτὰ οὐ δυσχεραίνομεν, ἀκούειν δὲ δυσχεραίνομεν; εἰ δὲ ψευδὴς, ἐκεῖνος βλάπτεται ὁ ψευδόμενος. Τί οὖν χρὴ ποιεῖν πρὸς τοῦτο; Μὴ συναρπάζεσθαί φησιν ὑπὸ τῆς φαντασίας τοῦ ὑβρίζεσθαι, καὶ βοᾷν ἢ ὀδύρεσθαι ἐν κακῷ νομίζοντες εἶναι, ἀλλὰ δοῦναι καιρὸν ἑαυτῷ τῆς τοῦ συμβάντος ἐπισκέψεως, ὁποῖόν ποτέ ἐστιν. ἂν γὰρ χρόνου τινὸς καὶ διατριβῆς τύχῃς, μὴ συναρπασθεὶς ὑπὸ τοῦ αἰφνιδίου, ἅμα μὲν ἄλυπος ἔσῃ, ἅμα δὲ καιρὸν ἕξεις τοῦ τὰς τῆς παιδείας ἀρχὰς προχειρίσασθαι, καὶ διελέσθαι, πότερον τῶν ἐφ' ἡμῖν ἐστι τὸ συμβὰν, ἢ τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν· κἂν τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν εὕρῃς αὐτὸ, συνάψῃς ὅτι οὐδὲ ἀγαθὸν ἡμῶν οὐδὲ κακόν ἐστι· καὶ ὅτι ἐπ' ἐμοί ἐστι, καὶ ὡς ἀγαθῷ χρήσασθαι αὐτῷ, καὶ ὠφεληθῆναι ἐξ αὐτοῦ, μεγαλοφρόνως αὐτὸ περιβλέποντι. Πρὸς δὲ τὸ μὴ συναρπασθῆναι συνεργεῖ τὰ μέγιστα τὸ ἐθισθῆναι, τινὸς τοιούτου συμβαίνοντος, σιωπᾷν, ἕως ἂν τῆς ἔνδοθεν ἀναζέσεως αἰσθώμεθα καταστελείσης, καὶ ὁ ἐν ἡμῖν κύων μηκέτι ὑλακτῇ. Λέγεται γοῦν, καὶ Σωκράτης, εἴποτε θυμωθείη, πάντως σιωπᾷν. Τούτοις οἶμαι τὰ ἑξῆς δεῖ συμπλέκειν τάχα, καὶ συμπλεκτικὸν αὐτοῖς σύνδεσμον προσεννοεῖν, λέγοντα, θάνατος δὲ καὶ φυγὴ, καὶ πάντα τὰ ἄλλα τὰ δεινὰ φαινόμενα, πρὸ ὀφθαλμῶν ἔστω σοι καθ' ἡμέραν, καὶ τὰ ἑξῆς. κοινῷ γὰρ λόγῳ περὶ

Si verum: cur moleſte ferimus veritatem? cur facere non piget, audire piget? Sin falſum: ille qui mentitur, læditur. Quid igitur agendum? Ne tibi aſſenſionem extorqueat viſum contumeliæ, ut vociferеris, & lamenteris, te in malo eſſe exiſtimans: ſed ſpatium ipſe tibi præbeas rei conſiderandæ, cuiuſnam modi ſit. Nam ſi temporis aliquid & moræ impetraris, repentinum obiectum te non commovebit, ſed ſimul interim tranquillus eris: ſimul ſpatium habebis principia doctrinæ promendi, & diſtinguendi, utrum ille caſus in noſtra poteſtate ſit, an non? Quod ſi in noſtra poteſtate non eſſe eum inveneris: adiunges, neque bonum neque malum noſtrum eſſe: & penes te eſſe eo pro bono uti, & fructum inde capere, magno animo eum deſpiciendo. Ne autem aſſentiare, plurimum tibi conferet tacendi conſuetudo, ſiquid tale acciderit, donec æſtum animi deferbuiſſe intellexeris, & canem tuum internum latrare deſiiſſe. Fertur enim & Socrates, ſi quando commotus eſſet vehementiùs, prorſus tacuiſſe. Cum his, mea ſententia, ſtatim reliqua ſunt connectenda, coniunctione ſubintellecta, ut dicas: Mors vero, exiliūm, cæteraque omnia, quę in malis habentur, quotidie tibi ſint ob oculos, &c. Cum enim communi ſermone de omnibus

πάντων τῶν ἔξωθεν περιπιπτόντων, καὶ δοκούντων δεινῶν εἰπὼν, ὅτι αὐτῶν μὲν οὐδὲν δεινὸν, οὐδὲ ὑβριστικὸν οὐδὲ βλαβερόν ἐστιν, ἀλλὰ τὸ δόγμα τὸ περὶ αὐτῶν, τοῦτό ἐστι τὸ ὑβρίζον, καὶ βλάπτον, βοήθειαν πρὸς τὰς λοιδορίας, καὶ τὰς πληγὰς, καὶ τὰ τοιαῦτα προσέθηκεν, εἰς τὸ μὴ θυμοῦσθαι ὑπ' αὐτῶν ἢ καταπίπτειν, τὸ μὴ συναρπάζεσθαι ὑπὸ τῆς φαντασίας. Πρὸς δὲ φυγὴν καὶ θάνατον, καὶ τὰ δεινότερα τῶν τοιούτων, ἄλλην πορίζει βοήθειαν, τὸ μὴ ἀπογινώσκειν τῶν τοιούτων, ἀλλὰ συνεχῶς ἐλπίζειν ὡς ἐνίοτε ἐπόμενα. ἐὰν γὰρ ὁ μὲν λόγος ἀποδεικνύῃ, μήτε ἀγαθὰ μήτε κακὰ τὰ ἐκτὸς εἶναι, ὁ δὲ διὰ τῆς φαντασίας συνεθισμὸς φυσιοῖ πως ἡμᾶς οὕτω πρὸς αὐτὰ ἔχειν ὡς πρὸς συνήθη, οὔτε ἀπὸ τῶν δεινῶν δοκούντων ταπεινούμεθα, οὔτε τῶν ἡδέων δοκούντων λίαν ὀρεγόμεθα.

ΚΕΦ. κθʹ.

ΕΙ' φιλοσοφίαν ἐπιθυμεῖς, παρασκευάζου αὐτόθεν, ὡς καταγελασθησόμενος, ὡς καταμωκησομένων σου πολλῶν, ὡς ἐρούντων ὅτι ἄφνω φιλόσοφος ἡμῖν ἐπανελήλυθε. καὶ πόθεν ἡμῖν αὕτη ὀφρύς; σὺ δὲ ὀφρὺν μὲν μὴ σχῇς, τῶν δὲ βελτίστων σοι φαινομένων οὕτως ἔχου, ὡς ὑπὸ τοῦ θεοῦ τεταγμένος εἰς ταύτην τὴν τάξιν. μέμνησο δὲ, ὅτι ἐὰν μὲν ἐμμείνῃς τοῖς αὐτοῖς,

omnibus externis caſibus, & rebus, ut habenrur, formidabilibus diſſeruiſſet, nullam earum neque terribilem, neque contumelioſam, neque noxiam eſſe, ſed opinionem de iis conceptam, eſſe quæ damno aut contumelia nos affi-ciat: id adiumentum, ne viſis aſſentiaris, adverſus convicia & verbera ſubiecit, ne irriteris ab eis, aut concidas. Adverſus exilium autem & mortem, & id genus alia graviora, aliud remedium excogitavit, ne illa putemus nunquam ad nos perventura: ſed continenter exſpectemus, ut quæ aliquando eveniant. Nam ſi ratio demonſtrarit, res externas neque bonas eſſe, neque malas, & conſuetudo nobis eam quaſi naturam attulerit, ut adverſus ea ut uſitata & quotidiana affecti ſimus: nec iis quæ moleſta habentur, deprimemur: nec ſuavium rerum imagine ultra modum alliciemur.

CAP. XXIX.

SApientiæ ſtudium ſuſcipere cupis? Statim te para, quaſi futurum ſit ut deridearis, ut multi te ſub ſannent: ut dicant, te ſubito philoſophum exſtitiſſe: ut rogent, unde ſupercilium iſtud? Tu autem ſupercilium ne habeto: ea vero quæ optima tibi videbuntur, ſic teneto, quaſi à Deo ſis in ea ſtatione collocatus. Cæterum memento, te, ſi in eodem ſtatu permanſeris,

οἱ κα-

οἱ καταγελῶντές σου τὸ πρότερον, οὗτοί σε ὕστερον θαυμάσονται. ἐὰν δὲ ἡττηθῇς αὐτῶν, διπλοῦν προσλήψῃ καταγέλωτα.

ΕΞΗΓΗΣΙΣ.

Διὰ τοσούτων παραινέσεων πάντας ἀνθρώπους προτρέψας καθὸ ἀνθρώπους, τῶν μὲν ἐκτὸς, καὶ τῆς περὶ αὐτὰ πτοίας ἀποστῆναι, ὡς ἀλλοτρίων, ἐν ἑαυτοῖς δὲ τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ κακὸν ζητεῖν, ὅπερ τοῖς αὐτεξουσίοις προσήκει ζώοις, καὶ αἱρέσεως κυρίοις καὶ ὁρμῆς· ἐντεῦθεν λοιπὸν ὡς ἤδη ποσῶς προκεκοφόσι, καὶ φιλοσοφίας ἐπιθυμοῦσι, διαλέγεται τὰ πολλὰ, καὶ τὴν ἀρχὴν εὐθὺς τῆς τοιαύτης ἐπιθυμίας προασφαλίζεται, τὰ ἐν ἀρχῇ συμβαίνειν εἰωθότα τοῖς τοιούτοις προλέγων, ἵνα μὴ ἐξαίφνης προσπεσόντα ταράξῃ, καὶ διαλύσῃ τὴν ἔνστασιν. εἰώθασι γὰρ οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων πρὸς τοὺς ἀποτρέψειν βουλομένους τῆς συνήθους διαγωγῆς βαρύνεσθαι. καὶ ποτὲ μὲν διὰ τὸ μὴ δοκεῖν αὐτὰ χειρόνως πράττειν, μάλιστα οἱ συνήθεις, καταγελῶσι, καὶ χλευάζουσι· ποτὲ δὲ καὶ ὡς ἀναξίως ἐπαιρομένους ὀνειδίζουσιν, ἅμα μὲν θυμούμενοι κατ' αὐτῶν, ἅμα δὲ φθόνῳ τὴν προθυμίαν ἐκκόπτειν βουλόμενοι. Καὶ δὴ πολλοὶ τοῖς γέλωσι τούτοις, καὶ τοῖς μώκοις, καὶ τοῖς ὀνειδισμοῖς ἡττηθέντες, ἔλιπον τὴν τάξιν, καὶ πρὸς τὰ πρότερον συνήθη ἐπέστρεψαν. μῶκος δέ ἐστιν ὁ μυκτηρισμὸς, καὶ ὁ διὰ τοιούτου σχήματος εὐτελισμός. ἄλλοις δὲ οὐ μέχρι σχήματος, καὶ μώκων, καὶ ὀνειδισμῶν μόνον προχωρεῖ τὰ τοῦ πράγματος, ἀλλὰ καὶ κινδύνους ὑπομένουσι καὶ κλιμακτῆρας, αὐτοί τε καὶ οἱ

iis tandem admirationi fore, qui te prius deriſerunt. Sin eis ſuccubueris, dupliciter fore deridendum.

COMMENTARIUS.

Tot præceptis omnes homines, quatenus homines ſunt, hortatus, ut rebus externis earumque admiratione, ut alienarum, relicta, in ſemet ipſis bonum & malum quærant, id quod libera voluntate, appetitione ac delectu præditos animantes deceat: iam velut cum iis qui aliquantum profecerint, & philoſophiam ament, loquitur pleraque, & huius deſiderii principium ſtatim præmunit, ea quæ initio talibus evenire ſoleant prædicens, ne de improviſo obiecta perturbent, & deſtruant inſtitutum. Nam plerique mortales, eos qui à conſueta vivendi ratione recedere volunt, moleſte ferre conſuerunt: & alias ne peius cum ipſis agi videatur, familiares præſertim derident & ſubſannant: alias, quaſi præter meritum inſoleſcentes, opprobriis petunt, iratique ſimul & invidentes, alacritatem eorum retundere ſtudent. Itaque multi hoc deriſu, his ſannis, hiſce opprobriis victi, deſertis ordinibus ad priſtinæ vitæ conſuetudinem redierunt. Neque vero vultu & geſtu tantum ridentur, ſubſannantur, conviciis exagitantur omnes: ſed nonnulli cum ipſi, tum qui eorum inſtitutionis

συμπράττοντες αὐτοῖς εἰς διαγωγίαν· τοῦτο μὲν ὑπὸ τῶν οἰκείων, διὰ συμπαθείας ἀχρήστους οἰομένων ἔσεσθαι τῷ βίῳ· τοῦτο δὲ ὑπὸ τῶν ἔξωθεν· τὰ μὲν φθονούντων τῇ ὑπεροχῇ τοῦ καλλίονος βίου· τὰ δὲ θυμουμένων ἐπὶ τῇ καταφρονήσει αὐτῶν τε καὶ τοῦ κατ' αὐτοὺς βίου. Συμβαίνει δὲ τῷ ὄντι, τινὰς τῶν ὀρεχθέντων μὲν φιλοσοφίας καὶ εὐζωΐας, διά τινα εὐφυΐαν τε καὶ εὐμοιρίαν, μήπω δὲ κατασχεθέντας ὑπ' αὐτῆς, ἀλλ' ἐν ἐλπίδι πως καὶ φαντασίᾳ μόνῃ γενομένους τῆς ὑπεροχῆς αὐτῆς, ἣν ἔχει πρὸς τοὺς ἄλλους βίους, ὡς ἤδη ἔχοντας ἐπαίρεσθαι διὰ τὸ μὴ ἔχειν. οὐδὲν γὰρ οὕτω φιλοσοφίας καὶ εὐζωΐας ἐστὶν ἀλλότριον, ὡς ἡ ἀνεσπασμένη ὀφρὺς, καὶ κενὴ ἔπαρσις αὕτη, τὸ γνῶθι σαυτὸν τοῦ θεοῦ παράγγελμα μὴ λογιζομένη· ὃ καὶ ἀρχὴ καὶ τέλος πάσης ἐστὶ φιλοσοφίας, καὶ εὐζωΐας. Εὐθὺς οὖν ἀνάξιοι τούτων οἱ ἐπαιρόμενοι φαίνονται. οὐ γὰρ ἀπὸ μεγέθους ψυχῆς ἡ ἔπαρσις αὕτη γίνεται, ἀλλ' ἔστιν οἴδημα κενὸν, καὶ παρὰ φύσιν πρὸς τὰ ἐκτὸς ἐκχεόμενον, καὶ ἐντὸς ἀποσπώμενον· τοῦ ὑγιεινοῦ μεγέθους, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ σώματος, τῇ κατὰ φύσιν διαθέσει τῶν ἐντὸς ἑπομένου, καὶ δι' ὅλου γενομένου ὁμαλῶς, καὶ συνεχῆ τὴν κρᾶσιν πρὸς τὰ ἐντὸς τῶν ἐκτὸς διασώζοντος. Παραγγέλλει

adiutores ſunt, capitis & fortunarum diſcrimen adeunt: partim à cognatis, ex amore, quod exiſtimant eos vitæ inutiles fore: partim ab alienis, qui tum excellentiæ vitæ elegantioris invident, tum ob ſui ſuæque vitæ contemtum iraſcuntur. Fit autem omnino, ut aliqui philoſophiam & bene vivendi rationem auſpicati, ingenii quadam bonitate & ſingulari felicitate, nondum tamen prorſus ab ea occupati, ſed ſpe quadam & nuda imagine eius excellentiæ præ reliquis vitæ generibus imbuti, eo ſeſe efferant, quia nondum eo pervenerunt. Nihil enim æque à philoſophia & recta vivendi ratione alienum eſt, quam elatum ſupercilium, & inanis iſta elatio, divinum illud de ſe ipſo cognoſcendo præceptum non reputans: quod & principium & finis eſt philoſophiæ totius, & omnis recte vivendi rationis. Statim igitur his indigni videntur, qui ſe efferunt. Nec enim ab animi magnitudine iſta oritur elatio, ſed eſt tumor inanis & præter naturam, ad exteriora ſe diffundens, avulſus ab interioribus. Nam ſalubris magnanimitatis ea ratio eſt, quæ corporis. Id enim naturalem affectionem interiorum partium ſequitur, totumque fuſum æquabiliter, perpetuam temperiem & proportionem exteriorum ad interiora conſervat. Monet

igitur

ἐν τοῖς ἐπιθυμοῦσι φιλοσοφίας τοῦτο μὲν τὸ πάθος φυλάττεσθαι, ὡς καὶ ἀνθρώποις ἐστυγημένον, καὶ τοῦ ἐπιβουλεύεσθαι ῥαδίως καὶ δικαίως τοῖς ἔχουσιν αἴτιον· καθαρεύοντα δὲ αὐτοῦ μὴ ἐπιστρέφεσθαι πρὸς γέλωτας, καὶ μώκους, καὶ ὀνειδισμοὺς, ἀλλ' ἐννοοῦντα. τί ἐστιν ἄνθρωπος, καὶ τί τῇ τοιαύτῃ φύσει προσήκει· ἀλλὰ βεβαίως ἐμμένειν τῇ τοῦ βελτίονος βίου αἱρέσει, ὡς ὑπὸ θεοῦ προστεταγμένον ἐπὶ ταῦτα. τὸ γὰρ μέγιστον τῶν ἐκ θεοῦ δωρηθέντων ἀνθρώποις, φιλοσοφία ἐστί. Δηλοῦσι δὲ καὶ οἱ καταγελῶντες αὐτοὶ, μεγάλην μὲν ἔχοντες ἔννοιαν φιλοσοφίας, ἡμᾶς δὲ ὡς ἀναξίους αὐτῆς διασύροντες, ὅταν λέγωσιν, ὅτι ἄφνω φιλόσοφος ἡμῖν ἐπανελήλυθεν. ἔτι δὲ μᾶλλον, ἐὰν πρᾴῳ καὶ μετρίῳ ἤθει τὴν ἔνστασιν μέχρι τέλους διαφυλάξωμεν, θαυμάσουσι, καὶ αὐτὸ τὸ φιλοσοφίας κάλλος, καὶ μέγεθος ἐν τῷ πρότερον καταγελωμένῳ ὁρῶντες. Ἐὰν δὲ ἡττηθεὶς φησι τοῦ γέλωτος αὐτῶν παραλύσῃς τὴν ἔνστασιν, καὶ ἐπανέλθῃς πρὸς τὰ πρότερον, διπλοῦν τότε προσλήψῃ καταγέλωτα. καὶ γὰρ ὁ ἐν ἀρχῇ γέλως, προκόψαντος μὲν καὶ θαυμασθέντος ὑπὸ τῶν καταγελώντων, οὐδὲν ἦν πρὸς σὲ, ἀλλ' εἰς ἐκείνους ἀντέστραπτο τοὺς καταγελῶντας. Ἐὰν δὲ ἡττηθῇς αὐτῶν, καὶ ἐκείνου τοῦ γέλωτος γέγονας ἄξιος, ἐπὶ κοθόρνῳ ῥόπαλον ἐπιχειρήσας λαβεῖν, καὶ μετὰ ζωῆς εὐτελοῦς καὶ ἐπισεσυρμένης φιλοσοφίας προσελθών,

igitur philoſophiæ cupidos, ut eum quidem affectum caveant, ut & hominibus inviſum, & cauſam cur iis penes quos eſt & facile & iure ſtruantur inſidiæ. Sin purus ab eo fueris, ne riſus, ſannas & probra cures: ſed diligenter cogites, quid ſit homo, & quid tali naturæ conveniat: conſtanterque in ſecta vitæ melioris, velut à Deo incitatus, permaneas. Nihil enim maius deorum immortalium munere hominibus datum eſt philoſophia. Atque adeo ipſi deriſores oſtendunt ſe magnifice de philoſophia ſentire, nos autem ut ea indignos deridere, cum dicunt, Iſte nobis ſubito philoſophus eſt reverſus. Multo autem magis, ſi manſuetis & moderatis moribus inſtitutum noſtrum ad finem uſque tenuerimus, admirabuntur: cum ipſius philoſophiæ pulcritudinem & gravitatem in eo perſpexerint qui pridem contemnebatur. Si vero, inquit, deriſu eorum victus, ab inſtituto receſſeris, & ad prioris vitę conſuetudinem redieris: conduplicato riſu excipieris. Nam primus ille riſus, te proficiente & deridentium admirationem conſecuto, nihil ad te pertinebat, ſed in eos ipſos retorquebatur. Sin eis ceſſeris: tum & illo riſu dignus eris, qui clavam poſt cothurnum arripere inſtitueris, & vitæ ratione vili & frugi ſuſcepta, ad philoſophiā acceſſeris:

καὶ δεύτερον ἐπισπάσῃ πάλιν δικαίως, τὴν τάξιν λιπὼν ἐν ᾗ κατετάχθης, καὶ ὑπὸ φαύλων οὕτω πολεμίων, γέλωτος καὶ μώκου, καὶ τῶν τοιούτων ἀπ' αὐτῆς ἐξωσθείς. διπλοῦν οὖν ὄντως ὁ τοιοῦτος προσλήψεται καταγέλωτα δικαίως, καὶ τοῖς ἔμφροσιν ἀρεστῶς, ὁ τῷ γέλωτι τῶν ἀδίκων καὶ ἀνοήτων ἡττηθείς, μηδὲν πρὸς αὐτὸν ὄντι εἰ τὴν ἔνστασιν διεφύλαξε· μὴ διαφυλάξας δὲ, δίκαιον αὐτὸν καὶ ἔμφρονα γενόμενον εἰς ἑαυτὸν ἐπεσπάσατο. Καὶ ἔστιν ἱκανὰ ταῦτα βοηθεῖν τῇ μὴ παντελῶς ἐκνενευρισμένῃ ψυχῇ πρὸς τὸ φυλάσσειν πανταχοῦ τὰς καλλίονας ἐνστάσεις. σύμμαχον γὰρ αὐτῇ καὶ τὴν ἐπὶ τοῖς καλοῖς φιλοτιμίαν ποιεῖ, τόνον ἱκανὸν προστιθεῖσαν τῷ λόγῳ, καὶ εἰς αὐτὸν ἀποκαθαιρομένην, ὅτι τὴν τιμὴν μὴ δι' αὐτὴν καὶ τοὺς τιμῶντας ἁπλῶς ἀγαπῶμεν, καὶ ἔξω τιθέμεθα τὸ ἀγαθὸν, ἀλλὰ τεκμήριον αὐτὴν ποιούμεθα τοῦ ἔχειν τι ἀγαθὸν, καὶ τιμῆς ἄξιον. διόπερ οὐ τὴν τοῦ τυχόντος τιμὴν ἀποδεκτέον, ἀλλὰ τὴν τῶν ἐμφρόνων, ὧν τῇ μαρτυρίᾳ πιστεύειν ἀσφαλές.

ΚΕΦ. λʹ.

Ἐάν ποτέ σοι γένηται ἔξω στραφῆναι πρὸς τὸ βούλεσθαι ἀρέσαι τινὶ, ἴσθι ὅτι τὴν ἔνστασιν ἀπώλεσας. ἀρκοῦ οὖν ἐν παντὶ, τῷ εἶναι φιλόσοφος. εἰ δὲ καὶ δοκεῖν βούλει, τῷ εἶναι σαυτῷ φαίνου, καὶ ἱκανὸς ἔσῃ.

& alterum riſum ipſe ultro merito elicies, deſerta acie in qua collocatus fueras, riſu & ſannis, aliiſque nugis, hoſtibus adeo nequam, ab ea depulſus. Merito igitur dupliciter deridebitur, qui & amentium riſu nihil ad ſe attinente, ſi inſtitutum ſuum tenuiſſet, victus fuerit, & iuſtum iam ac prudentem ſui deriſum attraxerit. Hæc magnas vires habent ad iuvandum animum prorſus enervatum, ut pulcerrima quæque conſilia ubique perſequatur. Sociam enim ei honeſtarum quoque rerum gloriam facit, iuſtos nervos addentem rationi, eaque ſe repurgantem, quod honorem non per ſe omnino, & propter honorantes amplectamur, & extrinſecus locemus bonum: ſed quod eo argumento colligamus, nos habere aliquid boni, & honore digni. Quare non cuiuſvis honor eſt admittendus, ſed prudentum tantummodo, quorũ teſtimoniis tuto credi poteſt.

CAP. XXX.

SI quando acciderit, ut foras promineas, & alicui placere cupias: te de ſtatione tua deiectum eſſe ſcito. Quare in omnibus rebus illud tibi ſatis ſit, te eſſe philoſophũ. Sin alicui etiã videri philoſophus cupis, tibi videre: idq; tibi ſatis eſto.

ἘΞΗΓΗΣΙΣ.

Εἰπὼν ὅτι τῶν βελτίστων φαινομένων ἔχεσθαι δεῖ, ὡς ὑπὸ θεοῦ τεταγμένον εἰς ταύτην τὴν χώραν, καὶ ὅτι ἐὰν μὲν ἐμμένῃς τοῖς καλῶς διεγνωσμένοις, αὐτοί σε θαυμάσονται οἱ πρότερον καταγελῶντες· ἐὰν δὲ ἡττηθῇς, διπλοῦν προσλήψῃ καταγέλωτα· κοινῶς πρὸς ταῦτα ἐπήγαγε, ὅτι τὸ ἀφ' ἑαυτοῦ πρὸς τὰ ἔξω στραφῆναι ἐπὶ τῷ ἀρέσαι τινὶ, λύει τὴν φιλόσοφον ἔνστασιν, τὴν εἰς ἑαυτὸν καὶ τὰ κρείττονα βουλομένην ἐστράφθαι. ἀρκοῦ οὖν, φησὶν, ἐν παντὶ, τῷ εἶναι φιλόσοφος, τουτέστι τῷ ἀγαθὸς ἀνὴρ εἶναι. εἰ δὲ μὴ ἀρκεῖ σοι τὸ εἶναι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκφαίνεσθαι βούλει τὸ σὸν ἀγαθὸν, ἐπειδὴ τὰ ὄντως ἀγαθὰ καὶ καλὰ περιλάμπει, καὶ μᾶλλον ἂν τις πιστεύοι ἀγαθὸς εἶναι κἂν διαφαίνοιτο αὐτοῦ ἡ ἀγαθότης· καὶ τότε φησὶ μὴ πρὸς τὰ ἐκτὸς καὶ τοὺς πολλοὺς ἀποτείνου, τοὺς μηδὲ ἀξίους ὄντας τῶν τοιούτων κριτὰς, ἀλλὰ σεαυτῷ φαίνου, καὶ ἱκανόν ἐστι. φιλοσοφῶν γὰρ ἤδη (πρὸς γὰρ τοιοῦτον ὁ λόγος) ἅμα μὲν τὴν σεαυτοῦ ἔνστασιν φυλάξεις, εἰς ἑαυτὸν ἐπεστραμμένος, ἅμα δὲ καὶ κριτὴν σεαυτοῦ σεαυτὸν ἕξεις, καλλίονα τῶν πολλῶν. Καὶ ὅρα τὴν διαφορὰν τοῦ προτέρου τοιούτου ῥηθέντος πρὸς τὸν ἀρχόμενον παιδεύεσθαι, καὶ τοῦ νῦν πρὸς τὸν ἤδη φιλοσοφεῖν ἐπιθυμοῦντα. ἐκεῖ μὲν γὰρ ἔλεγε, μηδὲν βούλου δοκεῖν ὅλως ἐπίστασθαι, ἐπειδὴ τοῖς ἐκτὸς ἐκεῖνος

COMMENTARIUS.

Dixit ea quæ optima videantur ſic tenenda eſſe nobis, quaſi à Deo mandata ſint: &, ſi recta conſilia perſequamur, fore ut ii nos admirentur, qui antea deriſerunt. Sin ceſſerimus, conduplicatum nos deriſum lucrifacturos. Nunc in genere his ſubiungit, ſi à te ipſo ad externa convertaris, ut alicui placeas, inſtitutum philoſophi deſtrui, quod ad eum ipſum & ad Deum ſit convertendum. Eo, igitur, inquit, ſemper contentus eſto, quod ſis philoſophus, hoc eſt, vir bonus. Sin eo non contentus, etiam elucere bonum tuum cupis (nam vera bona & pulcra celari nequeunt) quo magis credere poſſis te eſſe bonum, ſi tua bonitas conſpiciatur: tum quoque, inquit, aciem tuam non in res externas & populum intendito, qui talium rerum iudex eſſe nequit, ſed tibi ipſi te videri eſt ſatis. Cum enim iam philoſopheris, (cum eo enim ſermo habetur) ſimul & tuum inſtitutum tenebis, ad te ipſum converſus, ſimulque te ipſum tui ipſius iudicem habebis populo potiorem. Obſervabis autem diſcrimen eius quod ante illi dictum eſt, qui erudiri incipit, & huius quod nunc appetenti philoſophiæ dicitur. Ibi enim dicebat, nihil prorſus ſcire videri velis. Quia is utique populo doctus

ἠβούλετο πάντως δοκεῖν, καὶ πρὸς ἐκείνην τὴν δόξαν ἐπτοημένος, ἢ οὔπω κριτὴς ὢν ἑαυτοῦ ἀξιόχρεως· ἐνταῦθα δὲ, ἐπειδὴ καὶ στρέφεσθαι πρὸς ἑαυτὸν οὗτός ἐστιν ἑτοιμότερος, καὶ τοῦ δοκεῖν ὀρέγεται, ὡς τεκμήριον τοῦ εἶναι ἀγαθός. διὸ οὕτως εἶπεν, ἀρκοῦ τῷ εἶναι. εἰ δὲ καὶ δοκεῖν θέλεις, καὶ κριτὴς μέντοι σεαυτοῦ λοιπὸν δύνασαι εἶναι, σεαυτῷ φαίνου, φησὶ, καὶ ἱκανόν ἐστι. Μηδέποτε δὲ καὶ ἄλλην τινὰ χρείαν δηλοῖ τοῦτο τὸ κεφάλαιον; δοκεῖ γάρ μοι ὁ θαυμαστὸς οὗτος ἀνὴρ ἀσφαλῶς χρώμενος τοῖς λόγοις, ὅταν εἴπῃ, τὸ παρακούεσθαι δυνάμενον, εὐθὺς τὴν παράκοην διορθοῦν. Εἰπὼν οὖν τὸ πρότερον, ὅτι ἐὰν ἐμμείνῃς τοῖς αὐτοῖς, οἱ καταγελῶντες οὗτοί σε ὕστερον θαυμάσονται· ἂν δὲ ἡττηθῇς αὐτῶν, διπλοῦν περιλήψῃ καταγέλωτα· καὶ δόξας τῆς ἔξωθεν κρίσεως ἐξαρτᾶν τὸν ἀκούοντα· διὰ τούτων τὰ ἐκτὸς ἀναχαλίζει, καὶ ἀπὸ τῆς πρὸς αὐτοὺς ἐκτὸς δοκήσεως ἔξω τὴν ψυχὴν ἑλκούσης, καὶ ῥυπαινούσης αὐτὴν, εἰς ἑαυτὸν ἐπανάγει, καθαρωτάτην οὖσαν καὶ μηκέτι μάταιον, ἀλλὰ χρείαν τινὰ παρεχομένην. τὸ γὰρ δοκεῖν τοῖς ἔμφροσι κριταῖς ἀγαθὸν εἶναι, τεκμήριον ὄντως ἱκανόν ἐστι τοῦ εἶναι ἀγαθόν. καὶ πρὸς τοῦτο οἶμαι βλέπων, εἶπε τὸ, Σαυτῷ φαίνου, καὶ ἱκανόν ἐστι.

videri volebat, & illa gloriola attonitus, iudex ſui ipſius idoneus nondum erat. Hic vero, quia paratior eſt auditor ad converſionem ad ſemet ipſum, conſpicique ſe vult, ut teſtimonium habeat ſuæ bonitatis: ideo re ipſa contentus eſſe iubetur. Sin etiam videri vis, & iam tuus eſſe iudex potes: tibi ipſi videre, inquit, atque id ſatis erit. Quid vero ſi aliam quoque utilitatem caput hoc affert? Nam mihi quidem videtur admirabilis hic vir caute loquens, ſi quid dixerit quod perperam accipi queat, ſtatim errorem illum corrigere. Cum igitur prius dixerit; Si in iiſdem perſeveraveris, qui te dudum deridebant, admirabuntur; ſin ab eis victus fueris, conduplicatum riſum lucrifacies: itaque videretur ab externo iudicio ſuſpendere auditorem: hac admonitione à rebus externis eundem revocat, & ab aliorum opinione, foras trahente animum & contaminante, ad ſe ipſum revocat: qui eſt puriſſimus: & cum ab omni vanitate ſit alienus, uſum aliquem præbet. Nam cordatis iudicibus videri bonum, firmum certe argumentũ eſt bonitatis. Hoc igitur, ut opinor, cum ſpectaret, dixit: Tibi ipſi videre, idque ſatis erit.

ΚΕΦ. λα'.

ΟΥ̃ τοί σε οἱ διαλογισμοὶ μὴ θλιβέτωσαν· ἄτιμος ἔσομαι, καὶ οὐδεὶς οὐδαμοῦ. εἰ γὰρ ἡ ἀτιμία ἐστὶ κακὸν, οὐ δύνασαι ἐν κακῷ εἶναι δι' ἄλλον, οὐ μᾶλλον ἢ ἐν αἰσχρῷ. Μή τι ἔστιν οὖν σὸν ἔργον, τὸ ἀρχῆς τυχεῖν, ἢ παραληφθῆναι ἐφ' ἑστίασιν; οὐδαμῶς. πῶς οὖν ἔτι τοῦτ' ἔστιν ἀτιμία; πῶς δὲ οὐδεὶς οὐδαμοῦ ἔσῃ, ὃν ἐν μόνοις εἶναι δεῖ τοῖς ἐπί σοι, ἐν οἷς ἔξεστί σοι εἶναι πλείστου ἀξίῳ; Ἀλλά σοι οἱ φίλοι ἀβοήθητοι ἔσονται. Τί λέγεις τὸ, ἀβοήθητοι; οὐχ ἕξουσι παρά σου ἀργύριον; οὐδὲ πολίτας Ῥωμαίων αὐτοὺς ποιήσεις; Τίς οὖν σοι εἶπεν ὅτι ταῦτα τῶν ἐφ' ἡμῖν ἐστιν, οὐχὶ δὲ ἀλλότρια ἔργα; τίς δὲ δύναται δοῦναι ἑτέρῳ, ἃ μὴ ἔχει αὐτός; Κτῆσαι οὖν, φησὶν, ἵνα καὶ ἡμεῖς ἔχωμεν. εἰ δύναμαι κτήσασθαι, τηρῶν ἐμαυτὸν αἰδήμονα καὶ πιστὸν καὶ μεγαλόφρονα, δείκνυε τὴν ὁδὸν, καὶ κτήσομαι. εἰ δ' ἐμὲ ἀξιοῦτε ἀγαθὰ τὰ ἐμαυτοῦ ἀπολέσαι, ἵν' ὑμεῖς τὰ μὴ ἀγαθὰ περιποιήσησθε, ὁρᾶτε ὑμεῖς, πῶς ἄνισοί ἐστε καὶ ἀγνώμονες. Τί δὲ καὶ βούλεσθε μᾶλλον; ἀργύριον, ἢ φίλον αἰδήμονα, καὶ πιστόν; Εἰς τοῦτο οὖν μοι μᾶλλον συλλαμβάνετε. καὶ μὴ δι' ὧν ἀποβαλῶ αὐτὸ, ταῦτά με πράττειν ἀξιοῦτε. ἀλλ' ἡ πατρὶς, φησὶν, ὅσον ἐπ' ἐμοὶ, ἀβοήθητος πάλιν. Ποίαν ταύτην βοήθειαν; στοὰς οὐχ ἕξει διὰ σὲ, οὔτε βαλανεῖα; καὶ τί τοῦτο; οὐδὲ γὰρ ὑποδήματα ἔχει διὰ τὸν χαλκέα, οὐδὲ ὅπλα διὰ τὸν σκυτέα. Ἱκανὸν δὲ, ἂν

CAP. XXXI.

Iſta cogitationes ne te crucient, fore ut ſine honore vivas, & nullo ſis loco. Nam ſi honore carere malum eſt: nihilo magis per alium in malo eſſe potes, quam in vitio. Nunquid igitur tui muneris eſt, imperio potiri? aut ad convivium adhiberi? Nequaquam. Quei igitur ea iam erit ignominia? Quei nullo uſquam loco eris, quem in iis ſolis aliquem eſſe oportet, qua penes te ſunt, in quibus vel ſummo loco eſſe potes? At nihil opis amicis feres. Quo pacto iſtud accipis? Non argentum abs te habituri ſunt? nec eos in Romanam civitatem adſcribes? Et quis tibi dixit, ea penes nos eſſe, & non aliena munera? Quis vero id alteri præſtet, quo ipſe careat? Parato ergo, aiunt, ut & nos habeamus. Si parare queo, conſervata verecundia & fide & animi magnitudine, voſque eius rei viam oſtenderitis, parabo. Sin id poſtulatis, ut bona ego mea perdam, quo vos ea quæ in bonis non ſunt, acquiratis: videte ipſi quam iniqui ſitis, & temerarii. Vtrum vero præoptatis? pecuniamne, an amicum verecundum & ſyncerum? Ad hoc igitur adiumento mihi eſte: non autem poſtulate, ut ea faciam per quæ illa ſim amiſſurus. At enim, patriæ per me nihil affertur adiumenti. Cuiuſmodi queſo adiumentum? Porticus per te non habitura eſt, non balnea? Iſtuc vero quid eſt? Neque enim calceos habet per fabrum ferrarium, neq; arma per ſutorem. Satis autem fuerit, ſuo

ἕκαστος

ἕκαστος ἐκπληρώσῃ τὸ ἑαυτοῦ ἔργον. εἰ δὲ ἄλλον τινὰ αὐτῇ κατεσκεύαζες πολίτην πιστὸν καὶ αἰδήμονα, οὐδὲν ἂν αὐτὴν ὠφέλεις; ναί. οὐκοῦν οὐδὲ σὺ αὐτὸς ἀνωφελὴς ἂν εἴης αὐτῇ. τίνα οὖν φησιν χώραν ἕξεις ἐν τῇ πόλει; ἣν ἂν δύνῃ, φυλάττων ἅμα τὸ πιστὸν καὶ αἰδήμονα. εἰ δ' ἐκείνην ὠφελεῖν βουλόμενος, ἀποβαλεῖς ταῦτα, τί ὄφελος ἂν γένοιο, ἀναιδὴς, καὶ ἄπιστος ἀποτελεσθείς;

ΕΞΗΓΗΣΙΣ.

Τῶν ἐπιστρεφομένων πρὸς τὴν ἑαυτῶν ἐπιμέλειαν ἄλλοι ὑπ' ἄλλων περισπῶνται τινῶν, καὶ ἀπ' ἐκείνων τὰς ἐνστάσεις ἑαυτοῖς τε καὶ τοῖς προτρέπουσιν αὐτοὺς ἐπὶ τὸ κρεῖττον προβάλλονται. καὶ οἱ μὲν νῦν ἀρχόμενοι παιδεύεσθαι, ταπεινοὶ ἔτι καὶ εὐτελεῖς ὄντες, λέγουσιν, ἂν ἀμελήσω τῶν ἐμῶν, οὐχ ἕξω διαβάς· ἂν μὴ κολάσω τὸν οἰκέτην, πονηρὸς ἔσται. οἱ δὲ ἤδη προκεκοφότες, ταῦτα μὲν ὡς μικρὰ περιπτύουσι, καὶ θαρροῦσιν, ὅτι κἂν οὕτως ἄχρηστοι πρὸς τὸ πᾶν εἶεν ἔργον ὡς ὑπὸ λιμοῦ διαφθαρῆναι, ὑπὸ δὲ τοῦ τῶν καθηκόντων ἀποδόσεως, καὶ ὡς ἀγαθῆς καὶ ὡς τιμίας οὔσης, περισπῶνται. τῆς γὰρ καθαρωτάτης τιμῆς ὀρέγονται οὗτοι, καὶ τὴν ἀτιμίαν ἐκκλίνουσι, καὶ φίλους ἐπικουρεῖν βούλονται καὶ πατρίδα. Ἀπὸ τούτων φέρουσι τὰς ἐνστάσεις, ἃς διαλύει νῦν ὁ Ἐπίκτητος καλῶς διὰ πασῶν ἐξελθών. Καὶ πρώτην μὲν τὴν κοινὴν τίθησιν τὴν ἀπὸ τῆς ἀτιμίας εἰλημμένην, ὅτι ἀναχωρῶν τῶν ἐκτὸς, καὶ τῆς ἀγορᾶς,

quemque fungi munere. At ſi quem alium ei civem inſtrueres integrum & verecundum: nihilne eam iuvares? imo vero. Proinde ne tu quidem patria fueris inutilis. Quem ergo locum, inquis, habebo in urbe? Quem poteris integritate & verecundia conſervata. Sin illi profuturus, hæc abieceris: quis ei fuerit uſus tui, qui impudens & perfidus evaſeris?

COMMENTARIUS.

Homines in animi ſui curam intenti, alii aliis rebus diſtrahuntur: eoque fit ut quædam & ſibimetipſis, & iis qui ipſos ad meliora hortantur, opponant. Ac ii quidem qui modo cœperunt erudiri, ut humiles & abiecti adhuc, dicunt: Si mea neglexero, non erit unde vivam: Ni famulum caſtigaro, evadet improbus. Qui vero iam profecerunt, hæc ut parva deſpiciunt: itaque ſibi fidunt, ut quod ad quodvis munus obeundum ſint idonei, ſe fame non perituros credant. Sed quo pacto fungantur officio quod & bonum ſit & honorabile, anguntur. Nam veriſſimum honorem hi expetunt, & ignominiam fugiunt, & amicis ac patriæ ſuccurrere volunt. Hinc igitur argumenta petunt, quæ nunc ordine omnia & præclare confutat Epictetus. Ac primum commune illud ponit, ab ignominia ſumtum: Si à rebus externis foroque receſſero,

ἐν

ἐν ᾗ ἄνδρες ἀριπρεπέες πελέθουσι, κατὰ τὸν Ὅμηρον, ἄτιμος βιώσομαι, καὶ οὐδεὶς οὐδαμοῦ. καὶ λύει δυνάμει συλλογιζόμενος οὕτως. ἡ ἀτιμία κακόν· τὸ κακὸν ἐφ᾽ ἡμῖν, ὥσπερ καὶ τὸ ἀγαθόν· τὸ δὲ ἐφ᾽ ἡμῖν οὐκ ἂν δι᾽ ἄλλον ἢ ὑπ᾽ ἄλλου ὑπάρχοι ἡμῖν· ἐπεὶ οὐκ ἂν ἐφ᾽ ἡμῖν ἔτι ἐλέγετο· ἡ ἄρα ἀτιμία, ὅταν παρῇ, ἐφ᾽ ἡμῖν, καὶ ἐν ἡμῖν ἐστιν, κἂν ἀτιμάζωσί τινες ἔξωθεν, κἂν μὴ ἀτιμάζωσιν. ὥστε οὐ χρὴ τὴν ἀπὸ τῶν ἄλλων ἀτιμίαν δεδοικέναι, οὐδὲ ἀτιμίαν ὅλως νομίζειν αὐτήν, εἴπερ ἡ ἀτιμία κακὸν οὖσα ἐν ἡμῖν ἐστιν. Ἀλλ᾽ ἴδωμεν λοιπὸν καὶ τὰ λήμματα τὰ παραληφθέντα πῶς ἔχουσιν ἀληθείας. ἡ ἀτιμία φησὶ κακόν ἐστι· εἰ γὰρ τὸ ἀγαθὸν τιμή ἐστιν, ὡς πάντες ὁμολογοῦμεν, τὸ ἄτιμον καὶ ἡ ἀτιμία κακὸν ἂν εἴη· εἰ γὰρ ἀγαθὸν ἦν, τίμιον ἂν ἦν, καὶ οὐκ ἄτιμον. ἔτι δὲ εἰ καὶ ἡ τιμὴ ἀγαθόν ἐστιν, εἴπερ τοῖς ἀγαθοῖς προσήκει πᾶσι· καὶ γὰρ θεῷ καὶ τοῖς κρείττοσι καὶ τοῖς ἀγαθοῖς τῶν ἀνθρώπων ἡ τιμὴ προσήκει, καθὸ ἀγαθή ἐστι· δῆλον ὅτι ἡ ἀτιμία κακὸν ἂν εἴη. εἰ γὰρ τῷ ἐναντίῳ τὸ ἐναντίον ὑπάρχει, καὶ τῷ ἐναντίῳ τὸ ἐναντίον ὑπάρξει. ἐναντίον δὲ τιμῇ μὲν ἀτιμία, ἀγαθῷ δὲ κακόν. ὅτι δὲ τὸ ἀγαθὸν ἡμῶν καὶ κακὸν αὐτεξουσίων ὄντων,

Quod ſolet exornare viros illuſtribus actis,
ut Homerus ait : ſine honore vivam , nulloque numero ero. Hoc argumentum hac ratiocinatione ſolvit : Ignominia malum eſt: Malum in nobis ſitum eſt , ut & bonum . Quod vero in nobis ſitum eſt , id nobis nec ab alio, nec per alium accidit . alioqui enim haud ſitum in nobis eſſe iam diceretur . Ignominia igitur quoties adfuerit , in nobis ſita , & in nobis ipſis ineſt: ſive nos alii nullo, ſive aliquo honore dignentur. Non igitur ignominia aliorũ eſt pertimeſcenda, ac ne ignominia quidem iudicanda: ſiquidem ignominia, ſi malum ſit, in nobis erit . Sed iam etiam propoſitiones videamus , quam vere ſint adhibitæ. Ignominia, inquit , malum eſt. Nam ſi bonum honorabile eſt , in quo conſentimus omnes , ignominioſum & ipſa ignominia malum erit . Nam ſi bonum eſſet , honorabile eſſet , & non ignominioſum. Ad hæc, bonum eſt honos, quia bonis omnibus convenit . Nam & Deo , & geniis, & bonis hominibus convenit honos. Qua de cauſa cum bonus ſit , carere honore malum eſſe conſtabit. Nam ſi contraria una exſiſtunt , una etiam tollentur. Contrarium autem eſt honori , carere honore : ut bono malum. Bonum vero noſtrum , qui libera voluntate prædití ſumus , & malum

ἐφ' ἡμῖν ἐστι, καὶ ἐν τῇ ἡμετέρᾳ αὐτεξουσίων προαιρέσει; καὶ οὐδὲν μὴ κατὰ προαίρεσιν ἡμῶν ἐστι γινόμενον, ἢ ἀγαθὸν ἢ κακὸν, δέδεικται, οἶμαι, πρότερον, καὶ οὐ χρὴ πάλιν τὰ αὐτὰ λέγειν. Εἰ οὖν ἐφ' ἡμῖν ἡ ἀτιμία, καὶ ἐν ἡμῖν ἐστιν ὅταν παρῇ, οὐκ ἂν ἄτιμοι διὰ τὰ ἐκτὸς εἴημεν, κἂν τελέως αὐτῶν καταφρονήσωμεν. εἰ γὰρ μὴ ἔστιν ἐφ' ἡμῖν τὸ μὴ τυχεῖν ἀρχῆς, ἢ τὸ παραληφθῆναι εἰς συμβουλὴν, ἢ εἰς ἑστίασιν· τὸ μὴ τυχεῖν τούτων, οὐκ ἂν εἴη κακὸν ἡμέτερον. ὥστε οὐδ' ἡ ἀτιμία, εἴπερ ἡ ἀτιμία κακόν. Ἀλλὰ τί σημαίνει τὸ, οὐ δύνασαι ἐν κακῷ εἶναι δι' ἄλλον; οὐ μᾶλλον ἢ ἐν αἰσχρῷ; καὶ γὰρ καὶ περισκελέστερον ἀπήγγελταί πως τὸ ῥησείδιον. Ἔοικε δὲ τὸ, μὴ δύνασθαι ἐν κακῷ εἶναι δι' ἄλλον, ὡς ἀπὸ προφανεστέρων. ὡς γὰρ τοῦ ἀγαθοῦ τὸ καλὸν ἐκφανέστερόν ἐστιν, ἐπανορθοῖ αὐτὸ τῇ κρυφίᾳ ἑνώσει. διὸ θέλγει καὶ κηλεῖ τοῦτο, καὶ καλεῖ πρὸς ἑαυτὸ, καὶ ἔρωτα πᾶσιν ἐναποτίκτει τῆς πρὸς αὐτὸ ἐπιστροφῆς. οὕτω καὶ τὸ αἰσχρὸν προφανέστερον καὶ προδηλότερόν ἐστι τοῦ κακοῦ. Αἰσχρὸν δὲ λέγεται, τὸ ταῖς ἡδοναῖς παρὰ τὸ προσῆκον κεχρῆσθαι. τοῦτο δὲ κατὰ προαίρεσιν, καὶ οὐ δι' ἄλλο, συμβαίνει. τὸ γὰρ ἥδεσθαι, ἡμέτερόν ἐστι κίνημα. Οὐ μᾶλλον οὖν δύναταί τις ἐν κακῷ εἶναι δι' ἄλλον ἤπερ ἐν αἰσχρῷ. δῆλον δὲ ὡς καὶ ἐν κακῷ οὐκ ἔστι δι' ἄλλον. Εἰ οὖν εἶναι μὴ

in nobis & noſtra opinione eſſe ſitum, neque contra voluntatem noſtram ullum vel bonum vel malum nobis accidere, ſuperius utique demonſtratum eſt: nec repetenda ſunt eadem. Si ergo ignominia in nobis ſita eſt, & in nobis ipſis ineſt, cum adeſt: non honore carebimus, quamvis res externas plane deſpexerimus. Nam ſi in nobis ſitum non eſt, adipiſci magiſtratum, aut in conſilium adhiberi, aut invitari ad convivium: non conſequi hæc, malum noſtrum haud fuerit. Itaque ne ignominia quidem noſtra, ſiquidem ignominia malum eſt. Sed quid illud ſibi vult? Non potes in malo eſſe per alium, non magis quam in turpitudine. Nam ſententiola hæc duriuſcula eſſe vitur. Illud autem, non poſſe quenquam in malo eſſe per alium, evidens eſſe videtur. Nam quia bono evidentius eſt honeſtum, id ipſum corrigit occulta copulatione. Quo fit ut demulceat, deliniat, ad ſe vocet, & amorem omnibus convertendi ſe ad ipſum ingeneret. Sic & turpe malo clarius & evidentius eſt. Turpe autem dicitur, ob pravum uſum voluptatum. Hoc vero conſilio fit, & non per alium. Etenim proprio motu fit ut quis oblectetur. Non magis igitur in malo quis per alium quam in turpitudine poteſt eſſe. Atqui conſtat, quod nec in malo eſſe, per alium ſit. Si quis ergo

per

δύναταί τις ἐν αἰσχρῷ δι' ἄλλον, οὐ μᾶλλον δὲ ἐν κακῷ εἶναι δυνατὸν δι' ἄλλον ἤπερ ἐν αἰσχρῷ, δῆλον ὅτι καὶ ἐν κακῷ οὐκ ἔστι δι' ἄλλον, εἴπερ μηδὲν μᾶλλον ἔχει τὸ ἐν κακῷ τοῦ ἐν αἰσχρῷ εἶναι. καὶ γὰρ τὸ κακὸν ἐφ' ἡμῖν ὁμοίως ἐστὶν, ὥσπερ τὸ αἰσχρόν. Μήποτε δὲ ἐκφαντικώτερος ὁ λόγος ἔσται, τὸ ἀρνητικὸν μόριον ὑπερβιβαζόντων ἡμῶν· ἵνα ᾖ, μᾶλλον οὕτως ἤπερ ἐν αἰσχρῷ· καὶ λέγοι ἄν, ὅτι οὐ δύνασαι ἐν κακῷ εἶναι δι' ἄλλον· ἵνα ἐκ τοῦ μᾶλλον ἡ κατασκευὴ τοῦ λόγου ληφθῇ. εἶχε δ' ἂν ἀλήθειάν τινα ὁ λόγος, εἰ ἐννοήσαιμεν, ὅτι τὸ μὲν καλὸν καὶ αἰσχρὸν οἱ ῥήτορες τῷ ἐπαινετῷ καὶ τῷ ψεκτῷ χαρακτηρίζουσι, τῆς κρίσεως αὐτὸ τῶν πολλῶν ἐξαρτῶντες· τὸ δὲ συμφέρον καὶ ἀσύμφορον, ταὐτὸν δὲ εἰπεῖν τὸ ὠφέλιμον καὶ βλαβερὸν, ἤτοι τὸ ἀγαθὸν καὶ κακὸν, οὐ θέσει τινὶ οὐδὲ κρίσει ἀνθρώπων, ἀλλὰ φύσει λέγουσιν ὑπάρχειν. ὡς πρὸς ταύτην οὖν τὴν ὑπόθεσιν τὸ αἰσχρὸν τῆς κρίσεως τῶν ψεγόντων, εἶπεν οὐ δυνατὸν μᾶλλον ἐν κακῷ δι' ἄλλον εἶναι ἤπερ ἐν αἰσχρῷ. εἰ οὖν ἐν αἰσχρῷ μὴ δυνατὸν εἶναι δι' ἄλλον, ὡς εἴρηται πρότερον, μᾶλλον δὲ, οὐ δυνατὸν ἐν κακῷ εἶναι δι' ἄλλον, ἤπερ ἐν αἰσχρῷ δηλονότι, τελέως ἀδύνατον ἐν κακῷ εἶναι δι' ἄλλον. Πῶς δέ, φησι, καὶ οὐδεὶς οὐδαμοῦ ἔσῃ, ἐὰν μὴ δύναμιν πολιτικὴν ἔχεις; ἐπελάθου, ὅτι οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τόπος, ἐν ᾧ τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ κακὸν τὸ ἀνθρώπινον, ἀλλ'

per aliũ in turpitudine eſſe nequit; nec, per aliũ in malo eſſe, facilius ſit quam in turpitudine; eum ne in malo quidẽ per alium eſſe conſtat. Siquidem nihil eſt cauſæ, cur magis in malo ſit quam in turpitudine. Malum enim æque in nobis ſitum eſt, atq; turpitudo. Fortaſſis autem evidentior erit oratio, negãdi particula trãſpoſita: ut ſit, magis ſic quam in turpi: & dicat, non poſſe te in malo eſſe per alium: ut ex particula magis, orationis confirmatio ſumatur. Habet autẽ veri aliqtid oratio, ſi cogitemus, Rhetores honeſtum & turpe laudabili & vituperabili definire, & vulgi iudicio ſubiicere; Utile vero atq; inutile, ſive conducibile & noxium (quod perinde eſt) itemq; bonum & malũ, non inſtituto aliquo aut hominũ iudicio, ſed natura eſſe, affirmare. Quantum igitur ad hanc quidẽ cauſam attinet, quo turpitudinis iudiciũ reprehenſoribus non permittitur, ait: Non fieri poteſt, ut magis in malo per alium ſis, quam in turpitudine. Si ergo fieri nequit, ut propter alium in turpitudine ſis, ut ante dictum eſt: multo minus fieri poteſt, ut in malo ſis per alium, quam in turpitudine ſcilicet. Omnino ergo fieri nequit, ut ſis in malo per alium. Quomodo autem, inquit, nullo uſquam loco eris, ſi Reipublicæ gubernandæ poteſtate careas? Num oblitus es, non hunc eſſe locum, in quo bonum & malum humanum ſitum eſt? ſed id

ἐν ὀρέξει, ἐκκλίσει, καὶ ὅλως τοῖς ἐπὶ σοὶ, ἐν οἷς ἔξεστί σοι πολλοῦ ἀξίῳ εἶναι, ἐὰν σὺ θέλῃς κατὰ φύσιν ἐν αὐτοῖς ἀναστρέφεσθαι. καὶ τὸν τόπον οὖν τοῦ ἀγαθοῦ ἐν σαυτῷ ἔχων, καὶ δυνάμενος ἐν αὐτῷ πολλοῦ ἄξιος εἶναι, διὰ τί λέγεις οὐδεὶς οὐδαμοῦ εἶναι; δηλονότι διὰ τὸ τέως ἐν τοῖς ἐκτὸς τὸ ἀγαθὸν τίθεσθαι, ὧν ἀνάγκη καταφρονεῖν τὸν γνησίως φιλοσοφοῦντα. Ἀλλὰ κἂν ἐγὼ σιγῶν δύναμαι ἐν ἐμαυτῷ πολλοῦ ἄξιος εἶναι, οἱ φίλοι, φησὶν, ἀβοήθητοι ἔσονται. Τοῦ ποσῶς προκεκοφότος ὁ λόγος. οὗτος γὰρ ὅσον μὲν ἐφ' ἑαυτῷ καταφρονεῖ πολλάκις τῶν ἐκτὸς, ὀρέγεται δὲ βοηθεῖν τοῖς φίλοις, ἀγαθὸν νομίζων αὐτὸν καὶ καλὸν ὑπάρχειν, καὶ διὰ τοῦτο καὶ χρημάτων· ἐνίοτε δὲ καὶ πολιτικῆς δυνάμεως ἐπιθυμεῖ, διὰ τὸ μὴ ἄχρηστος εἶναι τοῖς ἑαυτοῦ φίλοις. Λύει οὖν καὶ ταύτην τὴν ἔνστασιν, ἀπό τε τοῦ ἐφ' ἡμῖν, καὶ ἀπὸ τοῦ χρησιμώτερον εἶναι φίλον τοῦ χρήματα καὶ δυναστείας πορίζοντος, τὸν ἑαυτὸν πιστὸν εἰς τὴν φιλίαν παρεχόμενον. Καὶ ἀπὸ μὲν τοῦ ἐφ' ἡμῖν, ὅτι χρήματα καὶ πολιτικαὶ δυναστεῖαι καὶ τιμαὶ, οὐκ εἰσὶ τῶν ἐφ' ἡμῖν. εἰ μὲν γὰρ ἔχων τύχοι τις τῶν φιλοσοφούντων, διδότω προθύμως, λαμβάνειν χάριν μᾶλλον ἐκ τούτου ἢ διδόναι νομίζων. εἰ δὲ μὴ ἔχει, οὐδὲ ἀδικεῖ τὴν φιλίαν. τίς γὰρ

ſitum eſſe in appetitione, declinatione, iis denique rebus quæ tibi parent, in quibus tibi quantivis pretii eſſe licebit, ſi eas naturæ congruenter tractare volueris? Cum igitur & boni locum in te ipſo habeas, & in eo quantivis pretii eſſe poſſis, cur te nullo uſquam eſſe loco dicis? Eo nimirum, quod hactenus bonum in rebus externis collocas, quas germanus philoſophus contemnere neceſſe habet. At ut ego, etſi tacuero, in me ipſo magni eſſe pretii poſſim: amici tamen, inquit, nihil à me iuvabuntur. Hæc eius eſt oratio, qui aliquantum profecit. Is enim, quod ad ſeſe attinet, ſæpe res externas contemnit: ſed amicis opem ferre cupit, quod id bonum iudicat honeſtumque eſſe: eaque de cauſa nonnunquam & opes & poteſtatem civilem deſiderat, ne ſuis amicis ſit inutilis. Solvit igitur & hoc, argumento ab iis, quæ in noſtra poteſtate ſunt, petito: & comparatione, quod ſit utilior amicus is qui bona fide colat amicitiam, illo qui pecuniam & potentiam conferat. Ab iis quæ in noſtra poteſtate ſunt: quod pecunia, civiles poteſtates, honores, in noſtra poteſtate non ſint. Quæ ſi quis philoſophorum habeat, alacriter elargiatur, ſeque accipere potius ea re quam dare beneficium exiſtimet. Sin iis careat: nullam amicitiæ faciat iniuriam. Quis enim

alteri

δυνάται δοῦναι ἑτέρῳ ἃ μὴ ἔχει αὐτός; κτῆσαι οὖν, φασὶν οἱ φίλοι, ἵνα ἔχωμεν καὶ ἡμεῖς. ἀλλ' εἰ μὲν δυνατὸν κτήσασθαί με μένοντα καὶ πρὸς ὑμᾶς πιστὸν φίλον, καὶ κατ' ἐμαυτὸν πάντων κεκαθαρμένον τῶν αἰσχυνῶν τῷ φιλοσόφῳ φερόντων, δείκνυε τὴν ὁδόν, καὶ κτήσομαι. καὶ ἔοικεν ὁ ἀνὴρ οὗτος ἐνδιδόναι καὶ χρηματίζεσθαί ποτε διὰ τοὺς φίλους, καὶ πολιτικῆς ἀνέχεσθαι δυνάμεως, ἐὰν ᾖ δυνατὸν πορίζεσθαι ταῦτα καὶ ἔχειν διασώζοντα τὸν κατὰ φύσιν ἑαυτοῦ προσήκοντα βίον. εἰ δὲ ἀδύνατον ὡς ἐπιτοπλεῖστόν ἐστι τοῦτο, καὶ ἀνάγκη, ταῦτα βουλόμενον περιποιήσασθαι τὴν ἔνστασιν ἀπολέσαι τοῦ οἰκείου ἀγαθοῦ· δηλονότι τῷ, κτῆσαι ἵνα καὶ ἡμεῖς ἔχωμεν, τὸ ἑαυτοῦ ἀγαθὸν αἰτοῦσιν ἀπολέσαι, τουτέστι τὸ τῆς λογικῆς ψυχῆς ἀγαθόν, ἵνα ἑαυτοῖς τὰ μὴ ἀγαθὰ ἑαυτῶν περιποιήσωνται. οὐ γάρ ἐστιν ἃ ζητοῦσιν τῆς ψυχῆς ἀγαθὰ τῆς λογικῆς, καθ' ἣν ὁ ἄνθρωπος ἄνθρωπός ἐστιν. ἀλλ' ὀρεκτὰ τῶν ἄλλων ὀρέξεων. ἀγνώμονες οὗτοι καὶ ἄνισοι. ἄνισοι μέν, ὅτι καὶ ἄφιλοι, (ἡ γὰρ φιλότης ἰσότης, ὡς ἔλεγον οἱ Πυθαγόρειοι,) καὶ ὅτι ἄνισόν ἐστι τὸ ἐλέσθαι κακῶν τῷ ἐσχάτῳ περιβάλλειν τὸν φίλον, διὰ τὸ ἀποπλῆσαι τὴν ἄλογον αὐτοῦ ὄρεξιν. ἀγνώμονες δέ, καὶ ὡς τῷ δόντι ἑαυτὸν εἰς συμπεριφορὰν αὐτοῖς, τοιαῦτα προστάττοντες, καὶ ὡς μὴ δυνάμενοι διακρῖναι τὴν διαφοράν, οὔ τε ἀπόλλυσιν ὁ φίλος πειθόμενος αὐτοῖς, καὶ οὗ αὐτοὶ περιποιήσονται· ὅτι ἐκεῖνο μὲν ἀγαθῶν τὸ μέγιστον αὐτοῦ, τοῦτο

alteri det, quod ipſe non habet? Parato igitur, inquiunt amici, ut & nos ea habeamus. Equidem ſi ita parare poſſum, ut & vir bonus permaneam, & vobis fidelis amicus, neq; quicquam admittam philoſopho indecorum: parabo, vos viam oſtendite. Ac videtur hic vir concedere, interdum parare opes propter amicos, & adipiſci magiſtratus, ſi iſta ſic parari teneriq; poſſint, ut ne quid admittatur ea vita indignum, quæ naturæ inſtituto viroq; ſapienti conveniat. Sin hoc maxima ex parte fieri nequit, & eum qui hæc conſequi velit, neceſſe eſt inſtitutum proprii ſui boni perdere: illud utique Parato ut & nos habeamus, nihil aliud eſt, niſi petere ut meum bonum amittam: hoc eſt, animi ratione præditi bonum, quo homo homo eſt. Alia obiecta ſunt aliarum appetitionum. Ingrati, væcordes hi & iniqui ſunt. Iniqui, ut deſertores amicitiæ. Nam & Pythagoreis auctoribus, amicitia eſt æqualitas: & iniquum eſt, amicum extrema calamitate velle afficere, brutæ tuæ cupiditatis explendæ cauſa. Ingrati & væcordes, qui amico illorum commodis ex animo inſervienti, talia mandent: nec quantum interſit videant, inter id quod amicus illis obſequens perdit, & id quod ipſi conſequuntur. Nam is quidem boni maximi iacturam facit: ipſi

δὲ οὐ μόνον οὐκ ἀγαθὸν τούτων ἴδιον, ἀλλ' ἐνίοτε καὶ κακόν· ἀγνώμονας δὲ αὐτοὺς, καὶ ἀνοήτους ἴσως καὶ διὰ τὸ ἐφεξῆς ἐπαγόμενον καλεῖ· ὅτι ἀργύριον πιστοῦ φίλου προτιμῶσι καὶ αἰδήμονος. διὰ τούτου δὲ καὶ ἐναργέστερον δείκνυσιν ὅτι οὐκ ἔσται τοῖς φίλοις ὁ τοιοῦτος ἄχρηστος, ἀλλὰ καὶ χρησιμώτερος τῶν πορίζοντων ἀργύριον. εἰ γὰρ καὶ τῶν οἰκετῶν οἱ πιστοὶ καὶ αἰδήμονες, χρησιμώτεροι τῶν τεχνικῶν καὶ ἐργατικῶν εἰσι, καὶ τιμιώτεροι τοῖς δεσπόταις, πόσῳ μᾶλλον οἱ τοιοῦτοι φίλοι τῶν πορίζοντων ἀργύριον τιμιώτεροι τοῖς ἔμφροσιν ἔσονται; καὶ γὰρ πρὸς συνδιαγωγὴν, καὶ συμβουλὴν οὗτοι, καὶ πρὸς φυλακὴν τῶν φιλτάτων καὶ τιμίων, καὶ ἐν κινδύνοις καὶ νόσοις, καὶ μετὰ θάνατον οἱ πιστοὶ φίλοι χρησιμώτεροι δείκνυνται, οὐδὲν ἀπᾴδοντες τῶν χρωμένων αὐτοῖς φίλων. εἰ οὖν φίλοι ὄντως εἰσὶ, συλλήψονται τῷ φίλῳ εἰς τὸ πιστὸν διαμένειν, καὶ αἰδήμονα, καὶ πρὸς τὸ ἑαυτῶν χρησιμώτερον ἀποβλέποντες, ἀλλ' οὐκ ἐκεῖνα πράττειν ἀξιώσουσι, δι' ὧν καὶ τὸ φίλος εἶναι πιστὸς, καὶ χρήσιμος τοῖς φίλοις ἀπολέσει. Δυνατὸν μὲν καὶ διὰ τῶν αὐτῶν καὶ ταύτην λῦσαι τὴν ἔνστασιν, ὅτι τῶν ἐπὶ σοὶ κύριος εἶ. τίς δέ σοι εἶπεν, ὅτι τῶν ἐπὶ σοί ἐστι, στοὰς καὶ βαλανεῖα τῇ πατρίδι περιποιεῖν; τίς δὲ δύναται ἑτέρῳ δοῦναι ἃ μὴ ἔχει αὐτός; κἂν ἀκούσῃ, Κτῆσαι οὖν,

vero non tantum non ſuum bonum, ſed interdum etiam malum adipiſcuntur. Ingratos autem eos, amentes fortaſſis appellat, ob id quod ſequitur, quod pecuniam fideli amico & verecundo anteponant. Atque per id evidentius etiam oſtendit, talem amicis non fore inutilem, ſed iis qui pecuniam ſuppeditent utiliorem. Nam ſi ſervi quoque fideles & verecundi, artificioſis & operoſis præſtant, pluriſque fiunt à dominis: quanto magis tales amici pluris erunt cordaris hominibus, quam ii qui nummulos donant? Nam & ad iucundam vitæ conſuetudinem, & ad conſilium dandum, & ad tuendas res cariſſimas ac pretioſiſſimas, & in periculis & morbis, & poſt obitum, fideles amicos utiliores eſſe conſtat, nulla in re à familiaribus & amicis diſcrepantes. Si ergo veri amici ſunt, in eo iuvabunt amicum, ut fidelis & verecundus permaneat, etiam privati ſui commodi reſpectu: neque id ab eo poſtulabunt, per quod eo redigatur, ut nec fidelis amicus neque utilis eſſe poſſit. Atque etiam fieri poteſt, ut per eadem hæc, illud quoque argumentum refutetur: Eorum quæ in te ſita ſunt, dominus es. Quis vero tibi dixit, In te ſitum eſſe, ut patriæ porticus & balnea conſtruas? Quis vero alteri dare id poteſt, quod ipſe non habet? Quod ſi audierit, Parato igitur,

ut

ἵνα καὶ ἡ πατρὶς ἔχῃ· τὰ πρότερα ἐκεῖνα ἐπαγαγεῖν. Ἀλλ' ἐάσας ταῦτα ἡμῖν ὡς κοινὰ συννοεῖν, εἰδικωτέραν καὶ προσφυεστέραν μετὰ πολλῆς ἐνεργείας τὴν πρὸς τὴν πατρίδα ἀπόκρισιν γοργῶς ἐποιήσατο, Τί πρὸς σὲ τοῦτο, εἰπὼν, εἰ διὰ σὲ ἡ πατρὶς στοὰς οὐκ ἔχει, καὶ βαλανεῖα; οὐδὲ γὰρ ὑποδήματα διὰ τὸν χαλκέα ἔχει, ἀλλὰ διὰ τὸν τῶν ὑποδημάτων δημιουργόν· οὐδὲ ὅπλα διὰ τὸν σκυτέα, ἀλλὰ διὰ τὸν ὁπλοποιόν. πᾶσα γὰρ πόλις τότε συμφερόντως ἑαυτῇ καὶ δικαίως οἰκεῖται, ὅταν ἕκαστος τῶν ἐν αὐτῇ τὸ ἑαυτοῦ ἔργον ἐκπονῶν, μὴ πολυπραγμονῇ, ἀλλ' ὁ μὲν χαλκεὺς καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστος τῶν τοιούτων, τὸ ἑαυτοῦ ἔργον χρήσιμον τῇ πόλει παρέχῃ. Ἐγὼ δὲ, φαίη ἂν ὁ φιλοσοφῶν, τί ἂν αὐτῇ χρήσιμος εἴην; Πρὸς ὃν πάλιν καλῶς ὑπαντᾷ, ὡς εἰ ἄλλον τινὰ κατεσκεύαζες ἐν αὐτῇ πιστὸν, καὶ αἰδήμονα πολίτην, ἆρ' οὐκ ἂν χρειωδέστερόν τι αὐτῇ τοῦ χαλκέως ἐπόριζες; ὥστε μάλιστα μὲν, ἂν καὶ ἄλλους κατασκευάσῃς τοιούτους, τὰ μὲν νουθετῶν καὶ διδάσκων, τὰ δὲ παράδειγμα καλοῦ καὶ ἀγαθοῦ πολίτου γινόμενος, εἰ δὲ μὴ, ἀλλὰ σαυτὸν αὐτῇ παρέχων τοιοῦτον, χρησιμώτερον παρέχεις αὐτῇ ὧν οἱ ἄλλοι παρέχουσι. Τίνα οὖν, φησὶν, ἕξω χώραν ἐν τῇ πόλει; ὥσπερ ἕκαστος τῶν ἄλλων ἔχει, ὁ μὲν ἄρχων, ὁ δὲ προπολεμῶν, ὁ δὲ τὸ πρὸς

ut & patria habeat: priora illa reſpondebit. Verum hæc, ut communia, nobis conſideranda reliquit, magiſque propriam & cognatam multa cum evidentia & vehementia reſponſionem adverſus patriam attulit. Quid ad te, inquit, ſi per te patria porticus & balnea non habebit. Neque enim calceos per fabrum ferrarium habet, ſed per ſutorem: neque arma per ſutorem, ſed per armorum fabrum. Omnis enim reſpublica tum ſibiipſi utiliter & iuſte adminiſtratur, cum quiſque civis & incola ſuo intentus operi, aliena non curat: Si & faber ærarius, & quivis alius opifex curat, ut ſuum opus reipublicæ proſit. At dicat philoſophiæ ſtudioſus: Ego vero qua re utilis ero reipublicæ? Cui viciſſim egregie reſpondet: Si efficeres ut alium civem fidelem & verecundum haberet, nonne utilius ei aliquid quam faber ærarius præſtares? Maxime igitur eam adiuvabis, cum aliis ad hunc modum inſtituendis, monendo docendoque, tum vita & moribus honeſti & boni civis munus obeundo; exemploque tuo longe maiores quam reliqui ſuis operibus afferes ad remplicam utilitates. Quem igitur, inquis, in republica tenebo locum? Nam cæterorum quiſque ſuo quopiam munere fungitur, alius magiſtratum gerendo, alius propugnando, alius aliquid ad

τὸν

τὸν βίον τι χρησίμων δημιουργῶν. αὐτὸς μὲν οὖν κοινῶς πρὸς τοῦτο ἀπήντησεν, ὅτι ἣν ἂν δύνῃ χώραν ἔχειν πρὸς τὴν πόλιν, φυλάττων τὸ πιστὸν, καὶ αἰδήμον, ταύτην ἔχε. εἰ δὲ εἰς χρήματα καὶ βαλανεῖα καὶ στοὰς βουλόμενος ὠφελεῖν, ἀποβάλῃς τὸ πιστὸν καὶ αἰδήμον, οὐδὲ εἰς ἐκεῖνα ἴσως ὠφελήσαις αὐτὴν, ἅπαξ ἄπιστος καὶ ἀναιδὴς ἀποτελεσθείς. τί δὲ κάλλιον αὐτῇ; πιστοὺς ἔχειν καὶ αἰδήμονας πολίτας; ἢ στοὰς καὶ βαλανεῖα; Ἀλλὰ ζητητέον, τίνα χώραν ὁ φιλοσοφῶν ἐν τῇ πόλει καθέξει· ἢ μάλιστα μὲν ἦν ἀνθρωποποιὸς, καὶ πιστῶν καὶ αἰδημόνων πολιτῶν δημιουργός; ἔργον γὰρ ἕξει οὐδὲν ἄλλο ἢ ἑαυτόν τε καὶ τοὺς ἄλλους εἰς τὸν κατὰ φύσιν ἀνθρώπῳ προσήκοντα βίον ἀποκαθαίρειν. κοινός τε πάντων ἔσται πατὴρ καὶ παιδαγωγὸς, διορθωτής τε καὶ σύμβουλος καὶ κηδεμονικὸν πᾶσιν ἑαυτὸν παρέχων, καὶ συνεργὸς ὢν παντὸς ἀγαθοῦ· τοῖς μὲν εὐημεροῦσι συνηδόμενος, τοῖς δὲ λυπουμένοις συνταλαιπωρῶν καὶ παραμυθούμενος αὐτούς· καὶ ἁπλῶς ἐκεῖνα πράξει, ἅπερ ὁ νομίζων ἔργον ἴδιον ἔχειν, καὶ χώραν ἐν τῇ πόλει, τὴν πάντων ἀνθρώπων εὐποιητικὴν ἐπιμέλειαν, ἐφ' ὅσον δύναται. Εἰ δὲ καὶ πρὸς ἕν τι τῶν ἐν τῇ πόλει ἐπιτηδευμάτων ἀποκεχωρισμένον αὐτὸν ἐθέλοις ἰδεῖν, ἐν μὲν ταῖς ἀγαθαῖς πολιτείαις, καὶ ἄρχων πάν-

degendam vitam utile ſuppeditando. Auctor igitur communiter ad hæc reſpondet: Quemcunque locum in civitate tenere poteris, conſervata fide & verecundia cum teneto. Si vero dum pecunia, balneis, porticibus, eam iuvare ſtudes, fidem & verecundiam amiſeris: fortaſſe ne illis quidem rebus eam iuveris, ſemel perfidus & impudens factus. Utri vero magis eam ornant? fideles & verecundi cives? an porticus & balnea? Verum quærendum eſt, quem locum in republica philoſophus tenere debeat? Annon eius potiſſimum, qui homines faciat, & fidelium ac bene moratorum civium quaſi opifex quidam ſit? Nec enim aliud eius munus erit, quam & ſeſe & alios ita repurgare, ut vitam naturæ humanæ convenientem agant, omniumque communis pater erit & pædagogus, & corrector & conſiliarius, ſeque curatorem præbebit omnium, & adiutor erit omnis boni. Congratulabitur is quibus res ſecundæ ſunt, vicem dolebit calamitoſorum, eoſque conſolabitur. Denique ea faciet, quæ is, qui perſuaſum habet, peculiare ſuum munus eſſe, & in republica locum & curationem, qua omnibus hominibus pro virili ſua bene faciat. Sin eum ad unum aliquod in republica munus ſeorſim deſtinatum videre volueris, in bene conſtitutis civitatibus utique principatus

ται ὁ τοιοῦτος αἱρεθήσεται ὡς ὑπερέχων τῶν ἄλλων, καὶ τὴν τοῦ ποιμένος πρὸς τὰ πρόβατα ἔχων ἀναλογίαν, καὶ σύμβουλος ὡς ἔμφρων, καὶ στρατηγὸς, εἰ τῶν κατὰ πόλεμον ἔμπειρος τύχοι, ὡς ἀνδρικώτερος τῶν ἄλλων, καὶ εὐβουλότερος. καὶ γὰρ μὲν Σωκράτης ἐν τῇ ἐπὶ Δηλίῳ μάχῃ τὰ ἀριστεῖα ἔλαβε, καὶ διὰ τῶν πολεμίων ἀναχωροῦντι μόνῳ, φασὶν, οὐδεὶς ἐτόλμησεν ἐπελθεῖν, πάντων τοῦ ἀνδρὸς καταπλαγέντων τὸ φρόνημα. ἀλλὰ καὶ Ξενοφῶν τοὺς μυρίους ἐκείνους διέσωσε, καὶ τῶν Ὀλυμπίων ἐξεκηρύχθη. Ἰστέον μέντοι, ὅτι αἱ μοχθηρότεραι πολιτεῖαι, τὸ μὲν ὅλον βλαβεραὶ τῶν ψυχῶν εἰσιν, καὶ μάλιστα τὴν θείαν ἔλλαμψιν ἀναστέλλουσι, καὶ ἀτιμάζουσι τὰς καλλίονας ἐπιτηδεύσεις, καὶ τὰ τῆς εὐζωίας παραδείγματα ἀφανίζουσι. διὸ καὶ πρὸς ἀρχὴν ὅλως εὐαγωγίας ταῖς ψυχαῖς ἐμποδίζουσι, καὶ πρὸς τὸ πῆξιν ἐν αὐταῖς τὴν εὐαγωγίαν λαβεῖν. Εἰ μέντοι τις ἐν τοιαύτῃ πολιτείᾳ εὑρεθείη ψυχὴ, θείᾳ μοίρᾳ νενευρωμένη, ἤδη αὐτὴ σκληρότερον ἐν αὐτῇ γυμναζομένη, τελεωτέρα πρὸς ἀρετὴν ἀποδείκνυται. Ἀληθὲς οὖν, ὅτι πᾶσα τύχη καὶ πᾶσα περίστασις, γαληνοτέρα τε καὶ τραχυτέρα εἰς ὠφέλειαν συντελεῖ τῷ ἐν πᾶσιν ἀγαθὸν διὰ τοῦ ἔμφρονος ἐκλογῆς πειραζομένῳ.

patus ei deferetur, ut cæteris antecellenti, ea ratione qua ovibus opilio. Erit & ſenator prudens, & imperator, ſi diſciplinæ militaris peritus fuerit, ut & conſilio & animi robore ſuperior cæteris. Nam Socrates quoque in prælio ad Delium commiſſo, fortiſſime pugnavit: & per hoſtile agmen ſe recipientem, unum eum nemo, ut aiunt, perſequi auſus fuit, magnitudine animi eius perterritis omnibus. Quin & Xenophon decem illis Græcorum millibus conſervatis, Olympico præconio eſt ornatus. Cæterum ſciendum eſt, malas reſpublicas omnino tum animis eſſe pernicioſas, tum divinam illuſtrationem repellere, tum honeſta inſtitua conſpurcare, tum exempla recte vivendi abolere. Quapropter ad veræ inſtitutionis initia plane impediunt animos, & ad doctrinæ confirmationem. Siquis tamen in tali republica repertus fuerit animus, ſingulari quodam fato corroboratus, is durioribus exercitationibus ad maiorem virtutis perfectionem acuetur. Verum igitur illud eſt, omnem fortunam, omnem eventum, ſive molliorem, ſive aſperiorem, fructus aliquid atq; utilitatis afferre ei qui prudenti delectu, quod in quaque re ineſt boni, amplectitur.

V KEΦ.

ΚΕΦ. λβʹ.

Προετιμήθη σού τις ἐν ἑστιάσει, ἢ ἐν προσαγορεύσει, ἢ ἐν τῷ παραληφθῆναι εἰς συμβουλίαν, εἰ μὲν ἀγαθὰ ταῦτ᾽ ἐστί, χαίρειν σε δεῖ, ὅτι ἔτυχεν αὐτὸς ἐκείνων. εἰ δὲ κακά, μὴ ἄχθου, ὅτι σὺ αὐτῶν οὐκ ἔτυχες. μέμνησο δέ, ὅτι οὐ δύνασαι μὴ ταὐτὰ ποιῶν πρὸς τὸ τυγχάνειν τῶν οὐκ ἐφ᾽ ἡμῖν, ἐκείνων τῶν ἴσων ἀξιοῦσθαι. πῶς γὰρ ἴσον ἔχειν δύναται, ὁ μὴ φοιτῶν ἐπὶ θύρας τινός, τῷ φοιτῶντι; ὁ μὴ συμπαραπέμπων, τῷ συμπαραπέμποντι; ὁ μὴ ἐπαινῶν, τῷ ἐπαινοῦντι; Ἄδικος οὖν ἔσῃ καὶ ἄπληστος, εἰ μὴ προϊέμενος ταῦτα, ἀνθ᾽ ὧν ἐκεῖνα πιπράσκεται, προῖκα αὐτὰ βουλήσῃ λαμβάνειν. Ἀλλὰ πόσου πιπράσκονται θρίδακες; ὀβολοῦ, ἂν οὕτω τύχῃ. ἂν οὖν τις προέμενος τὸν ὀβολόν, λάβῃ θρίδακας, σὺ δὲ μὴ προέμενος, μὴ λάβῃς, μὴ οἴου ἔχειν ἔλαττον τοῦ λαβόντος. ὡς γὰρ ἐκεῖνος ἔχει θρίδακας, οὕτω σὺ τὸν ὀβολόν, ὃν οὐκ ἔδωκας. τὸν αὐτὸν οὖν τρόπον κἀνταῦθα. οὐ προσεκλήθης ἐφ᾽ ἑστίασίν τινος; οὐ γὰρ ἔδωκας τῷ καλοῦντι πόσου πωλεῖ τὸ δεῖπνον. ἐπαίνου δ᾽ αὐτὸ πωλεῖ· θεραπείας πωλεῖ. δὸς οὖν τὸ διαφέρον, εἴ σοι λυσιτελεῖ τὸ πωλούμενον. εἰ δὲ κἀκεῖνα θέλεις μὴ προΐεσθαι, κἀκεῖνα λαμβάνειν, ἄπληστος, καὶ ἀβέλτερος ἔσῃ. Οὐδὲν οὖν ἔχεις ἀντὶ τοῦ δείπνου; Ἔχεις μὲν οὖν, τὸ μὴ ἐπαινέσαι τοῦτον, ὃν οὐκ ἤθελες.

CAP. XXXII.

Eſt tibi prælatus aliquis in convivio, aut ſalutatione, aut dandi conſilii officio. Siquidem iſta bona ſunt, gratulari debes illi, cui ea contigerunt. Sin mala, ne doleas te in ea non incidiſſe: ſed memento, cum ea non agas quibus illa parantur quæ in noſtra poteſtate non ſunt, fieri non poſſe ut eadem tibi tribuantur. Nam qui valebit tantum is, qui fores non frequentat, atque is qui frequentat? qui non aſſectatur, atque is qui aſſectatur? qui non laudat, atque is qui laudat? Iniuſtus igitur eris & inexplebilis, ſi non numerato eo pretio, quo illa vaneunt, gratis ea conſequi te poſtules. Age quanti vaneunt lactucæ? Ponamus obolo. Si quis igitur obolo numerato lactucas acceperit, tu autem pretio non numerato non acceperis: ne te deteriore conditione eſſe putes eo qui accepit. Vt enim lactucas habet ille, ſic tu obolum non dediſti. Ad eundem quoque modum & hic ſe res habet. Non invitatus es ad convivium alicuius? Nec dediſti quanti venit convivium. Vendit autem id convivator laudatione, vendit obſequio. Dato igitur pretium quanti venit, ſi è re tua eſt. Quod ſi nec illa vis præſtare, & hæc accipere: avarus es & vecors. Nihil igitur cœnæ vice habes? Imo habes: non laudaſti quem noluiſti.

ἘΞΗΓΗ-

ΕΞΗΓΗΣΙΣ.

Καὶ οὗτος ὁ λόγος μέρος τοῦ προτέρου δοκεῖ, πρὸς τὰς λοιπὰς ἐνστάσεις ὑπαντῶν, τὰς ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἕξεως προσανυμένας. ὁ γὰρ πρὸς ἑαυτὸν ἐπιστρέφων, καὶ τὰ ἐκτὸς ἄλλοις καταλιμπάνων, καὶ τῆς τῶν πλουσίων καὶ δυναστευόντων θεραπείας καταφρονῶν, ἐν ἀτιμίᾳ δοκεῖ διάγειν, προτιμωμένων αὐτοῦ πολλῶν, καὶ ἐν ἑστιάσει καὶ προσαγορεύσεσι, καὶ τῷ εἰς συμβουλὴν μᾶλλον ἐκείνου παραλαμβάνεσθαι. Καὶ δυνατὸν μὲν ἦν, καὶ ἐνταῦθα πάλιν ἀπὸ τοῦ ἐφ' ἡμῖν καὶ οὐκ ἐφ' ἡμῖν διαλύειν τὴν ἔνστασιν. εἰ γὰρ τὰ μὲν ἀγαθὰ ἡμῶν ἀφ' ἡμῖν ἐστι, ταῦτα δὲ τῶν ἐφ' ἡμῖν οὐκ ἔστιν, οὐκ ἂν εἴη ταῦτα ἡμέτερα ἀγαθά. Ὁ δὲ τοῦτον μὲν τὸν τρόπον παρῆκε τῆς λύσεως, καὶ ὡς κοινὸν καὶ ὡς ἤδη ῥηθέντα. ἄλλῳ δὲ ἰδίῳ μᾶλλον τοῦ προκειμένου χρῆται, καὶ ἄλλην ὠφέλειαν μείζονα ἀπὸ τῶν τοιούτων τοῖς καλῶς χρωμένοις παραδείκνυσι. Λέγει δὲ ὅτι ταῦτα ἐν οἷς ἄλλοι προτιμῶνται τοῖς τὸν καλλίονα βίον αἱρουμένοις, ἢ ἀγαθὰ πάντως ἐστὶν ἢ κακά. προσκείσθω δὲ τοῦ τελείου τῆς διαιρέσεως ἕνεκα, ἢ ἀδιάφορα. πολλὰ γάρ ἐστι καὶ τοιαῦτα. ἀλλ' εἰ μὲν ἀδιάφορα, οὐδὲν μᾶλλον τίμια ἢ ἄτιμά ἐστι. διὸ κατεφρόνησε τούτου τοῦ τμήματος τῆς διαιρέσεως. Ἢ οὖν ἀγαθὰ ἢ κακά ἐστιν. εἰ μὲν οὖν ἀγαθὰ,

COMMENTARIUS.

ETiam hæc oratio pars eſſe videtur ſuperioris, reliquis argumentis occurrens, quæ ab iis obiiciuntur, qui eodem modo ſunt affecti. Nam qui ad ſeſe convertitur, & aliis res externas relinquit, culturamque divitum & potentum deſpicit, ſine honore videtur ætatem degere: cum ei complures & in ſalutatione, & convivio, & petendo conſilio præponantur. Ac potuiſſet ille quidem rurſus etiam ſic ab eo quod in noſtra poteſtate ſitum eſt, aut non eſt, argumentum hoc refellere. Nam ſi bona noſtra in nobis ſita ſunt, iſta vero in nobis ſita non ſunt, iſta noſtra bona non erunt. Verum auctor hac diſſolvendi ratione prætermiſſa, tanquam communi & iam tractata, utitur alia huic loco magis propria, quæ recte utentibus ſubindicet, quo pacto maiorem etiam ex huiuſmodi rebus fructum capere poſſint. Ait autem ea in quibus alii honeſtioris vitæ ſtudioſis præferantur, aut bona eſſe, aut mala. Sed explendę cauſa diviſionis adiiciatur etiam, aut indifferentia. Multa enim talia quoque ſunt. Quod ſi indifferentia, nihilo plus honoris quam ignominiæ habent. Quare hanc diviſionis partem aſpernatus eſt Epictetus. Reſtat igitur, aut bona eſſe, aut mala. Si bona ſunt,

χαίρειν σε δεῖ, φησιν, ὅτι ἔτυχεν αὐτῶν ἐκεῖνος. τουτέστι τῇ σοὶ δυνάμει χρῆσθαι, τῇ πᾶσι τ' ἀγαθὰ βουλομένῃ, συγχαιρούσῃ τοῖς μετέχουσιν αὐτῶν. Καὶ ὅρα πηλίκον ἀγαθὸν, ἐν τῇ δοκούσῃ ταύτῃ ἀτιμίᾳ κρυπτόμενον ἐξέφηνα. ἡ γὰρ πρὸς θεὸν ὁμοίωσις κυρίως αὕτη ἐστὶν, ἧς οὐδὲν ἀγαθὸν μεῖζον τοῖς μετ' αὐτόν ἐστιν. ὁ γὰρ θεὸς δύναμιν ἔχει τὴν ἰσχυροτάτην, πάσης δυνάμεως αἴτιος ὑπάρχων, καὶ βούλησιν τὴν βελτίστην, ἀγαθὰ μὲν πάντα, φαῦλον δὲ μηδὲν εἶναι βουληθεὶς, ἐφ' ὅσον δυνατόν ἐστι· παρισουμένης δὲ τῇ βουλήσει τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, πάντα ἀγαθύνει, καθόσον ἑκάστῳ μετέχειν δυνατόν ἐστι τῆς αὐτοῦ ἀγαθότητος. ἡ δὲ ἀνθρωπίνη ψυχὴ, δύναμιν μὲν ἔχειν τὴν ἀκροτάτην ἀδυνατεῖ, πολλῶν καὶ αὐτῶν τῶν μετὰ θεὸν τεταγμένων τῇ δυνάμει λειπομένη. βούλησιν δὲ ἔσχεν ἀπὸ θεοῦ, αὐτεξούσιον, πεφυκυῖα πᾶσι τὰ ἀγαθὰ βούλεσθαι, ὅταν αὐτὴ τοῦτο προαιρεθῇ. Εἰκότως οὖν κατὰ τοῦτο μάλιστα πρὸς θεὸν ὁμοιοῦται, καθόσον κατὰ ταύτην τὴν βούλησιν ἐνεργεῖ· κἂν μὴ δύνηται πάντα ἀγαθύνειν ὥσπερ ὁ θεὸς, ἀλλ' ὅσα δύναται ἀγαθύνουσα, τόγε ἐφ' ἑαυτῇ πάντα ἀγαθύνει, καὶ ὅσα βούλεται. τότε γὰρ ἡ βούλησις ὄντως ἐστὶ βούλησις, καὶ τελεία βούλησις, ὅταν ἡ δύναμις αὐτῇ πᾶσα τοῦ βουλομένου συνεργῇ. τῶν γὰρ ἐφ' ἡμῖν

gaudere (inquit) debes, alium iis eſſe potitum. Hoc enim tuæ facultatis eſt, quæ bene cupit omnibus, & gratulatur iis qui bonis rebus potiuntur. Vide quæſo quantum boni in iſta, ut habetur, ignominia deliteſcens, eluceſcat? Hæc enim proprie eſt ſimilitudo cum Deo, qua iis quæ inferiora, & poſteriora Deo ſunt, nullum maius bonum contingere poteſt. Deus enim facultate potentiſſima præditus, & omnis facultatis auctor, voluntate etiam optima, bona omnia, malum vero nihil eſſe voluit, quatenus fieri poſſet. Cùm autem par ſit eius & potentia & voluntas: omnia bona facit, quatenus unū quodque bonitatem ipſius capere poteſt. Humanus vero animus facultate ſumma eſſe præditus non poteſt, multis etiam Deo poſterioribus potentia inferior. Sed voluntatem accepit à Deo liberam, cuius ea natura eſſet, ut bene cuperet omnibus, modo ipſa id decreviſſet. Merito igitur iſta ratione potiſſimum fit Deo ſimilis, cum ex iſta voluntate agit: & quamvis omnia bona reddere ut Deus nequeat, ea tamen bona reddit quæ poteſt: & quantum in ipſo eſt, omnia bona reddit, non autem quęcunque vult. Tum enim voluntas vere voluntas eſt, & perfecta voluntas, cum ei facultas omnis ęius qui vult, navat operam. Eorum enim quæ in nobis

ἐσμὲν κύριοι, καὶ τὸ μὲν βούλεσθαι πᾶσι τ' ἀγαθὰ ἐφ' ἡμῖν ἐστι. καὶ βούλεται ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος πάντας ἀνθρώπους εὖ ποιεῖν, καὶ οὐ τούτους μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄλογα ζῶα καὶ φυτὰ, καὶ μέχρι τῶν ἀψύχων περιάγει τὴν βούλησιν· οὐ μέντοι δύναται ὅσα βούλεται. Διότι ἡ μὲν βούλησις ἐφ' ἡμῖν ἐστιν, ἡ δὲ δύναμις αὕτη οὐκ ἐφ' ἡμῖν, ἀλλὰ καὶ ἄλλων πολλῶν αἰτίων δεομένη, καὶ κρειττόνων ἡμῶν. καὶ διὰ τοῦτο ἐν τῇ βουλήσει τὸ ἀγαθὸν ἔχομεν, ὅτι αὐτὸ ἐφ' ἡμῖν ἐστι. Τοῦτο μὲν οὖν τοιοῦτον. Εἰ δὲ κατὰ φύσιν κακά ἐστι ταῦτα περὶ ὧν ὁ λόγος, μὴ δυσχέραινε, ἀλλὰ καὶ χαῖρε πάλιν ὅτι σὺ μὴ ἔτυχες αὐτῶν. οὕτως ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος, οὐκ ἀτιμίαν νομίσει τὸ μὴ τυγχάνειν τούτων, ἀλλὰ κἂν ἀγαθὰ ᾖ, ἐπὶ τῷ ἄλλον τυχεῖν, κἂν κακὰ, ἐπὶ τῷ αὐτὸς μὴ τυχεῖν εὐφρανθήσεται. Οὕτω μὲν οὖν ἀπὸ τοῦ συμφέροντος τὴν δυσχέρανσιν, τὴν ἀπὸ τοῦ μὴ τυγχάνειν τῶν εἰρημένων τούτων, διέλυσεν. εἴτε γὰρ ἀγαθὰ ταῦτα, μεῖζον ἀγαθὸν ἐκ τοῦ μὴ τυχεῖν ἀπέδειξε τῷ βουλομένῳ τὴν πρὸς θεὸν ὁμοιότητα· εἴτε κακὰ, τὸ μὴ τυχεῖν ἀγαθόν ἐστιν. Εἶτα ἀπὸ τοῦ δυνατοῦ, καὶ ἐφεξῆς ἀπὸ τοῦ δικαίου ποιεῖται τὴν ἐπιχείρησιν. Ἀπὸ μὲν τοῦ δυνατοῦ, ὅτι ἀδύνατόν ἐστι τὸν μὴ θεραπεύοντα τὸν ἑστιάτορα τῶν αὐτῶν παρ' αὐτοῦ τυγχάνειν, ὧν οἱ θεραπεύοντες τυγχάνουσι. θεραπεία δὲ τούτων ἐστὶ τὸ φοιτᾶν

ſita ſunt, domini ſumus. Cum autem bene velle omnibus, in nobis ſitum ſit: cupit bonus homo omnibus hominibus benefacere, nec eis tantum, ſed & brutis animantibus & ſtirpibus, eiuſque voluntas uſque ad inanima porrigitur. Verum non poteſt, ut vult, bene mereri de omnibus, quod voluntas quidem in nobis ſita eſt, iſta vero facultas non item, cum aliarum plurium cauſarum adiumenta deſideret, earumque præſtantiorum nobis. Quare noſtrum bonum in voluntate eſt, quod idem in nobis quoque ſitum eſt. Et hoc quidem ita ſe habet. Si vero ea de quibus hic agitur, ſuapte natura mala ſunt: rurſus ne moleſte ferto, ſed gaude potius ea tibi non accidiſſe. Sic bonus homo ſui deſpectum non interpretabitur, non potiri iſtis: ſed ſeu bona fuerint, eo quod iis alius potitus fuerit, ſeu mala, quod ipſe iis careat, lætabitur. Ad hunc modum loco ab utili, ægritudinẽ iſtam non potiundi iis quæ dicta ſunt, profligavit. Sive enim ea bona ſunt, maius illi eſſe bonum oſtendit, carere eis, qui Dei ſimilitudinẽ expetat: ſive mala, bonum eſſe in ea nõ incidiſſe. Deinceps à loco facultatis, & mox à iuſto argumẽtatur. A facultate: Non poſſe fieri, ut à convivatore tribuantur eadem non colenti, quæ colentibus ipſum tribuantur. Cultura vero eſt, frequen-

ἐπὶ θύραις, τὸ παραπέμπειν ἐν ἀγορᾷ, τὸ ἐπαινεῖν τὰ ὑπ' αὐτοῦ λεγόμενα, καὶ γινόμενα ὁποῖά ποτ' ἂν ᾖ. σὺ οὖν μὴ ποιῶν ταῦτα, εἴπερ βούλει φιλοσοφεῖν, ἀδύνατον τυγχάνειν τῶν αὐτῶν ὧν οἱ ποιοῦντες τυγχάνουσιν. Ἀλλὰ καὶ ἄδικόν ἐστι καὶ ἄπληστον, τὸ μὴ διδόντα ἐκεῖνα, ἀνθ' ὧν πωλεῖ τὸ δεῖπνον, ἐθέλειν λαμβάνειν αὐτό. ἄδικον μὲν γὰρ τὸ τῶν ἀλλοτρίων ἐπιθυμεῖν. ἄπληστον δὲ τὸ καὶ τὸ δεῖπνον ἐθέλειν λαβεῖν, καὶ τὸ ὅσου πιπράσκεται μὴ δοῦναι. Εἶτα ὅτι οὐδὲ ἔλαττον ἔχει τοῦ τοῦ δειπνοῦντος αὐτὸς μὴ δειπνῶν, δείκνυσιν ἐναργῶς ἀπὸ τοῦ τῆς θρίδακος παραδείγματος. ἐκεῖνος γὰρ ἐκείνου τὸ δεῖπνον, ἔχεις σύ, φησι, τοῦ δείπνου τιμιώτερον, τὴν σαυτοῦ ἐλευθερίαν, τὸ μὴ ἐπαινεῖν ὃν οὐκ ἤθελες, τὸ μὴ ἀνέχεσθαι αὐτοῦ τῶν ἐπὶ τῆς εἰσόδου. εἰ δὲ ταῦτα βούλει, καὶ τὸ δεῖπνον ἔχειν, καὶ ἄδικος εἶ καὶ ἄπληστος· καὶ τοιοῦτος ὤν, ἀβέλτερος, ὅτι οὐκ ἕξεις τίνι συγκρινόμενος βελτίων φανήσῃ.

tare fores eius, aſſectari in foro, omnia eius & dicta & facta laudare. Ut igitur tu, qui ut philoſophus iſta non facias, eadem conſequare, quæ qui faciunt, non modo fieri non poteſt: ſed iniquitatis etiam eſt, & inexplebilis avaritiæ, non dantem ea quibus ille cœnam vendit, velle eam accipere. Iniquum enim eſt, aliena concupiſcere. Deinde te cœnæ illius expertem, non eſſe deteriore conditione eo qui cœnet, evidenter lactucæ docet exemplo. Nam cum ille cœnam habeat, tu habes aliquid cœna præſtantius, libertatem tuam, non laudandi eum quem nolis, non perferendi ea quæ in eius veſtibulo feruntur. Si vero & hæc & cœnam habere vis: & iniquus es, & inſatiabilis: & talis cum ſis, minus bonus. Neque enim erit quo ſis in comparatione melior.

ΚΕΦ. λγ'.

ΤΟ βούλημα τῆς φύσεως καταμαθεῖν ἐστιν, ἐξ ὧν οὐ διαφερόμεθα πρὸς ἀλλήλους. οἷον ὅταν τοῦ γείτονος παιδάριον κατάξῃ τὸ ποτήριον, ἢ ἄλλο τι, πρόχειρόν ἐστιν εὐθὺς λέγειν, ὅτι τῶν γινομένων ἐστίν. ἴσθι οὖν, ὅτι ὅταν καὶ τὸ σὸν καταγῇ, τοιοῦτον εἶναί σε δεῖ, ὁποῖον ὅταν καὶ τὸ τοῦ ἄλλου καταγῇ. οὕτω μετάθες καὶ ἐπὶ τὰ μείζονα. τέκνον ἄλλου τέθνηκεν, ἢ γυνή; οὐδείς ἐστιν, ὃς οὐκ ἂν εἴποι, ὅτι ἀνθρώπινον. ἀλλ' ὅταν τὸ αὐτοῦ τινος ἀποθάνῃ, εὐθύς, οἴμοι, τάλας

CAP. XXXIII.

Naturæ propoſitum ex iis rebus, de quibus nulla inter nos controverſia eſt, cognoſci poteſt. Exempli gratia: Si vicini puer poculum aut quid aliud confregerit, in promtu illud ſtatim eſt, ita fieri ſolere. Scito igitur, ſi & tuum confractum fuerit, eundem eſſe te oportere, qui fueris, cum frangeretur alienum. Sic transfer iſta ad maiora. Filius alterius obiit, aut uxor? nemo eſt quin dicat, humanū id eſſe. Sin ipſi alicui id acciderit: ſtatim, Hei mihi, inquit, ô me

ἐγώ,

ἐγώ, βοᾷ. ἐχρῆν δὲ μεμνῆσθαι, τί πάσχομεν, περὶ ἄλλων αὐτὸ ἀκούσαντες.

miſerum. Meminiſſe autem oportebat, ut affecti ſimus, cum tale quippiam de aliis audiverimus.

ΕΞΗΓΗΣΙΣ.

Αἱ κοιναὶ τῶν ἀνθρώπων περὶ τῆς τῶν πραγμάτων φύσεως ἔννοιαι, καθ' ἃς οὐ διαφερόμεθα, ἀλλ' ὁμοδοξοῦμεν ἀλλήλοις οἱ ἄνθρωποι· οἷον ὅτι τὸ ἀγαθὸν ὠφέλιμόν ἐστιν, καὶ τὸ ὠφέλιμον ἀγαθόν, καὶ ὅτι τοῦ ἀγαθοῦ πάντα ἐφίεται, καὶ ὅτι τὸ ἴσον οὔτε ὑπερέχει οὔτε ὑπερέχεται, καὶ ὅτι τὰ δὶς δύο τέσσαρα. αὗται οὖν αἱ ἔννοιαι, καὶ ὅσαι τοιαῦται κατὰ λόγον ὀρθὸν συστᾶσαι ἐν ἡμῖν, καὶ πολλῷ χρόνῳ βασανισθεῖσαι, ἀληθεῖς εἰσί, καὶ τῇ φύσει τῶν πραγμάτων ἐφαρμόττουσαι. Αἱ δὲ ἴδιαι ἑκάστων ἔννοιαι, καὶ διαμαρτάνουσι πολλάκις· αἱ μὲν ἐξ αἰσθήσεως λαμβανόμεναι ἀπατωμένης, ὡς τὸ τὴν σελήνην ἴσην εἶναι τῷ μεγέθει τοῦ ἡλίου· ἢ ἀπὸ ὀρέξεως ἀλόγου, ὡς ἡ λέγουσα πᾶσαν ἡδονὴν ἀγαθὸν εἶναι· ἢ ἀπὸ λόγου ἀβασανίστου, ὡς ἡ λέγουσα δύο ἀρχὰς εἶναι τῶν πάντων, καὶ τὴν ψυχὴν σῶμα νομίζουσα. αὗται οὖν, καὶ αἱ τοιαῦται καθ' ἃς διαφερόμεθα, οὐ πάντως εἰσὶν ἀληθεῖς, ἀλλ' ἐνίοτε αἱ ταύταις ἐναντίαι· καὶ οὐκ ἀσφαλὲς ἀπὸ τούτων ἡμῖν τὴν φύσιν τῶν πραγμάτων καταμανθάνειν, ἣν εἶπε βούλημα φύσεως. Τεκμήριον δὲ τοῦ τῶν μὲν ἰδίων ἀβεβαίου, τοῦ δὲ κοινῶν βεβαίου, τὸ τὸν αὐτὸν ἄνθρωπον τὸ αὐτὸ

COMMENTARIUS.

Communes hominum de rerum natura notiones, in quibus non aliud, ſed idem ſentimus omnes: veluti, Bonum eſſe utile, & utile bonum: &, Bonum ab omnibus appeti: &, Æquale nec ſuperare, nec ſuperari: &, Bis duo eſſe quatuor. hæ igitur notiones, & id genus aliæ recta ratione in nobis conſtitutæ, longoque tempore exploratæ, verę ſunt, & cum rerum natura congruentes. Peculiares vero ſingulorum notiones ſæpe hallucinantur: alias à ſenſu decepto acceptæ, cuiuſmodi eſt, Lunam eiuſdem eſſe cum ſole magnitudinis: alias à bruto appetitu, & ea eſt quæ omnẽ voluptatem eſſe bonum affirmat: alias à ratione non ſatis explorata, cuiuſmodi eſt eorum qui duo rerum omnium principia, animumque corpus eſſe, ſtatuunt. hæ igitur & ſimiles de quibus diſſentimus, non omnino verę ſunt, ſed interdum eæ quę ſunt hiſce contrariæ: neque tutum nobis eſt ex his rerum naturam æſtimare, quam auctor, naturæ propoſitum aut voluntatem appellat. Evidens autem illud argumentum eſt, cum levitatis peculiarium, tum conſtantiæ communium notionum, quod idem homo eundem

πάθος.

πάθος, ἄλλως μὲν ἐὰν αὐτὸς πάθῃ, ἐμπαθέστερον μᾶλλον καὶ ἀλογώτερον φέροντα, ἄλλως δὲ ὅταν ἄλλῳ συμβαῖνον αὐτὸ θεάσηται. ἀπαθέστερον γὰρ αὐτὸ τότε καὶ ἀληθέστερον ὁρᾷ, καὶ συμφωνότερον πρὸς τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους, τοὺς μὴ πάσχοντας μηδὲ πάθει κρίνοντας, ἀλλὰ λόγῳ. καὶ τοῦτο ἐπὶ παραδείγματος εὐτελοῦς, τῆς τοῦ ποτηρίου καταθραύσεως, δείκνυσι. ὅταν γὰρ ἄλλου παιδάριον κατάξῃ ποτήριον, πρόχειρον ἡμῖν καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ἀπαθῶς κρίνουσι λέγειν, ὅτι τῶν γινομένων ἐστὶ, τὸ τὸν παῖδά ποτε ῥιφθῆναι καὶ προσκροῦσαι ἢ ἀφεῖναι αὐτὸ, καὶ τὸ ὑάλινον προσκρουσθὲν ἢ ἀφεθὲν καταχθῆναι. ὅταν δὲ τὸ ἡμέτερον καταχθῇ, καὶ ἀγανακτοῦμεν, ὡς καινοτέρου τινὸς ἐφ' ἡμῖν γινομένου. καί τοι ἔδει καὶ τότε ἐννοεῖν, ὅτι τῶν γινομένων ἐστίν. Οὕτως οὖν, φησι, μετατίθει καὶ ἐπὶ τὰ μείζονα. ἐὰν τέκνον ἄλλου ἀποθάνῃ ἢ γυνὴ, οὐδείς ἐστιν ὃς ἂν εἴποι, ὅτι οὐκ ἀνθρώπινόν ἐστι τὸ συμβάν· κατὰ τὰς κοινὰς ἐννοίας καὶ τῇ φύσει συμβαινούσας κρίνων τότε τὸ γεγονός. τὸ γὰρ ἀποθανεῖν ἄνθρωπον, ἀνθρώπινόν ἐστι, τῇ φύσει τοῦ ἀνθρώπου θνητοῦ ὄντος προσῆκον. ἀλλ' ὅταν τὸ ἑαυτοῦ τινὸς ἀποθάνῃ, εὐθὺς οἴμοι, καὶ τάλας ἐγὼ, καὶ θρῆνοι, καὶ τραγῳδίαι, ὡς ἡμῖν μόνοις παρὰ φύσιν τινὸς συμβεβηκότος. ἐχρῆν δὲ μεμνῆσθαι, πῶς ἄλλου θρηνοῦντος διακείμεθα, ὅτι ἐφιστάνομεν τότε καλῶς, μὴ τὸ πρᾶγμα ταράττειν

caſum aliter, ſi ipſi acciderit, gravius ſcilicet & imprudentius fert: aliter, ſi alteri eum accidiſſe viderit; tum enim tranquillius eum & verius intuetur, magiſque cum cæteris hominibus conſentit, quibus tale nihil accidit, quique non ex affectu, ſed ratione iudicant. Et hoc rei vilis, confracti poculi, exemplo declarat. Nam cum alterius puer poculum confregerit, in promtu nobis eſt, cæteriſque ſine affectu iudicantibus, ut dicamus, Ita fieri ſolere, ut puer aliquando lapſus allidat vitreum poculum, aut ut id delapſum atque alliſum confringatur. Cum vero noſtrum confractum fuerit, indignamur, quaſi novi aliquid nobis accidiſſet. Atqui tum quoque cogitandum erat, ita ſolere fieri. Hæc igitur, inquit, transfer etiam ad maiora. Si filius alterius mortuus eſt, aut uxor: nemo eſt quin dicat, humanum eſſe illum caſum, facto iudicio ſecundum communes notiones, naturæque congruentes. Nam emori hominem, humanum eſſe, naturæque hominis mortalis conveniens. Sed cum ſuus alicui filius moritur, ſtatim auditur, Hei mihi: Me miſerum: ploratus, tragœdiæ: quaſi nobis ſolis contra naturam aliquid accidiſſet. Meminiſſe autem oportebat, quomodo alio plorante affecti ſimus: cogitare nos tum, ut rectum eſt, non re ipſa, quæ naturalis

ἐκεῖ-

ἐκεῖνον, φυσικὸν ὄν, καὶ ἐξ ἀνάγκης συμβαῖνον, ἀλλὰ τὸ αὐτὸ πάθος ὃ πέπονθε περὶ τὸ πρᾶγμα. Διπλοῦν δέ ἐστι τοῦτο, συμπάθειά τε ἄλογος καὶ ὑπὲρ τὸ δέον γινομένη ψυχῆς λογικῆς πρὸς σῶμα θνητὸν καὶ εἰκὸς ἀποθανεῖν αὐτὸ, καὶ οὕτω ζῆν, ὡς ἀεὶ συνεσομένῳ. καὶ τοῦτο μάλιστα ἐκπλήττει καὶ θορυβεῖ, τὸ ἀνέλπιστον ἐπιέναι· ἐπεὶ εἰ ἐμελετᾶτο καὶ συνειθίζετο κατὰ τὴν φαντασίαν, οὐκ ἂν οὕτως ἐτάραττε καὶ ἐλύπει. Τεκμήριον δὲ τούτου ἐναργὲς οἶμαί ἐστι, τὸ καὶ τοὺς πάνυ περιπαθῶς ἐπὶ τούτοις διατεθέντας, μετ' ὀλίγον χρόνον διὰ τὴν συνήθειαν, ὡς μηδενὸς γενομένου τοιούτου, καταπραΰνεσθαι, καὶ τότε τὰς κατὰ φύσιν ἐννοίας προβάλλεσθαι· ὅτι ἀνθρωπινόν ἐστιν, ὅτι τὸ θνητὸν ἀποθνήσκειν ἀνάγκη, ὅτι καὶ ἡμεῖς ταχέως καταληψόμεθα. εἰ δὲ μετὰ τὸ συμβῆναι διὰ τὸν συνεθισμὸν τοῦ χωρισμοῦ ῥαδίως οὕτως αὐτὸν ὑποφέρομεν, καὶ πρὸ τοῦ συμβῆναι οἶμαι διὰ τῆς ἐλπίδος πρὸς τὸν χωρισμὸν συνεθιζόμενοι, οὐκ ἔτι οὕτως αὐτὸν ταραχωδῶς ὑποδεξόμεθα. Αἴτιον δὲ, τὸ μὴ συνεχῶς πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχοντας τὰ τοιαῦτα, συνεθίζεσθαι πρὸς αὐτά· ἐν μὲν τὸ τοῖς παροῦσιν ἀεὶ συντυποῦσθαι τὰς ψυχὰς τὰς πολλῶν ἀνθρώπων, ὥστε καὶ εὐημεροῦντας ἀεὶ νομίζειν εὐημε-

ſit & neceſſario eveniat, illum turbari, ſed ſuo, quem de re conceperit, affectu. Is vero conduplicatus eſt, tum quod præter rationem & ſupra quam decet, rationis particeps animus mortale corpus diligit, quod moriturum eſſe conſentaneum eſt: tum quod ita vitam inſtituit, quaſi perpetua eius conſuetudine frui poſſit. Maxime autem percellit & perturbat quod inexſpectatum accidit. Nam ſi quidem id meditatum & cogitando quaſi familiare factum fuiſſet, non ita perturbaret atque doleret. Cuius rei illud evidens eſt utique argumentum, quod ii etiam, qui caſum aliquem acerbiſſime ferunt, paulo poſt ob aſſuetudinem, quaſi nihil tale accidiſſet, leniuntur, & tum notiones naturæ conſentaneas promunt: humanum eſſe, mortale mori, neceſſe: nobis etiam fatum brevi impendere. Iam ſi poſt eventum, ob ſeiunctionis conſuetudinem, eam tam facile ferimus: etiam ante eventum, ſcilicet exſpectatione ſeiunctionis, ob aſſuefactionem, non adeo perturbatis animis excipiemus. Cuius perturbationis illa inprimis cauſa eſt, quod talia non continenter ob oculos habemus, nec illis aſſueſcimus: & quod rebus præſentibus complurium hominum animi conformes fiunt, ut & in rebus ſecundis eandem ſemper fortunam

ρεῖν, καὶ λυπηροῦ συμβαίνοντός τινος, μηδέποτε αὐτοῦ ἐλπίζειν ἀπαλλάττεσθαι· ἕτερον δὲ οὐδὲν ἔλαττον τούτου, ἡ πολλὴ καὶ ἄμετρος περὶ τὰ τοιαῦτα συμπάθεια, δι' ἣν καὶ ἡ φαντασία τοῦ χωρισμοῦ λυπηρότατόν ἐστιν αὐτοῖς. οὐδεὶς δὲ ἑκὼν τοῖς λυπηροῖς ἐνδιατρίβει. Τὴν οὖν συμπάθειαν μάλιστα μετρητέον, κρίνοντάς τε ὀρθῶς, τί τὸ συμπάσχον, καὶ τίνι συμπάσχει, ὅτι ἀλλοτρίῳ πράγματι, καὶ τῆς συνηθείας καὶ τοῦτο χόρτασμα. τὸ πολὺ οὖν περικοπτητέον, καὶ λόγων ἀφεκτέον, τὴν συμπάθειαν ἐπιτεινόντων, καὶ ἔτι μᾶλλον τῶν ἔργων.

exſpectent, & aliqua moleſtia obiecta, nunquam ea ſe liberatum iri credant. Altera eſt, & ea quidem hac non levior, nimius & immodicus talium rerum amor. unde vel cogitatio ſeiunctionis, illis eſt moleſtiſſima. Nemo enim volens rebus moleſtis immoratur. Amor igitur in primis moderandus eſt; vereque iudicandum, qui ſis qui ames: quid ſit quod ames? Rem eſſe alienam, & ipſam conſuetudinem talium quoque rerum afferre ſatietatem. Miſſum igitur faciendum, quicquid ſit immodicum: & verbis abſtinendum, quæ affectionem illam augeant, factiſque multo magis.

ΚΕΦ. λδ'.

Ὥσπερ σκοπὸς οὐ τίθεται πρὸς τὸ ἀποτυχεῖν, οὕτως, οὐδὲ κακοῦ φύσις ἐν κόσμῳ γίγνεται.

CAP. XXXIV.

Quemadmodum aberrandi cauſa meta non ponitur: ſic nec mali natura in mundo exſiſtit.

ἘΞΉΓΗΣΙΣ.

Περὶ τῆς ὑποστάσεως τῶν κακῶν ὁ λόγος μὴ καλῶς διορθωθεὶς, καὶ τῆς περὶ τὸ θεῖον ἀσεβείας αἴτιος γέγονε, καὶ τῆς τῶν ἠθῶν διαγωγίας τὰς ἀρχὰς διετάραξε, καὶ πολλαῖς καὶ ἀλύτοις ἀπορίαις ἐνέβαλε τοὺς μὴ καλῶς αἰτιολογοῦντας αὐτήν. Εἴτε ἀρχὴν τις λέγοι τὸ κακὸν, ὡς εἶναι δύο τῶν ὄντων ἀρχὰς, τό, τε ἀγαθὸν, καὶ τὸ κακὸν, πολλὰ καὶ μεγάλα

COMMENTARIUS.

Diſputatio de natura atque ortu malorum, non bene explicata tum impietatis erga Deum cauſa exſtitit, tum morum honeſtæque diſciplinæ principia perturbavit: tum multis, iiſque inexplicabilibus dubitationibus involvit eos, qui cauſas illius non veras reddiderunt. nam ſive quis malum à Deo conditum, ſive principium eſſe dicat, ut duo ſint principia rerum, bonum & malum: multæ magnæque

ἄτοπα

ἄτοπα συμβαίνει. τὸ γὰρ ἀρχικὸν τοῦτο ἀξίωμα ἓν ὄν, καὶ κοινῶς ὑπάρχον ἀμφοτέροις ἐναντίοις οὖσι, πόθεν αὐτοῖς ἐφήκει, εἰ ὑπὸ μιᾶς αἰτίας πρὸς ἀμφοῖν οὔσης; πῶς δὲ ὅλως ἐναντία ταῦτα ἔσται μὴ ὑφ᾽ ἕν τι κοινὸν γένος τεταγμένα; οὐ γὰρ τὰ διάφορα ἁπλῶς ἐναντία ἐστί. οὐ γὰρ ἄν τις εἴποι τὸ λευκὸν ἐναντίον εἶναι τῷ θερμῷ ἢ τῷ ψυχρῷ, ἀλλὰ τὰ ὑπὸ τὸ αὐτὸ κοινὸν γένος πλεῖστον ἀλλήλων διεστηκότα, ταῦτά ἐστιν ἐναντία, τὸ μὲν λευκὸν τῷ μέλανι, κοινὸν ἔχοντα γένος τὸ χρῶμα, ἄμφω γὰρ ὁμοίως χρώματά ἐστι; τὸ δὲ θερμὸν τῷ ψυχρῷ, ὧν γένος ἡ ἁπτικὴ κατὰ ταῦτα ποιότης. Διὰ τοῦτο καὶ ἀδύνατον τὰ ἐναντία ἀρχὰς εἶναι, ὅτι ἀνάγκη προϋπάρχειν αὐτῶν τὸ κοινὸν γένος, καὶ μέντοι καὶ διότι ἀνάγκη πρὸ τοῦ πλήθους τὸ ἓν εἶναι, εἴπερ ἕκαστον τῶν πολλῶν ἓν ἀνάγκη εἶναι κατὰ τὴν τοῦ ἑνὸς τοῦ πρώτου μέθεξιν, ἢ μηδὲν εἶναι ὅλως. ἔτι δὲ ἀνάγκη πρὸ πάσης ἰδιότητος ἀρχικὴν εἶναι μονάδα, ἀφ᾽ ἧς πᾶσα ἡ ἰδιότης ἡ ἐν πολλοῖς μεμερισμένη ὑφίσταται. ἀπὸ γὰρ τοῦ θείου καὶ ἀρχικοῦ καλοῦ πάντα τὰ καλὰ πρόεισι· καὶ ἀπὸ τῆς πρώτης θείας ἀληθείας, πᾶσα ἀλήθεια. ἀνάγκη οὖν καὶ τὰς πολλὰς ἀρχὰς εἰς μίαν ἀρχὴν ἀνατείνεσθαι, οὔ τινα μερικὴν ἀρχὴν οὖσαν

abſurditates ſequuntur. Nam principale iſtud pronuntiatum ſi ſit unum, & communiter utriſque inſit, iiſque inter ſe contrariis, quo pacto eis conveniet, ſi ab una cauſa ad utrunque pertinente contineatur? Qui denique contraria erunt iſta, ni ſub uno communi genere collocentur? Neque enim diverſa plane contraria ſunt. neque enim quiſquam dixerit, album contrarium eſſe calido aut frigido: ſed quæ uno communi genere comprehenſa, plurimum inter ſeſe differunt, ea contraria ſunt. ut album nigro, quorum commune genus eſt color, nam utrunque ex æquo color eſt: & calidum frigido, quorum genus eſt eodem modo tactilis qualitas. Quamobrem ut contraria principia ſint, fieri nequit: quia neceſſe eſt ante ea eſſe commune genus, atque etiam quia neceſſe eſt unum eſſe ante multitudinem: quod unumquodque multorum, aut unum eſſe neceſſe eſt ob participationem unius, aut nihil eſſe prorſus. Præterea neceſſe eſt ante omnem proprietatem eſſe principalem unitatem, unde omnis proprietas inter multa diſtributa oriatur. Nam à divino & principali pulcro pulcra omnia prodeunt, & à prima divina veritate omnis veritas. Neceſſe igitur eſt multa principia ad

unum referri principium, quod non ex parte principium quod-

ἐκείνην, ὥσπερ τῶν ἄλλων ἑκάστην, ἀλλ' ἀρχὴν ἀρχῶν ὑπάρχουσαν πασῶν, καὶ ἐξῃρημένην, καὶ πάσας εἰς ἑαυτὴν συναιροῦσαν, καὶ πάσαις ἀφ' ἑαυτῆς τὸ ἀρχικὸν ἀξίωμα παρεχομένην, ὁμοφυῶς μετὰ τῆς ἑκάστῃ προσηκούσης ὑφέσεως. Οὕτω μὲν οὖν ἄτοπον, τὸ δύο ἢ πλείονας ὅλως τοῦ ἑνὸς τὰς πρώτας λέγειν ἀρχάς. Ἀναγκάζονται δὲ οἱ δύο λέγοντες τῶν ὅλων ἀρχὰς, τό, τε ἀγαθὸν καὶ τὸ κακὸν, καὶ τὸ ἀγαθὸν παρ' αὐτοῖς λεγόμενον θεὸν, μηκέτι πάντων αἴτιον λέγειν, μηδὲ παντοκράτορα δικαίως ἀνυμνεῖν, μηδὲ δύναμιν αὐτοῦ τὴν ἀκροτάτην καὶ ὅλην ἀνατιθέναι, ἀλλὰ τὸ ἥμισυ τῆς ὅλης δυνάμεως, εἴπερ ἄρα καὶ τοῦτο, μηδὲ νομίζειν πάντα ἀγαθύνειν καὶ φωτίζειν αὐτὸν, πηγὴν λεγόμενον ἀγαθότητος, καὶ φωτός. Οἷα δὲ καὶ ὅσα βλάσφημα εἰς τὸν θεὸν τοῖς ὑπ' ἐκείνων λεγομένοις ἐξ ἀνάγκης ἀκολουθεῖ; καὶ γὰρ δειλὸν εἰσάγουσιν αὐτὸν; δεδοικότα τὸ κακὸν ἐγγὺς τῶν ὅρων αὐτοῦ γενόμενον, μὴ καὶ ἐντὸς εἰσέλθῃ. καὶ διὰ ταύτην τὴν δειλίαν ἀδίκως καὶ ἀσυμφόρως μέρη ἑαυτοῦ καὶ μέλη τὰς ψυχὰς οὔσας, ὥς φασι, μηδὲν ἁμαρτούσας πρότερον, ἔρριψε τῷ κακῷ, ἵνα τὰ λοιπὰ τῶν ἀγαθῶν διασώσῃ· ὥσπερ στρατηγός, φασι, πολεμίων ἐπιόντων, μέρος αὐτοῖς τοῦ οἰκείου στρατοῦ προΐεται, ἵνα τὸ λοιπὸν διασώσῃ. ταῦτα γὰρ αὐτῶν ἐστι τὰ ῥήματα, εἰ καὶ μὴ ἐπ' αὐτῶν ἴσως τῶν λέξεων. ὁ δὲ

dam ſit, ſicut reliqua ſingula: ſed quod ſit principiorum omnium principium & eximium, omniaque cætera in ſeſe contrahat, & omnibus à ſeſe principii dignitatem continenter proximeq; impertiat, cum ea qua par eſt remiſſione & diminutione. Ac ita quidem abſurdum eſt, duo, aut omnino plura uno principia prima ſtatuere. Qui autem duo rerum omnium principia, BONUM & MALUM, eſſe dicunt: eum quoque Deum quem ipſi bonum appellant, omnium auctorem negare, neque ut omnipotentem celebrare, nec ſummam & omnem ei potentiam tribuere, atque adeo totius potentiæ vix ſemiſſem, neque credere eum qui fons bonitatis & lucis dicitur, bonitatem & lucem impertiri omnibus, neceſſe habent. Quæ autem & quanta divinæ maieſtatis probra eorum orationem conſequuntur? Nam & timidum eum inducunt, MALUM ipſius finibus appropinquans metuentem, ne in ipſos quoque penetret: ob eumque timorem iniuſte atque inutiliter, animos, cum nihil ante peccaſſent, ut aiunt, ſui partes & membra, obiicientem MALO, ut bonorum reliquias tueatur; inſtar Imperatoris, qui hoſtibus ingruentibus partem ſui exercitus obiiciat, ut reliquum conſervet. Hic enim ſenſus eorum eſt, etſi fortaſſe verbis iiſdẽ non utuntur. Qui vero,

ῥίψας

ῥίψας τὰς ψυχὰς κατὰ αὐτοὺς ἤτοι ὁ κελεύσας ῥιφθῆναι, ἢ ἐλάθετο, ἢ οὐκ ἐνόησεν οἷα μέλλουσιν αἱ ψυχαὶ πάσχειν ἐκδοθεῖσαι τῷ κακῷ, ὅτι ἐμπίπτονται, καὶ ταγηνίζονται, ὥς φασι, καὶ κακοῦνται παντοίως, μήτε ἁμαρτοῦσαί τι πρότερον, καὶ μέρη τοῦ θεοῦ οὖσαι, τὸ δὲ τελευταῖον, ὥς φασιν, αἱ ἀσεβεῖς αὐτῶν γενόμεναι. Τοιαῦται δέ εἰσι παρ' αὐτοῖς, οὐχ' αἱ φονεύσασαι ἢ μοιχεύσασαι, ἤ τι τῶν ἐξαγίστων τούτων ἀπὸ ζωῆς διεφθαρμένης ποιήσασαι, ἀλλ' αἱ μὴ λέγουσαι δύο ἀρχὰς εἶναι τῶν πάντων, τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ κακόν. αὗται οὖν οὐδὲ ἐπιστρέφουσι ἔτι φασὶν εἰς τὸ ἀγαθὸν, ἀλλὰ μένουσι τῷ κακῷ συγκεκολλημέναι· ὥστε καὶ ἀτελῆ μένειν ἐκεῖνον μέρη αὐτοῦ ἀπολέσαντα· καὶ ἀνόητος οὖν ἐστι κατὰ αὐτοὺς, (μὴ γὰρ ἐμὸς ὁ λόγος ἔστω) μήτε τὸ ἑαυτοῦ συμφέρον λογίσασθαι δυνηθεὶς, μήτε τὴν τοῦ κακοῦ φύσιν γινώσκων. πῶς γὰρ ἂν εἰσέλθη εἰς τὴν τοῦ ἀγαθοῦ μοῖραν τὸ κακὸν ἐξ ἀιδίου διακεκριμένων αὐτοῖς τῶν κλήρων, ὥς φασι, καὶ κατὰ τὰς αὐτῶν φύσεις ἀφωρισμένων; ἀπὸ τίνος οὖν λέγουσι; δῆλον δὲ ἢ ἐκ ταὐτομάτου· καὶ εἴη πάντως ἀρχὴ κατὰ αὐτοὺς τὸ αὐτόματον· ἢ ἀπό τινος ὑπὲρ ἄμφω ὄντος· ὅπως δ' ἂν ἔχῃ τοῦτο πρὸ τοῦ κόσμου παρ' αὐτοῖς γενέσθαι; ὡς γὰρ ἐν γῇ τὴν διανομὴν ποιοῦσι· τὰ μὲν τρία μέρη, τὸ ἀνατολικὸν, καὶ δυτικὸν, καὶ βόρειον,

ut ipſi auctores ſunt, animas proiecit, proiicive iuſſit, aut oblitus eſt, aut non cogitavit, quæ perpetienda eſſent animis MALO traditis: quippe quæ & urantur, & in ſartagine torreantur, & modis omnibus excrucientur, ut aiunt: idque cum nihil antea peccarint, & Dei partes ſint. Poſtremo illud addunt, ſi quæ earum impię evaſerint (tales autem apud eos ſunt, non cædibus, non adulteriis, non aliis corruptæ vitæ ſceleribus pollutæ, ſed quæ duo rerum eſſe principia bonum & malum negent) eas igitur ad bonum non reverti amplius, ſed MALO adglutinatas permanere. Itaque & imperfectus ille manet, partibus ſuis amiſſis, iiſdemque auctoribus (neque enim hoc à me dictum eſto) amens & væcors, qui nec quid ſibi expediret, reputare potuerit, neque MALI naturam intelligat. Nam quo pacto BONI quaſi provinciam intraret MALUM, cum limites eorum ab omni æternitate diſterminati ſeparatique fuerint, ut aiunt; & pro ſua natura ſegregati? A quo autem? Caſu nimirum, & fortuito. Sic illis caſus principium utique fuerit. Aut ab aliquo utroque illorum ſuperiore. Quo autem pacto illud ſe habebit, quod id apud eos ante mundum factum eſt? Et quod velut in terra partitionem faciunt? Nam Orientales, Occidentales & Septemtrionales partes

Digitized by Google

τῷ ἀγαθῷ διδόντες· τὸ δὲ μεσημβρινὸν τῷ κακῷ· καὶ γὰρ καὶ τὰ πέντε τοῦ κακοῦ ταμιεῖα, ὡς ἄντρα τινὰ ὑποτίθενται, καὶ δένδρα, καὶ ζῶα πλάττουσιν ἐκεῖ χερσαῖα καὶ ἔνυδρα μαχόμενα ἀεὶ, καὶ ὑπὸ τοῦ πενταμόρφου παρ᾽ αὐτοῖς ἐσθιόμενα, καίτοι ἄφθαρτα πάντα λέγονται ἐκεῖνα, ὡς καὶ τὰ πρῶτα ἀγαθά. Διωρισμένων δ᾽ οὖν ἐξ ἀρχῆς κατὰ φύσιν τῶν τόπων, πῶς δυνατὸν ἦν εἰς τὴν τοῦ ἀγαθοῦ μοῖραν τὸ κακὸν εἰσελθεῖν; πῶς δὲ δυνατὸν ἦν τὸ ἐναντίον; οὕτω γὰρ καὶ τὸ λευκὸν μένον λευκὸν, μέλαν ἔσται, καὶ τὸ φῶς μένον φῶς, ἐδέχετο σκότος. Εἰ οὖν ταῦτα ἀδύνατα, πῶς μετὰ τοῦ δειλοῦ καὶ ἀδίκου οὐχὶ ἀνόητόν ἐστι τὸ ῥίψαι τῷ κακῷ τὴν ψυχὴν, καὶ ἀπὸ τότε, μέχρι καὶ νῦν, πράγματα ἔχειν, ὥς φασι, μὴ δυνάμενον αὐτὴν τελέως ἀνακαλέσασθαι, μηδὲ δυνησόμενον, διὰ τὸ τινὰς, ὡς πρότερον ἐμνήσθην, ψυχὰς μένειν κατ᾽ αὐτοὺς ἐν τῷ κακῷ τοῦ λοιποῦ τὸν ἄπειρον αἰῶνα; Καὶ οὐδὲ προγνῶναι τοῦτό φασιν αὐτόν· καίτοι τὸ κακὸν προγινώσκειν λέγουσιν τὴν μέλλουσαν ἀποστολὴν κατ᾽ αὐτοῦ πέμπεσθαι, καὶ μηχανὰς πρὸς αὐτὴν ἀναπλάττειν. Πόσῳ δὲ κάλλιον ἦν ἐᾶσαι τὸ κακὸν περὶ ἑαυτὸ συντριβόμενον, ἤπερ ἐμμῖξαι ἑαυτὸ τῷ κακῷ, μηδὲ δυνατὸν ὂν ἑαυτοῦ περιγενέσθαι; ἀγέννητον γὰρ καὶ ἄφθαρτον καὶ τὸ κακὸν ὁμοίως φασὶν, ὥσπερ καὶ τὸ ἀγαθόν. καὶ γὰρ καὶ τοῦτο ἄν τις ἐπισκήψειεν, ὅτι ὁμοίως ταῦτα τῷ ἀγαθῷ

BONO tribuunt, Meridionales MALO. Nam & quinque MALI conclavia, velut antra quædã comminiſcuntur: ibique arbores fingunt, & animalia terreſtria & aquatica, perpetuo inter ſeſe pugnantia: quæ quamvis immortalia dicantur eſſe omnia, tamen ab eorum QUINQUEFORMI devorentur. Cum autem ab initio loca natura diſtincta fuerint: fieri qui potuit, ut in BONI partem MALUM penetraret? Quomodo & contrarium fieri potuit? Sic enim album, quamvis album maneat, nigrum erit: & lux, cum maneat lux, tenebras admittet. Quæ ſi fieri nequeunt, nonne cum ignaviæ & iniquitatis, tum vero amentiæ fuerit, DEUM animam obiicere MALO, & ab eo tempore in hunc uſque diem eſſe occupatum, ut aiunt, cum eam plane revocare non poſſit unquam, eo quod nonnullæ animæ, ut ante memini, ævo infinito maneant in MALO? Idque eum præſcire negant: quamvis MALUM dicant præſcire quid ad ſe mittendum ſit, & machinas eius rei cauſa præparare. Quanto autem pulcrius fuiſſet, ut BONUM in ſe ipſo MALUM comminui ſineret: quam ut immiſceret ſe malo, quod vincere non poſſet? Nam ortus & interitus MALUM æque atque BONUM expers ſtatuunt. Quin & illud in eis reprehendas, quod ęque hęc in MALO

καὶ

καὶ τοῦ κακοῦ ὑπάρχειν φασὶ, τὸ ἀγέννητον καὶ ἄφθαρτον, τὸ ἄναρχον καὶ ἀτελεύτητον. ὧν τί ἂν εἴη σεμνότερον; Οἷα δὲ καὶ περὶ τῆς κοσμοποιΐας λέγουσι; κίονάς τινας λέγοντες, οὐκ ἐκείνας, αἳ γαῖάν τε καὶ οὐρανὸν ἀμφὶς ἔχουσιν· οὐ γὰρ ἀξιοῦσι μυθικῶς τινὸς τῶν λεγομένων ἀκούειν, ἀλλ' ὁποῖός τις τῶν παρ' αὐτοῖς ἰξέφη, ἐκ κρατιμοῦ λίθου καὶ ἀπογλύφου αὐτὰς νομίζουσι· καὶ δώδεκα θυρίδας, μιᾶς καθ' ἑκάστην ὥραν ἀνοιγομένης. Αἱ δὲ περὶ τῶν ἐκλείψεων αἰτιολογίαι, θαυμαστὴν σοφίας ὑπερβολὴν ἐνδείκνυνται. λέγουσι γὰρ, τῶν ἐν τῇ κοσμοποιΐᾳ συνδεδεμένων κακῶν ταραχὴν καὶ θόρυβον ποιούντων ἐν ταῖς ἑαυτῶν συγκινήσεσι, παραπετάσματά τινα τοὺς φωστῆρας ἑαυτῶν προβάλλεσθαι, διὰ τὸ μὴ μετέχειν τῆς ταραχῆς ἐκείνων· καὶ τοῦτο εἶναι τὰς ἐκλείψεις, τὰς ὑπὸ τοῖς παραπετάσμασιν ἀποκρυφὰς αὐτῶν. Πόση δὲ καὶ ἡ περὶ τοῦτο ἀλογία, τὸ ἐκ πάντων τῶν ἐν τῷ οὐρανῷ μόνους τοὺς δύο φωστῆρας τιμᾶν, τῆς τοῦ ἀγαθοῦ μοίρας λέγοντας αὐτοὺς, τῶν δὲ ἄλλων καταφρονεῖν, ὡς τῆς τοῦ κακοῦ μοίρας ὄντων; καὶ τὸ φῶς τῆς σελήνης οὐκ ἀπὸ τοῦ ἡλίου νομίζειν, ἀλλὰ ψυχὰς εἶναι, ἃς ὑπὸ νουμηνίας ἕως πανσελήνου ἀπὸ τῆς γῆς ἀνασπῶσα, ἀπὸ πανσελήνου πάλιν ἕως

atque in BONO ineſſe ſtatuunt, & ortu & interitu & principio & fine carere utrunque. Quibus rebus quid eſſe queat excellentius? Iam de Mundi conditione quæ dicunt? Eſſe columnas quaſdam, non illas

Quæ cælos terraque ferunt immobile pondus:

(neque enim fabuloſe horum quicquam accipi volunt) ſed eiuſmodi, quales eas gregalium ipſorum quidam prodidit, quæ ſolido & impolito lapide conſtent: adduntque duodenas feneſtras, quarum ſingulis horis vna aperiatur. Ex porro cauſæ quas defectus luminum afferunt, admirabilem quandam & excellentem ſapientiam præ ſe ferunt. Aiunt enim, cum in ortu Mundi colligata mala, ſuis commotionibus turbas atque tumultus cieant: lumina ſibi vela quædam obducere, ut ab illa perturbatione ſint immunia: nec Solis & Lunæ defectus quicquam eſſe aliud, niſi occultationes ſub illis velis. Quid? Cuius inſolentiæ illud eſt, quod ſola totius cœli duo lumina honorant, & in BONI parte numerant: cætera vero, ut quæ ad MALUM pertineant, contemnunt? Quid quod Lunæ lumen non à Sole eſſe exiſtimant: ſed animas eſſe cenſent, quas illa ab interlunio uſque ad plenilunium à terra attrahens, à plenilunio rurſus uſque

ad

νουμηνίας εἰς τὸν ἥλιον μετεγγίζει. καὶ τί ταῦτα μηκύνω; τέρατα γὰρ πλάττοντές τινα ἅπερ οὐδὲ μύθους καλεῖν ἄξιον, οὐχ ὡς μύθοις χρῶνται, οὐδὲ ἐνδείκνυσθαί τι ἄλλο νομίζουσιν, ἀλλ' ὡς ἀληθέσιν. αὐτοῖς τοῖς λεγομένοις πιστεύουσι, πεντάμορφον τὸ κακὸν ἀναπλάττοντες, ἀπὸ λέοντος, καὶ ἰχθύος, καὶ ἀετοῦ, καὶ οὐ μέμνημαι τίνων ἄλλων συγκείμενον, καὶ ὡς τοιοῦτον ἐπιὸν δεδοικότες. Τοσαύτη τίς ἐστιν ἐν τοῖς λόγοις τούτοις ἡ περὶ τὸ θεῖον ἀσέβεια; καὶ τὸ θαυμαστὸν, ὅτι πάντα ταῦτα ἀνέπλασαν διὰ θεοσεβῆ δῆθεν εὐλάβειαν; μὴ βουλόμενοι γὰρ αἴτιον τοῦ κακοῦ τὸν θεὸν εἰπεῖν, ἀρχὴν ὑπεστήσαντο ἰδίαν τοῦ κακοῦ, ἰσότιμον αὐτῇ καὶ ἰσοσθενῆ τιθέντες τῷ ἀγαθῷ, μᾶλλον δὲ καὶ ἰσχυροτέραν. μέχρι γὰρ νῦν τέως ἐν πᾶσι τοῖς ἑαυτοῦ ἐπιχειρήμασιν ὑπέρτερον φαίνεται γεγονὸς τὸ κακόν. καὶ τοῦτο τὸ μὲν τοῦ ἀγαθοῦ φαίνεται πανταχοῦ κατ' αὐτοὺς ἀντεχόμενον, καὶ μηχανώμενον παντοίως μὴ ἀπολέσαι αὐτό. τὸ δὲ ἀγαθὸν, ὡς οὗτοι φασὶν, ἑκουσίως ἑαυτὸ τῷ κακῷ συνέμιξε, καὶ δειλῶς καὶ ἀδίκως καὶ ἀνοήτως, κατ' αὐτοὺς, μέχρι νῦν διεγένετο· ὥστε φεύγοντες αἴτιον αὐτὸν τοῦ κακοῦ εἰπεῖν, πάγκακον ἀπογράφουσι· καὶ κατὰ τὴν παροιμίαν φεύγοντες τὸν καπνὸν, εἰς πῦρ ἐμπεπτώκασιν. Οὕτω μὲν οὖν ἀσεβὴς περὶ τὸ θεῖον οὗτος ὁ λόγος. τὰς δὲ ἀρχὰς τῆς φυσικῆς διαγωγίας ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ διαφθείρει, τὸ ἐφ' ἡμῖν

ad interlunium ad Solem tranſmittat? Quid multis moror? Nam cum monſtra confingant, quæ ne fabularum quidem nomine digna ſunt, pro fabulis ea haberi, aut per ambages aliud ſignificare nolunt, ſed vera credi volunt, MALUM QUINQUEFORME commenti, quod conſtet ex leone, piſce, aquila, & neſcio quibus aliis duobus, & huius monſtri impetum formidant. Tantus ineſt in ſermonibus hiſce contemtus numinis atque impietas: & quod mireris, hæc omnia confinxerunt, quaſi religioſa (ſi Diis placet) & Dei reverentiam præ ſe ferentia. Quem cum auctorem mali dicere nollent: peculiare MALI principium ſtatuerunt pari & dignitate & potentia cum BONO, ac potius eo valentius. Siquidē hactenus in omnibus ſuis conatibus MALUM exſtitiſſe ſuperius apparet, quod quidem ubique amplectatur BONUM, & quidvis moliatur, ne illud amittat: cum BONUM ultro ſeſe cum MALO commiſcuerit, ſeque & timide & iniuſte & amenter (ſi illis credimus) geſſerit. Itaque dum mali cauſam dicere Deum recuſant, ab omni parte malum deſcribunt: &, ut proverbio dicitur, fumum fugientes in ignem inciderunt. Ideo igitur & impia adverſus Deum eſt iſta ratio, & naturalis diſciplinæ, quantum in ipſa eſt, principia corrumpit, & volun-

κατὰ ἀλήθειαν ἀναιρῶν. τὴν γὰρ τοῦ κακοῦ ἀρχὴν ἀγέννητον καὶ ἄφθαρτον καὶ ἰσχυρὰν ἐπάγει, βίᾳ τὰς ψυχὰς συνωθοῦσαν εἰς τὸ κακόν· ὥστε μηκέτι ἐφ' ἡμῖν εἶναι τὸ ἁμαρτάνειν, ἢ μή· οὕτως ὄντος ἰσχυροῦ τοῦ ἀναγκάζοντος, ὡς μηδὲ ὑπὸ θεοῦ κατ' αὐτοὺς νικηθῆναι. Καίτοι ἐχρῆν ἐννοεῖν, ὅτι ἐὰν ὑπὸ ἰσχυροτέρου τινὸς βιαζόμεναι αἱ ψυχαὶ φονεύωσιν ἢ μοιχεύωσιν, ἤ τι τοιοῦτον πράττωσι τῶν λεγομένων κακῶν, ὠθισμῷ καὶ οὐχ ἑκουσίως, ἀναμάρτητοι ἂν εἶεν. τὰ γὰρ βίᾳ καὶ ἀκουσίως πραττόμενα, ὡς μὴ ὄντα ἁμαρτωλὰ, καὶ ὑπὸ θεοῦ καὶ ὑπὸ τῶν νόμων συγγινώσκεται· καὶ οὐκ ἔτι οὐδέν ἐστιν ἁμαρτία ὅλως, οὐ γὰρ κακὸν, ἂν ὑπόθηταί τις βιαζομένους ἡμᾶς ὑπὸ ἰσχυροτέρων αἰτιῶν τὰ τοιαῦτα πράττειν. Εἰ οὖν τούτων ὡς κακῶν ὄντων τὴν αἰτίαν ζητοῦντες, ἀρχὴν ὑπέθεντο κακοῦ· ἐκείνης δὲ ὑποτεθείσης καὶ βιαζομένης, οὐκ ἔστιν οὐδὲν ἔτι κακόν· χαριέντως αὐτοῖς ὁ λόγος περιτέτραπται. συνάγεται γὰρ, ὅτι εἰ ἔστιν ἀρχὴ τοῦ κακοῦ, οὐκ ἔστι κακὸν ὅλως· εἰ δὲ μὴ ἔστι κακὸν, οὐδὲ ἀρχὴ ἂν εἴη τοῦ κακοῦ. ὥστε εἰ ἔστιν ἀρχὴ τοῦ κακοῦ, ὥς φασιν, οὔτε κακὸν ἔσται, οὔτε ἀρχὴ τοῦ κακοῦ. Οὕτως οὖν ἐναργῶς ἐλεγχθείσης ταύτης τῆς ὑποθέσεως, ἐάν τις ἐκκλίνων τοῦτον τὸν ἔλεγχον, τολμήσῃ τὸν θεὸν αὐτὸν αἴτιον τοῦ κακοῦ λέγειν ὡς καλοῦ, συντομώτερον

tatis libertatem revera tollit. Nam MALI principium & ortus & interitus expers & robuſtum introducit, volentes animos in MALUM impellens, ut iam non penes nos ſit peccare aut non peccare: quippe cum tanta vis ſit neceſſitatis, ut ne à Deo quidem vinci poſſit. Enimvero cogitandum erat, ſi ab aliquo robuſtiore coactæ animæ cædem fecerint, aut adulterarint, aut id genus aliquid aliud perpetrarint, eas illa malorum quæ dicitur impulſione, & non ſponte delinquere. Nam quæ vi & ab invitis fiunt, & à Deo & à legibus ignoſcuntur, nec iam ullum peccatum relinquitur. Neque enim quiſquam id malum ſtatuet, nos à robuſtioribus cauſis coactos talia deſignare. Quod ſi talium facinorum ut malorum cauſam inquirentes, MALI principium ſtatuerunt: eoque ſtatuto, & quidem vim inferente, malum nullum relinquitur: feſtive ſuo ipſi (quod aiunt) gladio iugulantur. Nam inde colligitur: ſi MALI principium ſit, nullum omnino eſſe malum. Si vero malum non eſt, ne principium quidem MALI eſſe. Itaque ſi eſt principium MALI, ut aiunt, nec malum erit, nec mali principium. Hoc igitur fundamento tam evidenter labefactato, ſi quis eiuſdem plagæ vitandæ cauſa, Deum ipſum mali auctorem eſſe aſſerere non dubitet, æque atque boni: maiore compendio

καὶ οὗτος ἀσεβῶν ἐλέγχεται περὶ τὸν θεὸν καὶ ψευδόμενος. πῶς γὰρ ἂν ἀληθὴς εἴη ὁ λόγος ὁ πρὸς τὸν θεὸν ἀσεβὴς, τὸν τῆς ἀληθείας χορηγόν; καὶ πρῶτον μὲν, πῶς ἀγαθὸς ὁ θεὸς ὢν κατὰ τὴν ἄκραν καὶ ἀπαράτρεπτον ἀγαθότητα, τὸ κακὸν ἀφ' ἑαυτοῦ παράξει; εἰ γὰρ ἐναντίον ἐστὶ τῷ ἀγαθῷ τὸ κακὸν, ὡς οἱ ἀπορουῦντες νομίζουσι, πῶς τὸ ἐναντίον ὑπὸ τοῦ ἐναντίου παραχθήσεται; ἔτι δὲ ὁ παράγων τι ἀφ' ἑαυτοῦ, καὶ αἴτιος ὢν αὐτὸς τοῦ εἶναι, τὴν αἰτίαν ἔχων αὐτοῦ, καὶ κατ' ἐκείνην ἱστάμενος, παράγει, κατ' αἰτίαν ὢν αὐτὸς ἐκεῖνος, ὅπερ τὸ παραγόμενον καθ' ὕπαρξιν. Ὥστε λανθάνει ἑαυτὸν ὁ λόγος οὗτος, ὅτι πρὸς τῷ καὶ αὐτὸς ἐναργῶς εἰς τὸν θεὸν ἀσεβεῖν, καὶ ἀρχὴν τοῦ κακοῦ, καὶ πρῶτον κακὸν, ὡς ὁ πρότερος, εἰσάγει. Εἰ οὖν μήτε ἀρχὴν ἔχει τὸ κακὸν, μήτε ὁ θεὸς τοῦ κακοῦ αἴτιός ἐστι, πόθεν τὸ κακόν; ἀδύνατον γάρ ἐστι ἄνευ αἰτίας γένεσιν ἔχειν, ἢ χρὴ πρῶτον τί ἐστι τὸ λεγόμενον κακὸν διαρθρωθῆναι, καὶ οὕτω, πόθεν ἐστὶν, ζητεῖν. ὁ γὰρ ἀγνοῶν τί ποτέ ἐστιν ἕκαστον, οὐδὲ τὴν αὐτοῦ δύναται εὑρεῖν αἰτίαν. Ῥητέον τοίνυν, ὅτι τοῦτο μὲν τὸ κακὸν, (ὃ οἱ τὴν ἀρχὴν τοῦ κακοῦ τιθέντες καὶ οἱ πολλοὶ τῶν ἀπορούντων περὶ αὐτοῦ, ἐννοοῦσιν, ἥν τινα προηγουμένην ἔχουσαν ὑπόστασιν, ὥσπερ τὸ ἀγαθὸν, καὶ δύναμιν τῷ ἀγαθῷ

pendio is quoque & impietatis erga Deum & mendacii reus peragetur. Nam quo modo vera erit oratio, maieſtatis Dei læſæ rea, omnis veri auctoris? Ac primo, quo pacto Deus ſumma & immutabili præditus bonitate, malum à ſemetipſo produceret? Si enim contrarium eſt bono malum, ut adverſarii exiſtimant: quomodo contrarium à contrario producetur? Præterea, qui aliquid à ſe ipſo producit, eique, ut ſit, cauſa eſt, & cauſam illius habens, & ab ea cauſa ſtans, id producit: ſi cauſam ſpectes, id ipſe eſt, quod id quod producitur, ipſius natura conſiderata. Itaque imprudens iſta ratio, præter evidentem in Deum impietatem, & mali principium, & princeps malum, ut & prior illa, Deum conſtituit. Quod ſi neque principium habet malum, neque auctor mali Deus eſt: malum unde exſtitit? Neque enim fieri poteſt, ut ortum habeat abſque cauſa. An vero in primis quid id ſit quod malum dicitur, explicandum, ac tum demum quærendum eſt unde ſit? Qui enim quid quæque res ſit ignorat, ne cauſam quidē illius reperire poteſt. Dicendū igitur, quod hoc malū, (quod ii qui principiū mali ſtatuunt, & plerique dubitantium de eo, ſentiunt principalem quandā & præcipuam habere ſubſtantiam & naturam, ſicut bonum: & potentiam bono

παρα-

παρεσχημένην, καὶ ἐναντίαν ἐξ ἴσου, καὶ αὐτὸ δὴ τοῦτο τὸ κακὸν οὐσίαν ἄμικτον τῇ ἑαυτοῦ φύσει πρὸς τὸ ἐναντίον αὐτοῦ τὸ ἀγαθὸν, ὡς ἔχει τὸ μέλαν πρὸς τὸ λευκὸν, καὶ τὸ θερμὸν πρὸς τὸ ψυχρόν,) τὸ δὴ τοιοῦτον κακὸν οὐδέ ἐστιν ὅλως ἐν τῇ φύσει τῶν ὄντων. εἰ γὰρ ἦν προηγουμένη τις οὐσία, ὥσπερ ἄνθρωπος, εἰ τύχοι, καὶ ἵππος, εἶχεν ἂν πάντως τινὰ κατὰ φύσιν ἑαυτοῦ τελειότητα, καὶ εἶδος καθ' ὅ ἐστι τοῦτο ὅπερ ἐστί. πᾶν δὲ εἶδος ἔχον τὴν κατὰ φύσιν αὐτοῦ τελειότητα, ἀγαθόν ἐστι, καὶ οὐ κακόν. τοιγαροῦν καὶ ὀρέγεσθαι τοῦ ἀγαθοῦ τὸ κακὸν ἐκεῖνό φασι, καὶ μετέχειν αὐτοῦ, καὶ ὠφελεῖσθαι παρ' αὐτοῦ, καὶ ἀγαπᾷν τὴν μέθεξιν, καὶ πάντα πράττειν πρὸς τὸ μὴ ἀπολέσαι αὐτήν. πῶς οὖν τὸ τοιοῦτον ὡς ἁπλῶς κακὸν ἐννοεῖν δυνατόν; ὅπερ δέ ἐστι κακὸν, καθὸ κακοὶ καὶ ἁμαρτωλοὶ λεγόμεθα, καὶ δίκην ὑπέχομεν ὡς κακοὶ, τοῦτο συμβεβηκός ἐστι, καὶ οὐκ ἔστιν οὐσία, εἴπερ γὰρ καὶ ἀπογίνεται χωρὶς τῆς τοῦ ὑποκειμένου φθορᾶς, καὶ καθ' ἑαυτὴν οὐχ ὑφίσταται. τί γὰρ ἂν εἴη κακὸν, ὃ μή τινός ἐστι κακόν; ὁμοίως δὲ καὶ ἀντικείμενον τούτῳ ἀγαθὸν συμβεβηκός ἐστι καὶ αὐτό. ἀλλὰ τὸ μὲν ἀγαθὸν, τὸ κατὰ φύσιν ἐστὶν ἑκάστου, καθὸ τὴν αὐτοῦ ἔχει τελειότητα· τὸ δὲ κακὸν, ἡ παρὰ φύσιν διάθεσις τοῦ ἔχοντος αὐτὸ, καθ' ἣν ἐστέρηται τοῦ κατὰ φύσιν, καὶ τοῦ ἀγαθοῦ. εἰ γὰρ ἦν καὶ τὸ κακὸν κατὰ φύσιν διάθεσις

æqualem, ex æquo contrariam: atque idipſum malum eſſentiam habere, quæ ſuapte natura cum eius contrario bono permiſceri nequeat: quæ ratio nigri eſt cum albo,& calidi cum frigido.) Enimvero tale malum prorſus non eſt in natura rerum. Nam ſi principalis aliqua eſſet eſſentia, ut exempli gratia, homo & equus: haberet utique ſuapte natura perfectionem aliquam & formam, qua id eſſet, quod eſſet. Omnis autem forma perfectione ſuæ naturę conveniente prædita, bona eſt, & non mala. Quapropter boni malum illud & appetens & particeps eſſe, & fructum ex eo capere, & amare participationem, & omnia facere ne eam perdat, affirmant. Hoc igitur quo pacto, ut omnino malum, cogitari poteſt? Quod vero malum eſt, quo mali dicimur, & peccatores, & ut mali plectimur: id vero accidens eſt, & non eſt eſſentia. Siquidem & accedit & recedit abſque ſubiecti interitu, & per ſe non ſubſiſtit. Quid enim erit malum, niſi alicuius malum fuerit? Itemque bonum huic oppoſitum & ipſum eſt accidens. Verum bonum id eſt, quod cuiuſque naturæ convenit, quoque illa ſuam habet perfectionem. Malum vero affectio contra naturam eſt eius penes quod eſt: qua caret eo quod eius naturæ convenit, ipſoque bono. Nam ſi malum affectio eſſet naturæ conſen-

καὶ τελειότης τοῦ ἔχοντος αὐτὸ εἴδους, ἀγαθὸν ἂν ἦν καὶ αὐτὸ, καὶ οὐκ ἔτι κακὸν ἐλέγετο. Ὥστε οὐκ ἔστι τις προηγουμένη φύσις καὶ ὑπόστασις τοῦ κακοῦ ὥσπερ ἡ τοῦ ἀγαθοῦ, ἀλλὰ παρυφίσταται τῷ ἀγαθῷ, ἔκπτωσις αὐτοῦ καὶ στέρησις ὑπάρχον. οὕτω γὰρ ἔχει καὶ νόσος πρὸς ὑγίειαν, καὶ κακία ψυχῆς πρὸς ἀρετὴν, καὶ ὥσπερ τὸ μὲν περιπατεῖν ὀρθῶς, προηγουμένη τις ἐστὶν ἐνέργεια τοῦ ζώου, καὶ σκοπὸν αὐτὴν θέμενον ὁρμᾷ ἐπ' αὐτήν. τὸ δὲ σκάζειν, καὶ χωλεῦσαι περιπατοῦντα, κατὰ ἀποτυχίαν τῆς προηγουμένης ἐνεργείας ἐπισυμβαίνει, καὶ παρυφίσταται αὐτῇ, παρὰ φύσιν οὖσα κίνησις. οὕτως ἔχει πᾶν κακὸν πρὸς τὸ ἀντικείμενον αὐτῷ ἀγαθόν. καὶ οὐ δυνατὸν λέγειν οὔτε προηγούμενα ὁμοίως ταῦτα, οὔτε ἰσοστάσια ἀλλήλοις ὥσπερ τὸ λευκὸν καὶ τὸ μέλαν. εἰ δὴ γὰρ ὁμοίως ταῦτα ἄμφω, καὶ οὐδὲν μᾶλλον οὐδὲ ἧττον ἑκάτερον θατέρου τὴν κατὰ φύσιν ἔχει τελειότητα, οὐδὲ στέρησίς ἐστιν ἑτέρου τὸ ἕτερον. ἡ γὰρ στέρησις παραφορὰ καὶ ἀποτυχία τοῦ εἴδους ἐστὶν, ὥσπερ ἡ χωλία τῆς βαδίσεως. τούτων δὲ ἑκάτερον εἰλικρινὲς ἔχει τὸ καθ' ἑαυτὸ εἶδος, οὐδὲ τοῦ ἑτέρου ἔλαττον. ἐκεῖ δὲ, τοῦ ἑτέρου κατὰ φύσιν ὄντος, τὸ ἕτερον παρὰ φύσιν· καὶ παρυφίσταται τῷ κατὰ φύσιν τὸ παρὰ φύσιν, τῷ ἀγαθῷ δηλονότι τὸ κακόν. οὐ γὰρ τῷ κακῷ τὸ ἀγαθόν· ὥσπερ οὐκ ἂν λέγοι τις

tanea, & perfectio eius formæ in qua ineſſet: ipſum quoque bonum eſſet, nec iam malum diceretur. Quare non eſt principalis aliqua natura & ſubſtantia mali, cuiuſmodi eſt boni: ſed eſt acceſſio boni, cuius eſt fruſtratio atque privatio. Sic enim ſeſe & morbus habet adverſus ſanitatem, & improbitas animi adverſus virtutem. & ſicut recte incedere principalis quædam actio eſt animantis quam propoſitam habet, & ad quam contendit: titubare vero & claudicare ingrediendo, ex fruſtratione principalis actionis contingit, & eius acceſſio eſt, cum ſit motio præter naturam: ita ſe habet omne malum adverſus bonum ipſi oppoſitum. Neque poſſunt hæc vel æque principalia dici, vel paris inter ſeſe momenti, ut album & nigrum. Nam ſi æque utraque hæc, & non alterum altero magis aut minus naturalem habet perfectionem, ne privatio quidem eſt alterius alterum. Nam privatio, aberratio & fruſtratio formæ eſt, ut claudicatio inceſſus. Horum vero utrunque ſynceram habet ſuam formam, nec altero minus. Illic autem, cum alterum ſecundum naturam ſit, alterum contra naturam eſt, & accedit ad id quod ſecundum naturam eſt id quod eſt contra naturam, videlicet malum ad bonum. Neque enim bonum ad malum. Sicut nemo dixerit,

τῇ ἀποτυχίᾳ τοῦ σκοποῦ παρυφίστασθαι τὴν ἐπιτυχίαν αὐτοῦ· οὐδὲ γὰρ τῇ νόσῳ τὴν ὑγίειαν· ἀλλὰ τῇ μὲν ἐπιτυχίᾳ τὴν ἀποτυχίαν, τῇ δὲ ὑγιείᾳ τὴν νόσον. προηγούμενον γὰρ τοῦ τοξότου τέλος, ἐστὶ τὸ ἐπιτυχεῖν τοῦ σκοποῦ· διὰ γὰρ τὸ ἐπιτυχεῖν, τοξεύει. καὶ τῆς φύσεως προηγούμενον τέλος ἡ ὑγίεια· διὰ γὰρ τὴν σωτηρίαν καὶ ὑγίειαν τοῦ ζώου, καὶ ὅλως τὸ δι' ὃ γίνεται, ἡ ἐνέργεια. ἐπισυμβαίνει δὲ τῷ μὲν σκοπῷ τῆς ἐπιτυχίας ἡ ἀποτυχία, ὅταν μὴ τύχῃ τοῦ σκοποῦ ἡ ἐνέργεια, μήτε τὸ τέλος ἀπολάβῃ δι' ὃ ἐνεργεῖ, ἀλλὰ τὴν ἐκείνου ἀποτυχίαν ἀντ' ἐκείνου· τὸ δὲ ἐπισυμβαῖνον ἀκουσίως τῷ προηγουμένῳ τέλει, παρυφίστασθαι ἂν λέγοιτο τῷ τέλει δικαίως, ἀλλ' οὐχὶ τὸ προηγούμενον τέλος τῷ ἀκουσίως ἐπισυμβαίνοντι. εἰ τοίνυν τοῦ ἀγαθοῦ πάντα ἐφίεται, καὶ πᾶν τὸ ἐνεργοῦν διὰ τὸ τοῦ ἀγαθοῦ ἐπιτυχεῖν ἐνεργεῖ, ἢ τοῦ ὄντος ἀγαθοῦ, ἢ τοῦ αὐτῷ δοκοῦντος, δῆλον ὅτι προηγούμενον μέν ἐστι τέλος πάσης ἐνεργείας ἡ τοῦ ἀγαθοῦ τεῦξις· ἐπισυμβαίνει δέ ποτε τῇ ἐνεργείᾳ τὸ κακὸν, ὅταν ἡ ἔφεσις μὴ τοῦ κατὰ ἀλήθειαν ἀγαθοῦ γένοιτο, ἀλλὰ τοῦ φαινομένου, ᾧ σύνεστι τὸ ἀγαθόν. ἡδονῆς γάρ τις ἐφιέμενος, καὶ ἐπιθυμῶν εὐπορίας, κλέπτει καὶ καταποντίζει, προηγουμένως μὲν τοῦ φαινομένου αὐτῷ ἀγαθοῦ ἐφιέμενος, καὶ ἐκείνου ἕνεκα ἐνεργῶν, ἀναγκαζόμενος δὲ σὺν ἐκείνῳ καὶ τὸ συνὸν αὐτῷ κακὸν λαβεῖν· ἐπειδὴ οὐδεὶς

ad aberrationem à ſcopo accedere adeptionem ſcopi : ſicut neque morbo ſanitatem : ſed ad adeptionem, aberrationem', & ad ſanitatem morbum. Nam principalis ſagittarii finis eſt, attingere ſcopum, eaque de cauſa iaculatur : & naturæ principalis finis eſt ſanitas, quæ ad conſervationem animantis pertinet. Denique finis eſt, ad quem actio refertur. Accedit autem ad propoſitum adeptionis aberratio, cum actio ſcopum non attigerit, nec cum conſecuta finem fuerit, ob quem ſuſcepta fuit, ſed illius loco fruſtrationem. Quod vero obiter accedit ad principalem finem, merito acceſſio finis dicetur : non autem principalis finis ei quod nolenti obiter accedit. Si ergo bonum appetunt omnia, & quicquid agit, adipiſcendi boni cauſa agit, ſive id vere bonum ſit, ſive ipſi eſſe videatur, omnis actionis præcipuum eſſe finem boni adeptionem conſtat: malum vero interdum obiter incidere in actionem, cum non verum bonum deſideratur, ſed quod videtur eſſe bonum, & cui coniunctum eſt bonum. Nam aliquis voluptatem & opes appetens, furatur, & in mari graſſatur, principaliter id quod ipſi bonum videtur appetens, & eius adipiſcendi cauſa agens, ſed una cum illo id malum etiam quod cum eo coniunctum eſt, accipere cogitur. Nemo enim

τοῦ μοιχεῦσαι δι' αὐτὸ τὸ μοιχεῦσαι ὀρέγεται, οὐδὲ τοῦ κλέψαι διὰ τὸ κλέψαι, οὐδὲ ἄλλου τινὸς κακοῦ διὰ τὸ κακόν· τῷ, μηδὲ ἐφίεσθαι τοῦ κακοῦ ὡς κακοῦ: εἰ γὰρ ἦν ἀρχὴ καὶ αἴτιον τῶν ἀπ' αὐτοῦ, καὶ τέλος ἦν αὐτῶν, καὶ ἐφετὸν αὐτοῖς, ὥσπερ τὸ ἀγαθόν. οὕτω δὲ πάλιν ἔχον, ἀγαθὸν ἂν ἦν, καὶ οὐ κακόν. τὸ γὰρ ἐφετὸν, ἀγαθόν· καὶ τὸ ἀγαθὸν, ἐφετόν. Πάντα οὖν τῆς ἑαυτῶν ὠφελείας ὀρέγεται, ἢ τῆς ἀληθοῦς, ἢ τῆς φαινομένης, ὡς ἀληθοῦς μέντοι καὶ ταύτης. οὐδεὶς γὰρ ἑκὼν ἀπατᾶται, ὥστε τὸ ψεῦδος ἀντὶ τοῦ ἀληθοῦς λαβεῖν, καὶ τὸ εἴδωλον ἀντὶ τοῦ ἀρχετύπου· ἀλλ' ὑπὸ τῆς πτοίας τῆς περὶ τὸ φαινόμενον ἀγαθὸν, ποτὲ μὲν οὐδὲ ὁρῶμεν τὸ συνὸν αὐτὸ κακὸν, ποτὲ δὲ κἂν θεασώμεθα αὐτὸ, παραλογιζόμεθα ἑαυτοὺς, ὡς μείζονος ὄντος τοῦ ἀγαθοῦ, ἐλάττονος δὲ τοῦ συνόντος αὐτῷ κακοῦ. αἱρούμεθα δὲ πολλάκις τὸ μεῖζον ἀγαθὸν μετὰ κακοῦ ἐλάττονος, ὥσπερ καὶ τομὰς καὶ καύσεις ὑπομένομεν, τοῦ ἐν αὐταῖς κακοῦ μεῖζον ἀγαθὸν νομίζοντες τὸ τῆς ὑγιείας τῆς δι' αὐτὰς παραγινομένης. Ὅτι δὲ πάντα τοῦ ἀγαθοῦ ἐφίεται, δῆλον καὶ ἐκ τοῦ, αὐτὸ τὸ κακὸν, εἴπερ ἦν, καὶ ἔπραττέ τι, τῆς ἑαυτοῦ ὠφελείαν ἕνεκα πράττειν. ταὐτὸν δὲ εἰπεῖν, τοῦ ἀγαθοῦ τοῦ οἰκείου ἕνεκα. τοιγαροῦν, καὶ ὅσα λέγουσιν αὐτὸ πράττειν οἱ ὑποτιθέμενοι, διὰ τὸ μετέχειν τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ

adulterium ob ipſum adulterium appetit, aut furtum ob ipſum furtum, aut malum aliud eo quod malum eſt: quia malum, quatenus malum eſt, non appetitur. Nam ſi principium & cauſa eſſet eorum quæ ab ipſo oriuntur: finis etiam eorum eſſet & eis appetendum ſicut bonum. Si vero ita ſe haberet, bonum eſſet, & non malum. Quod enim expetendum eſt, bonum: & quod bonum, eſt expetendum. Omnia igitur utilitatem appetunt, ſive veram, ſive imaginarium, ſed eam quoque tamen ut veram. Nemo enim volens decipitur, ut mendacium pro veritate amplectatur, & ſimulacrum pro archetypo. Sed præ ſtupore & admiratione apparentis boni, alias non perſpicimus cohærens cum eo malum: alias quamvis perſpexerimus, ipſi nos fallimus, quaſi bonum maius ſit, malum vero cum eo coniunctum minus. Sæpe etiam maius bonum admittimus cum minore malo: ſicut ſectiones & uſtiones toleramus; malo quod eis ineſt maius bonum ſanitatem iudicantes, quæ per eas acquiritur. Bonum vero appeti ab omnibus, vel ex eo conſtat, quod ipſum malum, ſi eſſet, & aliquid ageret, id ſuæ utilitatis cauſa ageret, hoc eſt, boni ſui cauſa, quod idem valet. Proinde qui malum aliquid agere ſtatuunt: quicquid agat, ob adeptionem boni &

πας

παρ' ἑαυτῷ κατέχειν αὐτὸ, καὶ μὴ ἀπολλύναι, λέγουσιν. Εἰ οὖν μηδὲν ἐφίεται τοῦ κακοῦ, οὐκ ἔστιν ὑπόστασις αὐτοῦ προηγουμένη. ἐπειδὴ δέ ἐστιν ὅλως καὶ γίνεται κατὰ τὸν εἰρημένον τρόπον, εἰκότως παρυφίστασθαι λέγεται, καὶ οὐχ ὑφίστασθαι. Ἀλλ' ἔστω, φαίη ἄν τις καὶ συμβεβηκὸς τὸ κακὸν, καὶ ἀποτυχία τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ παρυφιστάμενον αὐτῷ· καὶ τοιούτου ὄντος, τί ἂν εἴη; τὸ αἴτιον ζητεῖ γὰρ ὁ λόγος· ἐπειδὴ πᾶν τὸ γινόμενον ὑπ' αἰτίου τινὸς γίνεται· εἰ δὲ μὴ, πόθεν ἔσχε πάροδον ὅλως εἰς τὰ ὄντα ὁποιονοῦν κακὸν, τοῦ θεοῦ, τοῦτο δὲ εἰπεῖν, τῆς τῶν ὄντων πάντων ἀρχῆς, ἀγαθῆς οὔσης; Εἴρηται μέντοι περὶ τούτου καὶ πρότερον ἔν τε τοῖς περὶ τοῦ ἐφ' ἡμῖν λόγοις, καὶ ἐν τῇ τοῦ ῥητοῦ ἐκείνου ἐξηγήσει, Μὴ ζήτει τὰ γινόμενα γίνεσθαι ὡς θέλεις· λεγέσθω δὲ καὶ νῦν συντομώτερον, ὅτι ὁ θεὸς πηγὴ καὶ ἀρχὴ πάσης ὢν ἀγαθότητος, οὐ τὰ πρῶτα ἀγαθὰ μόνα παρήγαγε, ὅσα αὐτοαγαθότητές εἰσιν, οὐδὲ τὰ μέσα μόνα μετὰ τούτων, ὅσα ἐν τῷ ἀγαθῷ μένει διαιωνίως. ἀλλὰ καὶ τὰ ἔσχατα, ὅσα παρατρέπεσθαι πέφυκεν ἤδη, ἀπό τε τοῦ κατὰ φύσιν, καὶ εἰς τοῦτο δὴ τὸ λεγόμενον κακόν. καὶ γὰρ μετὰ τὰ ἀΐδια σώματα τὰ ἀεὶ κατὰ φύσιν ἔχοντα, καὶ τῷ ἀγαθῷ ἀεὶ ἐνιδρυμένα, ὑπέστη τὰ γινόμενα, καὶ φθειρόμενα. καὶ μετὰ τὰς ψυχὰς τὰς ἐν τῷ ἀγαθῷ ἀεὶ ἱδρυμένας, ὑπέστησαν αἱ

conſervationem agere, eiuſque iacturam cavere, dicunt. Quod ſi nihil appetit malum, non eſt eius principalis ſubſtantia. Sed quia omnino eſt, & fit eo quo dictum eſt modo: merito acceſſiſſe, & non natura exſtitiſſe dicitur. Verum, eſto, dicat aliquis, & accidens malum, & fruſtratio boni, & acceſſio eius: quãvis tale ſit, quid erit? Cauſa enim hic quæritur, cum omne quod fit, ab aliqua cauſa fiat. Sin minus: unde aditus qualicunque malo patuit in ea quæ ſunt? cum Deus (Deum autem cum dico rerum omnium principium dico) ſit bonus? Etſi autem hac de re prius etiam dictum eſt, cum in diſputatione de libertate voluntatis, tum in explicatione verborum, quibus iubemur ea quæ fiunt ita velle fieri ut fiunt: tamen etiam nunc brevius eam perſtringemus. Deus fons & principium omnis bonitatis, non prima bona tantum produxit, quæ per ſeſe bona ſunt, nec media ſola cum his quæ in bono æternũ permanent, ſed extrema etiam, quorum natura fert, ut ab eo quod ſecundum naturam eſt averti queant, ad id quod malum dicimus. Etenim poſt æterna corpora, quæ ſuam naturam perpetuo tuentur, & in bono infixa ſunt, ea quoque exſtiterunt, quæ oriuntur atque intereunt, & poſt animas bono ſemper infixas, animæ quæ ab eo avertũtur,

παρε-

παρατρεπόμεναι ψυχαί· ἵνα ἅμα μὲν ὁ πλοῦτος τῆς τοῦ παράγοντος ἀγαθότητος πάντα παράγῃ τὰ ἀγαθὰ ὅσα δυνατὸν ἦν ὑποστῆναι· ἅμα δὲ τέλειος ὁ κόσμος ἀποτελεσθῇ, μὴ τὰ πρῶτα μόνα καὶ τὰ μέσα ἔχων, ἀλλὰ καὶ τὰ ἔσχατα, ὅπερ ἴδιόν ἐστι τῆς τελειότητος· ἅμα δὲ ἵνα μὴ τὰ πρῶτα ἢ τὰ μέσα, πανάγαθα ὄντα, ἔσχατα καὶ ἄτιμα εὑρεθῇ καὶ ἀδρανῆ, καὶ μηκέτι γινομένων καὶ φθειρομένων. τοιαῦτα γὰρ ἀνάγκη τὰ ἔσχατα εἶναι. ἅμα δὲ καὶ ἀδύνατον ἦν, τοιούτων ὄντων τῶν πρώτων καὶ τῶν μέσων, τῶν μὲν καὶ ταῖς οὐσίαις, καὶ ταῖς ἐνεργείαις ἀμεταβλήτων, τῶν δὲ τὴν μὲν οὐσίαν ἀμετάβλητον ἐχόντων, κατὰ τόπον δὲ μεταβαλλόντων τοῖς μέρεσι, καὶ ὑποστῆναι τὰ ἔσχατα ὑπὸ σελήνην ἀπὸ τῆς τῶν οὐρανίων περιτροπῆς, καὶ κατ' οὐσίαν ἤδη μεταβάλλοντα, καὶ παρὰ φύσιν διατιθέμενα. Διὰ δὴ τοὺς λογισμοὺς τούσδε καὶ τοὺς ἄλλους δηλονότι πολὺ τούτων σεμνοτέρους, ὑπέστη τὰ ὑπὸ σελήνην, καὶ ὁ θνητὸς τόπος ἐν ᾧ χώραν ἔσχεν ἡ τοῦ ἀγαθοῦ παρατροπή. διὰ τὸ δεῖν μὲν καὶ τὸ ἔσχατον ἀγαθὸν ὑποστῆναι, τὸ δὲ ἔσχατον ἐξ ἀνάγκης τοιοῦτον εἶναι οἷον καὶ παρατρέπεσθαι· καὶ διὰ τοῦτο καὶ τοῖς ὑπὲρ τὸν τόπον τοῦτον οὐδέν ἐστι κακόν, ὅτι ἡ τοῦ κακοῦ φύσις παρατροπή τις οὖσα τοῦ ἐσχάτου ἀγαθοῦ τοῦ πεφυκότος παρατρέπεσθαι, ἐνταῦθά ἐστιν ὅπου τὸ ἔσχατον ἀγαθόν. διὸ καὶ ἡ ψυχή, τὴν οὐσίαν εὐγενεστέραν καὶ ἀμετάβλητον ἔχουσα, ὅταν μὲν καθ' ἑαυτὴν ὑπάρ-

exſtiterunt: ut ſimul & immenſa bonitas auctoris rerum omnia bona conderet, quæ exſiſtere poſſent: ſimulque ut mundo ſua perfectio conſtaret, non prima tantum & media habenti, ſed extrema quoque; id quod eſt proprium perfectionis: ſimul ut ne prima & media, cum plane bona eſſent, extrema & honoris expertia relinquerentur, atque infirma, ſi extrema quæ orirentur atque occiderent, non exſtiſſent. Talia enim extrema eſſe neceſſe eſt. Adhæc fieri non poterat, cum talia eſſent prima & media, partim & natura & actionibus immutabilia: partim natura quidem immutabilia, ſed loci mutationem ſuis partibus admittentia: exſiſtere etiam extrema ſublunaria, quæ à cœleſtium corporum converſione, etiam natura mutarentur & contra naturam ſuam afficerentur. Ob has igitur rationes & his dubio procul multo graviores, ſublunaria exſtiterunt, & mortalis locus, in quo locum haberet à bono averſio. Nam & infimum bonum exſiſtere oportebat: & infimi ea natura eſt, ut perverti poſſit. Proptereaque ſupra locum hunc nullum eſt malũ; quod mali natura, quę eſt averſio ab extremo bono quod natura ſolet perverti, ibi eſt ubi & bonum infimum. Idcirco etiam anima, natura generoſiore & immutabili prædita, cum quidem ſola eſt,

χου

χῃ, οὐδενὸς μετέχει κακοῦ· πεφυκυῖα δὲ ἐν τούτῳ γίνεσθαι τῷ τόπῳ κατὰ σχέσιν, καὶ τοῖς ἐνταῦθα συμπλέκεσθαι σώμασι, (προνοίᾳ γὰρ πατρὸς καὶ δημιουργοῦ τῶν ὅλων, καὶ τὰς τοιαύτας ψυχὰς παραγαγόντος, ἵνα τὰ ἔσχατα συνδεθῇ τοῖς πρώτοις, διὰ τῶν ἀλύτων δεσμῶν τῆς ζωτικῆς συνοχῆς) τοῦ κακοῦ τοῦ ἐνταῦθα κατὰ τὴν παρὰ φύσιν ἑαυτῶν διάθεσιν ἐν νόσοις καὶ φθοραῖς, τοῦ ἐπιβάλλοντος αὐτοῖς κακοῦ, δοκεῖ μεταλαμβάνειν· οὐκ ὄντος οἶμαι κακοῦ τούτου, ἀλλὰ ἀγαθοῦ μᾶλλον, μετεχομένων τε ἀλλήλοις καὶ ἐν ἀλλοτρίοις τόποις ταλαιπωρουμένων ἀπαλλάττεσθαι τοῦ μόχθου τούτου διαλυόμενα, καὶ τὰ ἁπλᾶ ἔτι μᾶλλον κεῖσθαι μάχης ἐλευθερούμενα, καὶ τοῖς οἰκείοις τόποις καὶ ταῖς οἰκείαις ὁλότησι πρὸς ἐκνεασμὸν ἀποδιδόμενα. κἂν μεταβάλλῃ δὲ εἰς ἄλληλα, οὐδὲ ἔχει κακὸν οὐδὲ τοῦτο. γίνεται γὰρ ἕκαστον ὅπερ πρότερον ἦν. τὸ γὰρ ὕδωρ εἰς ἀέρα μεταβάλλον, ἐξ ἀέρος πάλιν ὕδωρ γίνεται. τὸ δὲ μέγιστον, ὅτι καὶ ἡ τῶν συνθέτων διάλυσις καὶ ἡ τῶν ἁπλῶν εἰς ἄλληλα μεταβολὴ, ἀγαθόν ἐστι τοῖς ὅλοις, εἴπερ ἡ ἄλλου φθορὰ ἄλλου γένεσίς ἐστι. καὶ τοῦτο αἴτιον γίνεται τοῦ μένειν ἀνέκλειπτον τὸν τῆς γενέσεως κύκλον. Ὁρῶμεν δὲ ὅτι καὶ ἡ φύσις πολλάκις καὶ ἡ τέχνη, ὡς πρότερον εἴρηται, τῶν μερῶν διὰ τὸ ὅλον καταφρονεῖ· ἡ μὲν τὰ ῥεύματα καὶ τὰ ἀποστήματα εἰς τοὺ-

nullius eſt mali particeps. Sed cum natura in eo eſſe loco quadam convenientia, & cum huius loci corporibus coniungi poſſit, (providentia patris & opificis univerſitatis factum id eſt, qui tales etiam animas produxit, ut extrema cum primis, inſolubilibus vitalis complexionis vinculis, devincirentur) eius mali quod hic eſt, ſecundum earum affectionem naturæ contrariam, in morbis & corruptionibus, convenientem ſibi capere partem videtur: cum id ſcilicet malum non ſit, ac potius bonum, ea, quæ ſe invicem complexa, in alienis locis ærumnas tolerant, diſſolvi, ærumnaque liberari, & ſimplicia potius, pugnæque expertia iacere, ſuiſque locis & ſuis totis reſtitui, renovationis ergo. Atque etiam ſi aliud in aliud mutetur, ne in eo quidem quicquam ineſt mali. Fit enim unumquodque id, quod ante fuerat. Nam aqua in aërem mutata, rurſus ex aëre fit aqua. Illud vero maximum eſt, quod & compoſitorum diſſolutio, & ſimplicium mutua commutatio rebus univerſis conducit, ſi modo alterius interitus ortus eſt alterius: eaque cauſa eſt, cur earum rerum quæ oriuntur, circulus nunquam ceſſet. Ad hæc ſæpe videmus & naturam & artem (ut ante diximus) partes propter totum contemnere: naturam, quę fluxiones & abſceſſus è principalibus

ἀκροτάτους τόπους ἐκ τῶν κυριωτέρων ἀπωθουμένη· ἡ δὲ τέμνουσα, καὶ καίουσα, καὶ ἐκκόπτουσα τὸ μέρος πολλάκις διὰ τὴν τοῦ ὅλου σωτηρίαν. ὥστε τὰ τοῖς σώμασι συμβαίνοντα, ἀγαθὰ μᾶλλον ἢ κακὰ ῥητέον. καὶ τὸ αἴτιον αὐτῶν, ἀγαθῶν, ἀλλ' οὐ κακῶν αἴτιον. καὶ γὰρ τὰ μὲν ἁπλᾶ τῶν ὑπὸ σελήνην σωμάτων οὐδὲν ἔχει κακὸν, ἀΐδια καὶ αὐτὰ ὄντα· τὸ δὲ ἐν τοῖς μέρεσι δοκοῦν εἶναι κακὸν, πλέον μὲν ἔχει τὸ ἀγαθὸν καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς μέρεσιν, ὡς εἴρηται, τοῖς τε ἁπλοῖς καὶ τοῖς συνθέτοις· πρὸς δὲ τὸ τῶν ὅλων ἀγαθὸν ἀναφερόμενον, ἀγαθύνεται τελέως. καὶ διὰ ταῦτα μὲν οὖν οὐκ ἂν εἴη κακὸν ἡ τῶν σωμάτων παρὰ φύσιν διάθεσις, πανταχόθεν ἀγαθυνθεῖσα. Εἰ δὲ φιλονεικεῖ τις, ὡς εἴρηται καὶ τοῦτο πρότερον, μὴ καλεῖν αὐτὸν ἀγαθὸν, ὡς παρατροπὴν οὖσαν τοῦ κατὰ φύσιν, μὴ κακὸν εὐθὺς καλείτω διὰ τὴν ἔννοιαν, ἣν ἔχομεν ἀδιάρθρωτον περὶ τοῦ κακοῦ, ὡς τῷ ἀγαθῷ παντελῶς ἐναντίον· ἀλλ' ἀναγκαῖον μᾶλλον, ὡς καθ' αὑτὸ μὲν μὴ ὂν αἱρετὸν, πολλὴν δὲ μοῖραν εἰσάγον εἰς τὸ καθ' αὑτὸ αἱρετόν. εἰ γὰρ ἦν ἁπλῶς κακὸν, οὐκ ἂν συνετέλει πρὸς τὸ ἀγαθόν. τὸ μέντοι ἀναγκαῖον, κἂν μὴ καθ' ἑαυτὸ ᾖ αἱρετὸν, ἀλλὰ τῇ πρὸς τὸ ἀγαθὸν ἀνατάσει, καὶ αὐτὸ ἀγαθύνεται. καὶ ἔστιν ἀγαθὸν μέντοι καὶ αὐτὸ, εἴπερ ὁπωσοῦν αἱρετόν. καὶ γὰρ τομὰς καὶ καύσεις αἱρούμεθα, καὶ μισθὸν ὑπὲρ αὐτῶν τελοῦμεν, καὶ χάριν

locis ad extima depellit: artem, quæ & ſecat & urit, & ſæpe reſecat partem, conſervandi totius cauſa. Quæ igitur corporibus accidunt, in bonis potius quam in malis ſunt habenda: eorumque cauſa bonorū cauſa eſt, & non malorum. Etenim ſimlici a corpora quæ ſub Luna ſunt, nihil habēt mali, cum & ipſa ſint æterna. Quod vero in partibus videtur eſſe mali: in ipſis etiam ſuis partibus, ut dictum eſt, tam ſimplicibus quam compoſitis, plus boni habet quam mali. Quod ſi ad univerſum bonum referatur, plane fiet bonum: proptereaq; malum non fuerit corporum contra naturam affectio. Si quis vero contendit, ut ante à me dictum eſt, non vocandum id eſſe bonum, quod ſit aliquid à natura abhorrés: is ne ſtatim appellet malum propter notionem quam de malo habemus indiſtinctam adhuc, quaſi id bono ſit prorſus contrarium: ſed neceſſe potius eſt, ut per ſe non ſit expetendum: multum tamen conferre ad id, quod per ſeſe eſt expetendum. Nam ſi ſimpliciter malum eſſet, nihil ad bonum conferret. Neceſſaria porro, etſi per ſeſe non expetenda ſunt: tamen quoniam ad bonum referuntur, bona & ipſa fiunt: ac bona quidem ſunt & ipſa, ſi utcunque ſunt expetenda. Nam & ſectiones & uſtiones amplectimur, ac mercedem pro iis ſolvimus, &

χάριν ὁμολογοῦμεν τοῖς ἰατροῖς· οὐκ ἂν δέον, εἰ κακὸν αὐτὰ ἐνομίζομεν. ἀγαθὸν δὲ ὑφειμένον ἐστὶ, καὶ δευτέρας τοῦ ἀγαθοῦ τάξεως, ὡς μὴ προηγουμένως, ἀλλὰ κατὰ δεύτερόν τινα λόγον ἀγαθὸν ὑπάρχον. ὥστε καὶ ὁ τούτων ποιητὴς, οὐδαμῶς ἂν εἴη κακοῦ αἴτιος, ἀλλ' ἢ ἀγαθοῦ, ἢ ἀναγκαίου δευτέρου τινὸς ὄντος, καὶ αὐτοῦ ἀγαθοῦ, καὶ εἰκότως καὶ αὐτοῦ ἀπὸ τῆς πηγῆς τῶν ἀγαθῶν καθ' ὕφεσιν ἀποῤῥέοντος. Καὶ περὶ μὲν τοῦ ἐν τοῖς σώμασι κακοῦ, καὶ τῆς αἰτίας αὐτοῦ, ἀρκείτω τὰ εἰρημένα πρὸς τὸ παρόν. ἐπεὶ δὲ κακὰ μάλιστα, καὶ ἁμαρτωλὰ δοκεῖ τὰ τῆς ἀνθρωπίνης ψυχῆς πταίσματα, εἴρηται μὲν καὶ περὶ τούτων πρότερον. οὐδὲν δὲ κωλύει καὶ νῦν τούτων τήν τε φύσιν καὶ τὴν αἰτίαν ἀνιχνεῦσαι. καὶ ῥητέον, ὅτι αἱ μὲν τῶν κρειττόνων ἡμῶν ψυχαὶ ἀεὶ ἄνω οὖσαι, καὶ ἐν τῷ ἀγαθῷ αἰωνίως ἱδρυμέναι, οὐδέποτε οὐδὲν ἔχουσι κακόν· αἱ δὲ τῶν ἀλόγων ζώων ψυχαὶ, μέσαι οὖσαι τῶν τε ἀνθρώπων καὶ τῶν ἐν τοῖς φυτοῖς κατεῤῥιζωμένων ψυχῶν, κατὰ μὲν τὸ σωματοειδὲς αὐτῶν ὅμοιον ἔχουσι τοῖς σώμασι τὸ κακόν· καθ' ὅσον δὲ ὄρεξιν ἔχουσί τινα καὶ ὁρμὴν, τὸ ἐν αὐτοῖς κακὸν τῷ τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν κακῷ ἔοικε, καὶ ἀπὸ τῶν περὶ ἐκείνου ῥηθησομένων καὶ τοῦτο γνωσθήσεται.

gratias medicis agimus: haud utique facturi, ſi eas res malas iudicaremus. Verum eſt bonum hoc remiſſius, & ex ſecundaria claſſe boni, ut non principaliter, ſed ſecundaria quadam ratione ſit bonum. Quamobrem & eius auctor nequaquam mali auctor ullius fuerit, ſed aut boni aut neceſſarii, quod & ipſum eſt ſecundarium quoddam bonum. Nec immerito: quippe quod & ipſum ex eodem fonte bonitatis, ſed cum remiſſione quadam, promanet. Ac ea quæ de malo corporum eiuſque cauſa diximus, in præſentia ſufficiant. Quia vero mala & peccata potiſſimum habentur humani animi errata, etſi de his quoque ſupra dictum eſt, nihil tamen vetat, quo minus etiam nunc naturam & cauſam eorum indagemus. Dicendum igitur, eorum animas qui nobis præſtantiores ſunt, ſemper in ſublimi verſantes, & in bono æternum infixas, nihil unquam habere mali: Brutarum autem animantium animas, quæ mediæ ſunt humanarum animarum, & earum quæ in ſtirpibus affixæ radicibus hærent, quatenus formam corporis referant, idem habere malum quod corpora. Quatenus vero appetitum habeant quendam & impetum, quod in eis malum ſit, humanorum animorum malo eſſe ſimile: & ex eo quod de illo dicetur, ipſum quoque cognoſcetur.

 Huma-

Ἡ δὲ ἀνθρωπίνη ψυχή, μέση προελθοῦσα τῶν τε ἀεὶ ἄνω μενουσῶν ψυχῶν, διά τε τὴν ἐν τῇ ψυχικῇ οὐσίᾳ ἀκρότητα, καὶ διὰ τὴν τοῦ νοῦ μέθεξιν, καὶ τῶν ἀεὶ κάτω διὰ τὴν πρὸς τὸ σῶμα συγγένειαν τῆς ἀλόγου ζωῆς, καὶ σύνδεσμος ζωτικὸς γινομένη τῶν τε ἄνω καὶ τῶν κάτω, διὰ τῆς αὐτεξουσίου σχέσεως, ποτὲ μὲν πρὸς ἐκεῖνα, ποτὲ δὲ πρὸς ταῦτα ὁμοιοῦται. ἀλλ᾽ ὅταν μὲν ἄνω μένῃ, κακοῦ παντελῶς ἀμέτοχός ἐστι, ἐν ἀγαθῷ ἱδρυμένη, ἀτονήσασα δέ ποτε πρὸς τὴν μακαρίαν ἐκείνην διαγωγήν, καὶ τὰ ἀπόρρητα καὶ εἰλικρινῆ ἐκεῖνα θεάματα, διὰ τὸ πεφυκέναι καὶ πρὸς τὰ κάτω ποτὲ ῥέπειν, ὅταν ἐθέλῃ. ταύτην ἀρχὴν ἔχει τῆς ὁποιασοῦν κακίας τὴν αὐτοθελῆ κάθοδον εἰς τόνδε τὸν θνητὸν τόπον· κἂν φύσιν δὲ ἀμφίβολον ἔλαχεν, οὐκ ἀναγκαζομένη κάτεισιν ἢ ἄνεισιν, ἀλλ᾽ οὕτως ὑπέστη, ὡς ὅταν αὐτὴ θέλῃ κατιέναι τε καὶ ἀνιέναι. Καὶ τί θαυμαστὸν τοῦτο ἐπὶ ψυχῆς αὐτοκινήτου κατ᾽ οὐσίαν; ὁπότε καὶ τῶν ἀλόγων ζώων τὰ ἀμφίβια, ὅσα καὶ ἐν ὕδατι καὶ ἐν γῇ πέφυκε διάγειν, φύσιν μὲν ἔχει τοιαύτην· κατὰ δὲ τὴν οἰκείαν ὄρεξιν μεθίσταται ἑκατέρωσε οὐκ ἀναγκαζόμενα ὑπό τινος, ἀλλ᾽ ὅταν αὐτὰ προθυμηθῇ. καταβαίνουσα δὲ ἡ ψυχὴ τῇ σχέσει ἐπὶ τὸν θνητὸν

Humana autem anima, in medio collocata earum quæ ſemper in ſublimi manent, cum ob animalis eſſentiæ celſitudinem, tum propter mentis communionem, & earum quæ ſemper humi ſunt, ob brutæ vitæ cum corpore cognationem: quæque vitale quoddam vinculum eſt ſuperiorum & inferiorum: propter liberæ voluntatis affectionem, alias his, alias illis fit ſimilis. Nam cum in ſublimi manet, omnis mali prorſus eſt expers, infixa bono. Sin aliquando nervi ac vires illi defuerint ad beatam illam vitam amplectendam, & arcana illa ſynceraque ſpectacula intuenda, propterea quod eius natura fert, ut aliquando etiam ad inferiora declinet, ſi voluerit: ipſa principium habet cuiuſcunque malitiæ deſcenſum voluntarium in hunc mortalem locum. Quamvis enim naturam ſortita eſt ancipitem, non tamen coacta vel aſcendit vel deſcendit: ſed ita condita eſt, ut ubi ipſa voluerit, & aſcendat & deſcendat. Et quis hoc in anima, natura per ſe mobili admiretur? cum & brutæ animantes, quæ amphibia dicuntur, ea quidem natura ſint, ut & in aqua & in terra habitare poſſint, ſed tamen pro naturali ſuo appetitu utroq; ſe conferant, coactæ à nemine, ſed cum ipſis lubet. Anima vero deſcendens ob affectionem & habitudinem ſuam ad mortalem hunc

τοῦτον τόπον, καὶ μέλλουσα θνητῷ συμπλέκεσθαι σώματι, καὶ ζῶον ἓν θνητὸν μετ' αὐτοῦ συμπληροῦν, ἀλόγους προσυνέβαλλετο ζωάς· τὰς μὲν γνωστικάς, αἰσθήσεις τε καὶ φαντασίας· τὰς δὲ ὀρεκτικάς, θυμὸν καὶ ἐπιθυμίαν· δι' ὧν τὸ θνητὸν ζῶον ἔμελλε γνῶσίν τε ἔχειν τὴν ἑαυτῷ σύστοιχον ἣν ἔχει καὶ τὰ ἄλογα ζῶα, καὶ τὸ ἀπορρέον ἀεὶ διὰ τροφῆς ἀνυφαίνειν, καὶ διὰ τῆς τοῦ ὁμοίου γεννήσεως τὴν ἀϊδιότητα τοῦ γένους φυλάττειν, καὶ τὰ βλάπτοντα ἀμύνεσθαι· ἅπερ οὐκ ἂν ὑπῆρξε τῷ θνητῷ ζώῳ, μὴ συμπληρωθέντι ταῖς ἀλόγοις ταύταις δυνάμεσι. τίς γὰρ ἂν καὶ μάλιστα τῶν καθαρωτέρων ἠνέσχετο τοσοῦτον χρόνον ἐσθίειν καὶ ἀποπατεῖν ὡς ἄλογόν τι ζῶον, μὴ ἐρεθιζόμενος ὑπὸ τῆς ἀλόγου ὀρέξεως; τίς δ' ἂν κύημα τηλικοῦτον τοσοῦτον χρόνον ἐβάσταζε, μὴ τῆς παροίστρου ταύτης ἐπιθυμίας ἀναφλεγούσης, καὶ τῆς τοῦ γένους διαδοχῆς; Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἤδη καὶ πρότερον εἰρημένα, ἀρκεῖ δηλῶσαι, ὅτι διὰ τὸ ἀγαθὸν καὶ πρὸς σύστασιν τοῦ ζώου αἱ ἄλογοι ὀρέξεις ἐδόθησαν, καὶ οὕπω οὐδὲν κακὸν ἀναφαίνεται. ἡ δὲ λογικὴ ψυχὴ κρείττων οὖσα κατ' οὐσίαν τοῦ τε σώματος καὶ τῆς ἀλόγου ζωῆς, καὶ ἀρχικὴν ἔχουσα πρὸς ταῦτα φύσιν, ὅταν μὲν φυλάττῃ πρὸς αὐτὰ τὴν ἑαυτῆς τάξιν, ἐξῃρημένη τε αὐτῶν καὶ ὡς ὀργάνοις

hunc locum, & cum mortali corpore coniungenda, & unum mortale animal cum eo confectura, vitam brutam agit, partim cognitionis, in qua ſunt ſenſus & viſa, partim appetitionis, cuius generis eſt iracundia & cupiditas: Per quas mortale animal & cognitionem haberet ſuæ naturæ congruentem, qua & brutæ pecudes ſunt prædi- tæ: & quod decederet, cibo & potu perpetuo ſuppleret: & procreatione ſui ſimilium æternitati ſui generis conſuleret: & velut armis muniretur, quibus ea quæ nocitura eſſent, propulſaret. quæ mortali animanti non contigiſſent, niſi brutis hiſce facultatibus expletum fuiſſet. Quis enim, præſertim elegantior, tanto tempore edere & excernere vellet, brutæ pecudis inſtar, niſi à bruto appetitu incitaretur? Quis vero tantam agitationem tanto tempore toleraret, niſi inſana iſta cupiditas generiſque propagatio ſtimularet? Verum ea quæ & iam & ante diximus, ſatis ſunt ad declarandum, boni cauſa, & propter abſolutionem animalis, brutas appetiones eſſe datas. atque ita nullum apparet malum. At vero rationis particeps animus, natura ſua, corpore brutaque vita præſtantior, & dominatum in hæc ſortitus: cum ſuum adverſus ea ſtatum tuetur, & ſeiunctus ab eis, & pro inſtrumentis illis

κεχρημένη, καὶ τὸ ἀγαθὸν τῆς ὑπουργίας αὐτῶν εἰς τὸ ἑαυτῆς ἀγαθὸν ἀναφέρουσα, τότε πάντα ἀγαθά ἐστι, καὶ οὐδαμοῦ κακὸν οὐδὲν αὐτοῦ φύεται· ἐὰν δὲ, καὶ αὐτῆς τῆς πρὸς τὸ κρεῖττον ὁμοιότητος ἐπιλαθομένη ἡ ψυχὴ, τὸ μὲν ἀρχικὸν ἀποβάλῃ σκῆπτρον, τῆς ἀρχικῆς δυνάμεως ἀμελήσασα, ῥέψῃ δὲ ὅλη πρὸς τὸ σῶμα καὶ τὰς ἀλόγους ζωὰς, ὅπερ πάσχει μάλιστα, τὸ σφοδρὸν καὶ πληκτικὸν τῆς ἡδονῆς τῶν ἀλόγων ὀρέξεων τοῦ καθαροῦ καὶ προσηνοῦς τῶν λογικῶν προτιμήσασα, καὶ ὅλη ἐνδοῦσα τῇ ἀλογίᾳ, ὡς ἐκείνην ἑαυτὴν ἡγεῖσθαι, τότε παρὰ φύσιν ἀλόγως ἐνεργούσης τῆς λογικῆς, καὶ παρὰ τὴν αὐτῆς ἀξίαν τὴν ἀρχικὴν καὶ δεσποτικὴν αἱρουμένης δουλεύειν καὶ ἄρχεσθαι, τότε τὸ κακὸν ἀναφύεται, οὔτε τῷ ἐν κρείττονι καθ' αὑτὸ ὄντι χώραν ἔχον, οὔτε ἐν τῷ χείρονι ἐφ' ἑαυτοῦ μένοντι, ἀλλ' ὅταν τὸ κρεῖττον τῷ χείρονι συμπλακὲν ἀμέτρως τὴν πρὸς τὸ χεῖρον ἀντὶ τῆς πρὸς τὸ κρεῖττον ὁμοιότητος ἀναδέξηται. τοῦτο δὲ πάσχει οὐκ ἀναγκαζομένη ὑπό τινος, ἀλλ' αὐτὴ αἱρουμένη τὸ αὐτεξούσιον αὐτῆς καὶ τὸ ἐφ' ἡμῖν. ἡ γὰρ αἵρεσις ἐφ' ἡμῖν, ἡμέτερον ἔνδοθεν οὖσα κίνημα. Καί μοι πρόσεχε τὸν νοῦν ἐνταῦθα, μή τι παραλογισθεὶς αὐτὸς καί σε

utens, & bonum miniſterii illorum ad ſuum bonum referens: tum omnia bona ſunt, neque uſquam malum ullum exoritur. Sin ſimilitudinis, quam cum Deo habet, oblitus animus, imperii ſceptrum abiecerit, neglecta principatus auctoritate, totuſque ad corpus & brutam eius vitam inclinarit: (id quod ei potiſſimum accidit, cum vehementiam & impetum voluptatis brutarumque appetitionum, puritati & ſuavitati rationis anteponit, totamque ſe brutæ parti dedit, ut eam ſe ipſum eſſe opinetur) tum, cum animus contra ſuam natutam abſque ratione agit, & contra ſuam dignitatem principatu & dominatu pollentem, ſervire ac parere mavult: tum vero malum exſiſtit, quod nec in eo quod per ſe melius eſt, locum habet, neque in deteriore, ſi id ſuo loco maneat; ſed tunc, cum animus, qui eſt præſtantior, corpori deteriori implicatus, ultra modum ſimilitudinem deterioris amplexus fuerit, eamque ſimilitudinem præſtantioris prætulerit; hoc eſt, cum pecudi & beſtiæ, quam genio aut Deo ſimilis eſſe maluerit. Id vero facit non coactus ab ullo, ſed ipſe arbitratu ſuo, ob libertatem ſuæ voluntatis, & poteſtatem. Optio enim in noſtra poteſtate eſt, cum noſter motus ſit internus. Hic tu mihi attende animum, ne ipſe deceptus, te quoque

in

συνεξαπατήσω τὸν ἐντυγχάνοντα. ὅτι μὲν γὰρ ἡ αἵρεσις καὶ προαίρεσις τῆς ψυχῆς οἰκεῖόν ἐστιν ἔνδοθεν κίνημα, καὶ ὑπ' οὐδενὸς ἔνδοθεν ἀναγκαζόμενον, καὶ προφανές ἐστιν, οἶμαι, καὶ εἴρηται καὶ δέδεικται πρότερον. καὶ ὅτι καθ' αἵρεσιν καὶ προαίρεσιν ἡ ψυχὴ ποτὲ μὲν τὸ κρεῖττον ἐκλέγεται, ποτὲ δὲ τὸ χεῖρον ἀντὶ τοῦ κρείττονος, δέδεικται οἶμαι σαφῶς, ἐκ τοῦ, καὶ τὸν θεὸν, καὶ τοὺς καλῶς κειμένους νόμους, καὶ τῶν ἀνθρώπων τοὺς ἔμφρονας, τὰς ἀγαθὰς καὶ κακὰς ἀνθρώπων πράξεις μὴ τοῖς ἔργοις κρίνειν, ἀλλὰ ταῖς προαιρέσεσι, καὶ τιμᾶν, καὶ κολάζειν, καὶ ἐπαινεῖν, καὶ ψέγειν, εἰς μόνην τὴν προαίρεσιν ἀποβλέποντας, ὡς αὐτεξούσιον καὶ ἐφ' ἡμῖν οὖσαν. διὸ τὰ βίᾳ πραττόμενα, κἂν χαλεπώτατα ᾖ, συγγνώμης ἀξιοῦσι, καὶ τὴν ἁμαρτίαν οὐ τῷ πράττοντι, ἀλλὰ τῷ βιαζομένῳ λογίζονται. διότι οὗτος μὲν κατὰ προαίρεσιν ἐβιάσατο, ἐκεῖνος δὲ παρὰ προαίρεσιν ἔπραξεν. εἰ οὖν τοῦ κακοῦ προαίρεσις αἰτία, τῆς ψυχῆς αὐτοθελὴς οὖσα ἐνέργεια, καὶ οὐ βίᾳ ὠθουμένη, τί ἂν ἄλλο τοῦ κακοῦ λέγοιμεν αἴτιον, ἢ τὴν ψυχήν; καὶ αὐτὴν δὲ οὐχ ὡς κακοῦ· οὐδὲν γὰρ αἱρεῖται τὸ κακὸν ὡς κακόν· ἀλλ' ὡς φαινομένου μὲν ἀγαθοῦ, κρύπτοντος δὲ ἐν ταὐτῷ τὸ κακὸν, ὅπερ ἀνάγκη μετὰ τοῦ φαινομένου λαβεῖν ἀγαθοῦ. (εἴρηται καὶ περὶ τούτου πρότερον. Ἔχοντες

in errorem, Lector, inducam. Nam delectum & voluntatem, internam eſſe animi motionem, & à re nulla externa cogi, perſpicuum eſſe arbitror: prius certe quidem & explicatum id eſt, & demonſtratum. Illud item, animum delectu & voluntate ſua nunc præſtantius eligere, nunc deterius præferre præſtantiori: aperte, opinor, ex eo eſt oſtenſum, quod & Deus & bonæ leges & homines cordati bonas & malas hominum actiones non factis & eventu metiuntur, ſed conſilio & voluntate: quodque & honorem habent, & pœnas irrogant, & laudant & vituperant, ſolum conſilium & voluntatem intuentes, quæ noſtri iuris noſtrique arbitrii ſunt. Iis autem quæ à coactis fiunt, quamvis graviſſima ſint, ignoſcunt: & peccatum non agenti, ſed cogenti tribuunt: quod hic ſua voluntate nolentem coëgerit, ille autem contra ſuam voluntatem coactus egerit. Si ergo mali cauſa eſt voluntas, quæ integra eſt animi actio, non autem violenta impulſio: quid aliud mali cauſam dicamus niſi animum? ac ne ipſum quidem tanquam mali; (nihil enim eſt quod malũ, quatenus malum eſt, amplectatur:) ſed quatenus id quod boni ſpeciem habet, malum autem ſimul occultat, quoque una capere neceſſe eſt. Eſt & hac de re prius dictum. Perveſtigata igitur

οὖν τὴν αἰτίαν τοῦ κακοῦ, λαμπρᾷ τῇ φωνῇ βοῶμεν, ὅτι ὁ θεὸς κακίας ἀναίτιος, διότι τὸ κακὸν ἡ ψυχὴ ἐνεργεῖ αὐτεξουσίως, καὶ οὐχ ὁ θεός. εἰ μὲν γὰρ βίᾳ τὸ κακὸν ἔπραττεν ἡ ψυχή, τάχα ἄν τις τὸν θεὸν ᾐτιάσατο τὸν ἀναιτίως αὐτὴν συγχωρήσαντα βιασθῆναι· καίτοι οὐδὲ κακὸν ἦν τὸ βίᾳ πραττόμενον. κατὰ προαίρεσιν δὲ αὐτὸ αἱρουμένη, αὐτὴ ἂν αἰτία λέγοιτο δικαίως. εἰ γὰρ λέγοι τις, μηδὲ αὐτῇ συγχωρεῖν τὸν θεὸν ὀφείλειν αἱρεῖσθαι τὸ κακόν, ἓν τῶν δύο λέγει· ἢ ὅτι πεφυκυῖαν αὐτὴν ποτὲ μὲν τὸ ἀγαθὸν αἱρεῖσθαι, ποτὲ δὲ τὸ κακόν, ἀναγκάζειν ἔδει μηδέποτε αἱρεῖσθαι τὸ κακόν· ἢ ὅτι τοιαύτην ἐχρῆν ὑποστῆσαι, ὡς μηδὲ πεφυκέναι ποτὲ τὸ κακὸν αἱρεῖσθαι. ἀλλὰ τὸ μὲν πρῶτον αὐτόθι ἄλογον. μάτην γὰρ ἡ αἵρεσις ἐφ' ἑκατέρου πεφυκυῖα ἐγίνετο, εἰ μηδέποτε ἐξῆν αὐτῇ πρὸς ἑκάτερον ἐνεργεῖν. ἀλλ' οὐδὲ αἵρεσις ἦν ἔτι παρούσης ἀνάγκης· ἐναντίως γὰρ ἔχει πρὸς τὴν ἀνάγκην ἡ αἵρεσις. ὁ δὲ δεύτερος λόγος, πρῶτον μὲν ἐννοεῖται, ὅτι οὐδεμία τοῦ κακοῦ οὐδέ ποτε ἐστὶν αἵρεσις· ἔπειτα ὅτι συμβουλεύειν ἔοικε, τὴν αὐτεξούσιον ταύτην τῆς αὐτοθελοῦς καὶ ἄνευ βίας ποτὲ μὲν τὸ ἀληθῶς ἀγαθὸν αἱρουμένην, ποτὲ δὲ τὸ φαινόμενον, ἀνελεῖν ἀπὸ τοῦ

igitur mali cauſa, elata voce clamamus, nullius mali cauſam eſſe Deum, propterea quod malum facit animus libere atque ultro, non autem Deus. Nam ſi malum animus faceret coactus, fortaſſis aliquis accuſaret Deum, qui eum ſine cauſa cogi permiſiſſet: ac ne malum quidem eſſet quicquam ab invito factum. Sed qui ultro & conſulto aliquid ſuſceperit, ipſe merito in cauſa eſſe videatur. Nam ſi quis dicat, ne permittere quidem illi debuiſſe Deum, ut malum amplecteretur: duorum alterum dicit: aut, cum eius natura ſit, ut alias bonum, alias malum amplectatur, cogendum fuiſſe ne unquam malum amplecteretur: aut ita fuiſſe condendum, ne eius natura unquam ferret ut malum amplecteretur. Verum prius illud aperte abſurdum eſt. Fruſtra enim delectus, qui noſtrum opus eſt, fuiſſet factus, ſi illi nunquam licuiſſet in utramvis agere partem. Imo ne delectus quidem relinqueretur, adiuncta neceſſitate. Pugnant enim inter ſeſe delectus & neceſſitas. Quod autem ad alterum attinet, cogitandum eſt, nullum unquam eſſe malum optabile aut expetendum. Deinde ſuadere iſta ratio videtur, liberam hanc animi naturam, quæ ſuapte voluntate & abſque coactione, alias verum bonum amplectitur, alias imaginarium, è natura rerum eſſe tollen-

κόσμου, ἢ ὡς οὐκ ἀγαθὸν, ἢ ὡς μέγα τι κακὸν οὖσαν· καὶ οὐ λογίζεται, πόσων ἀγαθῶν νομιζομένων ἐν τῷ κόσμῳ μεῖζόν τε καὶ τιμιώτερόν ἐστιν ἀγαθὸν ἡ αὐτεξουσιότης. πάντων γὰρ τῶν ὑπὸ σελήνην ὑπερέχει τοῦτο. καὶ οὐδεὶς ἂν ἕλοιτο φυτὸν ἢ ζῶον ἄλογον ὁποιονοῦν γενέσθαι μᾶλλον ἢ ἄνθρωπος. πῶς οὖν ἔμελλε, τῶν ἐλαττόνων ἀγαθῶν ὑπὸ θεοῦ παραγενομένων, τὸ μεῖζον ἐκείνων μὴ παραγενέσθαι; ἔπειτα, ὅπερ εἴρηται καὶ πρότερον, ἀναιρουμένης ἀπὸ τῶν ὄντων τῆς ἐφ' ἑκάτερα ῥοπῆς τῶν ψυχῶν, ἀνάγκη καὶ τὰς πολυτιμήτους ἀνθρωπίνας ἀρετὰς συναναιρεῖσθαι, καὶ τὸ εἶδος ὅλον τὸ ἀνθρώπινον. οὐ γάρ ἐστιν ἔτι σωφροσύνη, καὶ δικαιοσύνη ἀνθρωπίνη, εἰ μὴ καὶ παρατρέπεσθαι πέφυκεν· ἀπερίτρεπτος γὰρ οὖσα, ἀγγελική τις ἂν ἦν, ἢ θεία, οὐκ ἔτι ἀνθρωπίνη. Ἐκ δὴ τούτου τοῦ λόγου, ἀναγκαία δείκνυται ἡ παρατροπὴ, καὶ τὸ κατ' αὐτὴν λεγόμενον κακὸν, εἴπερ ἄνευ ταύτης οὐκ ἂν παρῆλθον εἰς τὰ ὄντα αἱ ἀρεταὶ ἀνθρώπιναι, οὐδὲ τὸ εἶδος ὅλως τοῦ ἀνθρώπου. Ὥστε κἂν ὑπὸ θεοῦ λέγῃ τις, παραχθῆναι τὴν παρατροπὴν ταύτην, καθόσον ἀναγκαία ἐστὶ πρὸς τὴν τῶν τοσούτων ἀγαθῶν τῶν παρατρέπεσθαι πεφυκότων ὑπόστασιν, οὐκ ἂν κακοῦ λέγειν αἴτιον αὐτὸν νομίζοιτο δικαίως. καὶ γὰρ τὸν ἰατρὸν σήποντα τὰ ἀποστήματα, καὶ τέμνοντα τὸ σῶμα καὶ καίοντα, καὶ ἀποκόπτοντα τὰ μόρια,

tollendam, aut ut non bonum, aut ut magnum malum: neque reputat, quot rebus quæ in mundo bonæ habentur, & maius & honorabilius bonum ſit libertas voluntatis: Omnibus enim hæc quæ ſub Luna ſunt antecellit. nec quiſquam eſt, qui aut brutum pecus aut ſtirps eſſe mallet quam homo. Cum igitur minora bona Deus ſuppeditaſſet, an non & id quod illis maius eſt, ſuppeditandum erat? Deinde & hoc ſupra dictum eſt, ſublata è rerum natura propenſione animorum in utramque partem, ornatiſſimas etiam hominum virtutes una tolli eſſe neceſſe, & totam formam humanam. Neque enim iuſtitia & temperantia humana reſtabit, niſi etiam perverti animus poſſit. Quod ni ita eſſet, angelicus eſſet, aut divinus, nec iam humanus. Hac itaque ratione oſtenditur, averſionem à bono, & quod ſecundum eam malum dicitur, eſſe neceſſarium, quod abſque iis nec humanæ virtutes, nec ipſa etiam hominis forma in rerum natura exſtitiſſet. Quapropter etiamſi aliquis à Deo productam dixerit averſionē iſtam à bono, quatenus ad tot bona quæ natura perverti queunt, conſtituenda neceſſaria eſt: mali auctorem dicere Deum iure non putabitur. Nam & medicum abſceſſus putrefacientem, & corpus urentem & ſecantem, & partes abſcindentem,

οὐδεὶς νόσου λέγει ποιητικὸν, ἀλλ' ὑγιείας· ἐπειδὴ ἀδύνατον ἦν χωρὶς τούτων ἐκείνους ὑγιασθῆναι τοὺς ἀνθρώπους. ἀλλὰ καὶ ἡ θεία δίκη, τὸ τιμωρὸν εἶδος τῆς δικαιώσεως, τὸ ἐπιτρίβον καὶ αὖξον τὰ πάθη τῆς ψυχῆς, μέχρι τινὸς τοιοῦτον ἐπάγει, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι ἄλλως ἰαθῆναι, εἰ μὴ ἐνεργήσῃ πρῶτον ἢ πολλάκις ἢ ἐνίοτε κατὰ τὴν μανιώδη ἑαυτῆς ὄρεξιν. διὸ καὶ οἱ παιδαγωγοῦντες καλῶς οὐ μέχρι παντὸς ἐναντιοῦνται ταῖς τῶν παίδων ὀρέξεσιν, ἀλλ' ἐνδιδόασι πολλάκις, καὶ συνεργοῦσιν ἐνίοτε, ὡς μὴ δυναμένης τῆς ψυχῆς ἐκείνης ἐξεμέσαι τελέως τὰ τοιαῦτα πάθη, εἰ μὴ ἐνεργήσῃ ποτὲ κατὰ ταῦτα, καὶ κορεσθῇ τῆς ἐνεργείας· καὶ οὔτε τὸν παιδαγωγὸν τοῦτον, οὔτε τὴν θείαν δίκην κακοῦ λέγομεν αἰτίαν, ἀλλ' ἀγαθοῦ, διότι τοῦ ἀγαθοῦ ἕνεκα γίνεται. καὶ γὰρ τὰ πρὸς σωφροσύνην τείνοντα ἐπιτηδεύματα, σωφρονικὰ λέγομεν, καὶ τὰ πρὸς ὑγίειαν ὑγιεινά· πᾶσα δὲ πρᾶξις εἰδοποιεῖται τῷ τέλει, οὗ ἕνεκα γίνεται. Ὥστε ὁ θεὸς τοῦ ἀναγκαίου τῆς παρατροπῆς εἰ γίνοιτό πως αἴτιος, οὐκ ἂν λέγοιτο δικαίως αἴτιος εἶναι κακοῦ. πῶς δὲ καὶ αὐτὸς τοῦ ἀναγκαίου τῆς παρατροπῆς αἴτιος, ἄξιον ἰδεῖν· ὅτι οὐχ ὡς αὐτὸς ἐνεργῶν τὴν παρατροπὴν, μὴ γένοιτο, ἀλλ' ὡς ἐνδιδοὺς τῷ αὐτεξουσίῳ τὸ τοιοῦτον τῆς ψυχῆς, ἵνα καὶ χώραν ἐν τῷ παντὶ τὸ τοιοῦτον εἶδος

nemo auctorem morbi, ſed ſanitatis potius quiſque auctorem dicit, quod ſine his illi homines curari non potuiſſent. Atque etiam divina VINDICTA, ultrice iuſtitiæ ſuæ parte, quæ & permittit & auget aliquantiſper affectus, eatenus progreditur, quatenus aliter curari non poterant, niſi prius interdum, aut ſæpius etiam inſaniæ appetitioni morem geſſiſſent. Quæ cauſa eſt, cur etiam boni pædadogi non omnibus puerorum cupiditatibus adverſentur, ſed ſæpe conniveant, interdum etiam obſequantur: quaſi animus ille, huiuſmodi affectus non plane poſſit evomere, niſi aliquando iis obſecutus fuerit, & ipſa actione ſaturatus. Neque vero pædagogum vel divinam vindictam mali dicimus eſſe cauſam, ſed boni, quod boni cauſa iſta fiant. Etenim quæ ſtudia ad modeſtiam pertinent, modeſta: & quæ ad ſanitatem, ſalubria dicemus. Omnis porro actio fine, cuius cauſa ſuſcepta fuit, informatur atque perficitur. Itaque Deus ſi neceſſariæ averſionis à bono aliqua ex parte cauſa eſſet: merito cauſa eſſe mali dici non poſſet, Quomodo autem ipſius neceſſariæ averſionis à bono ſit auctor, conſiderandum eſt. Neque enim ipſe averſionem facit; (abſit hoc:) ſed liberæ volũtati eam facultatem dedit, ut & hoc genus in univerſitate rerum locum

ἔχῃ.

ἔχῃ, καὶ τὰ ἀγαθὰ τοσαῦτα ὑποστῇ, μὴ δυνάμενα χωρὶς τῆς παρατροπῆς ὑποστῆναι. αἴτιος δὲ κυρίως ἐστὶ τῆς αὐτεξουσίου ταύτης οὐσίας ἀγαθῆς οὔσης, καὶ πολλῶν ἀγαθῶν τῶν ἐν τῷ κόσμῳ τιμιωτέρας. ἧς ἐνέργεια παθητική ἐστιν ἡ παρατροπή, θελούσης, καὶ οὐκ ἀναγκαζομένης. Ὅτι δὲ ἀγαθή ἐστιν ἡ αὐτεξούσιος αὕτη οὐσία κἂν παρατρέπεσθαί ποτε πέφυκε, δῆλον οἶμαι. καὶ οἱ τὴν ἀρχὴν τοῦ κακοῦ τιθέντες, διὰ τοῦτο ἀναίτιον τοῦ κακοῦ τὸν θεὸν ἀποφαίνειν λέγουσι. καὶ γὰρ καὶ οὗτοι οὐ μόνον παράγεσθαι τὴν ψυχὴν ὑπὸ τοῦ θεοῦ λέγοντες, ἀλλὰ καὶ μέρος αὐτὴν ἢ μέλος τοῦ θεοῦ κομπάζοντες εἶναι, πεφυκυῖαν αὐτὴν κακύνεσθαι παραδιδόασι, εἴτε οὖν κατὰ προαίρεσιν αὐτὴν κακύνεσθαι λέγουσιν. ὅπερ ἀκολουθεῖ τοῖς λέγουσιν ἐφ' ἡμῖν εἶναι τὸ νικῆσαι τὸ κακὸν, ἢ ὑπ' αὐτοῦ ἡττηθῆναι, καὶ διὰ τοῦτο καὶ δίκας ἀπαιτεῖσθαι τὸν ἡττώμενον, καὶ ἀμοιβῶν ἀξιοῦσθαι τὸν νικήσαντα. ταῦτα γὰρ λέγοντες, οὐκ ἐφιστάνουσιν ὅμως, ὅτι τούτοις ἀδύνατον συνάδειν τὸ ἔξωθεν ὠθεῖσθαι πρὸς τὸ κακὸν τὴν ψυχήν. ἁπλῶς δ' οὖν εἴτε κακῇ προαιρέσει αὐτὴν κακύνεσθαι λέγουσιν, εἴτε ἔξωθεν ὠθουμένην, πεφυκυῖα πάντως κακύνεσθαι, κακύνεται· εἰ γὰρ μὴ ἐπεφύκει, οὐκ ἂν ἐκακύνθη. τοιγαροῦν, οὔτε τὸ πρῶτον ἀγαθὸν κακύνεσθαι λέγουσιν, ἐπεὶ μηδὲ πέφυκεν ὅλως, οὔτε τὰ ἄλλα ἀγαθὰ τὰ προσεχῶς αὐτῷ συνόντα, τὴν μητέρα τῆς ζωῆς, ὡς λέγουσι, καὶ τὸν δημιουργὸν, καὶ τοὺς ἐκεῖ αἰῶνας. Ὥστε καὶ οὗτοι

haberet, & tot bona efficerentur, quæ ſine averſione iſta effici non poſſent. Proprie autem auctor eſt liberæ iſtius naturæ, cum bona ſit, & multis mundi bonis pretioſior. Cuius actio paſſiva eſt averſio, volentis, & non coactæ. Bonam autem eſſe liberam iſtam naturam, etſi aliquando etiam perverti poteſt, conſtare opinor: & qui mali principium ſtatuunt, eo ipſo Deum MALI auctorem ſe negare affirmant. Hi enim cum non modo condi animum à Deo dicant, ſed etiam partem eum aut membrum eſſe Dei iactitent: talem tamen eum eſſe perhibent, qui malus fieri poſſit, & conſulto malus fiat. Sic enim eos dicere par eſt, qui in nobis ſitum eſſe dicunt, aut vincere malum, aut ab eo vinci, propter eaque & victum pœnis & victorem præmiis affici. Quæ cum dicunt, non expendunt, cum his externam animi ad malum impulſionem cohærere non poſſe. Omnino igitur ſive conſulto perverti animum dicunt, ſive externa impulſione: eo utique malus fit, quia natura eius hoc ferebat Quod ni ita fuiſſet, non malus evaſiſſet. Proinde neque primum bonũ depravari dicunt, quod id eius natura prorſus reſpuat: neque cætera bona cum illo proxime coniuncta, ut quam matrem vitæ vocant, & opificem, & illius loci ſecula. Quamobrem etiam hi, qui

πεφυκυῖαν κακύνεσθαι τὴν ψυχὴν ὑπὸ τοῦ θεοῦ παράγοντες, διὰ τὸ μὴ κακὴν εἶναι τὴν τοιαύτην οὐσίαν, ἀλλ᾽ ἀγαθὴν, οὐ λέγουσιν αἴτιον τοῦ κακοῦ τὸν θεὸν εἶναι. Ἀλλὰ περὶ μὲν τῆς τῶν κακῶν ὑποστάσεως, ἀρκείτω τὰ εἰρημένα πρὸς τὸ παρόν. λοιπὸν δὲ χρὴ τὴν τοῦ Ἐπικτήτου ῥῆσιν ἐπισκέψασθαι, καὶ ἰδεῖν, ὅπως τὰ διὰ τοσούτων εἰρημένα περὶ τοῦ κακοῦ, δι᾽ ὀλίγων ἡμῖν αὐτὸς συλλαβὼν ἐπεδείξατο. Τῆς γὰρ τῶν ἠθῶν διαγωγίας περὶ τὴν αἵρεσιν τοῦ ἀγαθοῦ καὶ τὴν φυγὴν τοῦ κακοῦ καταγινομένης, ἀναγκαῖον ἦν ἐπιδεῖξαι τὴν φύσιν τοῦ κακοῦ καινοπρεπῆ τινα οὖσαν. καὶ γάρ ἐστί πως, καὶ οὐκ ἔστι, παρυπόστασις οὖσα καὶ οὐχ ὑπόστασις. διὸ καὶ φευκτὴ τελέως, ὅτι προηγουμένην ὑπόστασιν οὐκ ἔχει. καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ ἔστι τινὶ αἱρετὴ, καὶ οὐδενί ἐστι σκοπὸς τῷ ποιοῦντι. καὶ γὰρ τῷ οἰκοδόμῳ τῷ τὴν οἰκίαν οἰκοδομοῦντι, σκοπός ἐστι καὶ τέλος ἡ οἰκία δι᾽ ἣν οἰκοδομεῖ, καὶ τῷ τέκτονι ἡ θύρα δι᾽ ἣν τεκταίνει· οὐδὲν δὲ τοῦ κακοῦ ἕνεκα ποιεῖται. Καὶ ἔστιν ὁ τοῦ Ἐπικτήτου συλλογισμὸς ἐν βραχεῖ τοιοῦτος· τὸ κακὸν ἀποτυχία σκοποῦ ἐστι· τὸ γὰρ προηγουμένως κατὰ φύσιν ἐν τῷ κόσμῳ γινόμενον, σκοπός ἐστι τῷ ποιοῦντι, καὶ τέλος ἡ ἐπιτυχία αὐτοῦ, καὶ ὅταν γένηται, τυγχάνει τοῦ σκοποῦ ὁ ποιῶν. εἰ οὖν τὸ προηγουμένως κατὰ φύσιν ἐν τῷ κόσμῳ γινόμενον οὐκ ἔστιν ἀποτυχία σκοποῦ, (ἐπιτυχία γάρ ἐστι,) τὸ δὲ κακὸν ἀποτυχία σκοποῦ ἐστι· δῆλον ὅτι τὸ κακὸν οὐ γίνεται προηγουμένως ἐν τῷ

animum à Deo talem eſſe conditum perhibent, ut perverti poſſet: quia talis natura non mala, ſed bona ſit: non dicunt mali cauſam eſſe Deum. Sed hæc hactenus, de natura & ortu malorum. Reliquum eſt ut Epicteti verba conſideremus, & videamus, quemadmodum is ea que nos fuſe perſecuti ſumus, compendio perſtrinxerit. Cum enim diſciplina morum in amplectendis bonis & declinandis malis verſetur, neceſſe fuit oſtendere, naturam mali eſſe mirabilem. Nam aliquo modo & eſt & non eſt, cum acceſſio quædam rei ſit, non ipſa res: eaque de cauſa prorſus fugienda eſt, quod principalem eſſentiam non habet: proptereaque à nemine expetitur, nec ullius actionis finis eſt. Nam eius qui domum conſtruit, ſcopus & finis eſt domus, ob quam ædificat: & fabro ianua, propter quam fabricat. Mali autem cauſa nihil geritur. Eſt igitur Epicteti ratiocinatio breviter huiuſmodi: Malum, aberratio à ſcopo eſt: Quod enim principaliter in mundo fit, ſcopus eſt eius qui facit: & finis illius adeptio. Quod cum fit, attingit ſcopum is qui facit. Si igitur id quod præcipue ſpectatur, & ſecundum naturam in mundo fit, non eſt aberratio à ſcopo; (nam adeptio potius eſt:) malum vero eſt aberratio à ſcopo: malum non præcipue ſpectari, conſultoq; in mundo

κόσμῳ. Καὶ ὅτι μὲν ἀποτυχία σκοποῦ ἐστι τὸ κακὸν, δῆλον ἐκ τῶν περὶ αὐτοῦ ῥηθέντων. σκοπὸν γάρ τις θέμενος ὡς ἀγαθὸν τὴν ἡδονὴν, τοξεύει ἐπ' αὐτὴν ὡς ἐπὶ ἀγαθὸν, ἤτοι ἐπιτρέχει αὐτῇ βέλους ταχύτερον τῇ γε φαντασίᾳ· καὶ μὴ ἐπιτυχὼν ἀγαθοῦ, ἀλλὰ παραλλάξας αὐτὸ, καὶ παρατραπεὶς ἐπ' αὐτοῦ, δηλονότι ἀποτυγχάνει τοῦ σκοποῦ κακυνόμενος. Ὅτι δὲ τὰ προηγουμένως ἐν τῷ κόσμῳ γινόμενα σκοπὸς γίνεται τοῦ ποιοῦντος, καὶ τέλος ἡ ἐπιτυχία αὐτῶν, δῆλον ἐξ ὧν εἶπον περὶ τοῦ οἰκοδόμου καὶ τοῦ τέκτονος. πᾶν γὰρ τὸ γινόμενον σκοπὸς τοῦ ποιοῦντός ἐστι, εἰς ὃν ἀποβλέπων, ὥσπερ βέλη τὰς ἑαυτοῦ ἐνεργείας ἐκτείνει ἐπ' αὐτόν· καὶ τέλος ἔχει τὸ ἐπιτυχεῖν τοῦ σκοποῦ. Εἰπὼν δὲ οὕτως· οὐδὲ κακοῦ φύσις ἐν κόσμῳ γίνεται· διὰ τοῦ τῆς φύσεως ὀνόματος τὸ κατὰ φύσιν καὶ προηγουμένως ὑφιστάμενον ἐδήλωσε. Καὶ εἴπερ οὕτω τις ἐδέξατο τὸν συλλογισμὸν, τὴν ἐλάττονα πρότασιν θεὶς διὰ τοῦ, ὥσπερ σκοπὸς πρὸς τὸ ἀποτυχεῖν οὐ τίθεται· τοῦτο γὰρ σημαίνει, ὅτι τὸ κακὸν ἀποτυχία σκοποῦ ἐστι· καὶ παραλιπὼν τὴν μείζονα τὴν λέγουσαν ὅτι τὸ προηγουμένως ἐν τῷ κόσμῳ γινόμενον οὐκ ἔστιν ἀποτυχία σκοποῦ· ἐπιτυχία γάρ ἐστι· συμπέρασμα ἐπήγαγεν, ὅτι τὸ κακὸν οὐ γίνεται προηγουμένως καὶ κατὰ φύσιν ἐν τῷ κόσμῳ. Δύναται δὲ καὶ ὡς συνημμένον ἀκούεσθαι τὸ ληφθὲν τοιοῦτον·

fieri conſtat. Malum autem eſſe aberrationem à ſcopo, ex iis, quæ de eo diximus, clarum eſt. Nam ſi quis ſibi voluptatem tanquam metam & bonum propoſuit, ſagittas eo collimat, tanquam ad bonum: hoc eſt, ſagitta ocius ad eam, animi certe quidem impulſione, fertur. Qui ſi bono potitus non fuerit, ſed ab eo fruſtratus aberrarit, utique is qui ſcopum non attingit, fit malus. Ea porro quæ in mundo præcipue ſpectantur, ſcopum eſſe eius qui facit; & finem, eorum adeptionem: ex iis conſtat, quæ de ædificatore dixi, & fabro. Id enim omne quod fit, ſcopus eſt eius qui facit: quem intuens, tanquã ſagittas, ita ſuas actiones dirigit, eumque ſibi finem proponit, ut ſcopum attingat. Cum autem ſic dixerit; Nec mali natura in mundo fit: naturæ nomine id intelligit, quod ſecundum naturam exſiſtit, præcipueque ſpectatur. Quod ſi quis ſic acceperit ratiocinationẽ hanc, ut minor propoſitio ſit: Quẽadmodum ſcopus aberrandi cauſa non ponatur, (hoc enim ſignificat, malum eſſe aberrationem à ſcopo) prætermiſſa maiore, qua negatur, quod in mundo præcipue ſpectatur, eſſe aberrationem à ſcopo (adeptio cum ſit;) concluſionẽ ſubiungat: malum non præcipue ſpectari, neq; hanc fieri ſecundum naturam in mundo. Poteſt etiã ut connexum efferri hæc propoſitio, hoc modo:

εἰ σκοπὸς πρὸς τὸ ἀποτυχεῖν ὑπόκειται, κακοῦ φύσις ἐν κόσμῳ οὐ γίνεται· εἰ γὰρ ἐγίνετο, σκοπὸς ἂν ἦν τῷ ποιοῦντι πρὸς ὃν ἀποβλέπων ἐποίει· σκοπὸς δὲ πρὸς τὸ φυγεῖν αὐτό· φευκτὸν γὰρ τὸ κακόν. ὥστε οὐ πρὸς τὸ τυχεῖν, ἀλλὰ πρὸς τὸ ἀποτυχεῖν αὐτοῦ ἐτίθετο. εἰ οὖν σκοπὸς πρὸς τὸ ἀποτυχεῖν αὐτοῦ οὐ τίθεται, οὐδὲ κακοῦ φύσις ἐν κόσμῳ γίνεται.

Si ſcopus aberrandi cauſa non ponitur, mali natura in mundo non exſiſtit. Nam ſi exſiſteret, ſcopus eſſet facientis, quem intuens faceret. Sed ſcopus eſt ut id fugiatur. Fugiendum enim eſt malum. Quare non attingendi, ſed aberrandi cauſa poneretur. Si igitur ſcopus aberrandi ab eo cauſa non ponitur, nec mali natura in mundo exſiſtit.

EἸ μὲν τὸ σῶμά σου ἐπέτρεπέ τις τῷ ὑπαντήσαντι, ἠγανάκτεις ἄν. ὅτι δὲ σὺ τὴν γνώμην τὴν σαυτοῦ ἐπιτρέπεις τῷ τυχόντι, ἵνα, ἐὰν λοιδορήσηταί σοι, ταραχθῇ ἐκείνη, καὶ συγχυθῇ, οὐκ αἰσχύνῃ; Τούτου ἕνεκα ἐφ' ἑκάστου ἔργου σκόπει τὰ καθηγούμενα, καὶ τὰ ἀκόλουθα αὐτοῦ· καὶ οὕτως ἔρχου ἐπ' αὐτό. Εἰ δὲ μή, τὴν μὲν πρώτην, προθύμως ἥξεις, μηδὲν τῶν ἑξῆς ἐντεθυμημένος, ὕστερον δὲ ἀναφανέντων αἰσχρῶν τινῶν, αἰσχυνθήσῃ.

SI corpus quidem tuum aliquis obvio cuique permitteret: indignareris. Tu vero, qui animum tuum cuilibet permittas, ut ſi convicia tibi dixerit, perturbetur & mœreat: non erubeſcis? Quamobrem cuiuſque rei anteceſſionibus & conſecutionibus conſideratis, ſic eam aggredere. Alioqui primum alacriter eam ſuſcipies, eorum nullo quæ conſequuntur expenſo: poſt autem, turpitudine aliqua exorta, verecundaberis.

ΚΕΦ. λε'.

CAP. XXXV.

MΕ'λεις σοι Ὀλύμπια νικῆσαι; κἀγὼ νὴ τὸν θεόν· κομψὸν γάρ ἐστιν. ἀλλὰ σκόπει τὰ καθηγούμενα, καὶ τὰ ἀκόλουθα· καὶ οὕτως ἅπτου τοῦ ἔργου. Δεῖ σ' εὐτακτεῖν, ἀναγκοτροφεῖν, ἀπέχεσθαι πεμμάτων, γυμνάζεσθαι πρὸς ἀνάγκην, ἐν ὥρᾳ τεταγμένῃ, ἐν καύματι, ἐν ψύχει, μὴ ψυχρὸν πίνειν, μὴ οἶνον, ὡς ἔτυχεν; ἁπλῶς, ὡς ἰατρῷ παραδεδωκέναι σαυτὸν τῷ ἐπιστάτῃ, εἶτα εἰς τὸν ἀγῶνα παρέρχεσθαι. Ἔστι δ' ὅτε χεῖρα βλαβεῖν, σφυρὸν στρέψαι, πολλὴν ἀφὴν καταπιεῖν, ἔστι δ' ὅτε καὶ μα-

VIs Olympia vincere? Et ego medius fidius. præclarum enim habetur. Sed conſidera quid antecedere, quid ſequi ſoleat: atque ita rem gerendam ſuſcipito. Oportebit te conſervare ordinem, edere ingratis, abſtinere bellariis, exerceri neceſſario & certo tempore, in æſtu, in frigore: non frigidã bibere, non vinum, niſi præfinito. Ad ſummam, tanquam medico, ſic laniſtæ te tradas oportet: deinde in certamen deſcendere: aliquando manum lædere, talum diſtorquere, multum pulveris deglutire, interdum flagris

στρωθῆναι, καὶ μετὰ ταῦτα πάντα νικηθῆναι. ταῦτα ἐπισκεψάμενος, ἐὰν ἔτι θέλῃς, ἔρχου ἐπὶ τὸ ἀθλεῖν. εἰ δὲ μή, ὡς τὰ παιδία ἀναστραφήσῃ. ἃ νῦν μὲν παλαιστὰς παίζει, νῦν δὲ μονομάχους, νῦν δὲ σαλπίζει, εἶτα τραγῳδεῖ. οὕτω καὶ σὺ νῦν μὲν ἀθλητής, νῦν δὲ μονόμαχος, νῦν δὲ ῥήτωρ, εἶτα φιλόσοφος· ὅλῃ δὲ τῇ ψυχῇ, οὐδέν· ἀλλ᾽ ὡς πίθηκος πᾶσαν θέαν ἐὰν ἴδῃς, μιμῇ, καὶ ἄλλο ἐξ ἄλλου σοι ἀρέσκει· οὐ γὰρ μετὰ σκέψεως ἦλθες ἐπὶ τοὔργον, οὐδὲ περιοδεύσας, ἀλλ᾽ εἰκῇ, καὶ κατὰ ψυχρὰν ἐπιθυμίαν. οὕτω θεασάμενοί τινες φιλόσοφον, καὶ ἀκούσαντες οὕτω τινὸς λέγοντος, Ὡς εὖ Σωκράτης λέγων! καί Τίς δύναται εἰπεῖν ὡς ἐκεῖνος; θέλουσι καὶ αὐτοὶ φιλοσοφεῖν.

cadi, & vinci poſt hæc omnia. His omnibus conſideratis, pugilum certamen ſuſcipe, ſi lubet adhuc. Sin minus, ut pueri reſilies: qui nunc pugiles ludunt, nunc tibicines, nunc gladiatores: iam tuba canunt, iam tragœdi's repræſentant. Tu quoque ſic, nunc pugil, mox gladiator, poſtea orator, demum philoſophus: toto autem animo nihil. Sed ut ſimius, quicquid ſpectaveris, imitabere, atque aliud ex alio adamabis. Nec enim ſuſcepta cogitatione quicquam es aggreſſus, aut exploraſti prius: ſed temere, appetitus levitatem ſecutus. Sic aliqui philoſopho ſpectato, & audito aliquo dicente ſic: Quàm rectè dicit Socrates! & , Quis ita diſſerere poteſt ut ille? ipſi etiam philoſophari volunt.

ΚΕΦ. λϛ´.

Ἄνθρωπε, πρῶτον ἐπίσκεψαι, ὁποῖόν ἐστι τὸ πρᾶγμα· εἶτα καὶ τὴν σεαυτοῦ φύσιν κατάμαθε, εἰ δύνασαι βαστάσαι. Πένταθλος εἶναι βούλει, ἢ παλαιστής; ἴδε σεαυτοῦ τοὺς βραχίονας· τοὺς μηρούς, τὴν ὀσφὺν κατάμαθε. ἄλλο γὰρ πρὸς ἄλλο πέφυκε. Δοκεῖς, ὅτι ταῦτα ποιῶν, ὡσαύτως δύνασαι ἐσθίειν, ὡσαύτως πίνειν, ὁμοίως δυσαρεστεῖν; ἀγρυπνῆσαι δεῖ, πονῆσαι, ἀπὸ τῶν οἰκείων ἀπελθεῖν, ὑπὸ παιδαρίου καταφρονηθῆναι, ἐν παντὶ ἧττον ἔχειν, ἐν τιμῇ, ἐν ἀρχῇ, ἐν δίκῃ, ἐν πραγματίῳ παντί. Ταῦτα ἐπίσκεψαι, εἰ θέλεις ἀντικαταλλάξασθαι τούτων ἀπάθειαν, ἐλευθερίαν, ἀτα-

CAP. XXXVI.

Homo, primum conſidera, cuiuſmodi ſit res: deinde naturam quoque tuam, eamne ferre queat, explora. Quinquercio eſſe vis, aut palæſtrita? brachia tua intuere, femora & lumbos conſidera. nam aliud alio natura pertinet. Putasne te hæc aggreſſum æque poſſe edere, æque bibere, æque faſtidire? Vigilandum eſt, laborandum, à tuis recedendum: à puero contemni, in omnibus deteriore conditione eſſe, in honore, in magiſtratu, in iudicio, in negotio quolibet oportebit. Hæc conſidera: tecumque ſtatue, an his rebus redimere velis animi tranquillitatem, liber-

ραξίαν.

ραξίαν· εἰ δὲ μή, πρόσεχε, μή, ὡς τὰ παιδία, νῦν φιλόσοφος, ὕστερον δὲ τελώνης, εἶτα ῥήτωρ, εἶτα ἐπίτροπος Καίσαρος γένῃ. ταῦτα οὐ συμφωνεῖ· ἕνα σε δεῖ ἄνθρωπον, ἢ ἀγαθὸν, ἢ κακὸν εἶναι· ἢ τὸ ἡγεμονικόν σε δεῖ ἐξεργάζεσθαι τὸ σαυτοῦ, ἢ τὰ ἐκτός· ἢ περὶ τὰ ἔσω φιλοτεχνεῖν, ἢ τὰ ἔξω· τουτέστιν, ἢ φιλοσόφου τάξιν ἐπέχειν, ἢ ἰδιώτου.

tatem, conſtantiam? Sin minus, vide, ne, ut pueri, nunc philoſophus, mox publicanus, poſt orator, denique Cæſaris procurator fias. Iſta non conſentiunt: unum te oportet hominem, eumque vel bonum vel malum eſſe: aut exercenda tibi ratio & mens eſt, aut res externæ excolendæ: aut in internis elaborandum, aut in externis: hoc eſt, aut philoſophi tuendus locus, aut hominis plebii.

ἘΞΗΓΗΣΙΣ.

ΠΟλλὴν ἐναργίαν ἐποίησεν ἡ σύγκρισις τοῦ ἐπιτρέποντος ἄλλου πρὸς ἐμὲ ἐπιτρέποντα, καὶ τοῦ σώματός μου πρὸς τὴν ψυχήν μου. χεῖρον γάρ ἐστιν ὑφ᾽ ἑαυτοῦ βλάπτεσθαι ἤπερ ὑπ᾽ ἄλλου. εἰ γὰρ μᾶλλον δυσχεραίνομεν ὑπὸ φίλων βλαπτόμενοι, ἢ ὑπὸ τῶν τυχόντων, διὰ τὴν φαντασίαν τῆς οἰκειότητος καὶ τὸ παρ᾽ ἐλπίδα συμβαίνειν, πολὺ ἂν ἀτοπώτερον εἴη τὸ αὐτὸν ἑαυτὸν βλάπτειν. καὶ εἰ τοῦ σώματος βλαπτομένου δυσχεραίνομεν, πολὺ μᾶλλον ἔδει δυσχεραίνειν, τῆς ψυχῆς ἡμῶν. εἰ δὲ τὸ μὲν, ἄλλον τινὰ ἐπιτρέψαι τὸ σῶμα ἡμῶν τῷ ἀπαντῶντι, ἢ μὴ ἐπιτρέψαι, οὐκ ἔστιν ἐφ᾽ ἡμῖν· τὸ δὲ ἡμᾶς ἐπιτρέψαι τὴν γνώμην ἡμῶν τῷ τυχόντι, ἵνα, ἐὰν ἐκεῖνος λοιδορήσῃ, ἢ ὑβρίζῃ, αὕτη ταραχθῇ, καὶ συγχυθῇ, ἢ μὴ ἐπιτρέψαι, τοῦτο παθεῖν ἐφ᾽ ἡμῖν ἐστιν· ἀμφότερον αἰσχύνης ἄξιον, τὸ δυσχεραίνειν μὲν τὸ μήτε ἐφ᾽ ἡμῖν ὄν, μήτε εἰς ἡμᾶς γινόμενον κακὸν, ἐνδιδόναι δὲ ἑκόντας τῷ ἡμετέρῳ κακῷ, ἐφ᾽ ἡμῖν ὂν μὴ ἐνδοῦναι. Καὶ καλῶς οὐκ εἶπεν· οὐ

COMMENTARIUS.

COmparatio iſta alterius permittentis, cum eo qui ipſe permittit, & corporis cum animo, rem valde illuſtrat. Deterius enim eſt à ſemet ipſo lædi, quam ab alio. Nam ſi amicis offenſi magis ſuccenſemus quam aliis, cum ob cogitationem familiaritatis, tum quod præter exſpectationem id nobis accidit: multo abſurdius erit à ſemet ipſo lædi. Si corporis læſionem ægre ferimus: multo moleſtius ferendæ erant animi læſiones. Iam, ſi noſtri arbitrii non eſt, an alius aliquis corpus noſtrum cuivis obvio permittat nec ne, hoc vero in nobis ſitum eſt, an permittamus nec ne cuivis animum noſtrum, ut, ſi ille convicium aut contumeliam fecerit, perturbetur & confundatur: utrunque pudendum eſt, & id ægre ferre quod neque in noſtra poteſtate, neque noſtrum malum eſt: & id malum in nos admittere quod vitare ac propulſare licuiſſet. Recte

δυσχε-

δυσχεραίνεις τούτου ἕνεκα· διότι δυσχεραίνομεν καὶ ἀγανακτοῦμεν ἐφ' οἷς ἄλλοι ποιοῦσιν εἰς ἡμᾶς κακοῖς· αἰσχυνόμεθα δὲ ἐφ' οἷς αὐτοὶ ποιοῦμεν εἰς ἄλλους· ἔτι δὲ μᾶλλον αἰσχύνεσθαι χρὴ ἐὰν εἰς ἑαυτούς· καὶ ἔτι μᾶλλον ἐὰν ἐφ' ἡμῖν ᾖ τὸ μὴ ποιῆσαι. αἰσχύνεται δὲ ὁ συναισθόμενος τοῦ αἴσχους τῶν κατὰ προαίρεσιν οἰκείων ἁμαρτημάτων. τί δ' ἂν εἴη αἴσχιον τοῦ μὴ δύνασθαι τῆς παραστεθείσης ἐνεργοῦς συγκρίσεως ταύτης τὰς διαφορὰς ἰδεῖν;

autem verbo ſuccenſendi abſtinuit. Succenſemus enim & indignamur ob ea mala, quæ nobis alii faciunt: eorum vero nos pudet, quæ in alios ipſi admittimus. Magis vero erubeſcendum ſi nos ipſos violamus: eoque magis, ſi id cavere nobis licuiſſet. Erubeſcit autem is, qui turpitudine ſuorum peccatorum, quæ ultro fecit, agnoſcit. Quid vero turpius, quam non poſſe propoſitæ illuſtris comparationis huius diſcrimina perſpicere?

ΚΕΦ. λζ'.

ΤΑ' καθήκοντα, ὡς ἐπίπαν ταῖς σχέσεσι παραμετρεῖται. Πατήρ ἐστιν; ὑπαγορεύεται, ἐπιμελεῖσθαι, παραχωρεῖν ἁπάντων, ἀνέχεσθαι λοιδοροῦντος, παίοντος. Ἀλλὰ πατὴρ κακός ἐστι. μή τι οὖν πρὸς ἀγαθὸν πατέρα φύσει ᾠκειώθης; οὐκ· ἀλλὰ πρὸς πατέρα. Ὁ ἀδελφὸς ἀδικεῖ; τήρει τοιγαροῦν τὴν τάξιν τὴν σεαυτοῦ πρὸς αὐτὸν, μηδὲ σκόπει τί ἐκεῖνος ποιεῖ, ἀλλὰ τί σοι ποιήσαντι κατὰ φύσιν, ἡ σὴ ἕξει προαίρεσις. σὲ γὰρ ἄλλος οὐ βλάψει, ἂν μὴ σὺ θέλῃς. τότε δὲ ἔσῃ βεβλαμμένος, ὅταν ὑπολάβῃς βλάπτεσθαι. Οὕτως οὖν ἀπὸ τοῦ γείτονος, ἀπὸ τοῦ πολίτου, ἀπὸ τοῦ στρατηγοῦ, τὸ καθῆκον εὑρήσεις, ἐὰν τὰς σχέσεις ἐθίζῃς θεωρεῖν.

CAP. XXXVII.

Omnia officia in univerſum, mutuis affectionibus ſunt metienda. Pater eſt? præcipitur, curam eius agendam, cedendum ei in omnibus: ſi convicietur, ſi verberet, ferendum eſſe. At pater malus eſt. Nunquid igitur natura cum bono patre coniunctus es? Non, ſed cum patre. Tu igitur munus tuum erga ipſum tuere, nec quid ille agat conſidera: ſed quibus rebus agendis tuum inſtitutum naturæ futurum ſit conſentaneum. Te enim alius non lædet, niſi ipſe velis. Tum autem læſus eris, cum te lædi exiſtimaris. Sit igitur vicini, ſic civis, ſic imperatoris officium invenies, ſi mutuas affectiones ſpectare conſueveris.

ἘΞΗΓΗΣΙΣ.

Καθήκοντά ἐστι τὰ γινόμενα κατὰ τὰ ἥκοντα καὶ ἐπιβάλλοντα, καὶ κατ᾽ ἀξίαν προσήκοντα ἑκάστοις· καὶ ταῦτά ἐστι τὰ τῆς δικαιοσύνης ἔργα τῆς τὴν ὅλην ἀρετὴν περιεχούσης. ἔστι γὰρ δικαιοσύνη, ἡ μὲν ἀντιδιῃρημένη πρὸς τὰς ἄλλας ἀρετάς, ἡ δὲ πάσας ἐν ἑαυτῇ συλλαβοῦσα. δικαιοσύνη γάρ ἐστι τὸ τὰ κατ᾽ ἀξίαν ἑκάστοις ἀποδιδόναι. διὸ καὶ ἡ ἠθικὴ διαγωγία καὶ ἡ πολιτικὴ περὶ τὰ καθήκοντα ἀναστρέφονται· ἡ μὲν δικαιοσύνη ψυχῆς οὖσα, καὶ τὸ καθῆκον ἑκάστῳ τῶν μερῶν τῆς ψυχῆς ἀφορίζουσα, ἡ δὲ δικαιοσύνη πόλεως, καὶ αὐτὴ τῶν τῆς πόλεως μερῶν ἑκάστῳ τὰ πρὸς ἀξίαν ἀποδιδοῦσα. Παιδεύσας τοίνυν τὸν ἀκροατὴν διὰ τῶν προτέρων παραγγελμάτων, καὶ αὐτῶν περὶ τὰ καθηκόντως γινομένων, ἐντεῦθεν λοιπὸν αὐτῷ τὴν τέχνην τὴν περὶ τὰ καθήκοντα παραδίδωσι, πῶς ἐστιν εὑρίσκειν τε αὐτὰ καὶ ἐργάζεσθαι· καὶ ἅπερ ἄλλοι διὰ πολυστίχων πραγματειῶν συνέταξαν, οἱ μὲν περὶ τῶν ἐν τοῖς περακληκοῖς καλῶν, ὥσπερ Νικόλαος ὁ Δαμασκηνός, ταῦτα οὗτος ἐν ὀλίγοις στίχοις μετὰ δραστικῆς ἐμφάσεως, καὶ ἐνεργείας κινούσης τὰς ψυχάς, παραδέδωκε. Ταῦτα δὲ τὰ καθήκοντά ἐστιν, ὡς καθόλου εἰς μέρη διελεῖν αὐτά, τὰ μὲν πρὸς ἀνθρώπους, καὶ ὅλως πρὸς τὰ ὅμοια· τὰ δὲ πρὸς τὰ κρείττονα· τὰ δὲ πρὸς τὰ χείρονα· τὰ δὲ ἴσως καὶ πρὸς ἡμᾶς αὐτούς. καὶ τούτων δὲ ἕκαστον πολλὰς ἔχει

COMMENTARIUS.

Officia ſunt ea quæ fiunt ut decet & convenit, & quæ quoque digna ſunt: & hæc eius iuſtitiæ munera ſunt quæ omnem virtutem continet. Eſt enim iuſtitia, quæ ab aliis virtutibus diſtinguitur.

Eſt & quæ reliquas in ſe complectitur omnes.

Nam iuſtitiæ eſt, ſuum cuique tribuere. Quare & diſciplina morum, & civilis facultas in officiis verſatur. Iuſtitia, cum eſt animi gubernatrix, cuique animi parti ſuum officium præſcribit. Iuſtitia civitatis moderatrix, & ipſa cuivis reipublicæ parti id tribuit, quo quæque digna eſt. Cum igitur ſuperioribus præceptis, quæ & ipſa ad officia pertinent, auditorem erudierit: hic ei nunc artem tractandi officii & reperiendi & præſtandi tradit. Quæque alii prolixis voluminibus tractarunt, cuiuſmodi ſunt libri de Officiis, & de interiore pulcritudine, quale opus Nicolaus Damaſcenus edidit: ea hic paucis verſibus ita graviter & luculente, ut motum animis afferat, perſtrinxit. Officia porro, ut in univerſas partes tribuantur, partim ſunt adverſus homines & ſimiles, partim adverſus præſtantiores, partim adverſus deteriores, partim etiam fortaſſis adverſus noſmet ipſos. Et horum quodlibet multa habet

diſ-

διαφορὰς, ὧν ταῖς κυριωτέραις καὶ αὐτὸς ἐπεξέρχεται, ἀπὸ τῶν πρὸς ἀνθρώπους καθηκόντων ἀρχόμενος. Καὶ καλῶς εὐθὺς ἀπ' ἀρχῆς διδάσκει, πῶς δυνατὸν εὑρίσκειν τὰ καθήκοντα· καὶ οὐ τὰ αὐτὰ καθήκει πατρὶ καὶ υἱῷ ἀποδιδόναι, οὐδὲ πολίτῃ καὶ ξένῳ, οὐδὲ εὐεργέτῃ καὶ τῷ βλάψαντι, ἀλλὰ ἄλλοις ἄλλα κατὰ τὴν τῶν σχέσεων διαφορὰν, ἣν πρὸς αὐτοὺς ἔχομεν. ἄλλη γὰρ σχέσις πρὸς πατέρα, ὡς πρὸς αἴτιον, μετὰ θεὸν, τῆς ὁλότητος ἡμῶν, καὶ εὐεργέτην· καὶ ἄλλη πρὸς υἱὸν, ὡς πρὸς αἰτιατὸν, καὶ μέρος πως ἡμέτερον. Ἀλλὰ τίς ποτέ ἐστιν ἡ σχέσις, δεῖ πρότερον ἐννοῆσαι; καὶ οὕτω ταῖς διαφοραῖς αὐτῶν ἐπιστῆσαι. Ἡ τοίνυν σχέσις, ὡς κοινῶς εἰπεῖν, σύνταξίς ἐστι τινῶν πρὸς ἄλληλα φυσικὴ, ἢ προαιρετικὴ, ὁμοίων, ἢ ἀνομοίων, ἡ μὲν συναγωγὸς, ἡ δὲ διαστατικὴ, μενούσης τῆς περιγραφῆς τῶν ἐν σχέσει ὄντων. μέση γὰρ ἡ σχέσις ἐστὶ τῶν ἐχόντων τὴν σχέσιν, καὶ ἔχεται ἀλλήλων κατὰ τὴν σχέσιν, ἢ μᾶλλον κατεσχέθη ὑπ' ἀλλήλων, ὥστε καὶ διακριθέντα, καὶ ἄλλα γινόμενα, μὴ τελέως ἀποσπασθῆναι, ἀλλὰ μένειν ἀλλήλων ὄντα. διὸ καὶ ἐστι καὶ λέγεται πρὸς ἄλληλα τὰ τὴν σχέσιν ἔχοντα. Ἔστι δὲ σύνταξις φυσικὴ, ὁμοίων συναγωγὸς,

diſcrimina: quorum præcipua & ipſe perſequitur, ab officiis erga homines exorſus. Ac præclare initio docet, quomodo reperienda ſint officia: nec eadem tribuenda eſſe patri & filio, civi & hoſpiti, bene merito & ei qui læſerit, alia denique aliis: pro ratione affectionis & neceſſitudinis, quæ cum quolibet intercedit. Alia ratio eſt adverſus patrem, qui poſt Deum ortus noſtri & totius naturæ noſtræ eſt auctor & benefactor. Alia erga filium, cuius ipſi cauſa ſumus, & qui noſtri quædam pars eſt. Sed in primis quid ſit neceſſitudo, vel affectio, vel habitus, vel reſpectus, vel relatio, declarandum eſt prius, quam eorum varietaté perſequamur. Eſt igitur affectio, ut in genere dicamus, ordo quorundam inter ſeſe, ac mutuus reſpectus: iſque vel à natura inſtitutus, vel voluntate ſuſceptus, ſimilium aut diſſimilium, quo illi coniunguntur, hi diſſociantur. Mutua quædam enim inter illos affectio eſt, qua alii alios complectuntur: & quamvis diremti aliique facti fuerint, tamen non prorſus divelluntur: ſed ita manent, ut alter ſit alterius, & ea, quorum eſt affectio, inter ſeſe conferuntur. Eſt autem ordo naturalis, ſimiles contrahens, con-

ἡ τῶν ἀδελφῶν. διὸ καὶ ὁμοίως πρὸς ἄλληλα ἀποδίδονται. ὁ γὰρ ἀδελφὸς, ἀδελφοῦ ἀδελφὸς, καὶ ὁ ἴσος, ἴσου ἴσος, καὶ ὁ συγγενὴς, συγγενοῦς συγγενὴς, καὶ ὁ πολίτης, πολίτου πολίτης. Σύνταξις δὲ φυσικὴ ὁμοίως διαστατικὴ, ἡ τῶν ἀλλοτρίων κατὰ γένος. καὶ γὰρ καὶ αὐτὴ σύνταξίς ἐστι φυσικὴ, καὶ καθ' ὁμοιότητα· διὸ καὶ λέγεται πρὸς ἄλληλα καθ' ὁμοιότητα. ὁ γὰρ ἀλλότριος, ἀλλοτρίου ἀλλότριος. διαστατικὴ μέντοι ἡ σύνταξις. τὸ γὰρ ἀλλότριον χωριστὸν τῶν γενῶν ἐστιν, ὥσπερ τὸ συγγενὲς ἑνωτικόν. διὰ δὲ τὴν ὁμοιότητα, κἄντε συναγωγὸς κἄντε διαστατικὴ, τὰ καθήκοντα τὰ αὐτά ἐστιν ἐφ' ἑκατέρου πρὸς ἕτερον. σύνταξις δὲ φυσικὴ, ἀνομοίων συναγωγὸς, πατρὸς καὶ υἱοῦ πρὸς ἀλλήλους. καὶ γὰρ φυσική ἐστι συναγωγὸς, ἀνομοίων δὲ, διότι οὐκέτι πρὸς τὸ αὐτὸ ἡ ἀπόδοσις, ὡς ἐπὶ τῶν ἀδελφῶν. ἐκεῖ γὰρ ἐλέγομεν, ὁ ἀδελφὸς, ἀδελφοῦ ἀδελφός· ἐνταῦθα δὲ, ὁ πατὴρ, υἱοῦ πατήρ. καὶ, ὁ υἱὸς, πατρὸς υἱός. ἔστιν οὖν αὕτη σύνταξις φυσικὴ ἀνομοίων συναγωγὸς, ἀλλὰ τὸ ἀνόμοιον, ἔχει ὡς αἴτιον καὶ αἰτιατόν. Ἄλλη δέ ἐστι σύνταξις φυσικὴ συναγωγὸς ἀνομοίων τῶν ὡς ἐναντίων· ὡς ἔχει τὸ δεξιὸν καὶ τὸ ἀριστερόν. καὶ γὰρ ἀνόμοια ὄντα ταῦτα, συνῆπται μὲν πρὸς ἄλληλα, κατὰ δὲ τὴν τοπικὴν ἐναντίωσιν. Σύνταξις δὲ φυσικὴ, ἀνομοίων

iunctio fraterna. Quare alterum eorum quæ invicem affecta ſunt, altero definitur. nam frater, fratris eſt frater, & par, pari par, & cognatus, cognato cognatus, & civis, civitatis civis. Eſt item ordo naturalis diſſocians aliena, ratione generis. Nam & hic eſt ordo naturalis, & ſimilitudine conſtat. Quapropter ratione ſimilitudinis inter ſe conferuntur. Nam alienus, alieni eſt alienus. Sed ordo hic diſſocians eſt: Nam alienum, ſeparat familias, ſicut cognatio coniungit. Verum propter ſimilitudinem ſive ea conſocians, ſive diſſocians ſit, officia eadem ſunt in utroque adverſus alterum. Naturalis vero ordo diſſimiles coniungens inter ſeſe, eſt patris & filii: eſt enim coniunctio naturalis, ſed diſſimilium: quia non alter per alterum definitur, ut fit in fratribus. Ibi enim dicebamus, frater, fratris eſt frater: hic vero, pater, filii eſt pater, & filius, patris filius. Eſt igitur hic ordo naturalis diſſimilium coniungens. Sed diſſimilitudo ea eſt, quæ eſt inter cauſam, & id quod à cauſa proficiſcitur. Eſt & alius ordo naturalis diſſimilium coniungens, ut contrariorum, cuiuſmodi eſt dextrum & ſiniſtrum. Nam hæc cum diſſimilia ſint, neceſſitudinem quidem inter ſe quandam habent, ſed ratione contrarii loci. Eſt & ordo naturalis diſſimilium

διάστασις, ὡς τὸ πέρυσι καὶ τὸ τῆτες. σχέσις γὰρ καὶ αὕτη διαστατικὴ κατὰ χρόνον. σύνταξις δὲ προαιρετικὴ ὁμοίων συναγωγὸς, ἡ τῶν φίλων· διαστατικὴ δὲ ἡ τῶν ἐχθρῶν. καὶ γὰρ οἱ ἐχθροὶ συντεταγμένοι μέν εἰσι κατὰ σχέσιν προαιρετικῶς, ὅμοιοι ὄντες. διὸ καὶ πρὸς τὸ αὐτὸ ἡ ἀπόδοσις. ὁ ἐχθρὸς, ἐχθροῦ ἐχθρὸς, ὥσπερ ὁ φίλος, φίλου φίλος. διαστατικὴ δὲ ἐπὶ τῶν ἐχθρῶν ἡ σύνταξις, ὥσπερ ἐπὶ τῶν φίλων ἑνωτική. σύνταξις δὲ προαιρετικὴ ἀνομοίων συναγωγὸς, ἡ τοῦ διδάσκοντος καὶ μανθάνοντος, ὡς αἰτίου καὶ αἰτιατοῦ, ὡς δὲ ὑπεναντίων ἡ τοῦ πιπράσκοντος, καὶ ἀγοράσαντος. σύνταξις δὲ προαιρετικὴ κατὰ ἀνομοιότητα διαστατικὴ, ἡ τοῦ διώκοντος καὶ τοῦ φεύγοντος· (ὁ γὰρ διώκων, φεύγοντα διώκει·) συντεταγμένως μὲν κατὰ προαιρετικὴν σχέσιν ἀνομοίως, διαστατικῶς δὲ συντεταγμένη. ἡ μέντοι ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς σχέσις, μέση τις ἔοικεν εἶναι τῶν τε φυσικῶν, καὶ προαιρετικῶν, ὡς ἀμφοτέρων μετέχουσα, καὶ κατὰ ἀνομοιότητα ἀποδιδομένη. ὁ γὰρ ἀνὴρ, γυναικὸς ἀνὴρ, καὶ ἡ γυνὴ, ἀνδρὸς γυνή. μέσην δὲ καὶ οἱ γείτονες ἔχουσι σχέσιν πρὸς ὁμοιότητα ἀποδιδόμενοι. τὸ δὲ ἄρχον ἢ τὸ ἀρχόμενον, τὸ μὲν φυσικόν ἐστιν· (ἄρχει γὰρ ἀεὶ τὸ κρεῖττον τοῦ χείρονος ἐν τῷ παντί·) τὸ δὲ

perat enim ſemper præſtantius

diſiungens: ut eſt, anno ſuperiore, & hoc anno. eſt enim & hæc affectio temporum diſcernens. Ordo voluntate ſuſceptus & ſimilium coniungens, eſt ratio amicorũ: diſſimilium vero diſiungens, ratio inimicorum. Nam & inimicorum idem eſt ordo ſecundum affectionem, voluntatibus diſſimilium. Quare alter per alterum definitur, ut inimicus eſt inimici inimicus, ſicut amicus amici. Diſiungens autem eſt inimicorum ordo, ſicut amicorum coniungens. Eſt & ordo voluntarius diſſimilium coniungens, ratio docentis & diſcentis: ut cauſæ, & eius quod oritur à cauſa. Ratio vero vendentis & ementis, ut contrariorum. Eſt & ordo voluntarius ratione diſſimilitudinis diſiungens, ratio perſequentis & fugientis, (perſequens enim fugientem perſequitur,) coniunctè quidem ratione voluntariæ affectionis diſſimiliter, ſed ſeiungendo coniuncta. Mariti autem & uxoris affectio media quodam modo eſſe videtur inter naturales & voluntarias, ut & utrarumque particeps, & diſſimilitudine definienda. Nam maritus, uxoris eſt maritus, & uxor, mariti uxor. Mediam & vicini habent affectionem, cum ſimilitudine definiantur. Imperans vero & obediens partim naturale eſt, (imperat enim ſemper præſtantius deteriori in univerſo :) partim.

προαιρετικὸν, ὅταν κατὰ σύνταξιν οἱ μὲν πλούσιοι ἄρχωσιν, οἱ δὲ πένητες ἄρχωνται· τὸ δὲ μικτὸν, ὅταν κοινῇ δόξῃ τοὺς φρονιμωτέρους ἄρχειν. Τοσούτων οὖν ὡς τύπῳ φάναι τῶν σχέσεων οὐσῶν, ἐν ὁποίᾳ ἂν τούτων πρός τινα τύχωμεν ὄντες, ἀπ' αὐτοῦ τοῦ τῆς σχέσεως εἴδους τὸ πρὸς αὐτὸ καθῆκον ἡμῶν ληπτέον καὶ φυλακτέον, εἴτε καὶ ἐκεῖνος φυλάττει τὸ πρὸς ἡμᾶς καθῆκον, εἴτε καὶ οὔ· καὶ μάλιστα ἐπὶ τῶν φυσικῶν καθηκόντων. τὴν μὲν γὰρ προαιρετικὴν σχέσιν καὶ ὁ ἕτερος, κακῇ προαιρέσει ἢ ἀγαθῇ χρώμενος, διαλύσαι δύναται· τὴν μὲν φιλίαν κακῇ, τὴν δὲ ἔχθραν ἀγαθῇ. καὶ γὰρ ἡ προαίρεσις τὴν σχέσιν ταύτην εἰργάσατο· τὴν δὲ φυσικὴν οὐχ ἡ προαίρεσις, ἀλλ' ἡ φύσις. Διὸ εἰ μὲν ὁ φίλος ἡμῶν, διὰ μοχθηρὰν προαίρεσιν ἐχθρὸς γένηται, ἔλυσε τὴν σχέσιν ἡμῶν, καὶ οὐκ ἔτι ὀφείλομεν αὐτῷ τὰ πρὸς φιλίαν καθήκοντα, οὐκ ἔτι φίλῳ εἶναι βουλομένῳ, ἀλλ' ἐχθρῷ. Εἰ δὲ πατὴρ μοχθηρᾷ χρῆται τῇ προαιρέσει, τὴν τοῦ πατρὸς σχέσιν οὐκ ἔλυσεν ἡ προαίρεσις· φυσικὴ γὰρ ἐκείνη, καὶ οὐ προαιρετική· καὶ πρὸς πατέρα ἡ τοιαύτη σχέσις, ἀλλ' οὐκ ἀγαθὸν πάντως πατέρα. κἂν τύχῃ οὖν ὁ πατὴρ κακὸς, ἀλλὰ τῷ πατρὶ καθήκοντα ἀποδοτέον. Χρὴ οὖν ἐπιμελεῖσθαι παντοίως αὐτοῦ, καὶ ὅτι αἴτιος ἡμῖν μετὰ θεὸν τοῦ εἶναι γέγονε, καὶ ὅτι διὰ τὰς ἐπιμελείας αὐτοῦ καὶ συμπαθείας ἐτράφημέν τε, καὶ μέχρι τοῦδε προήλθομεν, καὶ ὡς

voluntarium, cum pactione quadivites imperant, pauperes vero obtemperant: partim miſtum, cum publice decretum fuerit, ut imperent prudentiores. Cum igitur (ut paucis complectar) tot ſint affectiones: quacunque harum cum aliquo coniuncti ſimus, ab ipſa affectionis forma officium adverſus eum & reperiemus & conſervabimus: ſive id ille conſervet, ſive non, in naturalibus officiis præſertim. Nam voluntariam affectionem etiam alter, bona malave voluntate dirimere poteſt, amicitiam mala, inimicitias bona. Etenim voluntas eam affectionem conſtituit: naturalem vero non voluntas, ſed natura. Quamobrem ſi amicus noſter ob pravam voluntatem fit inimicus: ſolvit affectionem noſtram, nec iam ei debemus amicitiæ officia, qui amicus eſſe deſtitit, & inimicus eſſe voluit. Verum ſi pater improba voluntate fuerit, patris affectionem non ſolvit voluntas. Ea enim naturalis eſt, & non voluntaria: & talis affectio eſt erga patrem, non utiq; erga bonum patrem. Etſi igitur malus fuerit pater, tamen officia quæ patri debentur, ei præſtanda ſunt. Omnibus itaque modis eſt obſervandus & curandus, ut & vitæ noſtræ poſt Deum auctor; & quod eius cura & caritate muniti huc uſque proceſſimus; quod denique cura parentibus,

δανει-

δανεισαμένους παρὰ τῶν γονέων τὴν ἐπιμέλειαν, ἀποδιδόναι μετὰ τόκων αὐτοῖς εὐγνωμόνως προσήκει, καὶ τοῖς ἐπιτάγμασιν αὐτῶν προθύμως ὑπουργεῖν πᾶσιν, ὅσα μὴ πρὸς κακίαν ψυχῆς ἐκκαλεῖται. ταῦτα γὰρ ἀβλαβῶς αὐτοῖς κατὰ τὸ δυνατὸν παραιτητέον, ὡς τῷ πατρὶ τῶν ψυχῶν ἀπαρέσκοντα. καὶ τῶν ἄλλων δὲ χρὴ παραχωρεῖν ἁπάντων, ἢ σώματος, ἢ τῶν ἐκτός. εἰ γὰρ τοῖς κατὰ τύχην δεσπόταις ἀργυρίου πριαμένοις ὑπόκειται καὶ τὰ σώματα τῶν δούλων, καὶ τὰ ὑπάρχοντα, πόσῳ μᾶλλον τοῖς κατὰ φύσιν γενομένοις αἰτίοις τοῦ εἶναι; ὥστε καὶ τυπτόντων ἀνέχεσθαι πρᾳότερον τῶν ὑπὸ τοῦ δεσπότου τυπτομένων οἰκετῶν, καὶ λοιδορούντων ἔτι μᾶλλον, καὶ ὑβριζόντων. Οἱ δὲ παλαιοὶ τῶν Ῥωμαίων νόμοι, καὶ πρὸς τὴν τῆς φύσεως ὑπεροχὴν ἀποβλέψαντες, καὶ πρὸς τοὺς πόνους οὓς οἱ γονεῖς ὑπὲρ τῶν τέκνων πονοῦσιν ἅμα, καὶ τοὺς παῖδας παντοδαπῶς ὑποτάξαι βουλόμενοι, (καὶ τῇ τῶν γονέων οἶμαι φυσικῇ φιλοστοργίᾳ θαῤῥήσαντες,) καὶ πιπράσκειν εἰ βούλοιντο τοὺς παῖδας τοῖς γονεῦσιν ἐπέτρεψαν, καὶ φονεύειν ἀτιμωρήτως. οἱ δὲ ἔτι παλαιότεροι τοσοῦτον τοὺς γονέας ἐσέφθησαν, ὡς καὶ θεοὺς αὐτοὺς ὁρμῆσαι καλεῖν· εὐλαβηθέντες δὲ τὴν θείαν ὑπεροχὴν τοὺς τῶν γονέων ἀδελφοὺς θείους

ut quam ab illis mutuam accepcrimus, gratis animis, atque uberiore menſura, reddenda eſt; eorumque mandata alacriter exſequenda omnia, iis exceptis quæ animi vitia provocant. Hæc enim citra eorum offenſam, quantum fieri poteſt, recuſanda ſunt, ut quæ patri animorum diſpliceant: cedendumque illis eſt cæteris rebus omnibus, tam externis, quam ipſo corpore. Nam ſi fortuitis dominis, argento numerato & corpora & peculia ſervorum parent: quanto magis parebunt eadem illis, qui naturales ortus noſtri auctores fuerunt? Quare & verbera patrum æquioribus animis ferenda ſunt filiis, quam ſervis dominorum: multoque magis convicium aut contumelia. Itaque veteres Romanorum leges, tum excellentia naturæ conſiderata, tum laboribus, quos filiorum cauſa parentes capiunt, expenſis, tum eo etiam conſilio, ut liberos omnino patriæ poteſtati ſubiicerent, (fretæ ſcilicet naturali parentum erga liberos pietate,) & vendendi illos, ſi vellent, poteſtatem dedere parentibus, & impune occidendi. His vero antiquiores ita veneratæ ſunt parentes, ut deos appellare eos non dubitarint: divinam autem excellentiam reveriti, fratres patrum divinos ap-

ἐκάλεσαν, ἐνδεικνύμενοι τὴν τάξιν ἣν τοὺς γονέας ἔχειν πρὸς τοὺς παῖδας τοὺς ἑαυτῶν ὑπελάμβανον. χρὴ δὲ ἐν τοῖς εἰς τοὺς γονέας καθήκουσι μάλιστα μὲν δι' αὐτὸ τὸ ἀγαθὸν ποιεῖν αὐτά, καὶ διὰ τὸ κατὰ φύσιν ἔχουσαν τὴν ἑαυτῶν προαίρεσιν διατηρεῖν· ἤδη δὲ καὶ κατὰ τὴν θείαν ἐννοεῖν δίκην, ὅτι τοιούτους δεῖ περὶ ἡμᾶς τοὺς ἡμετέρους παῖδας γενέσθαι, ὁποῖοί τινες ἡμεῖς πρὸς τοὺς γονέας γεγόναμεν. κἂν ἀδελφὸς οὖν ἀδικῇ, σὺ τὴν πρὸς ἀδελφὸν φυσικὴν τῆς σχέσεως σύνταξιν διατήρει, καὶ τὴν ὁμολογίαν, ἣν ὡμολόγησας τῷ παντί, πρὸς τούτους, ἀλλὰ μὴ πρὸς ἄλλους γονέας, καὶ ἀδελφούς, καὶ συγγενεῖς προσελθεῖν αἱρησόμενος. ἐννόει δὲ καὶ ὅτι τὸ μὲν ἐκείνων δικαίως ἢ ἀδίκως σοὶ προσενεχθῆναι οὐκ ἔστιν ἐπί σοι, τὸ δὲ σὸν ἐπί σοί ἐστι. διὸ οὐ χρὴ σκοπεῖν πῶς προσφέρεται, ἀλλὰ τί σὺ ποιῶν κατὰ φύσιν ἕξεις. οὐ γὰρ κύριος εἶ. τοῦτο σπούδαζε κατὰ τὸ σοὶ προσῆκον διαθεῖναι. ἐν τούτῳ γάρ σοι καὶ ἡ ὠφέλεια καὶ ἡ βλάβη. ἐκεῖνος γὰρ ὅπως ἂν διαγένηται, σὲ οὐ βλάψει, ἐὰν τὴν ὠφέλειαν καὶ τὴν βλάβην ἐπί σοι ζητῇς. εἰ δὲ καὶ τοῖς ἔξωθεν γινομένοις αὐτὴν ἀφορίσῃς, τότε ταύτῃ ὑπὸ σεαυτοῦ ἔσῃ βεβλαμμένος, ἀλλ' οὐχ ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ. ἐννόει δὲ καὶ ὅτι ἐὰν διὰ τῆς σεαυτοῦ πρᾳότητος, καὶ στοργῆς, καὶ φίλον σεαυτῷ τὸν ἀδελφὸν κατασκευάσῃς,

pellant: ut demonſtrent, quam rationem parentum adverſus liberos eſſe exiſtiment. Sunt autem officia adverſus parentes, tum quod æqua ſunt, præſtanda potiſſimum, ut ea ratione voluntatem noſtram naturæ conſentaneam conſervemus: tum divinæ vindictæ ratio eſt habenda, quod conſentaneum eſt fore ut tales liberorum erga nos animos experiamur, quales nos adverſus parentes noſtros præbuerimus. Quod ſi frater te læſerit, tu adverſus fratrem naturalem affectionis ordinem conſerva, & pactionem univerſitate rerum teſte & arbitra initam, quę tibi hos, & non alios parentes, fratres, atque cognatos deſtinavit. Illud etiam conſidera, ut ille te vel æque vel inique tractet, non eſſe penes te: tuum vero munus eſſe penes te. Quare non eſſe conſiderandum, quomodo is te tractet: ſed quid tu facias, ut naturæ congruenter vivas. Neque enim illius dominus es tu, ſed illud, ut tui officii munus exſequare. In eo enim & detrimentum tuum, & emolumentum ſitum eſt. Nam ille quidem utcunque ſe geſſerit, te non lædet, ſi utilitatem & damnum in te ipſo quæſieris. Sin iſta in externis rebus collocaris, id damnum non frater, ſed tu ipſe tibi dederis. Atque etiam conſiderandum, ſi lenitate & caritate tua fratrem amicum tibi feceris:

αἱ

αἱ δύο σχέσεις μιγνύμεναι θαυμαστὴν ἕνωσιν ἀπεργάζονται. Τὰ δὲ περὶ τοὺς τῶν ἀγαθῶν διδασκάλους καθήκοντα τὰ αὐτά πως τοῖς πρὸς τοὺς γονέας ἐστὶ μετά τινος τάχα ἐπιτάσεως· ὅτι οἱ τροφεῖς οὗτοι καὶ ἐπιμεληταὶ, οὐ τοῦ σώματος ἡμῶν, ἀλλ᾽ ἡμῶν αὐτῶν εἰσι, καὶ οὐδὲ κατ᾽ ἀνάγκην τὴν φυσικὴν, ὥσπερ οἱ γονεῖς, ἔν τε τοῖς ἀλόγοις ζώοις, καὶ ἐν τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλὰ κατὰ προαίρεσιν ἀγαθὴν, μιμουμένην τὴν θείαν ἀγαθότητα, τὴν τὰς ψυχὰς τὰς εἰς γένεσιν πεσούσας ἐκεῖ πάλιν ἐπανάγουσαν ὅθεν προῆλθον. Πλεονάζει δὲ τὰ πρὸς τοὺς διδασκάλους καθήκοντα, τῷ δεῖν πᾶσι τοῖς ὑπὸ τούτων ἐπιταττομένοις ὡς θεοῦ προστάττοντος ἀπροφασίστως ὑπηρετεῖν· ὁ γὰρ τῶν κατὰ φύσιν ἡμῖν προσηκόντων διδάσκαλος, οὐδὲν ἐπιτάξει τῶν μὴ πρὸς τοῦτον τὸν σκοπὸν ἀποτεινομένων. ἐὰν δὲ οἱ γονεῖς ἡμῶν, καὶ διδάσκαλοι τῶν ἀγαθῶν τύχωσιν ὄντες, τότε τῶν δύο σχέσεων συναφθεισῶν, καὶ τὰ καθήκοντα κατ᾽ ἀμφοτέρους ἀποδοτέον, καὶ ὡς θεῖόν τινα τύπον προσκυνητέον αὐτοὺς, ὅτι καὶ τοῦ εἶναι καὶ τοῦ καλῶς εἶναι καὶ οὗτοι, ὥσπερ ὁ θεὸς, γεγόνασιν αἴτιοι. Τὰ δὲ περὶ φίλους καθήκοντα, ἃ τίμια, καὶ χρειώδη τυγχάνοντα, συντόμως, ὡς δυνατὸν, ῥητέον. ἐν οἷς πρώτη μέν ἐστιν ἡ ἐκλογὴ τῶν φίλων, δευτέρα δὲ ἡ χρῆσις αὐτῶν, καὶ ἡ διὰ τῆς ἀρίστης χρήσεως φυλακή. ἐξ ὧν ἀποφαίνεται τὸ τῆς φιλίας παντοδαπὸν ἀγαθόν. Τὴν μὲν οὖν ἐκλογὴν ποιεῖσθαι χρὴ πρῶτον μὲν

binas affectiones permiſtas, mirabilem effecturas eſſe coniunctionem. Officia porro erga bonarum artium doctores eadem ſunt, quæ erga parẽtes, & fortaſſe cum aliquo cumulo: quod hi altores & curatores non corporis noſtri, ſed noſtri ipſorum ſunt: idque nec naturali neceſſitate, ut parentes tum apud brutas animantes, tum apud homines, ſed bona voluntate, divinam bonitatem imitante, quæ animas in ortum delapſas, eo unde venerunt, reducere conatur. Illud etiam prætereà habent officia adverſus magiſtros, quod omnib⁹ eorũ pręceptis, tanquam divinis edictis, atq; tergiverſatione eſt obtemperandum. Earum enim rerũ doctor, quæ ſecundum naturã nobis conveniunt, nihil præcipiet, niſi quod ad hunc finẽ referatur. Si vero parentes noſtri bonarum etiam artiũ doctores fuerint: tũ binis affectionibus coniunctis, etiã officia utriſque debita præſtanda erunt, ipſique ut divina quædã imago adorandi, quod & ut eſſemus, & ut bene eſſemus, hi non ſecus ac Deus auctores fuerint. Iam amicitiæ officia, quę & honorabilia, & utilia ſunt, quam breviſſime percurramus. In his primum eſt delectus: alterũ, tractatio, & optima tractatione conſervatio amicorũ, unde univerſum amicitiæ bonum exſiſtit. Ac delectus quidẽ agendus eſt,

ἐκάλεσαν, ἐνδεικνύμενοι τὴν τάξιν ἣν τοὺς γονέας ἔχειν πρὸς τοὺς παῖδας τοὺς ἑαυτῶν ὑπελάμβανον. χρὴ δὲ ἐν τοῖς εἰς τοὺς γονέας καθήκουσι μάλιστα μὲν δι' αὐτὸ τὸ ἀγαθὸν ποιεῖν αὐτὰ, καὶ διὰ τὸ κατὰ φύσιν ἔχουσαν τὴν ἑαυτῶν προαίρεσιν διατηρεῖν· ἤδη δὲ καὶ κατὰ τὴν θείαν ἐννοεῖν δίκην, ὅτι τοιούτους δεῖ περὶ ἡμᾶς τοὺς ἡμετέρους παῖδας γενέσθαι, ὁποῖοί τινες ἡμεῖς πρὸς τοὺς γονέας γεγόναμεν. κἂν ἀδελφὸς οὖν ἀδικῇ, σὺ τὴν πρὸς ἀδελφὸν φυσικὴν τῆς σχέσεως σύνταξιν διατήρει, καὶ τὴν ὁμολογίαν, ἣν ὡμολόγησας τῷ παντὶ, πρὸς τούτους, ἀλλὰ μὴ πρὸς ἄλλους γονέας, καὶ ἀδελφοὺς, καὶ συγγενεῖς προσελθεῖν αἱρησόμενος. ἐννόει δὲ καὶ ὅτι τὸ μὲν ἐκείνων δικαίως ἢ ἀδίκως σοὶ προσενεχθῆναι οὐκ ἔστιν ἐπί σοι, τὸ δὲ σὸν ἐπί σοί ἐστι. διὸ οὐ χρὴ σκοπεῖν πῶς προσφέρεται, ἀλλὰ τί σὺ ποιῶν κατὰ φύσιν ἕξεις. οὐ γὰρ κύριος εἶ. τοῦτο σπούδαζε κατὰ τὸ σοὶ προσῆκον διατιθέναι. ἐν τούτῳ γάρ σοι καὶ ἡ ὠφέλεια καὶ ἡ βλάβη. ἐκεῖνος γὰρ ὅπως ἂν διαγένηται, σὲ οὐ βλάψει, ἐὰν τὴν ὠφέλειαν καὶ τὴν βλάβην ἐπί σοι ζητῇς. εἰ δὲ καὶ τοῖς ἔξωθεν γινομένοις αὐτὴν ἀφορίσῃς, τότε ταύτῃ ὑπὸ σεαυτοῦ ἔσῃ βεβλαμμένος, ἀλλ' οὐχ ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ. ἐννόει δὲ καὶ ὅτι ἐὰν διὰ τῆς σεαυτοῦ πρᾳότητος, καὶ στοργῆς, καὶ φίλον σεαυτοῦ τὸν ἀδελφὸν κατασκευάσῃς,

pellant: ut demonſtrent, quam rationem parentum adverſus liberos eſſe exiſtiment. Sunt autem officia adverſus parentes, tum quod æqua ſunt, præſtanda potiſſimum, ut ea ratione voluntatem noſtram naturæ conſentaneam conſervemus: tum divinæ vindictæ ratio eſt habenda, quod conſentaneum eſt fore ut tales liberorum erga nos animos experiamur, quales nos adverſus parentes noſtros præbuerimus. Quod ſi frater te læſerit, tu adverſus fratrem naturalem affectionis ordinem conſerva, & pactionem univerſitate rerum teſte & arbitra initam, quę tibi hos, & non alios parentes, fratres, atque cognatos deſtinavit. Illud etiam conſidera, ut ille te vel æque vel inique tractet, non eſſe penes te: tuum vero munus eſſe penes te. Quare non eſſe conſiderandum, quomodo is te tractet: ſed quid tu facias, ut naturæ congruenter vivas. Neque enim illius dominus es tu, ſed illud, ut tui officii munus exſequare. In eo enim & detrimentum tuum, & emolumentum ſitum eſt. Nam ille quidem utcunque ſe geſſerit, te non lædet, ſi utilitatem & damnum in te ipſo quæſieris. Sin iſta in externis rebus collocaris, id damnum non frater, ſed tu ipſe tibi dederis. Atque etiam conſiderandum, ſi lenitate & caritate tua fratrem amicum tibi feceris:

αἱ δύο σχέσεις μιγνύμεναι θαυμαστὴν ἕνωσιν ἀπεργάζονται. Τὰ δὲ περὶ τοὺς τῶν ἀγαθῶν διδασκάλους καθήκοντα τὰ αὐτά πως τοῖς πρὸς τοὺς γονέας ἐστὶ μετά τινος τάχα ἐπιτάσεως· ὅτι οἱ τροφεῖς οὗτοι καὶ ἐπιμεληταὶ, οὐ τοῦ σώματος ἡμῶν, ἀλλ' ἡμῶν αὐτῶν εἰσι, καὶ οὐδὲ κατ' ἀνάγκην τὴν φυσικὴν, ὥσπερ οἱ γονεῖς, ἔν τε τοῖς ἀλόγοις ζώοις, καὶ ἐν τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλὰ κατὰ προαίρεσιν ἀγαθὴν, μιμουμένην τὴν θείαν ἀγαθότητα, τὴν τὰς ψυχὰς τὰς εἰς γένεσιν πεσούσας ἐκεῖ πάλιν ἐπανάγουσαν ὅθεν προῆλθον. Πλεονάζει δὲ τὰ πρὸς τοὺς διδασκάλους καθήκοντα, τῷ δεῖν πᾶσι τοῖς ὑπὸ τούτων ἐπιταττομένοις ὡς θεοῦ προστάττοντος ἀπροφασίστως ὑπηρετεῖν· ὁ γὰρ τῶν κατὰ φύσιν ἡμῖν προσηκόντων διδάσκαλος, οὐδὲν ἐπιτάξει τῶν μὴ πρὸς τοῦτον τὸν σκοπὸν ἀποτεινομένων. ἐὰν δὲ οἱ γονεῖς ἡμῶν, καὶ διδάσκαλοι τῶν ἀγαθῶν τύχωσιν ὄντες, τότε τῶν δύο σχέσεων συναφθεισῶν, καὶ τὰ καθήκοντα κατ' ἀμφοτέρους ἀποδοτέον, καὶ ὡς θεῖόν τινα τύπον προσκυνητέον αὐτοὺς, ὅτι καὶ τοῦ εἶναι καὶ τοῦ καλῶς εἶναι καὶ οὗτοι, ὥσπερ ὁ θεὸς, γεγόνασιν αἴτιοι. Τὰ δὲ περὶ φίλους καθήκοντα, καὶ τίμια, καὶ χρεώδη τυγχάνοντα, συντόμως, ὡς δυνατὸν, ἐρητέον. ἐν οἷς πρώτη μέν ἐστιν ἡ ἐκλογὴ τῶν φίλων, δευτέρα δὲ ἡ χρῆσις αὐτῶν, καὶ ἡ διὰ τῆς ἀρίστης χρήσεως φυλακή. ἐξ ὧν ἀποφαίνεται τὸ τῆς φιλίας παντοδαπὸν ἀγαθόν. Τὴν μὲν οὖν ἐκλογὴν ποιεῖσθαι χρὴ πρῶτον μὲν

binas affectiones permiſtas, mirabilem effecturas eſſe coniunctionem. Officia porro erga bonarum artium doctores eadem ſunt, quæ erga parētes, & fortaſſe cum aliquo cumulo: quod hi altores, & curatores non corporis noſtri, ſed noſtri ipſorum ſunt: idque nec naturali neceſſitate, ut parentes tum apud brutas animantes, tum apud homines, ſed bona voluntate, divinam bonitatem imitante, quæ animas in ortum delapſas, eo unde venerunt, reducere conatur. Illud etiam præterea habent officia adverſus magiſtros, quod omnib⁹ eorũ pręceptis, tanquam divinis edictis, atq; tergiverſatione eſt obtemperandum. Earum enim rerũ doctor, quæ ſecundum naturã nobis conveniunt, nihil præcipiet, niſi quod ad hunc finē referatur. Si vero parentes noſtri bonarum etiam artiũ doctores fuerint: tũ binis affectionibus coniunctis, etiã officia utriſque debita præſtanda erunt, ipſique ut divina quædã imago adorandi, quod & ut eſſemus, & ut bene eſſemus, hi non ſecus ac Deus auctores fuerint. Iam amicitiæ officia, quę & honorabilia, & utilia ſunt, quam breviſſime percurramus. In his primum eſt delectus: alterũ, tractatio, & optima tractatione conſervatio amicorũ, unde univerſum amicitiæ bonum exſiſtit. Ac delectus quidē agendus eſt,

εἰς ὁμοιότητα τῶν ἠθῶν ἀποβλέποντα· τὰ γὰρ ἀνόμοια ἀνάρμοστα πρὸς φιλίαν ἐστὶ, κἂν ἄμφω δόξῃ χρηστά· τὰ γὰρ αὐστηρότερα καὶ σταθηρότερα τῶν ἠθῶν, πρὸς τὰ ἀκίνητα καὶ παράθερμα οὐ συναρμόττει. δεύτερον δὲ ἀφορᾷν χρὴ, πῶς ἐχρήσατο τοῖς προτέροις ἑαυτοῦ φίλοις οὗτος ὃν πρὸς φιλίαν ἐκλεγόμεθα. καὶ τὸ τρίτον, ὃ καὶ πρῶτόν ἐστι, καὶ μέσον, καὶ ἔσχατον, πότερον ἀπὸ τῶν ἀλόγων ἄρχεται παθῶν, ἢ ὁπωσοῦν ὁ λόγος ἐν αὐτῷ κρατεῖ. τούτῳ δὲ ἀκολούθως τὰς ὀρέξεις ἐπισκεπτέον, πότερον πρὸς τὰ καλὰ καὶ ἀγαθὰ, καὶ τὰ ὑπὸ τῶν ἀγαθῶν ἐπαινούμενα κινοῦνται, ἢ πρὸς τὰ ἡδέα καὶ ἀσχήμονα, καὶ τοῖς συρφετοῖς ἀνθρώποις ἀρεστά. καὶ ἔτι μέντοι, πότερον εὐήνιοί τινές εἰσιν αἱ ὀρέξεις καὶ ἐκκλίσεις, καὶ τῷ ὀρθῷ λόγῳ ῥᾳδίως πειθόμεναι, ἢ σφοδραί τε καὶ ἀχάλινωτοι, καὶ τὸ φαινόμενον αὐταῖς ἀρεστὸν ἀεὶ προτιμῶσαι. αἱ μὲν γὰρ τοιαῦται πάντα πρὸς τὸ δοκοῦν αὐταῖς βιαζόμεναι, οὐκ εἰσὶ πρὸς φιλικὴν ἕνωσιν ἐπιτήδειαι, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀγαθὸν ἐν τοῖς ἐκτὸς τιθέμεναι, χρήμασιν, ἢ σώμασιν, ἢ δόξαις πολιτικαῖς, καὶ αὗται πρὸς φιλίαν ἀνάρμοστοι. μεριστῶν γὰρ ὄντων τούτων ὁ σφοδρότερον ὀρεγόμενος, καὶ τὸ πλέον λαμβάνων, τὸ ἔλαττον ἀπολείπει πάντως, ὡς μηκέτι τὸν φίλον τοῦ ἴσου τυχεῖν. Ἀλλ' ἐπὶ μὲν χρημάτων, καὶ σωμάτων, τοῦτο πρόδηλον. καὶ ὁ δοξοκομπῶν δὲ πάντως, καὶ μονοδοξεῖν βούλε-

morum ſimilitudine conſiderata. Diſſimilia enim non facile in amicitiam coaleſcunt, quamvis utraque bona eſſe videantur. Mores enim frigidiores & ſtabiliores, non conveniunt cum agilioribus & fervidioribus. Deinde videndũ, quemadmodum veteres ſuos amicos tractarit is, cuius amicitiam experimus. Tertiũ eſt, ac potius & primum & medium & ultimum, utrum brutis cupiditatibus pareat, an utcunque in eo ratio dominetur. Huic conſequẽs eſt, ut appetitiones ſpectentur, utrum hæ ad res honeſtas & probatas bonis ferantur, an vero ad iucundas & fœdas, & hominum vulgo placitas: prætereaq; num moderatæ tractabileſque ſint appetitiones & declinationes, rectæq; rationi facile pareant, an vehementes & effrænes, & ad id quod ipſis placet arripiendum ſemper incitatæ? Tales enim omnia ſuo arbitratu cogente, non ſunt idoneæ ad amicitiæ coniunctionem. Atque ea etiam ingenia, quæ ſummũ bonum in rebus exrernis collocãt, ut in opibus, aut corporibus aut civili auctoritate & gloria, ne ipſa quidem apta ſunt ad amicitiam. Nam cum hæc dividi poſſint, qui ea vehementius appetit, plus capit, & minus relinquit utique, ut amicus paria non obtineat. Ac in pecunia & corporibus id quidem clarum eſt. Sed & gloriolæ captator, unus ſcilicet vult florere

βούλε-

βούλεται. τὰ δὲ ψυχικὰ ἀγαθὰ, ἐπιστῆμαι καὶ ἀρεταὶ, ἀμέριστα τοῖς μετέχουσι παρόντα, τοῦ ἑτέρου μετέχοντος, οὐ μειοῦται ἐν τῷ ἑτέρῳ, ἀλλὰ καὶ αὔξεται. συνεγείρεται γὰρ καὶ συνεκπυροῦται ταῦτα ἐν ταῖς τῶν μετεχόντων ψυχαῖς, καὶ μεταδιδόμενα πολλαπλασιάζεται, καὶ, ὥσπερ ἀπὸ πυρείων παρατριβομένων, ἓν ἐκλάμπει τὸ τῆς ἀληθείας καὶ εὐζωΐας φῶς. Ἔτι δὲ οἱ μὲν πρὸς τὸ ἀληθῶς ἀγαθὸν ἀποτεινόμενοι φίλοι, καὶ πρὸς τὸν ὀρθὸν λόγον ἑαυτοὺς ἀποτείνοντες, ἑνὶ κανόνι χρῶνται διακριτικῷ τοῦ συμφέροντος· κοινὸν γὰρ ἐπ᾽ ἀμφοῖν τὸ ἀγαθὸν, καὶ ὁ ὀρθὸς λόγος εἷς. κοινοῦ δὲ ὄντος ἐν ταῖς τῶν φίλων ψυχαῖς κανόνος τοῦ διακρίνοντος τά τε ὠφέλιμα καὶ τὰ βλαβερὰ, καὶ τὰ ἡδέα καὶ τὰ λυπηρὰ, ἑνοῦσθαι πρὸς ἀλλήλους αὐτοὺς ἀνάγκη, καὶ πᾶσαν διάστασιν καὶ ταραχὴν ἐκ ποδῶν γίνεσθαι. ἐὰν δὲ μὴ χρῶνται κανόνι ἄμφω κοινῷ τῷ ὀρθῷ λόγῳ, διασπᾶσθαι ἀνάγκη. Καὶ ἡ μὲν ἐκλογὴ τῶν φίλων τοιαύτη. ἡ δὲ χρῆσις αὐτῶν, καὶ ἡ φυλακὴ, ἑνὶ λόγῳ τὸ ὀρθὸν ἕξει. διὰ τοῦτο τοῖς φίλοις ἡμῶν οὕτω δεῖ κεχρῆσθαι, ὡς ἡμῖν ἐκείνους χρῆσθαι βουλόμεθα. καὶ τὰ μὲν ἐφ᾽ ἡμῶν εἰς αὐτοὺς γινόμενα ἀγαθὰ, κατασμικρύνειν ἀεὶ ταῖς ἐννοίαις· τὰ δὲ ἀπ᾽ ἐκείνων εἰς ἡμᾶς, μείζονα ἡγεῖσθαι. τὸ δὲ ἐναντίον ἐπὶ τῶν παροραμάτων· τὰ μὲν ἐκείνων κατασμικρύνειν, ἐπὶ δὲ τοῖς ἡμετέροις

gloria. Animi vero bona, quæ indiviſa ii habent penes quos ſunt, ut virtutes, ut ſcientiæ, ſi alter eorum ſit particeps, in altero adeo non minuuntur, ut augeantur etiam. Simul enim excitantur & inflammantur hæc in animis eruditorum & bonorum virorum, & aliis communicata multiplicantur, & velut ſilicis & chalybis attritu lux una veritatis & honeſtæ vitæ inde emicat. Præterea amici in verum bonum intenti, & ad rectæ rationis normã res ſuas dirigentes, una regula utuntur diiudicandæ utilitatis. Nam utriuſque & bonum commune eſt, & una recta ratio. Cum autem in amicorum animis regula ſit communis, quę utilia & noxia diiudicet, itemque iucunda & moleſta: coniungi eos inter ſeſe eſt neceſſe, omnemq; diſſenſionem & tumultum tolli ẽ medio. Sin una communi regula rectæ rationis non uſi ambo fuerint, divelli eos eſt neceſſe. Ac delectus quidem amicorum eſt talis. Tractatio autem & conſervatio, uno verbo ut dicam, id quod rectum eſt, tenebit. Sic igitur utendum eſt amicis, ut eos uti nobis volumus. Ac beneficia quæ à nobis in illos proficiſcuntur, extenuanda ſunt cogitatione noſtra: contraque amplificanda, quæ in nos illi contulerint. In delictis autem contrarium faciendum eſt: illorumque extenuanda ſunt, noſtra

ὡς ἐπὶ μείζοσι μεταγινώσκειν· ἴδιον δὲ μηδὲν ἔχειν ὑπολαμβάνειν, ὃ μὴ καὶ μᾶλλον ἡμῶν τοῖς φίλοις προσήκει· πρωτείων τε παραχωρεῖν ἡδέως ὡς ἑαυτοῖς παραχωροῦντας, εἴπερ ὁ φίλος, ἄλλος ἐγὼ κατὰ τὸν παλαιόν ἐστι λόγον. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἀνθρώπους ὄντας ἀνάγκη ποτέ τι ἁμαρτεῖν εἰς ἀλλήλους, χρὴ τὴν ἔνστασιν φυλάττοντα τῆς φιλίας πάσῃ δυνάμει, οὕτω τὸ παροραθὲν ἐπανορθοῦν μετὰ πραότητος, πειθόμενον τῷ χρυσῷ ὄντως ἐκείνῳ παραγγέλματι·

Μὴ δ' ἔχθαιρε φίλον σὸν ἁμαρτάδος εἵνεκα μικρῆς·

ὄφρα δύνῃ καὶ τὴν συγγνώμην πιστὴν καὶ ἔργῳ καὶ λόγῳ προσφέρειν αὐτῷ· ἵνα μὴ τὸ τῆς ἁμαρτίας συνειδὸς ὕποπτον ποιήσῃ τοῦ λοιποῦ τὴν φιλίαν τῷ ἁμαρτόντι, μὴ πιστεύοντι τὸν ἁμαρτηθέντα τὴν αὐτὴν φυλάττειν προαίρεσιν. Δῆλον δὲ ὅτι οὐ μόνον τῷ φίλῳ χρή, ἀλλὰ καὶ τοῖς τοῦ φίλου τὰς συμπαθεῖς ἐπιμελείας ἀποδιδόναι, ὥστε καὶ ἐκείνους, μηδὲν ἔλαττον οἰκείως ἔχειν πρὸς αὐτοὺς, νομίζειν, ἢ πρὸς τὸν ἑαυτῶν. Ἀπόντος τε οὐδὲν ἧττον, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον ἐπιμελεῖσθαι προσήκει· ὅπερ ἐγὼ σύνοιδά τινι τῶν ἐμῶν φίλων. Ἵνα δὲ συντέμω τὸν λόγον, τῆς ἐκλογῆς ὀρθῶς γινομένης, καὶ ἀρχῆς ἀγαθῆς καταβαλλομένης, αὐτὴ λοιπὸν ἡ μετὰ λόγου συμπάθεια πρὸς τὴν χρῆσιν ἄγει τὴν δέουσαν,

exaggeranda & improbanda. Proprium vero nihil exiſtimandum eſt, quin idem noſtris etiam amicis magis conveniat: & principatu libenter illis eſt cedendum, quaſi nobis ipſis cederemus. Siquidem amicus, veteri proverbio, alter ipſe eſt. Quia vero fieri non poteſt quin homines aliquando delinquamus, & alii alios offendamus: amicitiæ inſtitutum totis viribus eſt tuendum, delictumque leniter caſtigandum, ut vere aureo illi præcepto pareatur,

Crimen ob exiguum tibi amicus ne fuat hoſtis.

& reditus in gratiam firmus & fidelis tam verbis quam re ipſa declarandus, ne peccati conſcientia ei qui peccavit, de reliquo ſuſpectam faciat amicitiam, non credenti eum qui offenſus ſit, eandem retinere voluntatem. Illud vero perſpicuum eſt, non amico tantũ, ſed & eius neceſſariis benevolentiam & officia præſtanda eſſe, ut eorum coniunctio nobiſcum non minor quam cum illo ducatur. nec abſens minus, ac potius magis eſt curandus quam præſens: quod mihi de meo quodam amico conſtat. Ut autem paucis complectar, ſi verus delectus agatur, & quaſi fundamenta amicitiæ rite iaciantur, iam ipſe ille cordatus amor eam ad convenientem uſum perducit,

καὶ

καὶ τὰ φιλικὰ καθήκοντα ῥᾳδίως διδάσκει. . καὶ γὰρ αὐτοφυῶς λοιπὸν, ὡς αὐτῷ τῷ φίλῳ χρώμενος, ὁ φίλος πάντα ποιήσει τὰ δέοντα. Οἷον δὲ κτῆμα, καὶ πόσων ἀγαθῶν αἴτιον ἡ φιλία, μακροῦ μὲν εἴη λόγου διεξελθεῖν· λεγέσθω δὲ ὅμως ὀλίγα τὰ νῦν ἐπιόντα. Πρῶτον μὲν οὖν ἑκάτερος τῶν φίλων δύο μὲν ἕξει ψυχὰς, δύο δὲ σώματα. δῆλον δὲ ὅτι καὶ τὰ ἐκτὸς κοινά. εἰ δὲ πλείονές εἰσιν οἱ τοιοῦτοι φίλοι, πολλαπλάσιος ἕκαστος αὐτῶν ἐστι, καὶ ψυχαῖς καὶ σώμασι, καὶ τοῖς ἐκτός. ἔν τε οὖν τῇ τῶν ὄντων ζητήσει, μέγα φῶς ἀληθείας ταῖς οὕτως ἡνωμέναις ψυχαῖς ἀναφαίνεται, καὶ ἐν τῇ τῆς ἀρετῆς ἀσκήσει ἀπὸ τῶν ἑκάστου πλεονεκτημάτων, εἰς τὸ κοινὸν ἀγομένων, καὶ συγγυμναζομένων, μία τις ὁλοτελὴς ἀρετὴ κοινῶς τε ἅπασι καὶ ἰδίᾳ ἑκάστῳ παραγίνεται ῥᾳδίως., καὶ ὑπὸ τῶν κρειττόνων ἐλλαμπομένη διὰ τὴν τελειότητα, βουλαί τε ἀσφαλεῖς ἐν τοῖς πλείοσι τοῖς τοιούτοις, καὶ πράξεις ἄπταιστοι, φρονήσει τε ἅμα καὶ δυνάμει πλουσιωτέρᾳ πραττόμεναι. Ἀποδημῶν δὲ τῶν οἰκείων ὁ φίλος, πάρεστιν αὐτοῖς διὰ τοῦ φίλου παρόντος, καὶ οὐ ζῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀποθνήσκων θαῤῥεῖ ὡς συνδιάγων αὐτοῖς. ἡδὺ δὲ ὅπως ἐστὶ τὸ χρῆμα· τί γὰρ ἂν εἴη ἡδύτερον φίλου καὶ ὄψεως, καὶ ἀκοῆς, καὶ τῶν ὑπ᾽ αὐτοῦ πραττομένων; πίστις δὲ καὶ θάῤῥος, οὔτε ἐπὶ συγγενείᾳ

& amicitiæ officia facile perdocet. Ultro enim amicus ſic amicum tractans, ut ſe ipſum, omni fungetur officio. Quantum vero in amicitia inſit boni, & quod ea bonorum ſit cauſa: prolixam id quidem deſiderat commemorationem, ſed tamen pauca dicantur quæ in mentem veniunt. Ac primum, uterque amicus duos habebit animos, totidemque corpora: nec dubium, quin externa etiam quæ dicuntur bona, communia. Quod ſi plures tales amici fuerint, unuſquiſque multis augetur & animis & corporibus & fortunis. Igitur & in rerum naturæ inquiſitione magna lux veritatis ita coniunctis animis illuceſcit: & in virtutis uſu, ſi ea quæ in ſingulis excellunt, in commune conferantur & uſurpentur, una quædam integra & perfecta virtus cum publice omnibus, tum ſeparatim ſingulis facile contingit, quæ & à numine illuſtretur ob perfectionem. Accedunt tuta conſilia dubiis temporibus, & actiones conſtantes, prudentia ſimul & potentia corroboratæ. Iam perege profectus amicus ſuis per amicum adeſt, bonoque animo eſt: non tantum vivens, ſed & moriens, quaſi una cum iis ætatẽ degeret. Quanta vero in hac re ſuavitas ineſt? Quid enim iucundius amici conſpectu, ſermone, actionibus? Fides vero atque fiducia nec ob cognationem

βεβαίως οὕτω γένοιτο, οὔτε ἐπὶ δυναστείᾳ ἢ πλήθει χρημάτων, ὡς ἐπὶ φίλοις γνησίοις. λέγεται γοῦν ὅτι Ἀλέξανδρος ἐρωτηθεὶς, ποῦ τοὺς θησαυροὺς ἔχει, τοὺς φίλους ὑπέδειξε. καὶ παιδαγωγὸς δὲ ἄριστος ὁ φίλος. ὑπ' οὐδενὸς γὰρ οὕτως ἀβαρῶς ἐλέγχεταί τις πλημμελήσας ὡς ὑπὸ φίλου· οὔτε αἰδούμεθά τινα ἄλλον οὕτως ἐφ' οἷς παραβαίνομέν τι τῶν καλῶς ἐχόντων, ὡς τὸν φίλον. καὶ τὰς εὐημερίας δὲ καὶ εὐφροσύνας αὔξει παρὼν ὁ φίλος, καὶ τὰς λοιπὰς φροντίδας οὐδεὶς οὕτως ἐπικουφίζει καὶ παραμυθεῖται ὡς ὁ φίλος. καὶ γυμνάσιον δὲ πρὸς τὴν ἀρίστην χρῆσιν τῶν ἀνθρώπων ἐστὶν ἀσφαλές. καὶ γὰρ πρωτείων τις ἡδέως παραχωρεῖ τῷ φίλῳ. καὶ πλημμελοῦντός τις ἀβαρῶς ἀνέχεται, καὶ τὰ δοκοῦντα ἀπλάστως τις καὶ ἀληθῶς λέγει πρὸς φίλον. ἀμείβεσθαί τε τὰς εὐεργεσίας καὶ εὐνοίας σπουδάζει προθύμως, καὶ τὸ φιλάνθρωπον καὶ ἀγαθοειδὲς τῆς ψυχῆς πρὸς οὐδένα οὕτως ὡς πρὸς φίλον μετ' εὐφροσύνης ἐκτείνεται. σύμμαχός τε ἀπροφάσιστος καὶ ἄχρι θανάτου οὐδενὶ ἂν γένοιτο τοιοῦτός τις οἷος τῷ φίλῳ. καὶ εἰ δυνατὸν ἦν στρατόπεδον ἀπὸ φίλων συνεστάναι, πολλῷ ἂν ἐλάττονες ὄντες οὗτοι πλείονας ἀντιπάλους ῥᾳδίως κατηγωνίζοντο. Πρὸς τοὺς φίλους οὖν εὐφόρως ἐν τούτοις ἀσκούμενός τις, καὶ συνεθιζόμενος ἀπόνως διὰ τὴν φιλικὴν συμπάθειαν, εὐκόλως ἂν αὐτοῖς χρήσαιτο, καιροῦ καλοῦντος, καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους

tanta eſſe poteſt, nec ob principatum, nec ob pecuniæ magnitudinem, quanta propter ſynceros amicos. Alexander certe interrogatus ubi theſauros ſuos haberet, amicos ſuos demonſtravit. Eſt & pædagogus optimus, amicus. Nam à nemine quiſquam ob delictum minore cum offenſa quam ab amico arguitur: neque veremur quenquam ſic, neglecto officio aliquo, ut amicum. Res lætas & ſecundas auget amici præſentia, curas & ſolicitudines nemo æque levat & conſolatur: tutaque eſt ad optimam hominum tractationem exercitatio. Nam & princeps locus amico libenter conceditur, & eius delictis facile ignoſcitur; & quæ ſentias, citra fucum & vere amico dixeris. Pro acceptis autem beneficiis & benevolentia gratiam alacriter animo referre ſtudeas: nec humanitas & bonitas erga quenquam pari liberalitate & benignitate, atque adverſus amicum declaratur: nec periculi ſocius æque promtus, vel cum periculo capitis, atque amicus reperietur. Quod ſi exercitum ex amicis conſcribere liceret: multo pauciores, facile plures hoſtes profligarent. Si quis ergo ſe erga amicos hiſce rebus ſolerter exercuerit, & ob amicitiæ caritatem citra moleſtiam conſuefecerit: facile, cum tempus poſtularit, iiſdē adverſus alios etiam homines utetur,

καὶ

κατὰ τὸ αὐτὸ προσῆκον. Ἐπιστῆσαι δὲ ἄξιον, ὅτι καὶ ταῖς φυσικαῖς σχέσεσι τὸ ἀσπαστὸν καὶ συμπαθὲς, καὶ μετὰ προθυμίαν τῶν καθηκόντων ἀποδοτικὸν, ἡ φιλία παρέχεται. καὶ γὰρ καὶ ἀδελφὸς, καὶ γυνὴ, καὶ τέκνα, καὶ ἀνὴρ, καὶ γαμετὴ, ἐὰν μὴ φίλοι ὦσιν ἀλλήλων, κἂν πείθωνται τῷ Ἐπικτήτῳ, καὶ τῇ φυσικῇ σχέσει τὸ καθῆκον ἀποδιδῶσιν, ἀλλ' οὐ προθύμως οὐδὲ μετ' εὐφροσύνης οὐδὲ τὸ ὅλον ἑκουσίως, ἀλλ' ἀμηγέπη καὶ ὡς ἀναγκαζόμενοι ποιοῦσι, λειτουργίαν τινὰ ἐπικειμένην νομίζοντες ἐκτελεῖν, ἀλλ' οὐκ ἐπιθήγοντες τοῖς γινομένοις, οὐδ' ὡς προηγούμενα αὐτὰ ἀγαθὰ ἀγαπῶντες, ἀλλ' ὡς ἀναγκαίως χρώμενοι πρὸς τὴν τοῦ καθήκοντος ἀποπλήρωσιν. Αἴτιον δὲ τοῦ τοσαύτην δύναμιν ἔχειν τὴν σχέσιν τὴν φιλικὴν, τὸ κατὰ προαίρεσιν αὐτὴν ἐπιτελεῖσθαι. τὰ μὲν γὰρ προαιρέσεως ἐστερημένα, διὰ τῆς φυσικῆς συνδέδεται σχέσεως· τὰ δὲ προαιρετικὰ, μείζονα τῆς φυσικῆς συνδέσεως τὴν προαιρετικὴν ἔχει, ὅτι καὶ τῆς ψυχικῆς οὐσίας ἡ λογικὴ καὶ προαιρετικὴ ὑπερτέρα ἐστὶ, καὶ μᾶλλον τῷ ἑνὶ τῷ πάντα ἑνίζοντι πλησιάζουσα. καὶ ἔστι μὲν μεγάλα καὶ θαυμαστὰ φιλίας ἀγαθὰ καὶ τὰ εἰρημένα, πλὴν ἀνθρώπινα τάγε πλεῖστα αὐτῶν· τὸ δὲ μέγιστον καὶ μάλιστα θεῖον αὐτῆς χρῆμα ἀγνοεῖται, ὅτι ἡ καθαρὰ φιλία τὰς φίλας ψυχὰς εἰς ἕνωσιν συνάγουσα, μελέτη καλλίστη γίνεται τῆς πρὸς θεὸν ἑνώσεως. καὶ

eadem officii ratione ſervata. Eſt & illud animadverſione dignum, amicitiam naturalibus etiam affectionibus conferre deſiderium, caritatem, & præſtandi officii alacritatem. Nam & fratres, & liberi, & maritus, & uxor, niſi amici inter ſeſe fuerint, quamvis, Epicteto obtemperantes, naturali affectioni tribuerint quod decet, tamen id nec alacriter, nec hilariter, nec ultro denique, ſed veluti coacti facient, tanquam neceſſarium aliquod & urgens munus obituri: non autem ſingulari ſtudio incitati, nec eas res ut præcipua bona amplexi: ſed ideo aggreſſi, ne officio ſuo defuiſſe videantur. Cur autem amicitiæ affectio tantam vim habeat, illud in cauſa eſt, quod conſilio & voluntate ſuſcepta eſt. Nam quæ à voluntate non pendent, ea naturali ſunt affectione devincta. Voluntaria vero arctiore vinculo ſunt aſtricta, quod rationis & voluntatis facultas, animæ natura ſuperior eſt: & uni, omnia ad unum redigenti, propinquior. Etſi autem ea quoque magna & admirabilia bona ſunt amicitiæ quæ expoſuimus: pleraque tamen humana ſunt. Quod vero in ea maximum eſt, maximeque divinum, ignoratur: quod ſincera amicitia mentes amicorum in unum contrahens, meditatio pulcerrima eſt divinæ coniunctionis. Neque

γὰρ.

γὰρ ἀδύνατον τῆς πρὸς τὰς ὁμοφύλους ψυχὰς κρείττονος ἑνώσεως τυχεῖν. καὶ καλῶς οἱ Πυθαγόρειοι περισσῶς τῶν ἄλλων ἀρετῶν τὴν φιλίαν ἐτίμων, καὶ σύνδεσμον αὐτὴν πασῶν τῶν ἀρετῶν ἔλεγον. καὶ μιᾶς γὰρ ἧς τινος οὖν τῶν ἀρετῶν ἀπολειπομένης, οὐκ ἐθέλει παραγίνεσθαι φιλία. τίς γὰρ ἄδικος, ἢ ἀκόλαστος, ἢ δειλὸς, ἢ ἔτι μᾶλλον ἀνόητος, δύναται τὸ τῆς φιλίας ἀγαθὸν ὑποδέχεσθαι; Χρὴ οὖν τὸν βουλόμενον εἶναι φίλον, καθαίρειν ἑαυτὸν, ὡς ἡ δύναμις, ἀπὸ τῶν ἀλόγων τῆς ψυχῆς παθῶν, καὶ τότε τὸν ὅμοιον ζητεῖν, καὶ εὑρόντα περιπτύσσεσθαι, τὸ ἥμισυ τοῦ ἑαυτοῦ εὑρηκέναι νομίζοντα, κατὰ τὸν Ἀριστοφάνους μῦθον. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν τῇ περὶ τὴν φιλίαν ἐπιθυμίᾳ κεχαρίσθω, τῇ κἂν ἐν ὀλίγοις αὐτὴν ἐφιεμένῃ ὁρᾶν, διὰ τὴν παντελῆ σχεδὸν αὐτῆς ὑπὸ τῶν καθ' ἡμᾶς ἀνθρώπων ἀναχώρησιν. Ἐπανιτέον δὲ ὅθεν ἐξέβημεν, καὶ τὰς λοιπὰς προσθετέον σχέσεις, ὧν ἐμνημόνευσεν ὁ Ἐπίκτητος· εἰπὼν γὰρ δεῖν ἀπὸ τῆς διαφορᾶς τῶν σχέσεων τὴν διαφορὰν τῶν καθηκόντων εὑρίσκειν, Οὕτω, φησὶ, καὶ ἀπὸ τῆς τοῦ πολίτου σχέσεως τὸ περὶ αὐτὸν καθῆκον ληπτέον. συγγένεια δέ τις ἐστὶ καὶ αὕτη. εἰ γὰρ κοινὴ μήτηρ ἡ πόλις, μητρὶς οὖσα καὶ πατρὶς, ſimul ac matrem repræſentat :

enim fieri poteſt, ut ad geniorum & Dei coniunctionem perveniatur, niſi ea quæ eſt inter cognatos animos anteceſſerit. Recte igitur Pythagorei præ aliis virtutibus amicitiam coluerunt, eamque vinculum omnium virtutum eſſe pronuntiarunt. Nam ſi una quævis abfuerit virtus, adeſſe recuſat amicitia. Quis enim iniuſtus, aut intemperans, aut timidus, ac magis etiam væcors, boni quod eſt in amicitia capax eſſe queat? Debet igitur, qui amicus eſſe vult, ſemet ipſum repurgare, quantum fieri poteſt, à brutis affectibus, ac tum ſui ſimile quærere: idque inventum amplecti, quaſi dimidio animæ ſuæ alterave corporis ſui parte reperta, ſecundum fabulam Ariſtophanis. Atque hæc amicitiæ deſiderio tributa ſint, quam vel in paucis cernere optabile eſt, noſtra ætate propemodum penitus è vita mortalium profligatam. Sed eo redeundum eſt, unde diſceſſimus, & affectiones reliquæ perſequendæ, quarum meminit Epictetus. Cum enim ex affectionum diſcrimine officiorum diſcrimen reperiendum eſſe dixiſſet: Sic, inquit, & ab affectione civis, officium erga illum eſt reperiendum. Eſt autem quædam ea quoque cognatio. Nam ſi communis mater eſt civitas, & patrem ea ratione quaſi fratres quoſdam eſſe

δῆλον ὅτι κατὰ τοῦτο ἀδελφοί πως εἰσὶν οἱ πολῖται. καὶ κατὰ τὸ προφανὲς δὲ τοῦτο, κἂν πόρρωθεν, ἀλλ' οὖν πᾶσι σχεδὸν τοῖς γνησίοις πολίταις καὶ μὴ μετοίκοις, εὑρίσκεταί τις πρὸς ἀλλήλους συγγένεια. ἀρκεῖ δὲ καὶ τὸ κατὰ τὴν φύσιν συγγενές. πολλὴν γὰρ ἔχουσι κατὰ τὰς φύσεις ὁμοιότητα, οὐ μόνον οἱ τῶν αὐτῶν πόλεων, ἀλλὰ καὶ οἱ τῶν αὐτῶν ἐθνῶν. ὡς συγγενέσιν οὖν τοῖς πολίταις προσενεκτέον, τῆς τε τῶν ἀγαθῶν διαγωγίας αὐτῶν κατὰ τὸ δυνατὸν ἐπιμελητέον, ἵνα ἅμα περιγένηται καὶ τὸ ἀγαθοῖς συνοικεῖν ἀνθρώποις, καὶ τοῦ ἀνενδεοῦς ἐν τοῖς ἀναγκαίοις, καὶ τῆς ἐν ταῖς περιστάσεσιν ἐπικουρίας, τοῖς τε ὀρφανοῖς παισὶ καὶ ταῖς χηρευούσαις γυναιξὶ πατὴρ φαίνεσθαι. δύναται γὰρ ὁ μὲν διὰ χρημάτων, ὁ δὲ διὰ πολιτικῆς δυνάμεως αὐτοῦ, ἢ φίλων, ἢ διὰ συμβουλῆς ἀγαθῆς, ὁ δὲ διὰ σωματικῆς ὑπουργίας, ὁ δὲ, κἂν μηδὲν γοῦν ἄλλο, διὰ συμπαθείας γοῦν τὸν πολίτην παραμυθεῖσθαι. ὁ δὲ γείτων, ἐὰν καὶ πολίτης ᾖ, ἔχει τι πλέον πρὸς οἰκειότητα· ὥσπερ γὰρ πόλιν τὴν αὐτὴν καὶ γένος, οὐ μάτην οὐδὲ ἐκ ταὐτομάτου τυγχάνομεν ἔχοντες, οὕτω καὶ τόπον τὸν αὐτὸν τῆς πόλεως κατά τινα κοινὴν ἀξίαν κληροῦμεθα. πλείονα γοῦν οἰκειότητα χρὴ πρὸς τοὺς γείτονας τῶν πολιτῶν ἐπιδείκνυσθαι· τὰ δὲ

eſſe cives, conſtat. Eſt & illud in promtu, inter omnes germanos (de inquilinis enim non loquor) etſi longinquam cognationem, tamen quandam intercedere; quanquam cognatio eiuſdem originis, neceſſitudo ſatis ampla eſt. Magna enim eſt ingeniorum ſimilitudo, non in iiſdem modo civitatibus, ſed etiam nationibus iiſdem. Cives igitur ſic tractandi ſunt, ut cognati: dandaque opera, ne qua re neceſſaria egeant: & diſciplina eorum pro virili curanda, ut is quoque fructus ex eis capiatur, ut & apud bonos viros habites, nec in victu & cultu corporis tuendi cauſa quicquam deſideres, & in periculis auxilio non deſtituaris. Pupillis quidem & viduis parentis loco eſſe debes. Poteſt enim alius pecunia, alius pro auctoritate magiſtratus, alius per amicos, alius bono conſilio, alius opera corporis, alius denique (ut cætera deficiant omnia) animi ſaltem propenſione, & æque prope dolendo civi ſuo ſubvenire. Civis autem, ſi etiam vicinus fuerit, aliquanto arctiore devincitur neceſſitudinis vinculo. Ut enim urbem eandem, & familiam eandem, non temere neque fortuito conſequimur: ſic etiam eundem urbis locum communi quadam ratione ſortimur. Maior igitur benevolentia & familiaritas vicino debetur quam civi: quæque

ἐπὶ τῶν πολιτῶν εἰρημένα, μετά τινος ἐπιτάσεως καὶ ἐπὶ τῶν γειτόνων φυλάττονται, καὶ μεταδίδονται, ὧν δυνατόν ἐστι, καὶ μεταλαμβάνονται· καὶ τοῖς τε ἀγαθοῖς αὐτῶν συνηδόμενον, καὶ ἐν τοῖς λυπηροῖς συστενάζοντα, νοσούντων τε ὡς οἰκείων ἐπιμελεῖσθαι· καὶ ἐν ταῖς πρὸς ἄλλους αὐτῶν ὁμιλίαις δῆλον εἶναι πᾶσι, τῷ γείτονι τὰ δίκαια προϊσχομένῳ κατὰ τὸ δυνατὸν βοηθήσαντα· καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, αἰσχύνης νομίζειν ἄξιον τὸ ἐν οἷς ὁ γείτων δεῖται δυνατοῖς ἡμῖν, ἐν τούτοις παρ᾽ ἄλλων αὐτὸν ὠφελεῖσθαι. Ἔστι δέ τις σχέσις καὶ πρὸς τοὺς ξένους τοὺς ἐπιδημοῦντας ἡμῖν, ὑπὸ τοῦ τοὺς ξένους ἐφορῶντος θεοῦ συνδεομένη. χρὴ οὖν καὶ τούτοις τὸ καθῆκον ἀποδιδόναι, διά τε τὸν ἐφορῶντα αὐτοὺς θεὸν, καὶ διὰ τὴν αὔξησιν τῆς ἐν ἡμῖν φιλανθρωπίας, ὀφειλούσης μὴ μόνον συνάπτεσθαι τῇ οἰκειότητι, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τὸ γένος ὅλον τὸ τῶν ἀνθρώπων ἐκτείνεσθαι· ἔτι μέντοι, ἵνα καὶ ἡμεῖς μετὰ παρρησίας ἱκετεύωμεν, ἡμῖν συλλαμβάνεσθαι τὸν τοὺς ξένους ἐφορῶντα θεὸν, καὶ κατὰ τὴν θείαν δίκην καὶ ἡμεῖς τυγχάνωμεν τούτων ὧν ἡμεῖς τοῖς ξένοις μεταδεδώκαμεν. χρὴ γὰρ ἐννοεῖν ὅτι καὶ τῷ θεῷ δανείζει τις τὰς ἀγαθὰς προαιρέσεις καὶ πράξεις, καὶ μετὰ τόκων μεγάλων εὐγνωμονέστερον ἀνθρώπου αὐτὸς ἀποδίδωσι. Καθήκει δὲ μηδαμῶς τὸν ξένον ἀδικεῖν, ἀλλὰ καὶ ὑπ᾽ ἄλλου ἀδικουμένῳ κατὰ τὸ δυνατὸν βοηθεῖν. ἔρημον γὰρ ὄντα ἐπικουρίας ἀνθρωπίνης

de cive dicta ſunt, uberius & cumulatius in vicino obſervantur, eique & communicantur & accepta referuntur quæ poſſunt omnia. Rebus eorum ſecundis gratulandum, aduerſis ingemiſcendum, ægrotantes tanquam domeſtici curandi: & in omnibus aliorum congreſſibus declarandum, te vicino in re nulla iuſta defuturum, pro virili adiutando. Denique turpe habendum & erubeſcendum eſt, vicinum ei in re ab aliis adiutum fuiſſe, qua adiuvari à nobis potuiſſet. Eſt etiam affectio quædam adverſus peregrinos, qui ad nos veniunt, ab hoſpitum curatore Deo conciliata. Eſt igitur & his ſuum tribuendum tum ob curatorem eorum Deum: tum propter incrementum humanitatis noſtræ, quæ non ſolius neceſſitudinis & cognationis rationem habere, ſed ad univerſum hominum genus porrigi debet: tum vero, ut & nos cum fiducia ſupplicemus Hoſpitali Deo, divinaque providentia & ipſi ea conſequamur, quæ hoſpitibus tribuimus. Tenendum enim eſt, quemque ſuam rectam voluntatem & bonas actiones mutuare Deo, eaſdemque magna cum uſura, & uberiore quã homines ſolent menſura ab eo rependi. Nullo autem modo violandus eſt hoſpes: ſed ſi ab aliis violetur, ſumma vi defendendus. Eum enim ope humana deſtitutum,

ὁ τοὺς

ὁ τῶν ξένους ἐφορῶν θεὸς μᾶλλον, καὶ μᾶλλον ἐκδικεῖ. χρὴ δὲ καὶ πρὸς τὴν χρείαν ἧς ἕνεκεν ἀφῖκται, συλλαμβάνειν αὐτῷ τὸν δυνάμενον, καὶ ἐπιτηδείων δεομένῳ κατὰ δύναμιν παρέχειν. κἂν νοσήσῃ ξένος, ἐφ' ὅσον οἷόν τε, βοηθεῖν, καὶ πρὸς τὴν οἴκαδε ἐπάνοδον συμπράττειν κατὰ τὸ δυνατόν. Χρὴ δέ, φησιν, καὶ ἀπὸ τῆς πρὸς τὸν στρατηγὸν σχέσεως τὸ περὶ τὸν στρατηγὸν καθῆκον εὑρίσκειν τὸν στρατιώτην. καθήκει δὲ καὶ ἐπιτάττοντι ταχέως ὑπακούειν διὰ τὴν ὀξύτητα τῶν ἐν τοῖς πολέμοις καιρῶν, καὶ ἀνδρικῶς ἀγωνίζεσθαι τῷ στρατηγῷ πειθόμενον, ὡς ἐπ' αὐτῷ οὔσης τῆς τοῦ πολέμου τύχης. καὶ προκινδυνεύειν δὲ καθήκει τοῦ στρατηγοῦ τὸν στρατιώτην, διότι ἑνὸς μὲν στρατιώτου πεσόντος, οὐδὲν μέγα τὸ μέρος ἐκεῖνο κατὰ τὸν πόλεμον βλάπτεται. στρατηγοῦ δὲ πεσόντος, κἂν νικῶντες τύχωσιν οἱ ὑπ' αὐτὸν στρατιῶται, καὶ τοῖς φρονήμασιν εὐθὺς καταπίπτουσιν, καὶ ὡς πρόβατα ποιμένος στερηθέντα λύκων ἐπερχομένων ἄλλος ἀλλαχοῦ πρὸς φυγὴν διασπείρονται. ὥστε οὐ μόνον τὸ στρατόπεδον, ἀλλὰ καὶ ἡ πατρὶς κινδυνεύει στρατηγοῦ κατὰ τὸν πόλεμον πίπτοντος. δηλοῖ δὲ τὰ ἐπὶ τῷ θανάτῳ Κύρου συμβάντα, ἅπερ Ξενοφῶν ἐν τῇ ἀναβάσει ἱστόρησεν. Δῆλον δὲ ὅτι καὶ πρὸς τοὺς ἐν ταῖς πόλεσιν ἄρχοντάς ἐστί τις τῶν ἀρχομένων σχέσις, καὶ καθήκοντα τὰ πρέποντα τῇ σχέσει. πρέπει δὲ, τοῖς ὄντως ἄρχουσι πάντα, πείθεσθαι τοὺς ἀρχομένους, καὶ ὑπακούειν προθύμως, καὶ τιμᾶν ὡς μετὰ θεὸν εὐεργέτας.

curator hoſpitum Deus magis & reſpicit & ulciſcitur. Eſt & in eo negotio cuius conficiendi cauſa venit, adiuvandus ab eo qui poteſt, & victus egenti præbendus pro facultatibus: & in morbo iuvandus eſt hoſpes, quantum licet, & in reditu ad ſuos quoad poſſis. Atque etiam militis, officium, inquit, ex affectione erga Imperatorem eſt reperiendum. Convenit autem & iubenti aliquid ſtatim parere, ob ſubitas bellicæ rei converſiones: & fortiter pugnare cum iuſſerit Imperator, quaſi in ipſo poſita ſit victoria exercitus: & pro eius ſalute diſcrimen capitis adire; quod uno milite cæſo parum in bello ei parti nocetur; duce autem interfecto, vel victores eius milites ſtatim & animis concidunt, & non ſecus atque oves opilione carentes, lupis invadentibus alii alio diffugiunt, ut non caſtra tantum, ſed ipſa etiam patria, duce in bello cæſo periclitetur. Idque declarant ea quæ Cyri mortem, ut à Xenophonte ſcribitur, conſecuta ſunt. Populi etiam cum principibus civitatis quandam eſſe affectionem, perſpicuum eſt, & officia illi affectioni congruentia. Legitimis autem & germanis principibus parere in omnibus populus debet, & alacriter obtemperare, & venerari eos, ut qui proxime & ſecundum Deum maxima in rempublicam beneficia

οἱ γὰρ ἀληθῶς ἄρχοντες, ἀπὸ τῆς ψυχῆς ἄρχονται, καὶ διὰ πάντων τῶν τοῦ ἀνθρώπου χωροῦσιν ἐπιμελούμενοι. καὶ ὅπερ ὁ Ἱπποκράτης ἐπὶ τῶν ἰατρῶν εἶπεν, τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ἀρχόντων ἰδεῖν ἐστι διαφιλέστερον· ἐπ' ἀλλοτρίαις γὰρ ξυμφοραῖς ἰδίας καρποῦνται λύπας μὲν οὐ πάντως, εἴπερ πείθοιντο Ἐπικτήτῳ, φροντίδας δὲ καὶ πόνους, καὶ τῶν οἰκείων καταφρονήσεις, καὶ ἀσχολίας ἀφελκούσας αὐτοὺς τῆς πρὸς ἑαυτοὺς καὶ τὰ κρείττονα ἐπιμελείας. Χρὴ δὲ μὴ μόνον ὑπουργεῖν ἀλλὰ καὶ ἐνεργεῖν τοῖς ἄρχουσι τοὺς δυναμένους, καὶ συγκινδυνεύεσθαι νομίζειν αὐτοῖς τὴν ἀρχήν. εἰ δὲ ὀνόματι μόνον τύχωσιν ἄρχοντες τὰ τοῖς ἄρχουσι προσήκοντα μὴ πράττοντες, καὶ οὕτως ὡς μὲν μοχθηρῶν χρὴ καταγινώσκειν, τὸ δὲ τῇ ἀρχῇ προσῆκον ἀποδιδόναι, πρωτείων παραχωροῦντας, καὶ πειθομένους ἐφ' οἷς κατὰ τὴν ψυχὴν οὐ βλαπτόμεθα. Ἀλλ' ἐπὶ τὰ λοιπὰ κεφάλαια τοῦ Ἐπικτήτου τρεπτέον, μὴ ἐμαυτὸν λάθω προθέμενος μὲν τὰ τοῦ Ἐπικτήτου σαφηνίσαι, περὶ καθηκόντων δὲ βαττολογῶν νυνί.

conferant. Veri enim principes ab animo ſuæ curationis munus auſpicantur, & hominis partes pervagantur: & quod de medicis dixit Hippocrates, in principibus copioſius videre licet. Nam ob alienos caſus privatis non quidem doloribus afficiuntur, ſi Epicteto pareant: ſed curas & labores ſubeunt, rem familiarem negligunt, occupationibus detinentur, quibus & à ſui & rerum meliorum cura abſtrahuntur. Neque vero magiſtratibns obſequi tantum, ſed & operam qui poſſunt navare debent, atque exiſtimare in iis niti ſalutem civitatis. Sin autem verbo tantum principes erunt, & magiſtratus officia negligent: improbandi illi quidem erunt, ut ſunt improbi: ſed quod magiſtratui convenit, eis præſtabitur; ut & principatum eis deferamus, & iis in rebus pareamus, quibus animus non læditur. Sed ad reliqua Epicteti capita convertatur oratio, ne cum eius declarationem mihi propoſuerim, imprudens officiorum doctrinam verboſe perſequar.

ΚΕΦ. λη'.

Τῆς περὶ τοὺς θεοὺς εὐσεβείας ἴσθι ὅτι τὸ κυριώτατον ἐκεῖνό ἐστιν· ὀρθὰς ὑπολήψεις περὶ αὐτῶν ἔχειν, ὡς ὄντων, καὶ διοικούντων τὰ ὅλα καλῶς, καὶ δικαίως· καὶ σαυτὸν εἰς τοῦτο κατατεταχέναι, τὸ πείθεσθαι αὐτοῖς, καὶ εἴκειν ἐν πᾶσι τοῖς γινομένοις· καὶ ἀκολουθεῖν ἑκόντα, ὡς

CAP. XXXVIII.

Religionis erga Deos immortales præcipuum illud eſſe ſcito: rectas de eis habere opiniones: ut ſentias, & eſſe eos, & bene iuſteque adminiſtrare univerſa: parendum eſſe eis, & in omnibus iis quæ fiant acquieſcendum; & ſequenda ultro, ut

ὑπὸ

ὑπὸ τῆς ἀρίστης γνώμης ἐπιτελουμένοις. οὕτω γὰρ οὔτε μέμψῃ ποτὲ τοῖς θεοῖς, οὔτ' ἐγκαλέσεις, ὡς ἀμελούμενος. ἄλλως τε τοῦτο οὐχ οἷόν τε γίνεσθαι, ἐὰν μὴ ἀποστῇς τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν, καὶ ἐν τοῖς ἐφ' ἡμῖν μόνοις θῇς τὸ ἀγαθὸν, καὶ τὸ κακόν. ὡς, ἂν ἐκείνων ὑπολάβῃς ἀγαθὸν ἢ κακὸν, πᾶσα ἀνάγκη, ὅταν ἀποτυγχάνῃς ὧν θέλεις, καὶ περιπίπτῃς οἷς μὴ θέλῃς, μέμφεσθαί σε, καὶ μισεῖν τοὺς αἰτίους. πέφυκε γὰρ πρὸς τοῦτο πᾶν ζῶον, τὰ μὲν βλαβερὰ φαινόμενα, καὶ τὰ αἴτια αὐτῶν, φεύγειν, καὶ ἐκτρέπεσθαι, τὰ δ' ὠφέλιμα, καὶ τὰ αἴτια αὐτῶν, μετιέναι, καὶ τεθηπέναι. ἀμήχανον οὖν, βλάπτεσθαί τινα οἰόμενον, χαίρειν τῷ δοκοῦντι βλάπτειν. ὅθεν καὶ τὸ τῇ βλάβῃ χαίρειν, ἀδύνατον. ὅθεν καὶ πατὴρ ὑπὸ υἱοῦ λοιδορεῖται, ὅταν τῶν δοκούντων ἀγαθῶν εἶναι τῷ παιδὶ μὴ μεταδιδῷ. καὶ Πολυνείκην, καὶ Ἐτεοκλέα τοῦτ' ἐποίησε πολεμίους ἀλλήλοις, τὸ ἀγαθὸν οἴεσθαι τὴν τυραννίδα. διὰ τοῦτο ὁ γεωργὸς λοιδορεῖ τοὺς θεοὺς, διὰ τοῦτο ὁ ναύτης, διὰ τοῦτο ὁ ἔμπορος, διὰ τοῦτο οἱ τὰς γυναῖκας, καὶ τὰ τέκνα ἀπολλύντες. ὅπου γὰρ τὸ συμφέρον, ἐκεῖ καὶ τὸ εὐσεβές. ὥστε ὅστις ἐπιμελεῖται τοῦ ὀρέγεσθαι ὡς δεῖ, καὶ ἐκκλίνειν ἐν τῷ αὐτῷ, καὶ εὐσεβείας ἐπιμελεῖται. Σπένδειν δὲ, καὶ θύειν, καὶ ἀπάρχεσθαι κατὰ τὰ πάτρια, ἑκάστῳ προσήκει, καθαρῶς, καὶ μὴ ἐπισεσυρμένως, μηδὲ ἀμελῶς, μηδὲ γλίσχρως, μηδὲ ὑπὲρ δύναμιν.

quæ à mente præſtantiſſima regantur. Sic enim nec incuſabis eos unquam, nec ab eis negligi te conquereris. Aliter autem id fieri nequit, quam ſi iis quæ in poteſtate noſtra non ſunt, relictis, tam bona quã mala in iis quæ in nobis ſita ſunt collocaris. Nam ſi quid illorum ſenſeris eſſe bonum aut malum, aliter certe fieri non poterit, quin aut iis fruſtratus quæ velles, aut in ea quæ nolles delapſus, & culpes & oderis illarum rerum auctores. Illud enim natura eſt inſitum omni animantium generi, ut ea quæ nocitura videantur, eorumque cauſas, fugiant & averſentur: contra, utilia & cauſas eorum perſequantur & admirentur. Nulla igitur ratio eſt, ut is qui noceri ſibi putat, eo lætetur quod nocere videatur: unde etiã ipſo damno ut gaudeatur, fieri nequit. Hinc fit, ut & patri filius convicietur, cum ea quæ in bonis habentur, filio non impertierit: & illud eſt quod inter Eteoclem & Polynicem bellum concitarat, quod bonũ exſiſtimabant imperium. Hac de cauſa Deos execratur agricola, ob hoc nauta, ob hoc mercator, ob hoc ii, qui liberos & uxores amittunt. Nam ubi utilitas, ibi etiam eſt pietas. Quamobrem qui id dat operam, ut ſic & appetat & averſetur quemadmodum decet: is eadem opera & pietati dat operam. Libandum autem & ſacrificandum, & offerendæ primitiæ ſunt unicuique, ritu patrio: caſte, non incondite, nec indiligenter, nec ſordide, nec ſupra facultates.

ἘΞΗΓΗΣΙΣ.

Παραδοὺς τὰ πρὸς τοὺς ὁμοφύλους, τουτέστι, τὰ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους καθήκοντα, μεταβαίνει λοιπὸν ἐπὶ τὰ πρὸς τοὺς κρείττονας ἡμῶν. δεῖ γὰρ ἀπὸ τῶν προσεχῶν ἀρχόμενον, οὕτως ἐπὶ τὰ ὑπέρτερα ἀναβαίνειν καὶ ἐν τοῖς καθήκουσι. Καὶ ταῦτα δὲ ἀπὸ τῆς σχέσεως εὑρίσκει. σχέσις μὲν γάρ ἐστιν, ὡς πρὸς αἴτια πρῶτα καὶ ὑπερέχοντα. δῆλον δὲ ὅτι τοιαῦτα ὄντα, οὐδὲν αὐτὰ δεῖται παρ' ἡμῶν. διότι τὰ πρὸς αὐτοὺς καθήκοντα ἡμῖν· ἐστι τὰ οἰκειοῦντα, καὶ ὑποτάττοντα ἡμᾶς αὐτοῖς. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ τὴν σχέσιν καὶ τὴν κατὰ φύσιν σύνταξιν φυλάττειν τὰ αἰτιατὰ πρὸς τὰ πρῶτα, καὶ τὰ ἐξῃρημένα αἴτια. τιμᾶν οὖν αὐτοὺς δεῖ, καὶ σέβεσθαι, καὶ πείθεσθαι τοῖς ὑπ' αὐτῶν γινομένοις, καὶ εἴκειν αὐτοῖς ἑκόντας. καὶ ἀρεσκώμεθα, ὡς ὑπ' ἀρίστης γνώμης, καὶ ἀγαθῆς προνοίας γινομένοις. Ταῦτα δὲ ἡμῖν ὑπάρξει, τῆς τε γνώσεως ἡμῖν ἀληθιζομένης, καὶ τῆς ζωῆς κατὰ φύσιν διατιθεμένης. καὶ τῆς μὲν γνώσεως ὑπολήψεις καὶ δόξας ὀρθὰς περὶ αὐτῶν ἰσχούσης, ὅτι ἐστὶ πρῶτα τῶν ἄλλων αἴτια, καὶ ὅτι διοικεῖ τὰ παραγόμενα καὶ προνοεῖ τῶν ὅλων, καὶ ὅτι καλῶς αὐτὰ καὶ δικαίως κατευθύνει. εἴτε γὰρ μὴ εἶναί τις αὐτὰ νομίζει, εἴτε εἶναι μὲν, μὴ προνοεῖν δὲ, εἴτε εἶναι μὲν καὶ προνοεῖν,

COMMENTARIUS.

Expoſitis officiis adverſus eos qui eiuſdem conditionis ſunt, hoc eſt, homines: nunc ad præſtantiores nobis tranſit. Eſt enim à proximis incoandum, & ſic ad ſuperiora in officiis etiam aſcendendum. Enimvero hæc quoque ex affectione reperit, quæ cum eis eſt, tanquam primis cauſis & excellentibus. Cum autem tales ſint, obſcurum non eſt, nihil eos noſtris rebus indigere. Quare officia noſtra adverſus illos ſunt, quæ nos illis concilient atque ſubiiciant. Hac enim ratione affectionem atque ordinem naturalem ea quæ ex cauſis orta ſunt, adverſus primas & eximias cauſas tuentur. Honorandi ſunt igitur, & pie colendi, eorumque actionibus obtemperandum, libenterque illis cedendum & in iis acquieſcendum, ut quæ & optimo conſilio, & ſumma providentia adminiſtrentur. Ea vero tum nobis contingent, cum & cognitio noſtra vera fuerit, & vita naturæ convenienter inſtituta. Recte autem de iis ſentiemus, ſi iudicaverimus, & eſſe eos primas rerum cauſas & res conditas gubernare, & conſulere univerſis, eaque recte & iuſte adminiſtrare. Sive quis enim Deos eſſe non cenſet: ſive cum ſint, non conſulere rebus humanis: ſive cum & ſint, & rebus humanis conſulant, id ta-

μὴ δικαίως δὲ καὶ κατὰ λόγον ὀρθὸν προνοεῖν, οὔτε τιμήσειεν ἂν καὶ σεφθείη, οὔτε τοῖς γινομένοις ὑπ' αὐτῶν ὑπείκει καὶ πείθεται, ὡς ὑπ' ἀρίστης γνώμης γινομένοις. τῆς δὲ ζωῆς αἱρέσεως πρὸς τὰ γινόμενα διατιθεμένης ὡς ὑπὸ ἀρίστης γνώμης διοικουμένων τῶν ὅλων, καὶ μήτε μεμφομένης τι, μήτε ἐγκαλουμένης τοῖς αἰτίοις, τοῦτο δὲ οὐκ ἂν σχοίημεν, εἰ μὴ τὸ ἀγαθὸν καὶ κακὸν ἡμῶν ἐν τοῖς ἐφ' ἡμῖν ζητοῦμεν· ἵνα ἐν τούτοις τὰς ὀρέξεις ἔχωμεν καὶ τὰς ἐκκλίσεις, καὶ μήτε ὀρεγόμενοί ποτε ἀποτυγχάνωμεν, μήτε ἐκκλίνοντες περιπίπτωμεν. ἐὰν γὰρ τῶν ἐκτὸς ὡς ἀγαθῶν ὀρεγώμεθα, καὶ ὡς κακά τινα τῶν ἐκτὸς ἐκκλίνωμεν, ἀνάγκη καὶ τῶν ὀρεκτῶν πολλάκις ἀποτυγχάνειν, καὶ τοῖς ἐκκλινομένοις περιπίπτειν. ἀποτυγχάνοντες δὲ ὧν ὀρεγόμεθα, καὶ περιπίπτοντες οἷς ἐκκλίνομεν, ἀνάγκη μέμφεσθαι καὶ μισεῖν τοὺς αἰτίους τούτων, ἢ τοὺς δυναμένους μὲν παῦσαι, περιορῶντας δέ. πᾶν γὰρ ζῶον, τάχα δὲ καὶ πάντα τὰ ὄντα, τοῦ μὲν ἀγαθοῦ ἐφίεται, τὰ δὲ κακὰ διὰ τὸν αὐτὸν λόγον ἐκκλίνει κατὰ φύσιν. καὶ διὰ τοῦτο τὰ μὲν βλαβερὰ ἢ ὄντα ἢ δοκοῦντα, ὡς κακά, καὶ τὰ αἴτια αὐτῶν, ἐκτρέπεται, τὰ δὲ ὠφέλιμα ὁμοίως ἢ ὄντα ἢ δοκοῦντα, καὶ τὰ αἴτια αὐτῶν, ἀσπάζεται, καὶ μεταδιώκει, καὶ ὡς μεγάλα τεθαύμακεν. Ἀδύνατον οὖν ἐστι, βλάπτεσθαί τινα οἰόμενον

id tamen & iniuſte & imprudenter facere opinatur: is neque colet & venerabitur eos, neque illorum actionibus ſubſcribet ac parebit, ut ab optimo conſilio profectis. Vita porro bene & ſancte inſtitui, ut eorum quæ fiunt, cum univerſa ab optima mente adminiſtrentur, nec reprehendas quicquam, neque auctores accuſes, non poteſt, niſi bonum & malum in rebus noſtri iuris quæramus: ut in his & appetitiones noſtræ & declinationes verſentur, utque nunquam appetendo fruſtremur, nunquã incidamus in id quod declinamus. Sive enim res externas ut bonas appetimus, & quaſdam earum ut malas averſamur: ſæpe & fruſtari deſideriis, & in ea quæ fugias incidere neceſſe erit. Cum autem iis fruſtramur quæ deſideramus, & in ea quæ fugimus incidimus: fieri non poteſt quin culpemus & oderimus auctores harum rerum: aut eos qui, cum poſſent, eas non avertant, ſed conniveant. Omnes enim animantes, atque adeo res omnes bonum appetunt, eademque ratione mala ſecundum naturam declinant: eoque mala, quæ aut ſunt aut eſſe videntur, eorumque cauſas averſantur. Itemque utilia ſeu vera ſeu falſa, eorumque cauſas amplectuntur & perſequuntur, & ut magnã admirantur. Nullo igitur modo fieri poteſt, ut qui noceri ſibi putat, eo

dele-

χαίρειν τῷ δοκοῦντι βλάπτειν, ὥσπερ καὶ τὸ αὐτῇ τῇ βλάβῃ χαίρειν ἀδύνατόν ἐστιν. ὥσπερ γὰρ πρὸς τὴν βλάβην, οὕτω καὶ πρὸς τὸν ποιοῦντα τὴν βλάβην διατίθεται. ἡ δὲ βλάβη, κακόν, τὸ δὲ κακὸν φευκτὸν καὶ μισητόν, ὥσπερ τὸ ἀγαθὸν ἐφετόν, καὶ ἀσπαστόν. καὶ ὅτι ἀνάγκη τὸν αἴτιον νομιζόμενον τοῦ δοκοῦντος κακοῦ μισεῖν καὶ λοιδορεῖν, πιστοῦται πως ἐκ τοῦ, μηδὲ τὴν φυσικὴν οἰκειότητα ἀρκεῖν πρὸς τὸ μὴ μισεῖν τοὺς τῶν φαινομένων ἀγαθῶν ἀποστεροῦντας, ἢ τοῖς δοκοῦσι κακοῖς περιβάλλοντας. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ὁ πατὴρ ὑπὸ υἱέος μισούμενος λοιδορεῖται, ὅταν τῶν δοκούντων ἀγαθῶν μὴ μεταδιδῷ τῷ παιδί, ἢ τῶν δοκούντων τι κακῶν ἐπάγει, τύπτων, ἢ συνεθίζων πρὸς ἐγκράτειαν. καὶ Πολυνείκην δὲ καὶ Ἐτεοκλέα τοὺς Οἰδίποδος παῖδας, καίτοι ἀδελφοὺς ὄντας, τοῦτο ὅμως καὶ μέχρι τοῦ μονομαχῆσαι καὶ ἀνελεῖν ἀλλήλους προήγαγε, τὸ, ἀγαθὸν δοκοῦσαν τὴν τυραννίδα ὑπ' ἀλλήλων ἀφαιρεῖσθαι νομίζειν. καὶ ὁ γεωργὸς δὲ ὅταν σπείροντος μὴ ἐπιβρέξῃ, ἢ πλέον ὕσῃ ποτὲ, ἢ ἄλλό τι τῶν βλάπτειν ἢ ὠφελεῖν δοκούντων γένηται ἢ μὴ γένηται, λοιδορεῖ τοὺς αἰτίους· ποτὲ μὲν καὶ λόγοις βλασφημῶν· εἰ δὲ μή, τῇ γε ἐννοίᾳ. καὶ οἱ ναῦται δὲ δυσχεραίνουσιν ὅταν μὴ οἰκεῖος ἄνεμος αὐτοῖς ἐπιπνέῃ, καίτοι πολλάκις ὁ μὲν νότου χρήζει κατὰ ταὐτὸν, ὁ δὲ βορέου, καὶ οὐκ ἐννοοῦσιν, ὅτι

delectetur quod nocere videatur: ſicut fieri nequit, ipſo uti damno gaudeatur. Sic enim quiſque adverſus dantem damnum affectus eſt, ut adverſus ipſum damnum. Damnum enim malum eſt: malum fugiendum, & odio dignum, ſicut bonum optabile & amplectendum. Eum autem; qui rei alicuius quæ mala habetur, cauſa putatur, odium & convicia vitare non poſſe: ex eo conſtat, quod nec naturalis neceſſitudo & coniunctio ſatis virium habet ad odium eorum profligandum, qui nos aut bonis quæ habentur privant, aut in ea quæ mala videntur coniiciunt. Nam propterea & pater inviſus à filio conviciis afficitur, ſi bona filio neget, aut quod malum habetur infligat, ſive id verberando fiat, ſive ad continentiam aſſuefaciendo. Nam & Polynicem & Eteoclem Oedipodis filios, hoc, quamvis fratres, ad duellum & cædem mutuam adegit, quod imperium bonum iudicabant, & alter eo ſe ab altero ſpoliari putabat. Iam agricola ſi poſt ſationem non pluit, aut aliquando plus pluit, aut aliquid aliud quod bonum aut malum habetur fit, aut non fit: auctores aut impiis verbis laceſſit, aut certe cogitatione. Nautæ quoque moleſte ferunt, cum ventus eis ſecundus nō ſpirat, quamvis ſæpe alius Auſtro, alius Aquilone egeat. neque cogitant, fieri

ἅμα

ἅμα πνεῖν τοὺς ἀντικειμένους ἀδύνατον, ἀλλὰ μόνον δυσφοροῦσι πρὸς τὸν τῶν ἀνέμων αἴτιον, ὅτι μὴ τοῦ οἰκείου τυγχάνουσιν, ἢ τοῦ ἐναντίου πειρῶνται. καὶ οἱ ἔμποροι δὲ ὠνούμενοι μὲν, ἀφθονίαν εἶναι βούλονται τῶν ἐμπορευομένων, πιπράσκοντες δὲ, σπάνιν, καὶ ἀγανακτοῦσιν ὁπότερον ἂν τούτων μὴ γένηται, καὶ τοὺς μὲν ὅλα διοικοῦντας αἰτιῶνται. καὶ οἱ τὰς γυναῖκας δὲ καὶ τὰ τέκνα, καὶ ὅλως τὰ φίλτατα ἀπολλύντες, ὡς ἀποτυχόντες ὧν ὀρέγονται, καὶ περιπεσόντες οἷς ἐξέκλιναν, μέμφονται τοὺς διοικοῦντας. τοὺς γὰρ τὸ δοκοῦν συμφέρον πορίζοντας, ἐκείνους καὶ τιμᾶν καὶ σέβειν πεφύκαμεν. τῇ γὰρ τοῦ συμφέροντος τάξει σέβας εὐθὺς ἀνακινεῖται πρὸς τοὺς τὸ συμφέρον παρέχοντας, ὥσπερ τῇ τοῦ ἀσυμφόρου. μῖσος καὶ ἀποστροφὴ πρὸς τοὺς αἰτίους. ὥστε ὅστις ἐπιμελεῖται τοῦ ὀρέγεσθαι ὡς δεῖ, καὶ ἐκκλίνειν, ἀλλὰ μὴ πρὸς τὰ ἐκτὸς τείνει τὴν ὄρεξιν καὶ τὴν ἔκκλισιν, οὗτος ἐν ταὐτῷ καὶ εὐσεβείας ἐπιμελεῖται. τυγχάνει γὰρ ἀεὶ ὧν ὀρέγεται· καὶ μὴ περιπίπτων οἷς ἐκκλίνει, διὰ τὸ ἐφ' ἡμῖν εἶναι ταῦτα, εὐαρεστεῖ πρὸς τὰ γινόμενα, καὶ τὸ προσῆκον σέβας τοῖς αἰτίοις αὐτῶν ἀποδίδωσιν. ὁ δὲ τῶν ἐκτὸς ὀρεγόμενος, καὶ ταῦτα ἐκκλίνων, εἰ μὴ τὰς τῶν ἀνθρώπων γνώμας ἔχει τῇ ἑαυτοῦ δοκήσει συντρεπομένας, καὶ πλοῦτον, καὶ πενίαν, καὶ ὑγίειαν, καὶ νόσον,

non poſſe ut ſimul contrarii ſpirent: ſed tantum auctori ventorum ſuccenſent, quod nec ſuum habeant, & contrarium experiantur. Mercatores, cum emunt, mercium copiam eſſe volunt: & cum vendunt, penuriam: & utrum horum factum non fuerit, gubernatores univerſitatis huius accuſant, neque cogitant ſe ea concupiſcere quæ fieri non poſſint. Qui uxores, qui liberos, qui denique cariſſima quæque amittunt, ut fruſtrati iis quæ appetunt, & in ea prolapſi quæ declinant, gubernatores accuſant. Qui enim id, quod bonum habetur, præbent, eos & colere & venerari ſolemus. Nam ratione utilitatis ſtatim veneratio excitatur, adverſus eos qui utilitatem præbent: ſicut ob inutile, odium & averſatio auctorum. Quare qui operam dat ut, quemadmodum decet, appetat & declinet, nec ad externa porrigit appetitum & declinationem: is eadem opera & pietati dat operam. Semper enim ea quæ deſiderat adipiſcitur, nec in ea incidit quæ declinat, quia hæc penes nos ſunt. Acquieſcit igitur in iis quæ fiunt, & convenientem cultum auctoribus eorum tribuit. Qui autem res externas deſiderat, eaſque declinat: niſi etiam voluntates hominum ad ſuam opionem converſas habeat, & divitias & paupertatem, & valetudinem & morbum, &

καὶ ζωὴν, καὶ θάνατον, καὶ νίκας, καὶ ἥττας, καὶ μέντοι ἀνέμους, καὶ ὄμβρους, καὶ χάλαζαν, καὶ πάντα τὰ μετέωρα, καὶ τὴν εἱμαρμένην πᾶσαν περιφορὰν, ἐπειδὴ εἰς ταύτας τὰς ὀρέξεις καὶ τὰς ἐκκλίσεις ἐξέτεινεν ἀναγκαίως, πολλῶν μὲν ὀρεγόμενος ἀποτυγχάνει, πολλοῖς δὲ ἐκκλίνων περιπίπτει· ὥστε καὶ δυσχεραίνει πάντως, καὶ μέμφεται τοὺς αἰτίους, καὶ ζῇ βίον πρὸς τῷ λυπηρῷ, καὶ ἐπιπόνῳ, καὶ ἀσεβῆ πρὸς τὸ θεῖον· ὥστε παντοίως εἶναι κακοδαίμονα. Παραδοὺς δὲ τῆς περὶ τὸ θεῖον εὐσεβείας τὰ κυριώτατα αἴτια, τήν τε ἄπταιστον περὶ αὐτῶν ἐπιστήμην, καὶ τὸ πείθεσθαι καὶ εἴκειν τοῖς ὑπ᾽ αὐτῶν γινομένοις ἑκόντας, καὶ εὐαρεστοῦντας ὑπὸ τῆς ἀρίστης γνώμης γινομένοις, καὶ δείξας ὅτι τοῦτο ἀδύνατόν ἐστι τοῖς μὴ τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ κακὸν ἐν τοῖς ἐφ᾽ ἡμῖν τιθεμένοις, ἀλλ᾽ ἐν τοῖς ἐκτὸς, ἐφεξῆς παραδίδωσι καὶ τὰς διὰ τῶν ἐκτὸς τῷ θείῳ προσαγομένας τιμάς. ὧν τὰς νομίμους καὶ ἐνθέσμους ὁ θεὸς πάντως τοῖς ἀνθρώποις ἐξέφηνεν, ὡς αἱ ἱστορίαι δηλοῦσιν· ἵνα καὶ ἡμεῖς δι᾽ αὐτῶν τυγχάνωμεν τῆς πρὸς αὐτὸν οἰκειότητος, καὶ τὰ ἐκτὸς διὰ τῶν προσφερομένων ἀπολαύοντα τῆς θείας ἐλλάμψεως ἄφθονά τε ἡμῖν καὶ εὔχρηστα γίνηται. ὡς γὰρ τὴν ψυχὴν, ἧς αἴτιός ἐστιν, ἀνατίθεμεν αὐτῷ, καὶ ἀφιεροῦμεν, ἀποκαθαίροντες αὐτὴν διά τε τῆς ἐπιστημονικῆς περὶ αὐτοῦ ἐννοίας, καὶ διὰ τῆς κατὰ φύσιν ζωῆς· οὕτως ἐπὶ ταύτῃ χρὴ καὶ τὸ σῶμα

vitam & mortem, & victorias & clades, atque etiam ventos, & pluvias, & grandinem, & omnia quæ in ſublimi fiunt, & fatum univerſum: quoniam in has appetitiones & declinationes prolapſus eſt neceſſario, multis appetitionibus fruſtratur, & in multa adverſa incidit. Proinde etiam moleſte fert omnia, & culpat auctores, & vitam agit cum moleſtam & ærumnoſam, tum irreligioſam & impiam adverſus Deum, ut omnibus modis ſit infelix. Traditis autem pietatis adverſus deos præcipuis cauſis, & certiſſima de eis ſcientia, ut ultro parcamus & cedamus eorum actionibus, & acquieſcamus in iis, ut quæ ab optimo conſilio proficiſcantur: & demonſtrato, non poſſe hoc eos facere, qui bonum & malum in voluntate noſtra non collocent, ſed in rebus externis: ordine ſubiungit honores, qui ob res externas Deo tribuuntur: quorum legitimos & uſu receptos Deus utique hominibus oſtendit, ut hiſtoriæ declarant: ut & nos per eos neceſſitudine cum ipſo coniungamur, & externæ res, per oblationes fruendo illuſtratione divina, & uberes naſcantur, & noſtris uſibus accommodatæ. Ut enim animum, cuius is auctor eſt, ei dedicamus & conſecramus, repurgando illum, tum vera de illo cogitatione, tum vita naturæ conſentanea: ſic poſt illa corpus etiam

τὸ ὑπ᾽

τὸ ὑπ᾽ αὐτοῦ δοθὲν ἀναθεῖναι καθαίροντας, ἔξωθεν δὲ διὰ τὰς φανερὰς καὶ ἀφανεῖς κηλῖδας ἀπορρύπτοντας. Ἡ δὲ κεκαθαρμένη διὰ τῶν εἰρημένων τρόπων ψυχὴ, διὰ τοῦ κεκαθαρμένου ὀργάνου, καὶ ἀμφιέσμασι καθαροῖς ὡς δυνατὸν κεχρημένου, τῶν ἐκτὸς ὑπὸ τοῦ θεοῦ δοθέντων προσφερέτω τὰς ἀπαρχάς. καὶ γὰρ ὅσιον, καὶ δίκαιόν ἐστι τοῖς δεδωκόσιν ἀπάρχεσθαι, οὐχ ὅτι δεῖται τούτων ὁ θεὸς, (οὐδὲ γὰρ τῆς εὐζωΐας δεῖται τῆς ἡμετέρας, οὐδὲ τῶν ὀρθῶν περὶ αὐτοῦ ἐννοιῶν,) ἀλλ᾽ ἡμεῖς διὰ τούτων, κατὰ τὸ ἐπιβάλλον αὐτοῖς μέτρον ἐπιτηδείων γινομένων πρὸς τὴν θείων ἔλλαμψιν, ὑποδεχόμεθα τὸν θεὸν, ὅστις ἄξιος. οὕτω καὶ τὰ ἐκτὸς τὰ προσαγόμενα, καὶ ἀνατιθέμενα διὰ ζωῆς καθαρᾶς, κατὰ τὸν προσήκοντα τρόπον μεταλαμβάνει καὶ αὐτὰ τῆς θείας ἀγαθότητος, ὡς καὶ θείας ἐνεργείας ἐπιδείκνυσθαι. καὶ γὰρ ἐπιληψίας τις ὡμολόγησεν ἀπηλλάχθαι, καὶ διὰ τῆς τῶν τοιούτων μεταλήψεως καὶ χαλάζας καὶ θαλάσσης κλύδωνας ἔπαυσε. τῶν τοιούτων πολλάκις ὁσίων, καὶ οἱ προσφέροντες ὁσίως αὐτὰ, τῇ πρὸς αὐτὰ σχέσει συμμετέχουσι καὶ αὐτοὶ τῆς θείας ἐλλάμψεως· μετὰ τοῦ, δίκαιον καὶ εὐχάριστον ἔργον ποιεῖν τὸ τοῖς δεδωκόσιν ἀπάρχεσθαι καὶ ἀνατιθέναι. Ὅπερ δὲ εἶπον, δι᾽ ὀλίγου τοῦ προσφερομένου καὶ τὸ ὅλον εἶδος ἐκεῖνο ἀνατίθεται, καὶ ἀφιεροῦται τῷ θεῷ, καὶ τυγχάνει τῆς ἐπιβαλλούσης αὐτῷ θεόθεν ἐπικουρίας. ταῦτα δέ φησι προσήκει κατὰ τὰ πάτρια ποιεῖν ἑκάστοις· ὁ μὲν γὰρ θεὸς ἅμα πανταχοῦ πάρεστιν ἀεὶ

ab ipſo datum decet ei conſecrari, à maculis tam conſpicuis quã latentibus repurgatum. Animus autem his quas dixi rationibus repurgatus, repurgato inſtrumento, veſtimentis etiam quam puriſſimis uſo, externarum quoque rerum, quas Deus dederit, primitias offerto. Nam ius faſque poſtulat, iis offerri primitias, qui dederunt: non quod his egeat Deus; (neque enim probitate noſtra eget, neque rectis de ſe opinionibus;) ſed nos per hæc, pro ea menſura quæ nobis convenit, illuſtrationis divinę facti capaces, Deũ ſuſcipimus, qui dignus eſt. Sic externę res etiã oblatæ & dedicatæ, ex vitæ ratione pura, convenienti modo illuſtrationis divinæ fiunt & ipſæ participes, ita ut divina cõſpiciatur efficacitas. Nam & epilepſia ſe quiſpiam horum munere liberatum oſtendit: perq; hęc & fluctus maris ſedavit: quiq; ea ſancte offerunt, ob affectionem quam erga illos habent, ipſi quoq; divinæ fiunt illuſtrationis participes: præterquã quod & iuſti & grati animi fungitur munere is, qui illa iis qui dederunt, offert & conſecrat. Quod vero dixi, per exiguas iſtas primitias totũ genus illud dedicatur & cõſecratur Deo, & conveniẽtẽ ipſi⁹ Dei opẽ conſequitur. Hæc vero, inquit, patrio ritu fieri debent à ſingulis. nã Deus ſimul & ubiq; præſto eſt ſem-

μετὰ πασῶν αὐτοῦ τῶν θείων δυνάμεων. ἡμεῖς δὲ καθ' ἓν εἶδος ἀφωρισμένοι τὸ ἀνθρώπινον, πολλῶν ὄντων τῶν ὑπὸ θεοῦ παραχθέντων, καὶ τοῦ ἀνθρωπίνου εἴδους ἓν εἶδος ζωῆς νῦν καὶ βίου αἵρεσιν ἑνὸς ἀπονεμόμενοι, καὶ ἐν μέρει βραχεῖ τοῦ παντὸς καὶ αὐτῆς τῆς γῆς ἀπομερισθέντες, ἄλλος ἄλλης θείας ἀγαθότητος μετέχει, καὶ ἐν ἄλλοις τόποις, καὶ χρόνοις ἄλλως. ὁρᾷς γοῦν ὅτι ὅταν παρ' ἡμῖν ἡμέρα ᾖ, παρ' ἄλλοις νύξ ἐστι· καὶ ὅταν ἀλλαχοῦ χειμὼν, ἀλλαχοῦ θέρος. καὶ ἐνταῦθα μὲν τάδε φύεται φυτὰ, καὶ ζῶα, ἐν ἄλλοις δὲ τόποις ἕτερα, τῆς τε γῆς καὶ τῶν ἐν αὐτῇ μεμερισμένων δεχομένων τὰς θείας ἀγαθότητας. Ἕκαστοι οὖν δι' ὧν ὁ θεός τε ἐξέφηνε, καὶ αὐτοὶ διὰ τῆς πείρας συνῄσθοντο, διαφόροις ὥσπερ τόποις καὶ βίοις, οὕτω καὶ καιροῖς καὶ τρόποις, καὶ τῇ τῶν ἐσθιομένων καὶ προσφερομένων ἐναλλαγῇ τὸ θεῖον ἐξευμενίζονται. καὶ ὅτε κατὰ μὲν θεὸν τὰ περὶ θεοῦ ὀργιάζεται, δήλη γίνεται τῆς ἐν ταῖς ἀφωρισμέναις ἡμέραις ἐνέργεια τῆς θείας ἐλλάμψεως, ἥτις ἐν ἄλλαις οὐ πάντως γίνεται. καὶ γὰρ νοσοῦντες θεραπεύονται, καὶ προλέγεταί τινα τότε τῶν συμφερόντων. οὕτω μεγάλην ἔχει τὴν δύναμιν ἡ τῶν χρόνων διαφορὰ πρὸς τὴν θείαν οἰκειότητα. οὕτω δὲ καὶ ἡ τῶν τόπων καὶ τῶν λεγομένων καὶ πραττομένων καὶ προσφερομένων συναρμογή. Πάντα δέ, φησι, τὰ πρὸς τὴν θείαν ἀνήκοντα τιμὴν, καὶ καθαρῶς χρὴ ποιεῖν, καὶ μὴ ἐπισεσυρμένως. μὴ καθαρῷ γὰρ καθαρῶν ἐφάπτεσθαι, οὐ θεμιτόν ἐστι·

per, cum omnibus ſuis divinis copiis. Cum autem multa ſint à Deo producta, nos, qui una diſtincta ſpecie conſtemus humana, & pro humana forma unũ genus vitæ nunc, & unam ætatis degendæ rationem ſortiti, & in exigua parte univerſi & terræ adeo ipſius collocati ſimus: alius alio Dei beneficio fruimur, aliiſque temporibus & locis. Vides enim, cum aliis dies eſt, aliis eſſe noctem: cum alibi hiems, alibi æſtatem: hic alias naſci & ſtirpes & animantes, in aliis locis alias: cum & terra, & quę in ea ſunt, divina beneficia diverſis percipiant modis. Singuli igitur partim divina patefactione, partim experientia edocti, diverſis ut locis & vitæ generibus, ſic etiam temporibus & modis, victimarum item & oblationum varietate, numen placant. Ac cum divina feſta rite celebrantur, ſtatis diebus evidens efficacia divinæ illuſtrationis conſpicitur: quod alias nullo modo fit. Nam & ægroti curantur, & utilia quędam prædicuntur. Tanti intereſt diſcrimen temporum ad divinam neceſſitudinem, itemque locorum & dictorum, factorumque & oblationum accommodatio. Iubet autem omnia, quæ ad divinum cultũ pertineant, & pure facere, & non ſordide. Nam ab impuro pura attingi nefas eſt: purumque & ſincerum, ſi quid ei adulterinum

τῷ δὲ καθαρῷ καὶ εἰλικρινεῖ εἴ τι νόθον

προσ-

παραμιχθείη, μολύνει αὐτό. οὐ χρὴ οὖν ἐπισεσυρμένως ποιεῖν τι. τὸ γὰρ ἐπισεσυρμένον μεταλαμβάνει τινὸς ἀπὸ τοῦ ἐδάφους ἀκαθαρσίας. Οὐδὲ ἀμελῶς χρή, φησιν, οὐδὲν τῶν τοιούτων ποιεῖν, ὥστε διὰ ῥαθυμίαν καταλιμπάνειν τι τῶν δεόντων, ἢ συγχεῖν ἢ ἐναλλάττειν. ὥσπερ γὰρ ἐὰν στοιχεῖα τοῦ λόγου ἀφέλῃς, ἢ ὑπαλλάξῃς, οὐκ ἐπιγίνεται τὸ τοῦ λόγου εἶδος, οὕτω καὶ τῶν θείων ἔργων ἢ λόγων εἰ ἐλλείπει τι, ἢ ὑπήλλακται, ἢ συγκέχυται, οὐκ ἐπιγίνεται ἡ τοῦ θεοῦ ἔλλαμψις, ἀλλὰ καὶ ἐξυδαροῖ τὴν τῶν γινομένων δύναμιν ἡ τοῦ ποιοῦντος ῥαθυμία· ὥσπερ κυριώτατον εἰς συμπλήρωσιν καὶ τελείωσιν τῶν ἄλλων ἡ σύντονος μετ' ἐπιστήμης προθυμία τοῦ ποιοῦντος. ὁ δὲ περὶ τὴν τοῦ θεοῦ τιμὴν ἀμελὴς καὶ ῥᾴθυμος φαινόμενος, περὶ τί ἂν τῶν δεόντων σπουδάσειεν; Ἀλλ' οὐδ' ἀσεβῶς, φησί, δεῖ προσιέναι, τουτέστιν ἄνευ σεβασμοῦ. ὅσῳ γὰρ ἂν τιμιώτερα καὶ σεβασμιώτερα νομίζοιτο τὰ θεῖα, τοσούτῳ μᾶλλον αὐτῶν ὡς τοιούτων μετέχομεν. καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς τῷ σεβασμῷ τοῦ θείου κατὰ τὸ δυνατὸν ὑποταττόμεθα, καὶ ἀδρυνόμεθα. Εἰπὼν δὲ ὅτι οὐ δεῖ ἀμελῶς ποιεῖν, ηὐλαβήθη, ὡς ἔοικε, μή τις ὑπολάβῃ λέγειν αὐτόν, ὅτι καὶ ὑπὲρ δύναμιν χρὴ τὰ τοιαῦτα ποιεῖν. πρῶτον μὲν γὰρ ποῦ ἂν εἴη τὸ μέτρον ἄριστον, εἰ μὴ ἐπὶ τῶν θείων τῶν μετρούντων πάντα, καὶ ὁριζόντων τοῖς ἀρίστοις ὅροις; ἔπειτα οὐδὲν οὕτω τὰ θεῖα ἔργα συνέχει,

admiſceatur, eo pollui ſolet. Neque igitur ſordide quicquam faciendum, neque negligenter & per ignaviá, nec quicquá factu neceſſarium aut prætermittendú, aut confundendum, aut permutandum. Sicut enim, ſi elementa ſermoni ſubtrahas aut immutes, non manet eadem forma ſermonis: ſic etiam divinorum operum & ſermonum, ſi quid aut deeſt, aut immutatum eſt, aut perturbatum, illuſtratio divina tollitur, & eorum quæ geruntur vim evanidam reddit eius qui illa gerit, ſocordia: ſicut ad complementum & perfectionem cæterorum excitata cum ſcientia alacritas, multum valet. Qui vero ſe in Dei cultu negligentem & ſocordem præbet, qua in re ſit ad officium fungendum excitatus? At neque irreligioſe, inquit, eſt accedendum: hoc eſt abſque veneratione. Quanto enim religioſiores & ſanctiores res divinæ habentur: tanto magis eas, & quidem tales, percipimus. Nam & ipſi cultui numinis pro virili nos ſubmittimus, & in eo veluti grandeſcimus. Cum autem dixiſſet, non eſſe negligenter faciendum: veritus videtur, ne quis dicere ſe putaret, etiam ſupra vires iſta eſſe facienda. Ubi vero modus eſſet optimus, ſi divinis in rebus non eſſet: quæ omnia moderátur, optimiſque terminis definiunt? Deinde nihil æque divina continet opera,

ὡς τὸ τὴν ταυτότητα συνεχῆ καὶ ἀνέκλειπτον φυλάττειν ἐν αὐτοῖς καὶ ἔργῳ καὶ λόγῳ, μηδὲν κατὰ τὸ δυνατὸν παραλλάττοντα. ἀδύνατον δὲ ὑπὲρ δύναμιν πολλάκις αὐτὰ ποιεῖν. Ἐοίκασι δὲ οἱ τὸ θεῖον περιττῶς φιλοτιμούμενοι, ἅμα μὲν δωροδοκίαν αὐτοῦ καταψηφίζεσθαι, ἅμα δὲ ἀγνοεῖν, τίνα χρείαν ταῦτα εἰς τὴν θείαν εἰσάγει τιμὴν, ὅτι ἀπαρχαὶ βούλονται εἶναι τῶν ὑπὸ θεοῦ δοθέντων ἡμῖν. Τούτῳ μὲν οὖν τῷ θαυμαστῷ συνοδεύσας ὡς ἐμοὶ δυνατὸν, κατὰ τὸ παρὸν εἶδος τοῦ λόγου διήρθρωσα. Ἐπειδὴ δὲ ἀρχόμενος τοῦ κεφαλαίου συντόμως τὰ περὶ θεῶν τρία προβλήματα ἐνεδείξατο, ὧν προωμολογημένων δεῖται πᾶσα νομοθεσία, καὶ πᾶσα τῶν ἠθῶν διαγωγία, ὅτι καὶ εἰσὶ, καὶ προνοοῦσι, καὶ καλῶς καὶ δικαίως τὰ πάντα καὶ εὐθύνουσιν, οὐδὲν κωλύει διὰ τοὺς κερασβόλους τῶν ἀνθρώπων τὰς ἀποδείξεις προσθεῖναι τοῖς προβλήμασι. Φύσει μὲν γὰρ οὐκ ἄνθρωποι μόνοι, ἀλλὰ καὶ τὰ ἄλογα ζῶα, καὶ τὰ φυτὰ, καὶ λίθοι, καὶ πάντα ἁπλῶς τὰ ὄντα, κατὰ τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν ἕκαστον ἐπέστραπται πρὸς τὸν θεόν. ἄνθρωποι δὲ πρὸς τοῦτο καὶ παρὰ γονέων εὐθὺς ἐκ παιδίων συνεθίζονται θεοσεβεῖν, καὶ ταῖς κοιναῖς τῶν ἀνθρώπων ἐννοίαις ἀκολουθοῦσι. πάντες γὰρ ἄνθρωποι, καὶ βάρβαροι καὶ ἕλληνες, καὶ κατὰ τὸν πρότερον ἄπειρον χρόνον καὶ νῦν, κἂν ἄλλοι κατ' ἄλλας ἐννοίας, νομίζουσιν εἶναι θεόν. πλὴν Ἀκροθοϊτῶν, οὓς ἱστορεῖ Θεόφραστος

quam ſi in iis perennis æqualitas conſervetur:& quoad eius fieri poteſt, neque dicto, neque facto quicquam immutetur. Neque vero fieri poteſt, ut ſupra vires ſæpe facias. Videntur autem ii qui in res divinas profuſi ſunt, ſimul & Deum corruptelæ condemnare, & ignorare quem uſum iſta in divino cultu habeant, cum primitiæ ſint eorum quæ divinitus acceperimus. Ego igitur mirabilem hunc virum ſecutus, pro virili hunc quoque ſermonem declaravi. Sed quia capitis huius initio, tres de Diis quęſtiones compendio perſtrinxit, quæ ante omnem legum lationem, morumque diſciplinam certæ compertæque habendæ ſunt, Deos & eſſe, & providere, & bene, iuſteque adminiſtrare omnia: nihil vetat ob importunos quoſdam homines, demonſtrationes ſubiicere quæſtionibus. Natura enim non homines modo, ſed & brutæ animantes, & ſtirpes, & lapides, ea denique omnia quæ ſunt, pro ſua quodque virili, ad numen reſpiciunt. Homines vero præter id, à parentibus etiam ſtatim à puero ad pietatem aſſueſiunt, & communes hominum ſequuntur notiones. Omnes enim homines, tam Barbari quam Græci, tum infinito ſuperiori tempore, tum nunc, quamvis alii aliis rationibus, Deum eſſe cenſent: Acrothoitis exceptis: quos narrat Theophraſtus, cum

ἀθέους γινομένους ὑπὸ τῆς γῆς ἀθρόως καταποθῆναι· καὶ εἰ δή τις ἄλλος εἷς ἢ δύο κατὰ πάντα τὸν πρότερον αἰῶνα ἱστόρηται. Συμβαίνει δέ τινας καὶ διὰ τὸ ἀναποδείκτως πιστεύειν, καὶ διὰ τὸ ὁρᾶν, ποτὲ μὲν ἀγαθοὺς δυστυχοῦντας, ποτὲ δὲ κακοὺς ἐν ἑαυτοῖς εὐροῦντας, ὀλιγωρεῖν ὧν ἔχουσι προλήψεων, καὶ χώραν διδόναι τῇ τραγῳδίᾳ λέγειν,

Τολμῶ κατειπεῖν, μήποτ᾽ οὐκ εἰσὶν θεοί,
Κακοὶ γὰρ εὐτυχοῦντες ἐπιπλήττουσί με.

Καλῶς οὖν ἔχει τούτους καὶ τῷ Ἐπικτήτῳ πειθομένους, μὴ ἐν τοῖς ἐκτὸς, ἀλλ᾽ ἐν τοῖς ἐφ᾽ ἡμῖν τίθεσθαι τὰ ἀγαθὰ ἡμῶν, καὶ τὰ κακά. οὕτως γὰρ οὔτε ἀγαθὸς δυσπραγήσει ποτὲ, οὔτε κακὸς εὐροήσει. Καὶ μέντοι δι᾽ ἀποδείξεως, ὡς δυνατὸν, βεβαιῶσαι τὰς ἀναποδείκτους περὶ θεοῦ προλήψεις σκεψόμεθα. Ἀρχὴ δὲ τῆς σκέψεώς ἐστιν, εἰδέναι πρῶτον, τί σημαίνει τὸ τοῦ θεοῦ ὄνομα. Καὶ ἱστέον, ὅτι οἱ πρῶτον θέντες αὐτὸ, τοὺς ἐν τῷ οὐρανῷ περιπολοῦντας, παρὰ τὸ θέειν, τουτέστι, τρέχειν, καὶ ὀξέως κινεῖσθαι, οὕτως ὠνόμασαν. χρόνῳ δὲ ὕστερον, καὶ ἐπὶ τὰς ἀσωμάτους καὶ νοητὰς τῶν ὄντων αἰτίας ἀνήγαγον τὸ ὄνομα, καὶ μέχρι τῆς μιᾶς τῶν πάντων ἀρχῆς καὶ αἰτίας. ὥστε δηλοῦν τὸ ὄνομα ἀρχὴν τῶν ὄντων, καὶ αἰτίαν νοητὴν

cum nullum colerent numen, ſubito univerſos à terra abſorptos eſſe: & ſi quis forte alius unus atque alter, ab omni ævo, talis fuiſſe perhibetur. Fit autem, ut quidam, eo quod abſque demonſtratione credunt, & quia bonos viros eſſe miſeros, beatos & felices improbos vident, parum curent inſitas à natura ipſa notiones, & non adverſentur Tragœdiæ dicenti,

Deos non eſſe, dicere an non audeam,
Res improborũ tam ſecundas intuens?

Rectum igitur fuerit, hos vel Epicteto obtemperantes, non in rebus externis, ſed in noſtra poteſtate ſitis, bona & mala noſtra collocare. Sic enim neque cum bono viro unquam male agetur, neque ullus improbus erit beatus. Nos quoque nudas illas de Deo notiones demonſtratione firmare pro virili conabimur. Eſt autem conſiderationis huius initium, ut, quid Dei nomen ſignificet, videamus. Sciendum igitur, Græcis θεοὺς, quos Latini literis nonnihil immutatis Deos vocant, quæ in cœlo circumguntur, ſtellas, à curſu & motus celeritate (θέειν enim currere ſignificat) appellatos. Poſt autem ad incorporeas quoque naturas, rerum cauſas, & ad unicum omnium principium & cauſam, id nomen tranſlatum, ut id ſignificaret principium rerum, & cauſam mente comprehendendam,

primam

πρώτιστην, καὶ κυριωτάτην. ἢ γὰρ ἐκ ταὐτομάτου καὶ ἀπὸ τύχης πάντα γίνεται τὰ γινόμενα, ἢ ἔχει προηγουμένας αἰτίας, ὑφ᾽ ὧν γίνεται. ἀλλὰ τὸ μὲν ἐκ ταὐτομάτου, καὶ ὡς ἔτυχε, γινόμενον, οὔτε αἴτιον ὡρισμένον ἔχει τὸ ποιοῦν, οὔτε σκοπὸς ὡρισμένος ἐστί τινι. οὐ γὰρ ἂν ἐκ ταὐτομάτου καὶ ἀπὸ τύχης, ἀλλὰ κατὰ προηγούμενον ὑφίσταιτο αἴτιον, καὶ σκοπὸν ποιοῖ. ἀλλ᾽ οὐ τάξιν οὔτε ἀκολουθίαν τὴν αὐτὴν ἡ τῶν τοιούτων ἀεὶ γένεσις φυλάττει. πάντα δὲ τὰ κατὰ φύσιν καὶ προαίρεσιν γινόμενα, καὶ σκοπὸς ὡρισμένος ἐστὶ τῷ ποιοῦντι. καὶ γὰρ ὁ γεωργὸς σπείρει καὶ φυτεύει, σκοπὸν τιθέμενος τὸ γινόμενον· καὶ ἡ τῶν ζώων σύνοδος εἰς τεκνωγονίαν ὁρᾷ· καὶ ἀκολουθία καὶ τάξις ἀπ᾽ ἀρχῆς μέχρι τέλους φυλάττεται τῆς γενέσεως, τῶν μὲν ἐν ἀρχῇ, τῶν δὲ ἐν μέσῳ, τῶν δὲ τῷ πέρατι, κατὰ τὸν αὐτὸν εἱρμὸν παρακολουθούντων. τὸ γὰρ σπέρμα φυλῶν, καταβαλλόμενον ἐπὶ γῆν, τεγγόμενον ὕδατι, ῥίζας ἀφίησι καὶ βλαστούς, εἶτα καλάμην ἢ κλάδους τρέφει, καὶ τὰ ἑξῆς μέχρι τῆς ἀποδόσεως τοῦ καρποῦ καὶ πεπάνσεως. ἐπὶ δὲ ζώων ἀρδόμενον τῷ καταμηνίῳ τὸ σπέρμα ἐκτείνεταί τε, καὶ σχηματίζεται εἰς τὸ ἔμβρυον· ὃ τρεφόμενον καὶ τελειούμενον ἀποτίκτεται κατὰ τὸν προσήκοντα χρόνον. καὶ ἡ αὐτὴ τάξις ἀεὶ καὶ ἀκολουθία φυλάττεται τῆς γενέσεως.

primam omnium atque principem. Quæ enim fiunt, aut caſu atque fortuito fiunt omnia, aut ex antegreſſis cauſis oriuntur. Enimvero quod caſu & fortuito fit, neque cauſam effectricem definitam, neque certum finem propoſitum habet, quo referatur. Nam alioqui non caſu, ſed ex antegreſſa cauſa exſtitiſſet, atque ad finem aliquem referretur. Neque vero eorum, quæ temere ac fortuito fiunt, ortus certum ordinem & conſecutionem perpetuam ſervat. Ea vero quæ natura & conſilio geruntur, & ordinem ſervant, & ad finem certum referuntur. Agricola certe quidem & ſerit & plantat eo fine, ut aliquid naſcatur: & animantium congreſſus procreationem ſobolis ſpectat: & certa ſeries, certus ordo ab initio ad finem uſque procreationis ſervatur, aliis in initio, aliis medio, aliis in fine pari ordine conſequentibus. Nam in plantis quidem ſemen in terram conjectum & irrigatum aqua, radices agit & germina primum, mox culmum profert, aut ramos alit, cæteraque ordine uſque ad fructum & maturitatem. In animalibus autem ſemen menſtruo ſanguine perfuſum extenditur & informatur, dum fœtus fiat, qui eo uſque alitur & perficitur, donec ſuo tempore in lucem edatur. Atque hic ortus ordo atque progreſſio perpetuo conſervatur.

Quod

Εἰ οὖν τὰ μὲν κατὰ φύσιν καὶ προαίρεσιν γινόμενα, καὶ αἴτιον ὡρισμένον ἔχει, καὶ σκοπὸς ὡρισμένος ἐστὶ τῷ ποιοῦντι, καὶ κατὰ τὴν ἀκολουθίαν καὶ τάξιν ἀεὶ τὴν αὐτὴν ἀποτελεῖται, δηλονότι συνάγεται, τὰ κατὰ φύσιν καὶ προαίρεσιν, καὶ ὅλως πάντα τὰ προηγουμένως ἐν τῷ κόσμῳ γινόμενα, μὴ ἐκ ταυτομάτου, μηδὲ ὡς ἔτυχε, γίνεσθαι, ἀλλὰ κατὰ προηγουμένας αἰτίας. δεῖ ἄρα προηγουμένας αἰτίας εἶναι τῶν γινομένων· καὶ εἰ γεννηταὶ εἶεν αὗται, ἀνάγκη καὶ τούτων ἄλλας αἰτίας εἶναι προηγουμένας, ἕως ἂν ἐπὶ τὰ ἀγέννητα ἔλθωμεν· ἅπερ οὐκέτι τῶν γινομένων ἐστὶν, ἀλλὰ ὄντα ταῦτα κυριώτατα λέγεται, ἀγέννητα παντελῶς ὄντα, ἅτε ἐν αὐτοῖς ἔχοντα τὴν αἰτίαν τοῦ εἶναι, καὶ οὐκ ἔξωθεν. ὥστε ἢ αὐθυπόστατά ἐστι τὰ πρῶτα, καὶ ἀγέννητα αἴτια, ἢ κρείττονα τῶν αὐθυποστάτων, ὡς δείξει προϊὼν ὁ λόγος. Ὁμοίως δὲ καὶ ἀπὸ τῆς κινήσεως ἀναβαίνοντες, τὰ πρῶτα κινοῦντα αἴτια, ἢ αὐτοκίνητα εὑρήσομεν ἢ ἀκίνητα. τὸ γὰρ ἑτεροκίνητον ὑφ' ἑτέρου τινὸς κινεῖται: τὸ δὲ ἕτερον τοῦτο ἢ καὶ αὐτὸ ὑφ' ἑτέρου· καὶ τοῦτο ἐπ' ἄπειρον, ὅπερ ἐστὶν ἀδύνατον· οὐδὲν γὰρ οὕτως οὔτε κινοῦν ἔσται οὔτε κινούμενον, μὴ οὔσης ἀρχῆς τῆς κινούσης. ἢ γὰρ ἀνάγκη πρῶτον ἑτεροκίνητον ὑπὸ αὐτοκινήτου κινεῖσθαι,

Quod ſi ea quæ natura conſilioque fiunt, & cauſam definitam habent, & eorum auctor certum ſibi finem proponit, & progreſſione atque ordine eodem perpetuo res abſolvuntur: utique colligitur, ea quæ natura conſilioque in mundo fiant, ac præcipue ſpectentur, non caſu & temere fieri, ſed cauſis antegreſſis. Oportet igitur cauſas eorum quæ oriuntur, antegreſſas eſſe. Quæ ſi ortæ ſunt, neceſſe eſt eorum etiam alias eſſe cauſas priores, donec ad eas perventum fuerit, quæ nullum habeant ortum: quæ non iam ſint ex eorum numero quæ oriuntur, ſed quæ res ſubſiſtentes dicuntur rectius, cum omni prorſus ortu careant, quippe quæ cauſam, cur ſint, non aliunde, ſed in ſemet ipſis habeant. Itaque primæ cauſæ, ortuſque expertes, aut per ſe ſubſiſtunt, aut his ſunt præſtantiores: ut in progreſſu orationis oſtendetur. Deinde etiam à motione aſcendendo, primas moventes cauſas inveniemus aut per ſe mobiles eſſe, aut immobiles. Quod enim ſuo motu non cietur, ab alio quopiam cietur, atque id ipſum rurſus ab alio: fitque ſic progreſſio infinita, quam rerum natura reſpuit. Nihil enim iſta ratione futurum eſt, quod vel moveat vel moveatur, ni ſit principium movens. Aut neceſſe eſt, id quod primum alieno cietur motu, ab eo cieri quod vel per ſeſe movetur,

ἢ ὑπὸ ἀκινήτου. ἀλλὰ τὸ κατὰ πᾶσαν κίνησιν ἀκίνητον ἵστησι μᾶλλον καὶ πήγνυσι, καὶ τὸ ἀεὶ ὡσαύτως ἔχειν ἑκάστοις, καὶ μὴ μεταβάλλειν παρέχεται. Ἀνάγκη οὖν τὸ αὐτοκίνητον εἶναι τὸ πρώτως κινοῦν τὰ ἑτεροκίνητα. ταῦτα δέ ἐστι τὰ γινόμενα, καὶ φθειρόμενα, καὶ αὐξόμενα, καὶ μειούμενα, καὶ κατὰ ποιότητα μεταβάλλοντα, καὶ ἀπὸ τόπων εἰς τόπους μεταβαίνοντα. οὔτε γὰρ τὸ γινόμενον ὑφ' ἑαυτοῦ γίνεσθαι δυνατόν· ἔμελλε γὰρ εἶναι πρὸ τοῦ γενέσθαι. οὔτε τὸ αὐξόμενον ὑφ' ἑαυτοῦ αὔξεται· προσθήκη γὰρ αὔξεται τὸ αὐξόμενον. οὔτε τὸ ἀλλοιούμενον, ὑφ' ἑαυτοῦ ἀλλοιοῦται· ὑπὸ ἐναντίας γὰρ ποιότητος ἀλλοιοῦται τὸ ἀλλοιούμενον. ἀλλ' οὔτε κατὰ τόπον ὑφ' ἑαυτοῦ μεταβάλλει· σώματα γὰρ ὄντα πάντα τὰ κατὰ ταύτας κινούμενα, τὰς κινήσεις δειχθήσεται μὴ δυνάμενα εἶναι αὐτοκίνητα. Χρὴ οὖν τὰ προσεχῆ τῶν γινομένων, καὶ ἑτεροκίνητα αἴτια, αὐτοκίνητα εἶναι. καὶ γὰρ εἰ κατ' ἐπίνοιαν σταίη τὰ πάντα, οὐδαμόθεν ἄλλοθεν ἄρξεται ἂν τὸ ἀκίνητον, εἰ μὴ ἀπὸ τοῦ αὐτοκινήτου. τό, τε γὰρ ἀκίνητον ἀεὶ ὡσαύτως ἔχει, καὶ τὸ ἑτεροκίνητον τὴν τοῦ κινοῦντος περιμένει δύναμιν. Δεῖ δὲ καὶ ἁπλᾶς τὰς ἀρχὰς εἶναι· τὰ γὰρ σύνθετα ἐκ τῶν ἁπλῶν συνέστηκε, καὶ προηγεῖται τῇ φύσει τὰ ἁπλᾶ τῶν συνθέτων. Ἴδωμεν οὖν κάτωθεν ἀνιόντες, καὶ ἀπὸ τῶν προσεχῶν ἀρχόμενοι,

tur, vel quod eſt immobile. At vero quod ab omni motu alienum eſt, magis ſiſtit & compingit, & ſingulis rebus id confert, ut in eodem ſtatu permaneant, nec immutentur. Neceſſe igitur eſt, per ſe mobile id eſſe, quod primum movet ea quæ aliunde cientur. Ea vero ſunt, quæ oriuntur & occidunt, quæ augentur & minuuntur, quæ mutantur qualitatibus, quæ ab aliis locis in alia loca tranſeunt. Neque enim id quod oritur, oriri à ſe ipſo poteſt: (ſic enim eſſet, antequam eſſet) neque id quod augeſcit, à ſe ipſo augetur, ſed acceſſione aliqua facta: neque quod fit aliud, à ſe ipſo fit aliud, neque etiam locum ſua ſponte mutat. Cum enim ea quæ his, quos expoſui, modis mutantur, corpora ſint: ea per ſe non poſſe moveri conſtabit. Oportet igitur proximas iis, quæ oriuntur & aliunde moventur cauſas, per ſe eſſe mobiles.. Nam ſi univerſa ſtare fingas, non aliunde orietur mobile, niſi à per ſeſe mobili. Nam quod immobile eſt, eodem ſemper modo ſe habet. : & quod aliunde movetur, moventis exſpectat facultatem. Præterea principia ſimplicia quoq; eſſe oportet. Compoſita enim è ſimplicibus conſtant: itaque ab ipſa natura comparatum eſt, ut ſimplicia compoſitis antecedant. Videamus igitur inferne aſcendẽdo, & à vicinis auſpicando,

ζητῶμεν,

ζητῶμεν, εἰ δυνατὸν, τὰ σώματα ἐν ἀρχῆς λόγῳ παραλαμβάνεσθαι, καὶ εἶναι τοιαῦτα οἵας τὰς ἀρχὰς τὰς πρώτας ὁ λόγος ὑπέθετο· ἢ οὔτε αὐθυπόστατα οὔτε αὐτοκίνητα εἶναι δύναται ταῦτα τὰ κινούμενα σώματα. τὸ γὰρ αὐτοκίνητον, ἢ μέρει μὲν κινοῦν, μέρει δὲ κινούμενον, λέγεται αὐτοκίνητον· ἢ ὅλον ἑαυτὸ κινοῦν καὶ ὑφ' ἑαυτοῦ κινούμενον. ἀλλ' εἰ μέρει κινεῖ, καὶ μέρει κινεῖται, περὶ δὲ τοῦ κινοῦντος μέρους πάλιν τὰ αὐτὰ ἐρωτητέον, πότερον αὐτοκίνητόν ἐστιν, ἢ ἑτέρωθεν κινούμενον κινεῖ· καὶ εἰ τοῦτο, ἢ ἐπ' ἄπειρον προελευσόμεθα, ἢ αὐτοκίνητον ὑποθησόμεθα τὸ πρῶτον, ὡς ὅλον κινοῦν καὶ ὅλον κινούμενον. Τὰ δὲ αὐτὰ, καὶ περὶ τοῦ αὐθυποστάτου ῥητέον. ἀνάγκη γὰρ τὸ πρῶτον καὶ κυρίως αὐθυπόστατον ὅλον ὑφιστάνον εἶναι, καὶ ὅλον ὑφιστάμενον. Τὸ δὲ τοιοῦτον ἀμερὲς εὐθὺς ἀνάγκη εἶναι, καὶ ἀδιάστατον. μεριστὸν γὰρ, καὶ διαστατὸν ὑπάρχων, οὐ δύναται ὅλον ὅλῳ ἑαυτῷ ἐφαρμόττειν, ὡς τὸ ὅλον εἶναι κινοῦν, καὶ ὅλον τὸ αὐτὸ κινούμενον, ἢ ὅλον ὑφιστὰν εἶναι, καὶ ὅλον ὑφιστάμενον. Ἀλλ' οὐδὲ ἁπλᾶ εἶναι τὰ σώματα δύναται, ἐξ ὑποκειμένου τινὸς ὄντα, καὶ εἴδους, καὶ πολλῶν τῶν συμπληρούντων αὐτὸ, μεγέθους, σχήματος, χρώματος, καὶ τῶν τοιούτων. ἅπερ οὐκ ἔστι πρωτουργὰ

ut quæratur, an corpora principia eſſe, & talia eſſe poſſint, qualia prima principia eſſe oportere ſtatuimus: an vero per ſeſe neque ſubſiſtere, neque moveri poſſint mobilia iſta corpora. Quod enim eſt per ſe mobile, aut parte movens, parte movendum, dicitur per ſe mobile; aut totum ſe ipſum movens, & à ſe ipſo mobile. Verum ſi parte movet, parte movetur: de movente parte rurſus idem eſt quęrendum, utrum per ſe mobilis ea ſit: an cum aliunde moveatur, moveat? Quod ſi hoc: aut in infinitum progrediemur, aut per ſe mobile ſtatuemus primum illud, ut quod totum & moveat & moveatur. Eadem & de iis dicenda ſunt, quæ per ſeſe ſubſiſtunt. Neceſſe enim eſt, primū illud & proprie per ſeſe ſubſiſtens, eiuſmodi eſſe, quod totum & ſubſiſtere faciat, & ſubſiſtat. Quod vero eiuſmodi eſt, in id mox etiam neceſſe eſt neque partitionem neque diſiunctionem cadere. Nam ſi dividi & coniungi queat, non poteſt totum ſecum ipſo coniungi, ut totum ſit movens, idēque totum id quod movetur; aut totum id quod conſtituat, & totum id quod conſtituatur. Sed ne ſimplicia quidem eſſe poſſunt corpora, quæ ſubiecto aliquo cōſtant, & forma, & multis quibus compleantur rebus, magnitudine, figura, colore & ſimilibus, quæ non ſunt primę &

εἴδη, ἀλλὰ μεθέξεις τῶν πρωτουργῶν εἰδῶν ἐν ὑποκειμένῳ τινὶ ἀνειδέῳ τῷ μετέχοντι γινόμεναι. ὅπου μὲν γάρ ἐστι πρωτότυπα τὰ εἴδη, ἔστιν αὐτὸ τοῦτο ἕκαστον ὅπερ ἐστὶ, καὶ οὐ δεῖται τινὸς τοῦ μετέχοντος ἀνειδέου. ὅπου δὲ μέθεξίς ἐστιν ἀπὸ τῶν πρωτοτύπων, δεῖ πάντως ἄλλο εἶναι τὸ μετέχον ἀνείδεον καθ᾽ αὑτὸ ὑπάρχον. Εἰ οὖν αἱ μὲν ἀρχαὶ ἀσώματοι, καὶ ἀδιάστατοί εἰσι, καὶ ἁπλαῖ καὶ πρωτουργοὶ, αὐτοκίνητοί τε, καὶ αὐθυπόστατοι, ἢ κρεῖττόν τι τούτων· τὰ δὲ σώματα οὐ δύναται εἶναι τοιαῦτα· δηλονότι τὰ σώματα οὐκ ἂν εἶεν ἀρχαί. Τί οὖν ἐστι, τὸ αὐτοκίνητον, ὅ φαμεν, κινητικὸν ὑπάρχον τῶν σωμάτων ἑτεροκινήτων ὄντων, ἀρχῆς ἔχειν πρὸς αὐτὰ λόγον; ἢ τοῦτό ἐστι τὸ ἔνδοθεν κινοῦν; ἀλλὰ καὶ αὐτὸ, εἰ ὑφ᾽ ἑτέρου κινοῖτο, οὐκ ἂν ἐλέγομεν ἔνδοθεν κινεῖσθαι, ἀλλὰ ἔξωθεν, ὡς τὰ σώματα. τὸ γὰρ κυρίως κινοῦν, τὸ πρώτως κινοῦν ἐστιν· ὥσπερ εἰ διὰ τῆς χειρὸς καὶ ῥάβδου κινῶ τὸν λίθον, ἐγώ εἰμι ὁ κυρίως κινῶν. Τί οὖν ἐστι τὸ ἔνδοθεν τὰ σώματα κινοῦν; τί ἄλλο, ἢ τοῦτο ὃ λέγομεν ψυχήν; καὶ γὰρ τὸ ἔμψυχον, ἔνδοθεν κινεῖται. καὶ τὸ ἔνδοθεν κινούμενον, ἔμψυχον λέγομεν. εἰ τοίνυν ἡ ψυχὴ τὸ ἔνδοθεν κινοῦν τὰ σώματα, τὸ δὲ ἔνδοθεν κινοῦν τὰ σώματα τὸ αὐτοκίνητόν ἐστιν, ἡ ψυχὴ ἂν εἴη τὸ αὐτοκίνητον, ἀρχὴ καὶ αἰτία τῶν

efficientes ſpecies, ſed participationes earum ſpecierum in ſubiecto aliquo informi, quod participat, exſiſtentes. Ubi enim primogeniæ formæ ſunt: unumquodque id ipſum eſt quod eſt, nec eget ſocietate informis alicuius. Ubi vero participatio eſt à primogeniis, omnino aliud eſſe oportet quod participat, cum per ſe informe ſit. Igitur ſi principia incorporea & indiuulſa ſunt & ſimplicia, & per ſe efficacia & per ſe mobilia & ſubſiſtentia, aut aliquid hiſce præſtantius; corpora vero talia eſſe non poſſunt: corpora principia non eſſe conſtat. Quid ergo eſt, per ſe mobile, quod eſſe corporum dicimus quæ alieno cientur motu, principii habere cum iis collatum rationem? An hoc id eſt quod intrinſecus movet? At ſi & ipſum ab alio moveretur, non id per ſe moveri diceremus, ſed extrinſecus, veluti corpora. Nam proprie movens eſt primum movens: veluti ſi manu & baculo moveam lapidem, ego ſum proprie is qui movet. Quid ergo eſt quod corpora intrinſecus moveat? Quid aliud, niſi id quod animam dicimus? Nam quod eſt animatum, intrinſecus movetur: & quod intrinſecus movetur, animatum dicimus. Quod ſi anima eſt quæ intrinſecus moveat corpora; quod vero corpora intrinſecus movet per ſe mobile eſt: anima per ſe mobilis, erit principium & cauſa eorum quæ

γινομένων, καὶ κινουμένων ὑπάρχουσα, καὶ λόγους ἔχουσα ἐν αὐτῇ τούτων, καθ' οὓς γίνονται τὰ γινόμενα, καὶ κινοῦνται τὰ κινούμενα. εἰ μὴ γὰρ ἔστι πρωτουργὰ ἐν τοῖς σώμασιν εἴδη, ἀλλ' ἐκ τοῦ αὐτοκινήτου προσεχῶς ὑφίσταται, δηλονότι ἑκάστου εἴδους τοῦ ἐν τοῖς σώμασι, καὶ ὅλως γεννητῶν, ἡ πρωτουργὸς ἀρχὴ ψυχή ἐστι. καὶ ἐκεῖνά εἰσι τὰ εἰλικρινέστερα, καὶ καθαρώτερα. ἵνα γὰρ ἐφ' ἑνὸς ποιήσωμεν τὸν λόγον, τὸ ἐν σώμασι καλὸν ἐν σαρξίν ἐστι, καὶ νεύροις, καὶ τοῖς τὸ σῶμα συμπληροῦσιν, εἰ τύχοι, τῶν ζώων, καλλιῶον μὲν, ὡς δυνατὸν, ἐκεῖνα, μεταλαμβάνον δὲ καὶ αὐτὸ τῆς ἐκείνων ἀσχημοσύνης, καὶ βεβλαπτισμένον εἰς αὐτήν. τὸ δὲ ἐν τῇ ψυχῇ καλὸν ἀπολελυμένον τούτων ἁπάντων, καὶ οὐκέτι εἰκὼν καλοῦ, ἀλλ' αὐτόκαλον ὑπάρχον, λόγος καθαρός ἐστι: οὐ πῇ μὲν καλὸν, πῇ δὲ οὐ καλὸν, ἀλλ' ὅλον δι' ὅλου καλόν. διὸ καὶ ὅταν ἡ ψυχὴ τὸ ἐν αὐτῇ καλὸν ἴδῃ, ἢ τὸ ἐν ἄλλῃ ψυχῇ, ἀτιμάζει τὸ σωματικὸν καλὸν, καὶ περιπτύει αὐτὸ, πρὸς ἐκεῖνο γε παραβάλλουσα. οὕτω δὲ καὶ τῶν ἄλλων εἰδῶν ἕκαστον πρωτουργὸν, καὶ εἰλικρινές ἐστιν ἐν τῇ ψυχῇ. Δῆλον δὲ ὅτι τοῖς σώμασιν ὁμοίως καὶ αἱ ψυχαὶ διῄρηνται, διὰ τὰ σώματα κινοῦσαι. καὶ αἱ μὲν τῶν οὐρανίων εἰσὶν, . αἱ δὲ τῶν ὑπὸ σελήνην. ἄτοπον γὰρ τὰ μὲν χείρονα τῶν σωμάτων ἔμψυχα εἶναι καὶ ζῆν, τὰ δὲ κρείττονα

quæ oriuntur & moventur, horumque rationes in ſeſe continens, ſecundum quas ea fiunt quæ fiunt, & moventur quæ moventur. Niſi enim primariæ ſunt in corporibus formæ, ſed ex eo quod per ſe mobile eſt, proxime conſtituuntur: nimirum cuiuſque ſpeciei corporum, atque adeo eorum quæ orta ſunt, primarium principium anima eſt. Atque illa ſunt ſinceriora & puriora. Ut enim uno rem exemplo declaremus, pulcritudo corporum in carnibus ſita eſt, & iis quibus expletur corpus atque abſolvitur, ſi ita cadat, animalium: quæ & illa quantum fieri poteſt exornet, & ipſam deformitatis eorum partem capiat, & in eam demergatur. Animi vero pulcritudo his ſoluta omnibus, neque iam imago pulcritudinis, ſed ipſa pulcritudo, ratio pura eſt, non alibi quidem pulcra, alibi vero non pulcra, ſed tota & penitus pulcra. Quare etiam cum anima vel ſuam, vel alterius animæ pulcritudinem perſpexerit, pulcritudinem corporis aſpernatur & deſpicit, ad illam alteram inclinata. Sic etiam aliarum formarum quælibet primaria & ſincera eſt in anima. Conſtat autem, ut corpora, ſic etiam animas dividi, quæ ſua corpora movent: aliæque ſunt cœleſtium, aliæ ſublunarium. Abſurdum enim eſt, cum deteriora corpora ſint animata & vivant:

ἄψυχα καὶ νεκρά. καὶ λόγον οὖν ἔχουσιν αἱ ψυχαὶ πρὸς ἀλλήλας ὅνπερ τὰ σώματα, αἰτίαι οὖσαι αἱ ἐν τῷ οὐρανῷ τῶν ὑπὸ σελήνην. καὶ σεμνὸν μὲν ὄντως καὶ τίμιον τὸ χρῆμα τῆς ψυχῆς, καὶ μάλιστα τῆς οὐρανίας, καὶ εἰς ἀρχῆς λόγον ἐπιτήδειον, ἀλλ' οὔτι γε τῆς πρώτης. τὸ γὰρ αὐτοκίνητον καὶ αὐθυπόστατον, τῶν μὲν ἑτεροκινήτων καὶ ἑτέρωθεν ὑφισταμένων προϋπάρχον· διπλόην δὲ ὅμως ἔχει τινά, κινοῦντος καὶ κινουμένου, καὶ ὑφιστῶντος, καὶ ὑφισταμένου. δεῖ δὲ πρὸ τοῦ συνθέτου τὸ ἁπλοῦν εἶναι, καὶ πρὸ τῶν δύο τὸ ἕν. Ἔτι δὲ καὶ ὑφ' ἑαυτοῦ κινεῖται τὸ αὐτοκίνητον· ἀλλὰ κινεῖται ὅμως, καὶ μεταβάλλει· κἂν μὴ κατ' οὐσίαν, ἀλλὰ κατὰ τὰς ἐνεργείας, οὐ τὰς σωματικὰς κινούμενον κινήσεις, (κατὰ γὰρ ἐκείνας, ἀκίνητόν ἐστιν,) ἀλλὰ τὰς ψυχικάς· ὧν ὀνόματά ἐστι σκοπεῖσθαι, βουλεύεσθαι, διανοεῖσθαι, δοξάζειν· καθ' ἃς αὐτὴ κινουμένη κινεῖ τὰ σώματα κατὰ τὰς σωματικὰς κινήσεις. Δεῖ δὲ πρὸ τοῦ ὁπωσοῦν μεταβάλλοντος εἶναι τὸ τελέως ἀμετάβλητον, ἵνα καὶ τὸ μεταβάλλον μένῃ μεταβάλλον. ἡ μὲν γὰρ κίνησις καὶ μεταβολὴ καὶ τοῖς οὐρανίοις καὶ τοῖς ὑπὸ σελήνην ἀψύχοις ὑπάρχει, τῆς πρώτης κινούσης. τὸ δὲ ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτά, καὶ ὡσαύτως, καὶ περὶ τὰ αὐτά, καὶ καθ' ἕνα

præſtantiora, carere anima atque vita. Eſt etiam animarum ratio quædam inter ſeſe, quemadmodum & corporum. Cæleſtes enim animæ earum cauſæ ſunt quæ infra lunam ſunt: ac revera magnificum quiddam & pretioſum eſt anima, præſertim cœleſtis, & ad principii rationem accommodata, neque tamen primi. Quod enim per ſe & movetur & ſubſiſtit, quamvis iis, quæ alieno motu cientur, & aliunde exſiſtunt, ſit prius, duplicem tamen rationem habet, moventis & mobilis, efficientis & effecti. Oportet autem ſimplex antecedere compoſito, & unum prius eſſe duobus. Præterea quod per ſe mobile eſt, à ſe ipſo cietur: ſed movetur tamen & mutatur, licet non eſſentiæ ratione, ſed ſecundum actiones: ac non corporeis movetur motionibus (nam quod ad illas attinet, immobile eſt) ſed animalibus: quarum nomina ſunt, conſiderare, deliberare, cogitare, opinari: quibus ipſa cum moveatur, corpora movet corporeis motionibus. Omnino autem ante id quod utcunque mutatur, eſſe oportet id quod nullo modo mutetur, ut & id, quod mutatur, mutabile maneat. Motio enim atque mutatio & cœleſtibus & ſublunaribus inanimatis præſto eſt, movente anima prima. Quod vero ſemper eadem ratione, eodemque modo, & circa eadem, & una

ratione

λόγον, καὶ μίαν τάξιν, πόθεν ὑπάρχει τοῖς οὐρανίοις; πόθεν δὲ καὶ ἐν τοῖς ὑπὸ σελήνην ἡ ἀπὸ τῶν αὐτῶν ἐπὶ τὰ αὐτὰ ἀεὶ ἀνακύκλησις; τῶν τε στοιχείων, καὶ τῶν ὡρῶν, καὶ τῶν ζώων, καὶ τῶν φυτῶν; κἂν γὰρ τῷ ἀριθμῷ μὴ μένῃ ταῦτα αὐτὰ ἀνακυκλούμενα, ὥσπερ ἐπὶ τῶν οὐρανίων, ἀλλὰ τῷ εἴδει τὰ αὐτὰ ἀποκαθίσταται. ἐκ γὰρ πυρὸς ἀὴρ, καὶ ἐξ ἀέρος ὕδωρ, καὶ ἐξ ὕδατος γῆ, καὶ πάλιν πῦρ· καὶ μετὰ ἔαρ, θέρος, καὶ μετόπωρον, καὶ χειμὼν, καὶ πάλιν ἔαρ· καὶ ἀπὸ πυροῦ καλάμη; καὶ βοτάνη, καὶ ἄσταχυς, καὶ πάλιν πυρός· καὶ ἀπὸ ἀνθρώπου σπέρμα, καὶ καταμήνιον, καὶ πάλιν ἄνθρωπος. πόθεν οὖν αὕτη ἡ ταυτότης; ἡ γὰρ κίνησις ἐκστατική ἐστι καὶ ἑτεροποιός· δηλοῦν οὖν, ὅτι ἀπὸ ἀκινήτου τινὸς, καὶ παντάπασιν ἀμεταβλήτου αἰτίας, τῆς ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἐχούσης. καὶ γὰρ τοῦ ποτὲ μὲν ταχὺ νοοῦντος ἢ ποιοῦντος, ποτὲ δὲ χρονικὰς τὰς ἐνεργείας ἔχοντος, προηγεῖσθαι ἀνάγκη τὸ ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ, καὶ ὡσαύτως, καὶ ἐν ἀμερεῖ καὶ ἀκινήτῳ αἰῶνι πάντα ἐνεργοῦν. ὅσῳ γὰρ τοῦτο τοῦ αὐτοκινήτου κρεῖττον, τὸ μὴ μόνον κατ' οὐσίαν ἀμετάβλητον, ἀλλὰ καὶ κατὰ δύναμιν, καὶ κατ' ἐνέργειαν, πρόδηλόν ἐστι. τὸ δὲ κρεῖττον, ἀνάγκη προϋπάρχειν κατ' οὐσίαν τῶν καταδεεστέρων. Καὶ χρὴ τὸν ἐπὶ τὰς ἀρχὰς ἀναβαίνοντα ζητεῖν, εἰ δυνατὸν, εἶναί τι κρεῖττον τῆς

ratione unoque ordine ſunt, cœleſtibus unde contigit? Unde autem ſublunaribus etiam contingit ab iiſdem perpetuus ad eadem veluti in orbem reditus? Elementa vero, & animantia, & ſtirpes, etiamſi numero non permanent, eadem in orbem redeunt, tanquam cœleſtia: ſpecie tamen in eadem reſtituuntur. Nam ex igne aër, & ex aëre aqua, & rurſus ignis: poſt ver, æſtas, & autumnus, & hyems, rurſuſque ver: & è frumento culmus, & herba, & ſpica, & rurſus frumentum: & ab homine ſemen, & menſtruum, & rurſus homo. Unde igitur iſta ad idem reverſio? Nam ipſe motus diſcrimen diverſitatemque efficit. Non dubium quin ab immobili aliqua & prorſus immutabili cauſa, cuius una eademque ratio perpetuo eſt. Nam ei quod alias celeriter cogitat aut facit, alias diuturnas habet actiones, id antecedere neceſſe eſt, quod uno eodemque modo perpetuo ſe habeat, & ævo diviſionis & motionis experte agat omnia. Quanto enim eo quod per ſeſe movetur ſit præſtantius illud, cuius non eſſentia modo eſt immutabilis, ſed & potentia & actio, clarum eſt. Quod vero præſtantius, idem etiam eſſentiæ ratione prius eſſe neceſſe eſt deterioribus: eſtque ad principia aſcendendo quærendum, poſſit ne aliquid eo eſſe principio præſtantius quod ſtatui-

ὑποτεθείσης ἀρχῆς· κἂν εὑρεθῇ, πάλιν ἐπ' ἐκείνου ζητεῖν· ἕως ἂν εἰς τὰς ἀκροτάτας ἐννοίας ἔλθωμεν, ὧν οὐκέτι σεμνοτέρας ἔχομεν· καὶ μὴ στῆσαι τὴν ἀνάβασιν. οὐδὲ γὰρ εὐλαβητέον μὴ κενεμβατῶμεν, μείζονά τινα καὶ ὑπερβαίνοντα τὰς πρώτας ἀρχὰς περὶ αὐτῶν ἐννοοῦντες. οὐ γὰρ δυνατὸν τηλικοῦτον πήδημα πηδῆσαι τὰς ἡμετέρας ἐννοίας, ὡς παρισωθῆναι τῇ ἀξίᾳ τῶν πρώτων ἀρχῶν, οὐ λέγω καὶ ὑπερπτῆναι. μία γὰρ αὕτη πρὸς θεὸν ἀνάτασις ἀρίστη, καὶ ὡς δυνατὸν ἄπταιστος. καὶ ὧν ἐννοοῦμεν ἀγαθῶν τὰ σεμνότατα, καὶ ἁγιώτατα, καὶ πρωτουργὰ, καὶ ὀνόματα, καὶ πράγματα αὐτῷ ἀνατιθέντας εἰδέναι βεβαίως, ὅτι μηδὲν ἀνατεθείκαμεν ἄξιον. ἀρκεῖ δὲ ἡμῖν εἰς συγγνώμην, τὸ μηδὲν ἔχειν ἐκείνων ὑπέρτερον. Ἀνελθόντος τοίνυν τοῦ λόγου ἀπὸ τοῦ αὐτοκινήτου ἐπὶ τὸ ἀκίνητον, καὶ κατὰ πάντα τρόπον ἀμετάβλητον αἴτιον, καὶ ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχον, τῇ τε οὐσίᾳ, καὶ ταῖς δυνάμεσι, καὶ ταῖς ἐνεργείαις, καὶ ἐν αἰῶνι ἱδρυμένον τῷ τὸν χρόνον τοῖς κινουμένοις συνυποστήσαντι· καὶ τῶν πολλῶν ἀρχῶν, τῶν ἐν τῷ αὐτοκινήτῳ, τὰς ἀρχικωτέρας αἰτίας ἐν τῷ ἀκινήτῳ θεασόμεθα, ἀκινήτους, καὶ αἰωνίας, καὶ ὁλοτελεῖς,

ſtatuimus. Quod ſi repertum fuerit: rurſus in illo quærendum, donec ad ſupremas cogitationes pervenerimus, quibus nihil reſtet excellentius. nec prius ab aſcenſu deſiſtendum. Neque enim verendum, ne inanis ſit noſtra progreſſio, maiora quædam, quæque prima principia excedant, de iis cogitando. Neque enim fieri poteſt, ut tantum ſaltum faciamus cogitatione noſtra, ut æquemus primorum principiorum dignitatem, ne dicam ſuperemus. Una enim hæc quæ ad Deum fit contentio, eſt optima: & omnis, quantum fieri poteſt, erroris expers. Cui cum eorum bonorum quæ cogitatione perſequimur, honeſtiſſima & ſanctiſſima, & primaria tam nomina quam res tribuimus: illud perſuaſiſſimum habendum, nihil nos illi dignum ipſo tribuiſſe. Sed ad veniam impetrandam illud nobis ſatis eſt, quod nihil ſuperius illis habeamus. Oratione igitur à per ſe mobili ad immobilem progreſſa, & omnibus modis immutabilem cauſam, quæ uno eodemque modo ſemper ſe habet, tam eſſentia quam viribus & actionibus, & in æternitate collocatam, quæ tempus cum iis quæ moventur produxit: multorum quoque principiorum, quæ ſunt in per ſe mobili, magis principales cauſas in immobili ſpectemus, immobiles, æternas, perfectas,

καὶ πρὸς ἀλλήλας ἡνωμένας, ὡς ἑκάστην τὰς πάσας εἶναι διὰ τὴν ἕνωσιν, μενούσης ἀσυγχύτου τῆς νοερᾶς διακρίσεως. πόθεν γὰρ τοῖς ἐν τῷ κόσμῳ εἴδεσιν ἡ διάκρισις, εἰ μὴ ὁ τοῦ κόσμου δημιουργὸς θεὸς κατὰ τὰς ἐν αὐτῷ διακεκριμένας αἰτίας αὐτὰ παρήγαγεν; οὐ μέντοι τοιαύτην ὑπονοητέον ἐκεῖ τῶν ἀρχετύπων εἰδῶν τὴν διάκρισιν, οἵα ἐστὶν ἡ τῶν εἰκόνων ἐνταῦθα· οὐδὲ ἡ τῶν ψυχικῶν λόγων διάκρισις τοιαύτη ἐστὶν, οἵα τῶν σωματικῶν· ὥσπερ δὲ ἕκαστος τῶν ὀκτὼ οὐρανῶν, καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς ἀστέρων, καὶ μέρος ἐστὶ τοῦ ὅλου οὐρανοῦ, καὶ αὐτοτελὲς μέρος, οὐσίαν τε ἔχων ὁλόκληρον, καὶ δύναμιν, καὶ ἐνεργείας οἰκείας· καὶ οὐ μόνον τὰ ἐν οὐρανῷ, ἀλλὰ καὶ τῶν ὑπὸ σελήνην εἰδῶν τῶν ἀεὶ ὄντων ἕκαστον· οἷον τὸ ἀνθρώπου, τὸ ἵππου, τὸ συκῆς, ἢ ἀμπέλου· ὁλόκληρα τούτων ἕκαστα, κἂν μὴ κατὰ τὰ ἄτομα, ὥσπερ τὰ οὐράνια, ἀλλὰ κατὰ τὰ εἴδη τὰ ταῖς οἰκείαις διαφοραῖς πληροῦντα τὸν κόσμον· ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἁπλουστέρων γενῶν ἕκαστον τῶν συνιστώντων τὰ εἴδη· οἷον οὐσία, κίνησις, στάσις, ταυτότης, κάλλος, ἀλήθεια, συμμετρία, καὶ πάντα τὰ ἄλλα τὰ ἐν τῷ σωματικῷ κόσμῳ ἕκαστον ὅλον καὶ

& inter ſe copulatas, ut unaquæque contineat univerſas ob coniunctionem, ea diſcretione, quæ animo & mente fit, impermiſta manente. Unde enim eſt formarum, quæ in mundo ſunt diiudicatio, ſi mundi opifex Deus pro cauſis in ipſo diſtinctis eas non produxit? Neque tamen illic talis eſt principalium formarum fingenda diiudicatio, qualis eſt hic imaginum: neque animalium rationum diſcretio talis eſt, qualis corporum. Sed eiuſmodi qualis eſt octo cœlorum, quorum quodlibet, & quæ in eis infixa hærent, ſiderum, totius cœli pars eſt, & quidem pars abſoluta & integra, atque eſſentia integra prædita, ſuiſque peculiaribus prædita facultatibus & actionibus. Neque vero cœleſtes tantum, ſed ſublunares etiam formæ quælibet perpetuæ ſunt: ut hominis, & equi, ut ficus, & vitis. Integra ſunt enim horum ſingula, etſi non in individuis, ut corpora cœleſtia, at ratione formarum, quæ ſuis differentiis complent mundum. Eodemque modo ſimpliciorum etiam generum quodlibet formas conſtituentium, veluti eſſentia, motio, ſtatio, & ea quam Græcos imitatis identitatem dicere liceat, quæ illis *ταὐτότης* eſt, diverſitas, pulcritudo, veritas, concinnitas, cæteraque omnia quæ ſunt in mundo corporeo, in ſuo quodque genere totum & perfe-

πλεῖόν ἐστι κατὰ τὸ ἑαυτοῦ εἶδος, καὶ πολλὰς ἔχον διαφορὰς ἐν ἑαυτῷ· πολλῷ δὲ ἔτι μᾶλλον ἐν τῇ τοῦ παντὸς ψυχῇ, ὁλοτελὲς ἕκαστον προϋπάρχει, ἀρχὴ καὶ αἰτία τοῦ ἐνταῦθα σωματικοῦ αὐτοκίνητος, συνῃρημένως αὐτοῦ τὰς διαφορὰς περιέχουσα· καὶ πρὸς ἐκεῖνο τὰ ἐνταῦθα ἀπεικονίσθη, τελειότερον, καὶ εἰλικρινέστερον, καὶ παραδειγματικώτερον ὑπάρχον· πολλῷ δὲ ἔτι μᾶλλον, καὶ τὰ τούτων ἀρχέτυπα εἴδη τὰ νοερὰ, καὶ τὰ θεῖα· διὰ γὰρ τὴν ἕνωσιν ὡς εἶπον ἐν ἐκείνοις, οὐ κατὰ ἐπαφὴν οὖσαν, ἢ συνέχειαν, ἢ κρᾶσιν σωματικὴν, ἀλλὰ κατὰ τὴν τῶν ἀδιαστάτων, καὶ ἀμερίστων εἰδῶν εἰς ἓν συναλοιφὴν, μετὰ τοῦ μένειν ἀσύγχυτον τὴν διάκρισιν, τὸ ὁλοτελὲς ἕκαστον ἔχει, καὶ ἔστιν ἀρχὴ καὶ πρωτουργὸν, ἕκαστον τοῦ καθ' ἑαυτὸ εἴδους, ἄχρι τῶν ἐσχάτων. αἱ δὲ πολλαὶ ἀρχαὶ πάντων, ἀπὸ μιᾶς ἀρχῆς ἔχουσι τὸ τῆς ἀρχῆς ἀξίωμα. ἀνάγκη γὰρ πρὸ τῶν πολλῶν εἶναι τὸ αἴτιον· διὸ καὶ τῶν πολλῶν ἕκαστον ἕν ἐστιν, οὐ μέντοι τοιοῦτον οἷον τὸ πρὸ τῶν πολλῶν. τὸ μὲν γὰρ ἓν ἀπὸ τῶν πολλῶν, μέρος ἐστὶ τῶν πολλῶν, καὶ ἐν μέρει τὴν ἁπλότητα τοῦ ἑνὸς ὑπεδέξατο. τὸ δὲ πρὸ τῶν πολλῶν ἓν αἴτιον τῶν πολλῶν ὑπάρχον, περιείληφεν ἐν ἑαυτῷ τὰ πολλὰ κατὰ μίαν ἕνωσιν πάντα, ὂν πρὸ πάντων, αἰτία αἰτιῶν ὑπάρχον, καὶ ἀρχὴ ἀρχῶν, καὶ θεὸς θεῶν,

perfectum eſt, multaſque habet differentias in ſe ipſo. Multo vero magis in anima univerſi integrum unumquodque in primis eſt, principium & cauſa corporearum rerum, quæ hic ſunt, per ſe mobilis, earum differentias copulate in ſe complectens: & ad illam ut perfectiorem & ſinceriorem & evidentiorem res terrenæ ſunt effictæ: multoque magis horum primogeniæ formæ intelligentes & divinæ. Ob unionem enim quæ in illis, ut dixi, eſt, non contactu aut continuitate aut temperamento corporeo, ſed inſeparabilium & indiviſibilium formarum copulatione & unione, ita ſuam quodque perfectionem habet, ut impermiſta maneat diſcretio: & unum quodque principium eſt, & primaria affectio ſuæ formæ uſque ad extremas. Multa vero illa principia rerum omnium ab uno principio ſortita ſunt principii dignitatem. Nam ante multa illa, cauſam, ob quam & multorum quodlibet unum eſt, non tamen tale, quale id eſt quod multis antecedit, eſſe neceſſe eſt. Nam unum de multis pars eſt multorũ, viciſſimque ſimplicitatem unius ſuſcipit. Id vero unum, quod multis antecedit, multorumque cauſa eſt, multa in ſe ipſo iam continet, cum una communione ſit omnia ante omnia, cauſa cauſarũ, & principium principiorum, & Deus deorum,

ὥσπερ ὑπὸ πάντων αὐτοφυῶς ἀνυμνεῖται. ἔστι δὲ καὶ ἀγαθότης ἀγαθοτήτων. τοῦ γὰρ πρώτου καθ' ἑκάστην ἰδιότητος αἰτίου, πάντα ἐφίεται τὰ μετ' αὐτό. οὗ δὲ πάντα ἐφίεται, τοῦτο ἀγαθόν ἐστιν. ἡ δὲ τῶν ἀρχῶν ἀρχὴ, ἀγαθότης ἐστὶν ἀγαθοτήτων. ὁμοίως δὲ, καὶ δύναμις δυνάμεων. ἑκάστη γὰρ ἀρχὴ τὴν ἀκροτάτην ἔχει δύναμιν ἐν τῷ ἑαυτοῦ εἴδει· ἡ δὲ τῶν ἀρχῶν ἀρχὴ τὴν ἀκροτάτην ὑπὲρ πάσας τὰς δυνάμεις. ἀλλὰ καὶ γνῶσιν ἔχειν ἀνάγκη τὴν ἀκροτάτην. οὐ γὰρ ἄν τι τῶν ὑπ' αὐτοῦ παραγομένων ἀγνοήσειε. πάντα δ' ὑπ' αὐτοῦ παρήχθη ῥᾳδίως. Διὸ ἀνάγκη, καθάπερ ὁ λόγος ἀποδεικτικὸς ἀπὸ τῶν μερῶν ἀνῆλθεν ἐπὶ τὸ ὅλον, (οὐ γὰρ ἔγνωμεν τὸ ὅλον ὁπόσον καὶ ὁποῖόν ἐστι, μὴ τὰ μέρη προθεασάμενοι· ἀλλ' ἑνὶ πολλάκις μερικῷ προσεντυγχάνοντες, ἐκεῖνο τὸ ὅλον ἡγούμεθα,) οὕτω καὶ τὴν τιμὴν καὶ τὸ σέβας διὰ τῶν μερῶν ἐπὶ τὸ ὅλον ἀναπέμπεσθαι χρὴ, εἴπερ καὶ ἑκάστη τῶν ἀρχῶν ἀρχή ἐστι, καὶ κατὰ τοῦτο ὁμοφυὲς πρὸς τὸ ὅλον, ὥσπερ καὶ ὁμώνυμον. οὐ γὰρ ὄνομα μόνον ἐστὶ τὸ κοινὸν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ ἀρχικὸν ἀξίωμα, καὶ ἡ τῶν ἀρχῶν ὑπεροχὴ, πρὸς τὰ ἀπ' αὐτῶν ἀπὸ τῆς μιᾶς καὶ ὅλης ταῖς πολλαῖς καὶ μερικωτέραις ἐνδέδοται. Εἰ δέ τις δυσχεραίνει τῷ

ſicut ab omnibus naturæ ipſius inſtinctu celebratur. Eſt & bonitas bonitatum. nam primam in ſingulis proprietatibus cauſam, appetunt omnia quę poſt eam ſunt. Quod vero appetunt omnia, bonum eſt. Principium autem principiorum, bonitas eſt bonitatum, itemque facultas facultatum. Quodlibet enim principium ſummam habet in ſuo genere facultatem: principium vero principiorum, ſummam ſuper omnes facultates habere facultatem, quin &, cogitatione præditam eſſe ſumma, neceſſe eſt: neque enim quicquam à ſe creatum ignoraverit. Omnia porro ab ipſo facile producta ſunt. Quare neceſſe eſt, quemadmodum oratio demonſtrandi ratione à partibus ad totum aſcendit (nec enim cognoviſſemus, quantum eſſet totum, & quale eſſet, niſi partes fuiſſemus ante contemplati. Sæpe enim fit, ut partem aliquam ipſum totum eſſe iudicemus) ſic etiam honos & cultus per partes ad totum eſt referendus, ſicut & quodlibet principium eſt principium, eaque ratione agnatum toti, ut & nominis eiuſdem particeps. Neque enim nomen tantum eſt commune: ſed & ipſa principalis dignitas & excellentia principiorum, qua à ſe orta id ſuperat, ab uno & toto multis illis& ſingularibus eſt conceſſa. Si quis vero non committendum putat, ut

αὐτῷ καλεῖν ὀνόματι τάς τε μερικὰς καὶ τὴν ὅλην· πρῶτον μὲν οὐκ ἀλόγως δυσχεραίνει, καὶ πράγματι δοκοῦντος εἶναι κοινοῦ τοῦ ἀρχικοῦ· ἔπειτα τὰς μὲν ἀρχὰς καλείτω, τὴν δὲ ἀρχὴν ἀρχῶν. κἂν γὰρ καὶ τῶν μερικῶν ἑκάστη ἀρχὴ ἀρχῶν ἐστιν, ὡς μερικωτέρας ἐφ' ἑαυτὴν ἔχουσα· (ἔστι γὰρ καὶ τοῦ φυσικοῦ κάλλους ἀρχὴ, καὶ τοῦ σωματικοῦ ἄλλη, καὶ κοινή πως ἀμφοῖν ἡ τοῦ κάλλους ὡς κάλλους ἀρχή·) ἀλλ' ὅμως ἡ κυρίως ἀρχὴ τῶν ἀρχῶν ἐκείνη ἐστὶν, ἧς ὑπερτέρα ἄλλη οὐκ ἔστιν ἀρχή. οὕτω δὲ, καὶ αἴτιον αἰτίων, καὶ θεὸς θεῶν, καὶ ἀγαθότης ἀγαθοτήτων. Ἔτι δὲ μᾶλλον ἐπιστῆσαι χρὴ, ὅτι τοῦ πάντων αἰτίου ὑπὲρ πάντα ὄντος τὰ ὄντα, οὐδέν ἐστιν οἰκεῖον ὄνομα· πᾶν δὲ ὄνομα ἐπὶ διακεκριμένην τινὰ ἔννοιαν φέρεται· ἀλλ' ἀπὸ τῶν μετ' αὐτὸν τὰ τιμιώτατα ἐπ' αὐτὸν ἀναπέμπομεν. Καὶ αὐτὸ γοῦν, ὡς εἴρηται, τὸ τοῦ θεοῦ ὄνομα ἀπὸ τῶν οὐρανίων μετῆκται, ὡς ὀξέως κινουμένων, καὶ θεόντων. καὶ εὐσεβῆ καλοῦμεν αὐτὸν, καὶ φιλάνθρωπον, καὶ ἀγαθὸν, καὶ δεσπότην, καὶ ἰσχυρόν· καὶ οὐκ αἰσχυνόμεθα ἅπερ καὶ τῶν ἀνθρώπων πολλοῖς ἐφαρμόττειν νομίζομεν. Ἀλλὰ περὶ μὲν τοῦ πρώτου τῶν τριῶν προβλημάτων, ὃ

eodem appellentur nomine ſingularia principia, quo totum: is primum recte omnino putat, cum principalis illa dignitas communis eſſe videatur. Deinde cætera quidem principia vocet, illud autem principium principiorum. Etſi enim & ſingularium quodlibet, principium principiorum, cum alia anguſtiora principia complectatur; (aliud eſt enim naturalis pulcritudinis principium, & aliud corporeæ, & commune quodammodo utriſque pulcritudinis ut pulcritudinis principium:) tamen id quod eſt proprie principium principorum, illud eſt, quo nullum eſt ſuperius principium, itemque cauſa cauſarum, & Deus deorum, & bonitas bonitatum. Præterea conſiderandum accuratius eſt, cauſæ omnium, quæ ſuper ea omnia eſt quæ ſunt, nullum eſſe peculiare nomen: (omne enim nomen diſtinctam aliquam motionem complectitur:) ſed ex iis nominibus, quæ rebus ipſo poſterioribus indita ſunt, honoratiſſima quæque nos illi tribuere. Atque adeo ipſum Dei nomen, ut dictum eſt, à cœleſtibus corporibus eſt tanſlatum, quæ celeriter moveantur & currant. Pium etiam cum vocamus, & humanum & bonum, & dominum, & fortem, nec eorum nos pudet quæ multis hominibus tribuere ſolemus. Sed hæc hactenus de prima trium quæſtionum, qua propo-

προθεμένου δεῖξαι, ὅτι εἰσὶ πρῶται τῶν ὄντων ἀρχαί, καὶ θεὸς πάντων αἴτιος, ἀρκείτω καὶ ταῦτα· κἂν ὑπολείπωνταί τινες ἔτι τῇ ἀνόδῳ βαθμοὶ πρὸς τὴν τελειοτάτην συμπλήρωσιν· οἶδα γὰρ ὅτι καὶ τούτων τινὰ περιττὰ δόξει τισὶν, ὡς πρὸς τὸν προηγούμενον τῆς γραφῆς σκοπὸν τὸ τοῦ Ἐπικτήτου ἐγχειρίδιον σαφηνίσαι προθυμηθέντα. Τὸ δὲ δεύτερον ἦν, ὅτι προνοεῖ καὶ διοικεῖ τὰ ὅλα ὁ θεός· ὅπερ ἤδη μὲν, οἶμαι, καὶ αὐτὸ διὰ πλειόνων ἐν τοῖς προειρημένοις ἀποδέδεικται. οὐ χεῖρον δ' ἂν εἴη, καὶ προηγουμένης τυχεῖν ἐπισκέψεως. εἰσὶ γάρ τινες οἳ νομίζουσιν εἶναι τὰ θεῖα, καὶ τοιαῦτα, οἷάπερ ὁ λόγος αὐτὰ ἐξέφηνεν, ἀγαθὰ, καὶ δύναμιν ἔχοντα τὴν ἀκροτάτην, καὶ γνῶσιν τὴν τελειοτάτην· τῶν μέντοι ἀνθρωπίνων καταφρονεῖν, ὡς μικρῶν καὶ εὐτελῶν ὄντων, καὶ ἀναξίων τῆς ἑαυτῶν ἐπιμελείας. τοῦτο δὲ πάσχουσι τὸ πάθος ὑπὸ τῆς δοκούσης αὐτοῖς τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων ἀνωμαλίας· ὅταν κακοὺς δοκοῦντας ἴδωσιν ἄρχοντας, καὶ πλουτοῦντας, καὶ ὑγιαίνοντας, καὶ μέχρι θανάτου γηραιοὺς εὐροοῦντας, καὶ παισὶ τὴν εὔροιαν ἐνίοτε παραδιδόντας· τοὺς δὲ ἀγαθοὺς ἀπὸ τούτων ἀνήκεστα πάσχοντας, μηδεμιᾶς ἑπομένης, ὡς νομίζουσιν, ἐκδικήσεως. ἀπὸ γὰρ τούτων οἱ μὲν, ὡς εἴρηται πρότερον, καὶ τὸ εἶναι τὸν θεὸν τολμῶσιν ἀναιρεῖν· οἱ δὲ τὸ μὲν εἶναι, καὶ τοιοῦτον εἶναι, διὰ τὰς κοινὰς ἐννοίας ὁμολογοῦσι, τῇ δὲ περὶ τὰ ἀνθρώπινα

propoſitum fuit demonſtrare, eſſe prima rerum principia, & auctorem omnium rerum eſſe Deum, etſi gradus quidam ad ſummum faſtigium aſcendendi, & abſolutiſſimam perfectionem, deſunt. Scio enim & horum nonnulla viſum iri ſuperflua quibuſdam, quod quidem ad principalem ſcripti ſcopum pertineat, qui is eſt, ut Epicteti enchiridion declaretur. Altera erat, Deum curare & adminiſtrare univerſa: quod etſi & ipſum, niſi fallor, copioſe in ſuperioribus eſt demonſtratum, tamen ex profeſſo etiam tractari profuerit. Sunt enim qui exſiſtiment, eſſe numina, & quidem talia, qualia ſunt expoſita, bona, & ſumma potentia prædita, perfectiſſimaque cognitione: ſed ea res humanas contemnere, tanquam viles, & ſua curatione indignas. In hanc vero ſententiam devenerunt ex humanarum rerum perturbatione, cum homines improbos vident imperiis, opibus, valetudine florere, & uſque ad obitum ſecundis rebus uti, eaſque interdum liberis ſuis quaſi per manus tradere: bonos autem viros ab eis immaniter excarnificari, nulla ſequente (ut putant) ultione. His enim de cauſis, alii (ut prius dictum eſt) eſſe Deum negare nō dubitant: alii, quamvis & eſſe Deum, & talem eſſe, propter communes notiones fateantur: tamen res humanas ab

προνοίᾳ ἀπιστοῦσι, καὶ μάλιστα ἐν συμφοραῖς ἰδίαις γενόμενοι· μὴ γὰρ ἂν τοσαύτην ἀνωμαλίαν συμβῆναι, καὶ τοὺς μὲν κακοὺς ἀτιμωρήτους, τοὺς δὲ ἀγαθοὺς ἀνεκδικήτους ἀπολείπεσθαι, θείας προνοίας ἐπιμελουμένης. Ῥητέον οὖν καὶ περὶ τούτων κοινότερον καὶ καθολικώτερον ἐκ διαιρέσεως ἐρωτῶντα τὸν λόγον. Εἰ γὰρ ὄντα μὴ προνοοῦσι τὰ θεῖα, ἢ ἀγνοοῦντα, ὅ, τι ἢ χρὴ προνοεῖν, οὐ προνοοῦσι· καὶ εἰ τοῦτο, ἢ μὴ δυνάμενα οὐ προνοεῖ, ἢ μὴ βουλόμενα· καὶ εἰ διὰ τὸ μὴ δύνασθαι, ἢ διὰ μέγεθος ὑπερβαινόντων τῶν τῇδε τὴν δύναμιν τοῦ θείου, ἢ διὰ σμικρότητα καὶ εὐτέλειαν ἀποφευγόντων τὴν πρόνοιαν αὐτοῦ· εἰ δὲ δύναται μὲν, οὐ βούλεται δὲ, ἢ διὰ τρυφὴν καὶ ῥαθυμίαν ἀμελεῖ, ἢ πάλιν διὰ σμικρότητα καὶ εὐτέλειαν ἀποφευγόντων τὴν πρόνοιαν αὐτοῦ, κἂν δύνηται, καταφρονεῖ. Τοιαύτης τῆς διαιρέσεως οὔσης κοινῶς, τέως πρὸς πάντα τὰ τμήματα αὐτῆς ῥητέον, ὅτι τοιοῦτον ὂν τὸ θεῖον οἷον ὑπόκειται, γνῶσίν τε ἔχον τὴν ἀκριβεστάτην, καὶ δύναμιν τὴν ἰσχυροτάτην, καὶ βούλησιν τὴν ἀγαθωτάτην, καὶ πάντα δὲ ἀφ' ἑαυτοῦ τὰ ὄντα παράγον, οὔτε ἀγνοεῖ, ὅτι χρὴ τῶν παρ' αὐτοῦ παραχθέντων ἐπιμελεῖσθαι, ὅπερ οὐδὲ τῶν νωθεστάτων τῶν ἀλόγων ζώων ὑπάρχει, (κἀκεῖνα γὰρ τῶν οἰκείων ἐπιμελεῖται γεννημάτων,) οὔτε ἀδυνατεῖν εἰκὸς, οὔτε ὡς μειζόνων ὄντων, (πῶς γὰρ ἂν εἴη μεῖζον

eo curari non credunt, præſertim privatis calamitatibus conflictati. Neque enim tantam fore perturbationem, neque tam improbos impunitos, quam bonos viros inultos permanſuros, divina providentia mundum procurante. Eſt igitur de his etiam in univerſum dicendum, & diviſione explicanda hæc quæſtio. Nam ſi dii cum ſint, non conſulunt rebus humanis: aut, quod ignorant iis eſſe conſulendum, non conſulunt. Quod ſi eſt, aut quia non poſſunt, non provident: aut quia nolunt. Iam ſi quia non poſſunt, id fit, aut propter magnitudinem rerum humanarum, Dei potentiam excedentium: aut ob parvitatem & vilitatem, providentiam effugientium. Sin, cum poſſit, non vult: aut ob delicias & ignaviam eas negligit: aut rurſus quod ob parvitatem & utilitatem, quamvis poſſit, eas aſpernatur. Cum autem generalis diviſio ſit huiuſmodi: interim ad omnes eius ſectiones ſic dicendum: Cum tale ſit numen, quale deſcriptum eſt, cognitione præditum exquiſitiſſima, & potentia firmiſſima, & voluntate optima, & omnes res à ſe ipſo producat: nec ignorat res à ſe conditas eſſe curandas, (qui ſtupor ne in ſtupidiſſimas quidem pecudes cadit: nam illæ quoque ſuos curant fœtus) nec ob magnitudinem relinquit, (qui enim maior

τὸ παραχθὲν τοῦ παράγοντος;) οὔτε ὡς εὐτελεστέρων ἢ κατὰ τὸ τυχεῖν ἐπιμελείας. εἰ γὰρ τοιαῦτα ἦν, διὰ τί ὅλως παρήγετο; ἀλλ' οὔτε τὴν βούλησιν αἰτιατέον, οὔτε ὡς διὰ τρυφὴν καὶ ῥαθυμίαν ἀμελοῦσαν· ἀνθρώπων γὰρ ταῦτα τὰ πάθη, καὶ μοχθηρῶν ἀνθρώπων· ἐπεὶ οὐδὲ τοῖς ἀλόγοις ὑπάρχει ζώοις τὸ διὰ τρυφὴν καὶ ἀργίαν τῶν οἰκείων γεννημάτων ἀμελεῖν. ἀλλ' οὐδ' ὡς εὐτελῶν καταφρονεῖ τούτων, ἅπερ ἠξίωσε παραγαγεῖν. ὥστε κατὰ πάντα τρόπον ἀδύνατον, μὴ προνοεῖσθαι ὑπὸ θεοῦ τὰ ὑπ' αὐτοῦ παραχθέντα. Ἰδίᾳ δὲ λοιπὸν ῥητέον πρὸς μὲν τοὺς τῆς θείας ὑπεροχῆς αἰσθανομένους, ἢ δοκοῦντας αἰσθάνεσθαι, τὰ δὲ ἀνθρώπινα κατασμικρύνοντας, καὶ ἀνάξια τῆς θείας προνοίας ἡγουμένους, ὅτι οὐδὲ τῶν εὐτελεστάτων ἐστὶν ὁ ἄνθρωπος ἐν τῷ παντὶ, καὶ τὰ ἀνθρώπινα πράγματα. καὶ γὰρ ζῶόν ἐστιν ὁ ἄνθρωπος, καὶ ψυχὴν ἔχει τιμιωτάτην, καὶ λογικὴν, καὶ θεοσεβέστατόν ἐστι πάντων τῶν γεννητῶν ζώων. ὥστε οὐκ ἄτιμον οὐδ' εὐτελές ἐστι τοῦ θεοῦ κτῆμα ὁ ἄνθρωπος, οὐδὲ τὰ ἀνθρώπινα πράγματα ὑπὸ ψυχῆς πραττόμενα λογικῆς. Εἰ δὲ καὶ σμικρόν τις ὑπόθοιτο τὸν ἄνθρωπον, εὐκολωτέραν αὐτοῦ τὴν ἐπιμέλειαν ὁμολογήσει. ὥσπερ γὰρ αἱ αἰσθήσεις τῶν μειζόνων ῥᾷον ἀντιλαμβάνονται, τῶν δὲ σμικροτέ-

erit res condita ſuo conditore?) neque ut viliores, quam quæ curentur, aſpernatur. nam ſi tales erant, cur omnino condebantur? At nec voluntas eius eſt accuſanda, quaſi ob delicias & ſocordiam eas negligat. hominum enim iſti affectus ſunt, nec omnium, ſed non proborum: cum ne pecudes quidem ita vel delicatæ vel ignavæ ſint, ut fœtus ſuos negligant. Neque vero tanquam viles eas contemnit, quas condere non eſt dedignatus. Sic nullo modo fieri poteſt, quin Deus conſulat rebus à ſe conditis. Sequitur, ut ſeorſim iis reſpondeamus, qui quod divinam magnitudinem intelligunt, ac potius intelligere ſibi videntur, res humanas extenuant, & divina providentia in̄dignas ducunt, Eſſe hominem & res humanas non ex viliſſimis univerſi rebus. Nam & animans eſt homo, & anima præditus maximi pretii, & rationis capaci: nec eſt ullum animalium genus, quæ quidem naſci ſoleant, magis pium, & religioſius. Quare homo nec inhonorata, neque vilis eſt Dei poſſeſſio: neque etiam res humanæ, quas animus rationis particeps adminiſtrat. Quod ſi quis vel exiguam rem ſtatuat eſſe hominē, eo faciliorem eius eſſe curationem fateatur. Sicut enim ſenſus maiora facilius apprehendunt, minora-

ρων

ρων χαλεπώτερον· (καὶ γὰρ πρὸς ὅρασιν καὶ πρὸς ἀκοὴν τὰ σμικρότερα δυσληπτότερα τῶν μειζόνων·) οὕτω αἱ δυνάμεις φέρουσί τε εὐκολώτερον τὰ σμικρότερα, καὶ κρατοῦσιν ἐκείνων μᾶλλον ἢ τῶν μειζόνων. ῥᾷον γάρ ἐστι φέρειν μνᾶν ἢ τάλαντον, καὶ ἀροῦν ἢ σκάπτειν ἡμίπλεθρον ἢ πλέθρον. ὥστε ὅσῳ τις σμικρότερον ὑπόθοιτο, τοσούτῳ μᾶλλον εὐκολώτερον πρὸς ἐπιμέλειαν ὁμολογήσει. Ἔτι δὲ εἰ τοῦ ὅλου κόσμου ὁ θεὸς ἐπιμελεῖται, ἀνάγκη καὶ τῶν μερῶν αὐτοῦ προνοεῖν, ὥσπερ καὶ αἱ τέχναι ποιοῦσι. καὶ γὰρ ἰατρὸς τοῦ ὅλου σώματος ἐπιμεληθῆναι προθέμενος, οὐκ ἂν ἀμελήσειε τῶν μερῶν· οὐδὲ στρατηγὸς, οὐδὲ οἰκονόμος, ἢ πολιτικὸς ἀνήρ. τῶν γὰρ μερῶν ἀμελουμένων, ἀνάγκη χειρόνως τὸ ὅλον διατίθεσθαι. οὐκ ἂν οὖν ὁ θεὸς χείρων φαίνοιτο τῶν ἀνθρώπων ἐπιμελητὴς πρὸς τὴν τῶν ἑαυτοῦ ἐπιμέλειαν, οἵτινες μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ τέχνῃ τῶν τε μερῶν καὶ τοῦ ὅλου ἐπιμελοῦνται, καὶ αὐτῶν μὲν ἕνεκα τῶν μερῶν, μάλιστα δὲ τοῦ ὅλου ἕνεκεν. Ἡμεῖς δὲ πρός τινα τῶν γινομένων (ὡς εἴρηται) δυσχεραίνομεν, ἀγνοοῦντες ὅπη καὶ ταῦτα τῷ ὅλῳ συντελεῖ. εἰ δὲ νομίζοι τις, τὴν περὶ τὰ ἀνθρώπινα τοῦ θεοῦ πρόνοιαν πολὺ τὸ ἀνώμαλον ἔχουσαν, καὶ ἐμπαθὲς, καὶ τεταραγμένον, ὄχλον ἐμποιεῖν τῷ θεῷ, καὶ περισπᾷν αὐτὸν ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ μακαριότητος, δῆλός ἐστι τοῖς ἀνθρωπίνοις ἐπιμεληταῖς

que difficilius, (nam quo quæque minora ſunt, eo difficilius & videntur & audiuntur) ita vires & facultates minora cum facilius ferunt, tum magis retinent illa quam maiora. Facilius enim geſtatur mina quam talentum: medium iugerum facilius aratur & foditur quam integrum. Quo quis igitur minorem hominem ſtatuerit, eo faciliorem eius eſſe curationem aſſentietur. Iam ſi totum mundum curat Deus, mundi etiam partes eum curare eſt neceſſe, ut & artifices faciunt. Nam medicus, cura totius corporis ſuſcepta, ne partes quidem negliget: neque imperator, neque paterfamilias, neque reipublicæ gubernator. Partibus enim neglectis, totum ipſum peius affici eſt neceſſe. Abſit igitur ut Deus in ſua curatione hominum diligentia vincatur, qui una eademque arte & partes & totum curant, cum ipſarum partium cauſa, tum vero propter totum. Nos vero eventus quoſdam (ut dictum eſt) ægre ferimus, ignorantes quatenus iſta quoque conducant univerſo. Si quis vero exiſtimat, Dei rerum humanarum curam, quæ multum habeant confuſionis, multum perturbationum atque tumultuum, negotium faceſſere Deo, eumque à ſua beatitate abſtrahere: eum apparet humanis curatoribus ſi-

ὁμοίως

ὁμοίους νομίζων αὐτοῦ κρείττονας, καὶ τὸν τρόπον τῆς ἐπιμελείας ἀγνοεῖ, νομίζων ἀνάγκην εἶναι, ὥσπερ ἡμᾶς, οὕτω καὶ τὸν θεὸν, εἴ τινος ἐπιμέλοιτο, ἀφωρισμένως ἐκείνῳ παρεῖναι, καὶ παρακολουθεῖν ἑκάστῳ τῶν ὑπ' αὐτοῦ πραττομένων, οὐδενὶ σχολάζειν ἄλλῳ δυνάμενον· καὶ οὐκ ἐννοεῖ ὁ τοιοῦτος, ὅτι καὶ νομοθέτης ἐν πόλει τάξας νόμους τόν τι ποιοῦντα ἢ πάσχοντα τίνος χρὴ τυγχάνειν· καὶ ἐπιμελητὰς τούτους καὶ τῶν σμικροτάτων ἄχρις ἐπιστήσας, καὶ ἐν τῷ ἑαυτοῦ κατὰ τρόπον ἔθει μένει, καὶ ὡς ἂν οἱ νόμοι σώζωνται, δι' αὐτῶν τῆς πόλεως προνοεῖ· οὐκ ἐννοεῖ δὲ, ὅτι πολὺ πρότερον καὶ μᾶλλον ὁ θεὸς, ὁ τὸ πᾶν ὑποστήσας, ἐμψύχους ἡμῶν οὔσας κατιδὼν τὰς πράξεις, καὶ πολλὴν μὲν ἀρετὴν ἐχούσας, πολλὴν δὲ κακίαν, ἐμηχανήσατο ποιόν τινα γινόμενον ἀεὶ, ποίας χρὴ δίκης τυγχάνειν, καὶ τίνας τόπους μεταλλάττειν χείρονας ἢ βελτίονας, καὶ ποίαις συντάττεσθαι ψυχαῖς· ὅτι τὰς μὲν κακίους γινομένας ταῖς κακαῖς, τὰς δὲ ἀμείνους ταῖς ἀγαθαῖς· καὶ τί χρὴ ποιεῖν ἢ πάσχειν, κατ' ἀξίαν εἰς ἀλλήλους τε, καὶ ὑπ' ἀλλήλων. Τοῦ μέντοι τοίους ἢ τοίους γίνεσθαι, καὶ τήνδε τὴν ἀξίαν ἢ τήνδε μεταλαμβάνειν, ταῖς βουλήσεσιν ἡμῶν ἑκάστων τὰς αἰτίας ὁ θεὸς ἀπολέλοιπεν. ὁποῖοι γὰρ ἂν θέλωμεν γίνεσθαι, τοιοῦτοι γινόμεθα διὰ τὸ αὐτεξούσιον τῆς ψυχῆς, καὶ τὸ ἐφ' ἡμῖν εἶναι, τήν τε ἀρετὴν, καὶ τὴν κακίαν:

miles putare Deos, & rationem curationis ignorare, qui neceſſe eſſe exiſtimet, ſicuti nos, ita Deum etiã, ſi quid curet, ſeorſim illi adeſſe & perſequi ſingulas ſuas actiones, nec ulli rei alteri vacare interim poſſe. Neque cogitat is qui ita ſentit, vel legiſlatorem, conſtitutis in republica legibus, definiſſe, quæ cuique facto pœna, quæ pro iniuria ſatisfactio debeatur: eaſque curatrices ad minutiſſima quæque ſtatuiſſe, cum ipſe interim à more & conſuetudine ſua non recedat, & quandiu leges durarint, tandiu per eas urbi conſulat. Neque etiam conſiderat, Deum multo prius & magis, condito univerſo, animales eſſe noſtras actiones, multumq; habere & virtutis & vitii, perſpexiſſe: & rationẽ æternã excogitaſſe, qua ius cuique ſuum tribueretur, ut & in loca deteriora detruderetur: & quali fortuna uteretur, ut animus qui male ſe geſſerit, adverſam, qui melius, bonam experiatur: & quid cuique perferendum aut faciendum ſit pro dignitate inter ſeſe, & à ſeſe invicẽ. Cæterum cauſas, ut tales aliive evadamus, & ab alia dignitate ad aliam perveniamus, id voluntati cuiuſque noſtrum reliquit. Quales enim fieri volumus, tales evadimus, ob animi libertatem, & quia penes nos eſt tam virtus quam vitia: omnibuſque Deus præfecit poteſtates, quæ

πᾶσι τε ἐπέστησεν ὁ θεὸς δυνάμεις τοῦ

κατ' ἀξίαν ἀποκληρωτικὰς μέχρι τῆς μικροτάτης ποιήσεως. Καὶ οὐχ ἅπαξ ποτὲ ταῦτα μηχανησάμενος, ἐν ἀρχῇ τινι χρόνου ἀπέστη τοῦ προνοεῖν, ὥσπερ ἄν τις ἄνθρωπος ἀρκεσθείη τῇ νομοθεσίᾳ. οὔτε γὰρ ἀρχὴν ἔχει χρόνου ἡ θεία ἀγαθότης, ὑφ' ἧς πάντα ἀγαθύνεται τῷ εἶναι ἐκείνην· οὔτε ὁ θεὸς ποτὲ μὲν πάρεστι, ποτὲ δὲ ἄπεστι. σωματικὰ γὰρ ταῦτα. ἀλλ' αὐτός τε ἀεὶ πᾶσι πάρεστι πάντων ἐξῃρημένος· καὶ ἡ πρόνοια αὐτοῦ, τῷ ἀεὶ αὐτὸν καὶ πανταχοῦ εἶναι, καὶ ἀγαθὸν εἶναι, πᾶσιν ἐφήπλωται τοῖς οὖσι κατὰ τὴν ἐπιβάλλουσαν ἑκάστῳ τῆς ἀξίας διανομήν. καὶ ὥσπερ ἐπὶ τοῦ ἡλιακοῦ φωτὸς πάντα φωτίζεται, καὶ τὰ μὲν ὁρᾷ, τὰ δὲ ὁρᾶται, τὰ δὲ θάλλει, τὰ δὲ ζωογονεῖται, καὶ τὰ μὲν λευκαίνεται, τὰ δὲ μελαίνεται, καὶ τὰ μὲν πήγνυται, τὰ δὲ τήκεται, ἕκαστον κατὰ τὴν ἑαυτοῦ ἐπιτηδειότητα μετέχον τῆς μιᾶς αὐτοῦ καὶ πολλῆς ἀγαθότητος ἀπραγματεύτως, οὐδὲν εἴς τι τούτων τοῦ ἡλίου πονοῦντος, οὐδὲ περισπωμένου ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ μακαριότητος· οὕτω πολλῷ μᾶλλον τῆς τοῦ θεοῦ ἀγαθότητος τῆς καὶ τὸν ἥλιον τῷ κόσμῳ δωρησαμένης, πάντα μετέχει ἀπραγματεύτως, καὶ ἀγαθύνεται κατὰ τὰ μέτρα τῆς ἑαυτῶν ἐπιτηδειότητος, οὐδὲν εἰς τοῦτο τοῦ θεοῦ πονοῦντος, οὐδὲ περισπωμένου. οὔτε γὰρ ἀντιπάσχει ποιῶν, ὥσπερ τὰ φυσικὰ πράγματα, οὔτε ἐπείσακτον ἔχει τὴν ἀγαθότητα, ἵνα κάμῃ ποτὲ δαπανωμένη, οὔτε ἄλλοτε ἄλλα πεφυκὼς ἐνεργεῖν, ὥσπερ ἡ ἡμετέρα ψυχὴ

cuique deſtinent id quo dignus eſt, uſque ad miuntiſſimas actiones. Neque cum hæc initio ſemel commentatus eſſet, tempore quodam à providentia receſſit: ſicut homo leges tuliſſe contentus eſt. Neque enim initium temporis habet divina bonitas, per quam, quia ipſa eſt, omnia bona fiunt: neque Deus alias adeſt, alias abeſt; corporum enim iſta ſunt. Sed & ipſe ſemper omnibus adeſt, exemtus ab omnibus: & eius providentia, quia ipſe ſemper ubique eſt, & bonus eſt, ad omnes res porrigitur pro convenienti cuique dignitatis diſtributione, & ut à lumine Solis illuſtrantur omnia, & alia vident, alia videntur, alia virent, alia generantur, atque etiam alia candeſcunt, alia nigreſcunt, alia denſantur, alia liquefiunt, & prout cuiuſque captus eſt, ita unius & magnæ bonitatis eius abſq; negotio fit particeps, nihil in horum ullo ſole faciente, neque à ſua beatitate abſtracto: Sic multo magis divina bonitate, quæ & Solem mundo donavit, omnia fruuntur abſque negotio, & bona fiunt, pro ratione ſui captus, nihil ad hæc Deo faciente, neque diſtracto. Neque enim cum agit, viciſſim patitur, ut res naturales: neque adventitiam habet bonitatem, quæ aliquando exhauſta deficiat: neque ea natura eſt, ut alias alia agat, ſicut noſter animus, ac interdum

ἀδυνα-

ἀδυνατεῖ ποτε πρὸς τὴν πρόνοιαν τοῦ κόσμου, ἢ πρὸς τὴν ἀνάτασιν ἐκείνην, τὴν ἐπὶ τὸ ἀγαθὸν, τὸ τοῦ κόσμου τελέως ἐξηρημένον. εἰ γὰρ ἡ ἀνθρωπίνη ψυχὴ τελειωθεῖσα καὶ εἰς θεὸν ἀναχθεῖσα, μετεωροπολεῖν λέγεται, καὶ πάντα τὸν κόσμον διοικεῖν, πόσῳ μᾶλλον ὁ τῆς ψυχῆς ὑποστάτης θεὸς ἀπερισπάστως προνοήσει τῶν ὑπ' αὐτοῦ παραγομένων; Ἀλλ' οὐδὲ ταῦτα τὰ συμβαίνοντα περὶ τοὺς ἀγαθοὺς καὶ κακοὺς δοκοῦντας τῶν ἀνθρώπων, ἄξια κινεῖν ἐστι τὴν τῆς προνοίας ἐπιστασίαν. οὐ γὰρ ἀληθές ἐστιν ὃ νομίζομεν, ὅτι ἀγαθοὶ μὲν δυστυχοῦσί ποτε καὶ κακῶς πάσχουσιν, κακοὶ δὲ εὐτυχοῦσί τε καὶ εὐδαιμονοῦσιν· εἴπερ ἀληθῆ ἐστιν ἐκεῖνα, καὶ μὴ μάτην ἐρραψῳδήσαμεν πρότερον, ἀποδεικνῦντες, ὅτι ἀγαθός ἐστιν ἄνθρωπος, ὁ τὸ ἀγαθὸν καὶ κακὸν τὸ ἀνθρώπινον ἐν τοῖς ἐφ' ἡμῖν τιθεὶς, καὶ ὅτι ὁ τοιοῦτος οὐδέποτε ἀποτυγχάνει ποτὲ ὀρεγόμενος, οὐδὲ περιπίπτει ἐκκλίνων. εἰ δὲ τοῦτο, οὐδέποτε περιλήψεταί τι κακόν. καὶ γὰρ οἱ ἀποροῦντες κακὰ ταῦτα λέγουσι, τὸ ἀποτυγχάνειν ὧν ὀρεγόμεθα, καὶ περιπίπτειν οἷς ἐκκλίνομεν. ὥστε οὐ δυστυχεῖ ποτε ἀγαθὸς ἄνθρωπος ὡς ἄνθρωπος, οὔτε πράττει κακῶς. πάλιν δὲ κακοὺς ἀνθρώπους πάντες ἂν ὁμολογήσαιεν τοὺς παρὰ φύσιν ὡς ἀνθρώπους διαζῶντας. οὗτοι δὲ τοῦ

procurando mundo deſit, aut contentioni illi ad bonum, quod à mundo prorſus exemtum eſt. Nam ſi humanus animus perfectus, & ad Deum reductus, in ſublimi verſari & totum adminiſtrare mundum dicitur: quanto magis Deus, auctor animi, citra ſolicitudinem & occupationem, conſulet rebus à ſe conditis? Ac ne illa quidem, quæ iis accidunt, qui boni aut improbi habentur, eam vim habent, ut loco moveant providentiæ curationem. Neque enim verum id eſt, quod putamus, bonos aliquando calamitoſos eſſe, atque affligi, malos vero fortunatos & beatos: ſi modo illa vera ſunt, quæ ſupra diximus. neque nos canoris nugis occupati fuimus, cum demonſtraremus, eum eſſe bonum hominem, qui malum & bonum humanum in rebus noſtræ poteſtati ſubiectis collocaret: ac talis qui ſit, eum nunquam fruſtrari appetendo, neque unquam in id incidere quod declinaret. Quod ſi ita eſſet: nunquam ei quicquam accidere mali? Nam & ii qui controverſiam movent, malum eſſe dicunt fruſtrati deſideriis, & in ea quæ declines incidere. Quare nunquam infortunatus eſt homo bonus, neque male cum eo agitur: & viciſſim malos homines eſſe infelices, qui vitam naturæ humanæ contrariam agant, omnes fateantur. Hi vero ſuæ

 liber-

αὐτεξουσίου καὶ τοῦ ἐφ' ἑαυτοῖς ἐπιλαθόμενοι τοῦ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν χαρακτηρίζοντος, ἐν τοῖς ἐκτὸς τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ κακὸν τὸ ἀνθρώπινον ἀποτίθενται, ἐν ὑγείαις σώματος, καὶ πλούτῳ, καὶ δυναστείαις, καὶ γένει, καὶ τρυφαῖς, καὶ τοῖς τοιούτοις· τὰ δὲ κακὰ ἐν τοῖς ἐναντίοις· διὸ τῶν μὲν ἐν τούτοις ἀγαθῶν δοκούντων ὀρέγονται, τὰ δὲ ὡς κακὰ ἐκκλίνουσιν. ἀνάγκη δὲ ἐν τοῖς ἐκτὸς, ἐπειδὴ μὴ ἔστιν ἐφ' ἡμῖν ἐκεῖνα καὶ ὀρεγόμενον ἀποτυγχάνειν, καὶ ἐκκλίνοντα περιπίπτειν· ταῦτα δὲ ἄμφω οὐκ ἔστιν ἀγαθὰ οὐδὲ κατὰ τοὺς ἀποροῦντας, ἀλλὰ κακά. ὥστε οἱ κακοὶ κακοῖς ὡς ἐπιτοπολὺ περιπίπτοντες, ἐὰν ὀλίγον νήψωσιν, αἰσθήσονται ὅτι οὔτε εὐτυχεῖς οὔτε εὐδαίμονές εἰσιν, ἀλλὰ τὰ ἐναντία. Κἂν ὑποθῆται δέ τις, αὐτοὺς ἐν τοῖς ἐκτὸς, ἢ ὡς ἐπιτοπολὺ, καὶ ἀεὶ εὐροεῖν, ἔτι μᾶλλόν εἰσι κακοδαίμονες. ὅταν γὰρ τυγχάνωσι τούτων, ἐπιτείνουσι μᾶλλον τὴν παρὰ φύσιν ἑαυτῶν ὡς ἀνθρώπων διάθεσιν. παντὶ δὲ τὸ παρὰ φύσιν αὐτοῦ, κακία καὶ κακοδαιμονία ἐστίν. Ἐπειδὴ δὲ οὐ μόνον βιάζεσθαι χρὴ ταῖς ἀποδεικτικαῖς ἀνάγκαις τοὺς ἀκούοντας, ἀλλὰ καὶ συμπείθειν, εἰ μέλλουσιν αἱρεῖσθαι τὰ λεγόμενα περὶ τῶν ἀγαθῶν καὶ κακῶν δοκούντων ἐν τοῖς ἐκτὸς, ὑπομιμνήσκω τῶν ἔμπροσθεν εἰρημένων,

libertatis & facultatis obliti, qua natura humana à cæteris diſtinguitur, in rebus externis bonum humanum & malum collocant, in valetudine corporis proſpera, in divitiis, potentia, nobilitate, deliciis, & ſimilibus: mala vero in contrariis. Itaque ea quæ in his bona videntur, apperunt: alia, ut mala declinant. Neceſſe porro eſt in externis rebus, cum in noſtra poteſtate ſitæ non ſint, & iis quæ appetuntur fruſtrari, & in ea quæ declinantur incidere. Quæ utraque ne adverſariorum quidem iudicio bona ſunt, ſed mala. Quare mali cum plerunque in mala incidant, ſi pauliſper reſipuerint, intelligent ſe neque fortunatos, neque beatos eſſe, ſed contra miſeros & infelices. Quod ſi quis fingat eos in rebus externis aut plerunque, aut etiam ſemper ſecunda fortunæ uti: magis etiam infelices erunt. Quum enim iis rebus potiuntur, gliſcunt in eis affectus & cupiditates naturæ humanæ repugnantes. Cuilibet autem id quod eſt ipſius naturæ contrarium, & malum eſt, & calamitoſum. Quia vero non tantum neceſſitatė demonſtrationum cogendi ſunt auditores, ſed paulatim etiam in noſtram ſententiam adducendi, ſi eos amplecti velis ea quæ de rebus externis, bonis, ut habentur, & malis, dicuntur: eorum illos commonefacio, quæ ante dicta ſunt:

ὅτι οὐδὲ τὰ κακὰ λεγόμενα κακά ἐστι, κἂν πόνους ἔχωσι, κἂν δυσχερείας· οὐδὲ τὰ ἀγαθὰ κυρίως ἀγαθά. ἀλλὰ τὰ μὲν λεγόμενα κακὰ, τῶν τε νοσούντων ἰατρεῖαι, καὶ τῶν ὑγιαινόντων γυμνάσια. τὰ δὲ ἀγαθὰ, καὶ αὐτὰ πρὸς τὴν χρείαν καὶ τὴν ἀξίαν τῶν λαμβανόντων καὶ τῶν ἀποστερουμένων δίδοται· καὶ γὰρ πλοῦτος τῷ μὲν χρήσασθαι δυναμένῳ καλῶς, δίδοται διά τε τὴν εἰς ἑαυτὸν καὶ κατὰ τοῦτο ῥαστώνην, καὶ τὴν εἰς ἄλλους εὐποιίαν καὶ αὔξησιν τῆς ἀγαθουργοῦ προαιρέσεως· τοῖς δὲ μοχθηροῖς εἰς τιμωρίαν καὶ κόλασιν. καὶ γὰρ οἱ μὲν φιλάργυροι πονοῦντες ἅπαντα τὸν βίον περὶ χρηματισμὸν, μετ᾽ ἀθυμίας, καὶ ἀγρυπνίας, καὶ δέους ἀεὶ ἐπηρτημένου, οὐδὲν ἀπολαύουσι τῶν χρημάτων· καὶ τίς ἂν εἴη ταύτης δίκη δικαιοτέρα τε καὶ χαριεστέρα; οἱ δὲ ἄσωτοι πάλιν ὄντες, πενέστεροι τῶν προσαιτούντων εἰσὶ, καὶ ὑπὸ τρυφῆς δέ τινες διαφθείρονται διὰ τὸν πλοῦτον, καὶ κλιμακτῆρσι πολλοῖς περιπίπτουσι, καὶ τῆς ἑαυτῶν ἐπιμελείας κατ᾽ ἀξίαν ἀποτυγχάνουσι· διὰ τὸν πλοῦτον μήτε μανθάνοντες τί ἀγαθὸν, μήτε τὸν κατὰ φύσιν ἀνθρώπῳ προσήκοντα βίον ἐπιζητοῦντες καὶ ἐργαζόμενοι. οὕτω δὲ καὶ ὑγεῖαι καὶ δυναστεῖαι βλάπτουσι καὶ μᾶλλον τοὺς κακούς· καὶ αἱ μὲν κολαστικῶς, αἱ δὲ κατὰ τιμωρίαν δίδονται, ἵνα διὰ τῆς ἐπιτρίβης τῶν παθῶν κορεσθέντες, ἐξεμέσωσί ποτε τὴν ἐμπάθειαν, καὶ

ſunt : nec ea quæ mala dicantur, eſſe mala, tametſi cum laboribus & difficultatibus coniuncta : neque bona propria bona. ſed & mala quæ putantur, tum ægrotantium medicinas eſſe, tum valentium exercitationes: bona vero & ipſa pro neceſſitate & dignitate tam accipientium quam eorum quibus adimuntur, dari atque auferri. Nam divitiæ quidem ei qui recte iis uti poteſt contingunt, ut & ipſe facilius agitet, & aliis habeat benefaciendi facultatem, & ad beneficia voluntatis incrementum. Improbis vero in pœnam & caſtigationem. Etenim avari per omnem ætatem in congerendis opibus ſolicite occupati, ſemper impendente metu, nullum ex pecunia fructum capiunt. Qua pœna quæ iuſtior & facetior eſſe poſſit? Luxurioſi autem homines mendicis ſunt egentiores: & præ deliciis quidam intereunt, propterque divitias in maxima pericula devocantur, neque ſui ipſorum pro dignitate curam gerunt: ob divitias neque boni quicquam diſcentes, neque vitam naturæ humanæ conſentaneam exquirentes & amplectentes. Sic valetudo, ſic potentia nocent maxime improbis: ac partim caſtigandi, partim ulciſcendi cauſa tribuuntur, ut afflictione perturbationum obſaturati, tandem evomant affectionum commotionem, & iam

πρὸς κόλασιν λοιπὸν καὶ κάθαρσιν ἐπιτήδειοι γένωνται. μέλει γὰρ τῷ προνοοῦντι τῶν ψυχῶν, οὐ τοῦ τὰς ἐνεργείας κατὰ πάθος ἐπέχειν τὰς ψυχὰς, ἢ διὰ φόβον, ἢ δι' ἕτερα πάθη· ἀλλὰ τοῦ τὴν ἕξιν αὐτὴν τὴν μοχθηρὰν ἀποτρίψασθαι. Καὶ εἴρηται ταῦτα διὰ πλειόνων πρότερον, καὶ ἐκεῖθεν αὐτῶν ὑπομνησθῆναι δεῖ τὸν δεόμενον. καὶ ἀρκεῖ ταῦτα πρὸς τοὺς ἀναιρεῖν τὴν τοῦ θεοῦ πρόνοιαν ἐπιχειροῦντας τοῖς λόγοις. Ἀλλὰ δὴ τὸ τρίτον τῷ σωτῆρι, κατὰ τὸν παλαιὸν νόμον. καὶ πρὸς τὸν τρίτον μετὰ τοῦ σωτῆρος τῆς ἀδείας λόγον ἴωμεν. Ὅς εἶναι μὲν τὰ θεῖα καὶ προνοεῖν τῶν ἀνθρωπίνων ὁμολογεῖ· παρατρέπεσθαι δὲ δώροις, καὶ ἀναθήμασι, καὶ κερματίου διαδόσεσιν, ὡς οἱ νῦν οἴονται, ὥστε τοὺς ἀδικοῦντας καὶ τοὺς πλεονεκτοῦντας καὶ ἁρπάζοντας ὀλίγην εἰς ταῦτα μοῖραν δαπανῶντας, καὶ τοῖς ὑπὲρ τοιούτων εὔχεσθαι προσποιουμένοις καὶ πείθειν διδόντας, καὶ συγχωρεῖσθαι τὰ αὐτὰ ποιεῖν, καὶ δίκην μὴ διδόναι τῆς ἁμαρτίας· τινὲς δὲ τῶν νῦν καὶ ἄξιον τοῦτο τῆς θείας νομίζουσιν ἀγαθότητος, τὸ συγχωρεῖν καὶ συγγινώσκειν τοῖς ἁμαρτάνουσιν, ἀδιορίστως οἶμαι καὶ λέγοντες καὶ γινώσκοντες. Τί οὖν πρὸς τοῦτο ἐροῦμεν τὸν λόγον; Διπλοῦν δὴ ὄντα διαιρετέον αὐτὸν, εἴς τε τὸν ἀδικοῦντα, καὶ τὸν ἀδικούμενον. καὶ σκοπητέον τὴν λεγομένην ταύτην τὴν

ad caſtigationem & purgationem idonei reddantur. Nam curatori animorum id curæ eſt, non ut animæ actiones ſecundum affectus, ſive metu, ſive propter alios affectus, cohibeantur: ſed ut ipſe malus habitus & prava conſuetudo deſtruatur. Atque hæc ſupra dicta ſunt copioſius: unde, ſi cui ſit opus, ea repeti poterunt. Ac adverſus eos, qui ſuis diſputationibus Dei providentiam tollere conantur, ſatis multa diximus. At tertium Servatori, veteri conſuetudine. Ad tertiam igitur diſputationem, Servatore propitio, accedamus, quæ & eſſe numina, & conſulere fatetur rebus humanis: ſed eadem muneribus & donariis & ſtipis diſtributione à ſententia deduci ſtatuit, ut noſtræ ætatis homines ſentiunt, ut iniuſti, avari, rapaces, ſint indemnes, ſi partem exiguam in hæc impenderint, & in eos erogarint qui ob hæc vota ſe facere profitentur, quiq; exorari Deũ perhibent, permittique facinora eadẽ, nec dandas eſſe peccati pœnas. E quib⁹ ſunt, qui id bonitate Dei dignum eſſe dicant, connivere & dare veniam delictis: in quo non ſatis explicate, mihi quidem, & ſentire videntur, & dicere. Quid ergo iſti rationi reſpondebimus? Sed cum duplex ea ſit, dividenda eſt in eum, qui facit iniuriam, & qui accipit: & conſideranda iſta quę iactatur indulgẽtia &

συγχώ-

συγχώρησιν καὶ συγγνώμην, τί μὲν εἰς τοὺς ἀδίκους δρᾷ, πῶς δὲ τοῖς ἀδικουμένοις προσφέρεται. εἰ μὲν γὰρ ἀγαθὸν καὶ ὠφέλιμόν ἐστι τοῖς ἀδίκοις τὸ συγχωρεῖσθαι ἀδικεῖν, καὶ μὴ διδόναι δίκην, τάχα ἂν εἴη παρὰ θεοῦ ἡ συγχώρησις. πᾶν γὰρ ἀγαθὸν ἐκεῖθεν ἐφήκει τοῖς οὖσιν. εἰ δὲ κακὸν τὸ μέγιστόν ἐστιν αὐτοῖς, καὶ συνεργεῖσθαι πρὸς τὸ ἀδικεῖν, καὶ μὴ διδόναι δίκην τῶν ἁμαρτημάτων, πῶς οὖν ἂν εἴη τούτων ὁ θεὸς αἴτιος, ὃς διὰ πολλῶν ἀποδέδεικται λόγων τῶν μὲν ἀγαθῶν πάντων αἴτιος ὑπάρχειν, κακῶν δὲ ἀναίτιος. ἀδικία τοίνυν, καὶ πλεονεξία, καὶ ἀκολασία, καὶ ὕβρεις παρὰ φύσιν οὖσαι διαθέσεις τῆς ψυχῆς, εἴπερ τὰ ἐναντία τούτοις κατὰ φύσιν, δηλονότι νόσοι καὶ αἶσχη, καὶ κακία τῆς ψυχῆς εἰσιν. ὁ γοῦν αὔξων ταῦτα τῇ συγχωρήσει, καὶ ἀνίατα καταλιμπάνων, ἐπιτείνει δηλονότι τὴν κακίαν. εἰ δὲ καὶ δωροδοκῶν αὐτὸ ποιεῖ, πῶς οὐκ ἂν χείρων φαίνοιτο καὶ τῶν μέσων ἀνθρώπων; τίς γὰρ ἐπιμελεῖσθαι τινὸς ἑλόμενος, διὰ δωροδοκίαν αὐτὸ περιορᾷ κακυνόμενον; ἆρα ἰατρὸς τῶν νομίμων ἕλοιτό τις ἂν τῷ βλαπτομένῳ ὑπὸ σιτίων ἢ ποτῶν τινων δῶρα λαμβάνων ἢ ἱκετευόμενος ἐπιτρέπειν αὐτῷ χρῆσθαι τοῖς βλάπτουσιν ἀδεῶς, καὶ συνεργεῖν πρὸς τὴν χρῆσιν; ἀλλὰ τὸ τομῆς ἢ καύσεως δεόμενον ἀμέλητον ἂν καταλίποι δώροις πειθόμενος, εἰ οὖν ἰατρικὴ τῆς πονηρίας ἐστὶν ἡ τοῦ θεοῦ δίκη, πῶς δυνατὸν τὸν ἀνθρωπ-

venia, quid & iniuſtis faciat, & quo modo affectos iniuriis tractet? Nam ſi bonum atque utile eſt iniuſtis permitti iniurias, neque pœnas eos dare: fortaſſis à Deo proficiſcetur iſta indulgentia. Bona enim omnia inde ad omnia perveniunt. Sin id maximo eis malo eſt, & adiuvari ad iniuriam, & non dare pœnas delictorum: quo pacto iſtorum auctor erit Deus, ut omnium bonorum auctor, ita mali nullius, ut multis verbis eſt demonſtratum? Iniuria porro, avaritia, luxuria, contumelia, cum affectiones ſint animi naturæ contrariæ, ſiquidem horum contraria naturæ ſunt conſentanea: morbi nimirum & probra & vitia ſunt animorum. Quæ qui ſua indulgentia fovet atque alit, nec medicinam adhibet: malitiam auget ſcilicet. Idque ſi muneribus etiam delinitus facit: an non mediocribus etiam hominibus deterior habeatur? Quis enim eſt qui ſuſcepta rei alicuius curatione, ob largitiones eam corrumpi ſinat? Nunquis ergo germanus medicus, cum qui cibis & potionibus aliquibus læditur, pretio aut precibus adductus, rebus noxiis audacter frui patietur, & ad earum uſum adiutabit? Num ea quæ ſectionem uſtionemve deſiderant, acceptis muneribus, incurata relinquet? Quod ſi medicina quædam improbitatis eſt vindicta divina: humana

vn;

νης ἰατρικῆς χείρονα φαίνεσθαι. Ἀλλὰ καὶ τῶν ἀδικουμένων προνοεῖν λεγόμενος, καὶ ἐπιμελεῖσθαι αὐτῶν, ἴδωμεν ὅπως καὶ τούτοις χρῆται, παραιτητὸς ὢν τοῖς ἀδικοῦσι, συνεργῶν διὰ τὰ δῶρα. Καίτοι, τίς ἂν μέτριος ἂν στρατηγὸς, δωροδοκούμενος ὑπὸ τῶν πολεμίων, προδοίη ἂν αὐτοῖς τὸ στρατόπεδον; ἢ ποιμὴν τοῖς λύκοις τὰ πρόβατα; καὶ τί λέγω ποιμήν; ἆρα οἱ ποιμενικοὶ κύνες ἕλοιντο ἂν μοῖραν τινὰ τῶν ἁρπασθέντων προβάτων παρὰ τῶν λύκων λαμβάνοντες, ἐπιτρέπειν αὐτοῖς τὰ λοιπὰ διαρπάζειν; πῶς οὖν οὐκ ἀσεβὴς ὁ λόγος, περὶ θεοῦ τι λέγων, ὅπερ οὐδὲ κυσὶ προσήκει ποιεῖν; ὅλως δὲ δώροις παράγεσθαι τὸν θεὸν ὑπὸ τῶν ἀδικούντων, πῶς ἔχει λόγον; ὑπὸ μὲν γὰρ τῶν εὐσεβούντων δῶρα πολλάκις ὁ θεὸς ὑποδέχεται, οὐκ αὐτῶν δηλονότι τῶν δώρων δεόμενος, ἀλλὰ τῶν προσαγόντων ὥσπερ ψυχικῶς, οὕτω καὶ διὰ τῶν ἐκτὸς πρὸς αὐτὸν ἀνατεινομένων. Καὶ εἰ μὲν προσῆγον οἱ κακοὶ τὰ δῶρα, δίκης τυχεῖν καὶ ἰατρευθῆναι δεόμενοι, τάχα ἂν ἀπεδέχετο τὰ δῶρα ὁ θεὸς καὶ παρὰ τούτων. εἰ δὲ ἵνα χείρονες γένωνται, πῶς ἔχει λόγον; κἂν γὰρ μηδὲν ἄλλο ἐπλημμελήσαμεν, ἤρκει τὸ δώροις ἐλπίζειν παραπείθειν τὸν θεὸν, ἔτι μᾶλλον αὐτοὺς ἀποστῆσαι τῆς πρὸς αὐτὸν οἰκειότητος. τίς οὖν ἐστὶν οὗτος ὁ λόγος ὁ πολὺς περιφερόμενος, καὶ πόθεν ἔχει τὴν ἀρχὴν, ὁ λέγων, δώροις, καὶ ἀναθήμασιν, εὐχαῖς τε καὶ θυσίαις,

medicina quo pacto deterior erit? Iam cum eorum etiam qui iniuriis afficiuntur, rationem habere dicatur, curamque ſuſcipere: videamus & hos quomodo tractet, ſiquidē iniurios quodā modo & incitet & adiuvet ob largitiones. Age vero, quis vel mediocris imperator hoſtibus ob largitiones prodat exercitum? Quis oves lupis opilio? Quid opilionē dico? Num paſtorales canes accepta laceratarū ovium parte, diripiendum reliquum gregem lupis concedent? Et qui non erit impia ratio, quæ Deo id tribuat, quod & canibus ſit indignum? Denique ab iniuſtis Deum ſeduci, quid habet rationis? Nam à religioſis quidem hominibus ſæpe munera Deus acceptat, non quod his egeat ſcilicet, ſed quia ii à quibus offeruntur, ut animis, ita etiam externis rebus ad eum ſe convertunt. Quod ſi munera & improbi offerrent, orantes pœnam ſibi irrogari, & adhiberi medicinam: fortaſſis ne ipſorum quidem munera Deus repudiaret. Sin ut deteriores fiant: quæ ratio eſſe poſſit? Nam ſi nihil aliud peccarent, illud ſatis eſſet, quod ſperant ſe Deum muneribus corrupturos, quo magis etiam ab eius familiaritate removeantur. Quæ eſt igitur iſta ratio, pervulgata illa quidem, & unde ortum ſuum habet, quæ muneribus, & donariis, & precibus, & benefi-

καὶ

καὶ ἱκετείαις, μεταπείθεσθαι τὸ θεῖον; καὶ συγγινώσκειν τοῖς ἁμαρτάνουσιν; ἴσως γὰρ οὐ μάτην πιστεύεται, μήποτε οὖν ἁπλῶς μὲν οὕτω λεγόμενον, οὔτε ὅσιον ἀποδέχεσθαι. Μεταμελομένων δὲ γνησίως τῶν ἁμαρτανόντων, ταῦτα συντελεῖ πρὸς τὴν ἐπὶ τὸ θεῖον ἐπιστροφὴν, τεκμήρια τῆς μεταμελείας γινόμενα, καὶ τῆς οὐ μόνον κατὰ ψυχὴν ὑποκατακλίσεως, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸ σῶμα γονυκλινούντων τε, καὶ προσκυλιομένων, καὶ τὰ ἐκτὸς ἀνατιθέντων τε, καὶ δαπανώντων εἰς τὰ τῷ θεῷ ἀρεστά. οὔτε γὰρ ἁμαρτανόντων ἡμῶν ὁ θεὸς ἀποστρέφεται, ἢ ὀργίζεται ἢ χωρίζεται ἐξ ἡμῶν· οὔτε μεταμελομένων ἡμῶν, αὐτὸς ἐπιστρέφεται, ἢ προσεῖσιν ἡμῖν ἀγαθυνθείς. ἀνομικὰ γὰρ ταῦτα καὶ πόῤῥω τῆς κατὰ πάντα ἀμεταβλήτου θείας μακαριότητος· ἀλλ' ἡμεῖς κακωθέντες διὰ τῆς εἰς τὸ παρὰ φύσιν ἐκπτώσεως, καὶ ἀνομοιωθέντες πρὸς τὴν θείαν ἀγαθότητα, διὰ τοῦ ἄδικοι καὶ ἀνόσιοι καὶ ἄφρονες γίνεσθαι, ἀποσπῶμεν ἑαυτοὺς ἐκεῖθεν, οὐ δυνάμενοι μὲν οὐδέποτε φυγεῖν τὴν ἐπὶ πάντα διήκουσαν αὐτοῦ πρόνοιαν, ἀλλ' ὡς νοσοῦντες τότε δι' αὐτὴν, τῇ τῆς πονηρίας ἰατρικῇ τῇ δίκῃ ἐπίβασιν ἐν ἑαυτοῖς παρέχομεν, πρὸς τὴν τοιαύτην πρόνοιαν καὶ ἐπιμέλειαν τοῦ θεοῦ ἐπιτηδείους ἑαυτοὺς παρέχοντες. ἀνακτώμενοι δὲ τὸ κατὰ φύσιν ἑαυτῶν, καὶ πρὸς αὐτὸν ὁμοιούμενοι,

ciis, & ſupplicationibus ait à ſententia deduci Deum, & veniam dare peccantibus? Fortaſſis enim non temere fides ei adhibetur. Videndum igitur, ne ſi hoc ita ſimpliciter dicatur, & dictu nefas ſit, nec ſine ſcelere probari poſſit. Nam cum eos qui peccarunt, ex animo delictorum pœnitet: iſta conducunt ad reverſionem ad Deum, cum ſint argumenta pœnitentiæ: quippe non animo tantum ſummiſſo, ſed etiam corpore inflexo & proſtrato, & rebus externis conſecrandis, & in ea quæ Deo probantur impendendis. Neque enim nobis delinquentibus Deus aut avertitur, aut iraſcitur, aut recedit à nobis: neque pœnitentibus nobis, ipſe revertitur, aut accedit nos placatus. Humana enim iſta ſunt, & à divina beatitate, ab omni parte immutabili, remotiſſima. Sed nos depravati, & contra naturam prolapſi, divinæque bonitatis diſſimiles facti per iniuſtitiam, impietatem atque amentiam, nos inde avellimus. Neque enim unquam ad omnia pertinentem eius providentiam effugere poſſumus: ſed propter illam tunc veluti ægrotantes, vindictæ, quæ medicina improbitatis, aditum in nobis ipſis præbemus: nos ad eam providentiam & curationem Dei attemperantes atque accommodantes: recuperataque natura noſtra, & ad Dei ſimilitudinem contendentes,

(ὁμοίωσις δὲ πρὸς θεὸν δίκαιον καὶ ὅσιον μετὰ φρονήσεως γενέσθαι) προσίεμέν τε αὐτῷ καὶ οἰκειούμεθα, καὶ ταύτην τὴν ἡμῶν ἐπιστροφὴν πρὸς αὐτὸν, ὡς αὐτοῦ πρὸς ἡμᾶς λεγόμεν· τοιοῦτόν τι πάσχοντες, οἷον οἱ πέτρας τινὸς παραλίας κάλων ἐξάψαντες. καὶ τῷ ἐκεῖνον ἐπισπᾶσθαι ἑαυτούς τε καὶ τὸ ἀκάτιον τῇ πέτρᾳ προσάγοντες, καὶ δι᾽ ἀπειρίαν τοῦ γινομένου δοκοῦντες οὐκ αὐτοὶ προσιέναι τῇ πέτρᾳ, ἀλλὰ τὴν πέτραν κατ᾽ ὀλίγον ἐπ᾽ αὐτοὺς ἰέναι. μεταμέλειαι δὲ, καὶ ἱκετεῖαι, καὶ εὐχαὶ, καὶ τὰ τοιαῦτα, ἀναλογοῦσι τῷ κάλῳ. διὰ γὰρ ἐκείνων τοῖς ἀποσπασθεῖσιν ἡ ἐπιστροφὴ, οὐχὶ λόγῳ ἀλλ᾽ ἔργῳ γινομένη, τὸ τοὺς μὲν ἀδικηθέντας παρ᾽ ἡμῶν ἢ ὑβρισθέντας, ἢ ὁπωσοῦν ἐπηρεασθέντας θεραπεῦσαι αὐτοὺς ἢ ἀπογόνους αὐτῶν, μισῆσαι δὲ τὴν ἀδικίαν, καὶ τὸ τοὺς ἀδίκους ἀποστραφέντας τοῖς τὸ δίκαιον ἀσπαζομένοις συζῆν, ἑαυτοὺς κολάζοντας. καὶ ἂν τελέως καθαρθῶμεν, δεῖ ταύτῃ κεχρῆσθαι συνεχῶς, μὴ ἐκλυομένους τοῖς διαλείμμασι, καὶ ἑαυτοῖς γινομένους δίκην. Τεκμήριον δὲ καὶ ἀποτέλεσμα τῆς ὄντως μεταμελείας τὸ μηκέτι τὰ αὐτὰ ἁμαρτεῖν, μηδὲ τὰ ἐκείνων ἐλάττονα. δεῖ γὰρ ἀνισοστοιχοῦντα ὥσπερ οἱ πλέοντες, ἐπὶ τὸ ἐναντίον μεθίστασθαι. Ὅτι δὲ ἡ ἀληθὴς μεταμέλεια ἀρκεῖ πρὸς τελείαν κάθαρσιν, δῆλον ἐκ τοῦ, καὶ τὸν θεὸν εἰς τοῦτο

(ea vero Dei ſimilitudo eſt. ſapientia duce fieri iuſtum & ſanctum) Deum accedimus, & cum Deo coniungimur. De hac autem noſtra ad eum converſione perinde loquimur, ac ſi Deus ad nos converteretur: non ſecus atque ii qui fune marinæ petræ iniecto, quia per illum & ſe ipſos & naviculam ad rupem attrahunt, ob imperitiam eius rei non ſe putent ad rupem accedere, ſed rupem paulatim ad ipſos appropinquare. Nam pœnitentia, ſupplicationes, vota, & ſimilia funis rationem habent. Per eas enim res avulſis reditus datur: qui fit non dictis, ſed factis, cum læſos à nobis iniuria, aut contumelia ludibriove quovis modo affectos placamus, vel ipſos vel eorum poſteros: cum odimus iniuriam: cum iniuſtos averſati, eorum conſuetudinem qui iuſtitiam venerantur, expetendo, noſmet ipſos caſtigamus, donec plane repurgemur. Hac ratione continenter eſt utendum, nullis intervallis interrumpenda, ut ipſi in nos vindicemus. Evidens autem argumentum atque affectus eſt veræ pœnitentiæ, rurſus nec eadem committere, nec minora illis. Debemus enim inæquali inclinatione, tanquam navigantes, in contrariam tranſire partem. Veram autem pœnitentiam ſatis ad perfectam purgationem eſſe, conſtat ex eo, quod & Deus hunc

τὸ

τὸ τέλος ὁρᾶν τῆς καθάρσεως. πάντα γὰρ τὰ εἰς ἡμᾶς γινόμενα κολαστικά τε καὶ τιμωρὰ, καὶ ἐνταῦθα καὶ ἐν ᾅδου, τέλος ἔχει τὸ μεταβληθῆναι τὴν ψυχὴν ἐπὶ τοῖς ἑαυτῆς ἀτυχήμασι, καὶ μισῆσαι μὲν τὴν κακίαν, καὶ τὴν παρὰ φύσιν ζωὴν, ἑλέσθαι δὲ ἑκοῦσαν καὶ ἀσπάσασθαι τὴν ἀρετήν. καὶ ἐπιστημονικαί τινές εἰσι τῆς λογικῆς ψυχῆς τελειότητες, ἐάν τις ἑαυτῷ γένηται δίκη. τάχα δὲ καὶ θᾶττον οὗτος κατορθοῖ διὰ τὸ αὐτοπροαιρέτως κολάζεσθαι. καὶ γὰρ ὀδυνῆς χρεία, καὶ λύπης, τοῖς διὰ τρυφὴν καὶ ἡδονὴν ἁμαρτοῦσιν. οἱ γὰρ γνησίως μεταμελόμενοι, ταῖς πικροτάταις τοῦ συνειδότος αἰκίαις ἑαυτοὺς κολάζουσιν, αἵτινες ὀδυνηρότεραι τῶν σωματικῶν εἰσι κολάσεων, καὶ κτητικώτεραι καὶ μᾶλλον ἐκείνων δυσπαραμύθητοι. Ταῦτα πρὸς τὴν τρίτην ἀθεΐαν εἰρήσθω, χειρίστην οὖσαν ἐν ταῖς τρισίν. αἱρετώτερον γὰρ, μὴ εἶναι μᾶλλον, μηδὲ προνοεῖν, ἢ ὄντα τινὰ, καὶ προνοεῖν δοκοῦντα, ἐπιβουλεύειν τοῖς προνοουμένοις. τοῦτο γὰρ κακῶς εἶναι ἐστιν. αἱρούμεθα δὲ μὴ εἶναι μᾶλλον ἢ κακῶς εἶναι. τούτου δὲ αἴτιον τὸ, ὑπέρτερον εἶναι τὸ ἀγαθὸν τοῦ ὄντος, καὶ εἶναι καὶ τοῦ ὄντος ἀρχὴν τὸ ἀγαθόν. ὥστε καὶ τέλος πάντων ἐκεῖνο, καὶ ἐκείνου ἕνεκα πάντα· καὶ γὰρ καὶ τὸ εἶναι, ὡς ἀγαθὸν ἀσπαζόμεθα. διὸ ὅταν κακῶς

purgationis finem ſpectat. Omnis enim caſtigatio & ultio tam hic, quam apud inferos, eo fine adhibetur, ut animam ſuarum calamitatum pigeat, utque improbitatem & vitam naturæ repugnantem oderit, utque ultro amplectatur & diligat virtutem. Suntque certiſſimæ rationes, & mentis perfectiones, cum quis ipſe ſibi fit vindicta. Atque hic fortaſſis citius rem bene gerit, quod ultro & ſua ſponte caſtigatur. Cruciatum enim & dolorem animi poſtulant, qui deliciis & voluptatum illecebris inescati peccaverunt. Quos enim vere delictorum & peccatorum pœnitet, hi acerbiſſimis conſcientiæ cruciatibus ſe ipſos mulctant: qui magis dolorifici mordacioresque ſunt quam corporis cruciatus, & conſolationem minus admittunt. Hæc contra tertiam impietatem, trium illorum peſſimam, dicta ſunto. Optabilius enim eſt, potius non eſſe, neque providere: quam ſi ſis, & providere videaris, iis inſidiari quibus provideas. Hoc enim eſt male eſſe. Malumus autem non eſſe, quam male eſſe. In cauſa eſt, quod bonum, altius eſt quam id quod eſt, & quã ipſum eſſe: & quia bonum, eius quod eſt, principium eſt. Quare finis etiam omnium hoc eſt; eiuſq; cauſa fiunt omnia. Nam & ipſum eſſe, tanquã bonũ amplectimur. Quare cum male

 ὦμεν,

ὦμεν, ἀγαπῶμεν μᾶλλον μὴ εἶναι. Πλείονα δὲ ἴσως ἢ ὡς πρὸς τὸν προκείμενον σκοπὸν προήχθην εἰπεῖν περὶ τῶνδε τῶν προβλημάτων, διότι πάσης εὐζωΐας, καὶ τελειώσεως ψυχικῆς, ἀρχὴ καὶ τέλος ἐστὶν ἡ πρὸς τὸν θεὸν ἀνάτασις· διά τε τῶν ὀρθῶν περὶ αὐτοῦ προλήψεων, ὅτι τέ ἐστι καὶ προνοεῖ καλῶς, καὶ δικαίως τὰ πάντα κατευθύνει· καὶ διὰ τοῦ πείθεσθαι καὶ εἴκειν ἑκόντα τοῖς ὑπ' αὐτοῦ γινομένοις, ὡς ὑπὸ ἀρίστης γνώμης ἐπιτελουμένοις. κἂν γὰρ αὐτοκίνητος ᾖ ἡ ψυχὴ καὶ αὐτεξούσιος, καὶ ἐν ἑαυτῇ τὰς ἀρχὰς ἔχῃ τῶν τε ἀγαθῶν καὶ τῶν κακῶν, ἀλλ' ὑπὸ θεοῦ παρήχθη τοιαύτη ἑαυτὴν κινοῦσα. διὸ ἕως μὲν ἐρρίζωται τῷ ἑαυτῆς αἰτίῳ, καὶ σώζεται, καὶ τὴν ἑαυτῆς ἔχει τελειότητα, μεθ' ἧς αὐτὴν ὑπέστησεν ὁ θεός· ἀποσπάσασα δὲ ἑαυτὴν, καὶ ὅσον ἐφ' ἑαυτῇ ἀποῤῥιζώσασα ἐκεῖθεν, μαραίνεται καὶ φθίνει, αἰσχρὰ καὶ ἀσθενὴς γινομένη, ἕως ἂν πάλιν ἐπιστραφῇ καὶ ἑνωθῇ πρὸς τὴν αἰτίαν, καὶ οὕτως ἀπολάβῃ τὴν ἑαυτῆς τελειότητα. ἀδύνατον δὲ ἐπιστραφῆναι γνησίως, μὴ τούτων ἐν αὐτῇ τῶν τριῶν προβλημάτων γνωστικῶς τε καὶ ζωτικῶς διηρθρωμένων. τίς γὰρ ἂν θέλοι πρὸς τὸ μὴ ὂν ἀνατείνεσθαι; ἢ τὸ ὂν μὲν, μηδὲν δὲ φροντίζον ἡμῶν; ἢ τὸ ὂν μὲν καὶ φροντίζον, ἐπὶ κακῷ δὲ καὶ ἐπὶ βλάβῃ τὴν φροντίδα ποιούμενον;

nobis eſt, non eſſe malumus. Longius fortaſſe quam hoc inſtitutum poſtulat, explicandis hiſce quæſtionibus ſum provectus, eo quod omnis honeſtæ vitæ & perfectionis animi principium & finis eſt ad Deum converſio, cum & vere de eo ſentimus, eſſe Deum, & conſulere rebus humanis, & bene iuſteque omnia gubernare: & cum paremus atque ultro cedimus iis, quæ ab ipſo geruntur, tanquam ab optimo conſilio profectis. Etſi enim & per ſeſe mobilis eſt anima, & ſui iuris, & in ſeſe principia habet bonorum & malorum: tamen à Deo ita condita eſt, ut ſe ipſa moveret. Quapropter dum ſuæ cauſæ tanquam radici inhæret; & conſervatur, & ſuam habet perfectionem, cum qua Deus eam condidit. Si vero ſeſe inde avellerit, & ſuã quaſi radicem (quantum in ipſa eſt) deſeruerit: marceſcit & contabeſcit, turpis & infirma facta, donec de integro reverſa, & ſuæ cauſæ coniuncta, perfectionem ſuã recuperarit. Neq; vero fieri poteſt, ut vere convertatur, niſi tribus his quæſtionibus & mente perceptis, & ipſa vivendi ratione comprobatis. Quis enim aut ad id quod non ſit, convertatur? aut quod cum ſit, nil nos curet: aut quod cum & ſit & curet, illam curam malo fine ac nocendi ſtudio ſuſceperit?

ΚΕΦ. λθ΄.

Ὅταν μαντικῇ προσίῃς, μέμνησο ὅτι τί μὲν ἀποβήσεται οὐκ οἶδας. ἀλλὰ ἥκεις ὡς παρὰ τοῦ μάντεως αὐτὸ πευσόμενος. ὁποῖον δέ τι ἐστὶν, ἐλήλυθας εἰδὼς, εἴπερ εἶ φιλόσοφος. εἰ γὰρ ἐστι τι τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν, πᾶσα ἀνάγκη μήτε ἀγαθὸν αὐτὸ εἶναι, μήτε κακόν. μὴ φέρε οὖν πρὸς τὸν μάντιν ὄρεξιν καὶ ἔκκλισιν. εἰ δὲ μὴ, τρέμων αὐτῷ προσέσει· ἀλλὰ διεγνωκὼς, ὅτι πᾶν ἀποβησόμενον, ἀδιάφορον, καὶ οὐδὲν πρὸς σέ· ὁποῖον δ' ἂν ᾖ, (ἔσται γὰρ αὐτῷ χρήσασθαι καλῶς,) καὶ τοῦτο οὐδεὶς κωλύσει. θαῤῥῶν οὖν, ὡς ἐπὶ συμβούλους ἔρχου ἐπὶ τοὺς θεούς. καὶ λοιπὸν, ὅταν τί σοι συμβουλευθῇ, μέμνησο τίνας συμβούλους παρέλαβες, καὶ τίνων παρακούσεις, ἀπειθήσας. Ἔρχου δὲ ἐπὶ τὸ μαντεύεσθαι, καθάπερ ἠξίου Σωκράτης· ἐφ' ὧν ἡ πᾶσα σκέψις τὴν ἀναφορὰν εἰς τὴν ἔκβασιν ἔχει. καὶ οὔτε ἐκ λόγου, οὔτε ἐκ τέχνης τινὸς ἄλλης ἀφορμαὶ δίδονται πρὸς τὸ συνιδεῖν τὸ προκείμενον. ὥστε ὅταν δεήσῃ συγκινδυνεῦσαι φίλῳ, ἢ πατρίδι, μὴ μαντεύεσθαι, εἰ συγκινδυνευτέον. καὶ γὰρ ἂν προείπῃ σοι ὁ μάντις φαῦλα γεγονέναι τὰ ἱερὰ, δῆλον ὅτι ὁ θάνατος σημαίνεται, ἢ πήρωσις μέρους τοῦ σώματος, ἢ φυγή. ἀλλ' ἡ ἐνὶ λόγος, καὶ σὺν τούτοις παρίστασθαι, τῷ φίλῳ καὶ πατρίδι συγκινδυνεύειν. τοιγαροῦν τῷ

CAP. XXXIX.

AD vatem acceſſurus, memento te negotii eventum ignorare: ſed ea de cauſa adeſſe, ut eum è vate cognoſcas. Quale autem id eſſet, utique cum venires ſciviſti, ſiquidem philoſophus fueris. Nam ſi ex eorum numero fuerit, quæ in noſtra poteſtate non ſunt: nec bonum eſſe, neque malum, omnino eſt neceſſe. Noli igitur ad vatem afferre vel appetitionem, vel averſationem, alioqui tremens eum accedes. Sed illud conſtitutum eſſe oportet, nihil inter quemvis eventum intereſſe: neque ad te attinere eum, cuiuſcunque modi ſit. Licere enim eo recte uti, neque in eo tibi fore quemquam impedimento. Magno igitur animo deos ut conſiliarios accedito. Deinde, ſi quid conſilii datum fuerit, memento quos in conſilium adhibueris: & quorum, niſi parueris, auctoritatem ſis neglecturus. Sic autem ad oraculum accipiendum accedito, quemadmodum Socrati placebat: iis videlicet de rebus, quarum tota conſideratio refertur ad eventum: & in quibus nec ex ratione, nec ex arte aliæ ſuppetunt occaſiones ad id, quod propoſitum eſt, conſiderandum. Cum igitur vel amicus, vel patria cum periculo defendenda erit: noli conſulere vatem, ſint ne defendi? Nam ſi tibi vates prædixerit, exta infauſta eſſe: mortem ſignificari conſtat, aut alicuius membri truncationem, aut exilium. Sed ratio tamen ſubeſt; & cum his illud etiam coniungitur, una cum amico & patria periculum aſſe adeundum. Quamobrem ad

μείζονι μάντει πρόσεχε, τῷ Πυθίῳ· ὃς ἐξέβαλε τοῦ ναοῦ τὸν οὐ βοηθήσαντα ἀναιρουμένῳ τῷ φίλῳ.

maiorem venito vatem Pythium : qui templo eiecit eum, qui amico in vitæ periculo non ſuccuriſſet.

ΕʼΞΗΓΗΣΙΣ.

Μετὰ τὰ πρὸς ἀνθρώπους καθήκοντα, καὶ τὰ πρὸς τὸν θεὸν, μέλλων περὶ τῶν πρὸς ἑαυτὸν καθηκόντων λέγειν, οἶδέ τι μέσον εἶδος, ἅμα καὶ τὸ πρὸς τὸν θεὸν καὶ τὸ πρὸς ἑαυτὸν καθῆκον ἀπαιτοῦν, τὸ τῆς μαντείας. τριχῇ δὲ διαιρεῖ τὸν λόγον, λέγων περὶ τίνων χρὴ μαντεύεσθαι, καὶ πῶς διακείμενον μαντεύεσθαι, καὶ πῶς τοῖς μαντεύμασι κεχρῆσθαι. ἤρξατο δὲ αὐτὸς ἀπὸ τοῦ μέσου, τάχα καὶ πρῶτον αὐτὸ δοκιμάζων εἶναι, πῶς χρὴ διαθέντα ἑαυτὸν ἐπὶ τὸ μαντεύεσθαι ὅλως ἰέναι, ὅτι οὔτε ὄρεξιν προβαλλόμενον, οὔτε ἔκκλισιν· ἐπεὶ ἀνάγκη τρέμοντα προσιέναι τῇ μαντείᾳ. εἰ μὲν ὀρεγόμεθα, δεδοικότες μὴ ἀδύνατον αὐτὸ εἴπῃ ὁ μάντις· εἰ δὲ ἐκκλίνομεν, δεδοικότες μὴ προαγορεύηται αὐτό. Πῶς οὖν ὑπάρξει τὸ μήτε ὄρεξιν μήτε ἔκκλισιν προσαγαγεῖν; ἐὰν ἐννοήσῃς φησὶν ὅτι τῶν ἐκτός ἐστι ταῦτα περὶ ὧν μαντευόμεθα. περὶ γὰρ τῶν ἐφ᾽ ἡμῖν οὐ χρεία μαντείας. τίς γὰρ μαντεύσεται, εἰ χρὴ τῶν κατὰ φύσιν ὀρέγεσθαι, τὰ δὲ παρὰ φύσιν ἐκκλίνειν; εἰ οὖν ταῦτα περὶ ὧν μαντευόμεθα, τῶν οὐκ ἐφ᾽ ἡμῖν ἐστι, εἰ πλευστέον, εἰ γαμητέον, εἰ τὸν ἀγρὸν ὠνητέον, τὰ δὲ μὴ ἐφ᾽ ἡμῖν,

COMMENTARIUS.

POſt officia adverſus homines & Deum, de cuiuſque officiis erga ſe ipſum dicturus : medium quoddam genus eſſe vidit, quod officium & erga Deum & erga ſemet ipſum poſtularet, divinationem. Tripertita eſt autem oratio. Nam & quibus de rebus ſint conſulendi vates dicit, & quo animo adeundi, & quo pacto reſponſis eorum ſit utendum? Auſpicatus autem eſt à medio, quod ipſe primum fortaſſe ſtatuit, quo animo ſit adeundus vates, & appetitione & declinatione ſepoſita. Nam alioqui trementes accedemus, ſi appetimus, timentes, ne id fieri poſſe neget vates. Sin declinamus : ne id fore prædicat. Quo pacto autem & appetitionem & declinationem vitabimus? Si cogites, inquit, externa eſſe ea, de quibus vatem conſulimus. Nam in iis quæ noſtræ poteſtati parent, vate non eſt opus. Quis enim illum roget, an res naturæ conſentaneæ ſint expetendæ, eidemque contrariæ declinandæ? Si igitur ea de quibus percontamur, penes nos non ſunt; ut, An ſit navigandum? An contrahendum matrimonium? An ager emendus? Ea vero quæ penes nos non ſunt,

οὔτε ὀρέγεσθαι χρὴ, οὔτε ἐκκλίνειν αὐτὰ, δῆλον ὅτι οὐ χρὴ τῷ μάντει προσφέρειν ἢ ὄρεξιν, ἢ ἔκκλισιν. καὶ γὰρ, τί τὸ ἀποβαῖνόν ἐστιν, οὐκ ἴσμεν. αὐτὸ γοῦν τοῦτο παρὰ τοῦ μάντεως ἥκομεν πευσόμενοι. ἀλλ' ὁ ποῖόν ἐστι, φησιν, οἶδας, ἐὰν ᾖς φιλόσοφος· ὅτι τῶν μὴ ἐφ' ἡμῖν οὔτε ἀγαθόν ἐστιν οὐδὲν οὔτε κακὸν, ὥστε οὐδὲ ὀρεκτὸν οὐδὲ ἐκκλιτόν. καὶ γὰρ οἱ περὶ ταῦτα δεινοὶ, καὶ τὰ σημεῖα συγχεῖσθαί φασιν ὑπὸ τῆς τῶν μαντευομένων ὀρέξεως. καὶ τοῦτο δέ σοι πρὸς ἀταραξίαν συντελέσει μαντευομένῳ, τὸ εἰδέναι ὁποῖα ἂν ᾖ τὰ ἀποβαίνοντα, ὅτι ἐπί σοί ἐστιν ὠφεληθῆναι ἀπ' αὐτῶν, καὶ ὅσῳ μᾶλλον δυσχερέστερα, τοσούτῳ μᾶλλον ὠφεληθῆναι καλῶς αὐτοῖς χρώμενον. θαρρῶν οὖν, φησι, ταῦτα, καὶ μηδὲν δεδοικὼς ἔρχου ἐπὶ τὴν θείαν συμβουλήν. Εἶτα λοιπὸν τὸ πρὸς θεὸν καθῆκον· ὅ, τι· ὅταν συμβουλευθῇς, ἀκολούθει πάντως τοῖς συμβουλευθεῖσι. ὁ γὰρ θεῷ συμβουλεύοντι μὴ πειθόμενος, τίνι ἂν πεισθείη; καὶ μέντοι τὸ ἀπειθεῖν ποτε τοῖς μαντεύμασι, οὐκ ἀλλαχόθεν γίνεται, ἢ ἐκ τοῦ ὀρέξεις οἰκείας καὶ ἐκκλίσεις προβάλλεσθαι. ὥστε τὸ μήτε ὀρεγόμενον μήτε ἐκκλίνοντα προσιέναι, μὴ μόνον εἰς τὸ θαρροῦντα καὶ μὴ τρέμοντα προσιέναι συντελεῖ, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ πείθεσθαι τῇ ἰδίᾳ βουλῇ. Εἶτα ἐφεξῆς ἐπάγει περὶ τῶν ὧν χρὴ μαντεύεσθαι·

ſunt, nec appetenda, nec declinanda ſunt: ad vatem nec appetitionem, nec declinationem afferendam eſſe conſtat. Quid enim eventurum ſit, ignoramus. Id ipſum certe quidem è vate quærimus. Sed cuiuſmodi id ſit, noſti, inquit, ſiquidem es philoſophus: eorum quæ noſtri arbitrii non ſunt, neque bonum eſſe quicquam, neque malum, eoque nec appetendum, nec declinandum. Nam harum rerum periti, ſigna etiam dicunt conſultorum aviditate confundi. Atque hoc tibi vatem conſulenti ad animi conſtantiam conferet, quod ſcis, quicquid eveniat, te fructum ex eo capere poſſe: eoque maiorem, quo res aſperiores fuerint, recte illas gerendo. Fidenti igitur (inquit) animo, & nihil iſtorum metuens, divinum expete conſilium. Sequitur officium adverſus Deum, ut omnino datum conſilium ſequaris. Qui enim Deo ſuadenti non obtemperarit, cuinam obtemperabit? Nam quod aruſpicum reſponſis aliquando non obtemperatur, illud unum in cauſa eſt, quod noſtras appetitiones & declinationes non coërcemus. Quare nec appetentem nec declinantem accedere, non illud modo confert, ut fidenter & abſque trepidatione accedas: ſed & hoc, ut divino conſilio pareas. His expoſitis, ſubiicit, quibus de rebus ſint conſulendi vates?

ὅτι περὶ ἐκείνων μὲν τῶν πραγμάτων ὧν τὸ τέλος ἄδηλόν ἐστιν ἡμῖν ἕως ἂν ἐκβῇ τὸ πρᾶγμα· οὐ δυναμένων ἡμῶν ἀπὸ φρονήσεως ἢ τῆς περὶ ἐκεῖνα τὰ πράγματα τέχνης καὶ ἐμπειρίας τὸ τέλος ἐννοῆσαι. οὐδεὶς γὰρ ἂν μαντεύσαιτο, εἰ χρὴ τραφῆναι ἢ καθευδῆσαι τὸν ἄνθρωπον· δεῖται γὰρ τούτων πάντως τὸ ζῶον· ἀλλ' οὐδὲ εἰ χρὴ φιλοσοφῆσαι, ἢ κατὰ φύσιν ζῆν· δῆλα γάρ ἐστι ταῦτα τῷ ἔμφρονι ἐπωφελῆ ὄντα· οὐδὲ ὁποῖος ἔσται ὁ κτιζόμενος οἶκος· ἡ γὰρ τέχνη περιείληφε τὸ εἶδος· οὐδὲ ὁ γεωργὸς εἰ χρὴ σπεῖραι, ἢ φυτεῦσαι· τῷ γὰρ γεωργῷ ταῦτα ἀναγκαῖα. τὸ δὲ πότε ἢ ποῦ, ἢ ποῖα σπέρματα, ἢ φυτὰ, εἰ μὴ προείθισται ταῦτα, ἢ ἄλλως ἐν ἀρχῇ ἐστι, μαντεύσαιτο ἄν· καὶ εἰ πλευστέον, μάλιστα δὲ καιροῦ μὴ πάντη ἀδεοῦς ὄντος. Οὐ μέντοι μαντευτέον εἰ χρὴ προελθεῖν εἰς ἀγορὰν, ἢ ἐπὶ τὸν ἀγρὸν ἐξελθεῖν· καίτοι τούτοις ἕπεταί τι τέλος ποτὲ δυσχερὲς, ἀλλ' ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον κατὰ νοῦν ἐκβαίνεται· ἀρκεῖ δὲ ὡς ἔοικε τὸ ἐπὶ πλεῖστον πρὸς τὸ μὴ δεῖσθαι μαντεύεσθαι. ἐπεὶ κἂν ἐκ λόγου τινὸς ἢ τέχνης ἀφορμαὶ διδῶνται πρὸς τὸ συνιδεῖν τὸ προκείμενον, οὐ πάντως ἀναγκαῖα. ἔσται ἡ ἔκβασις. οὔτε γὰρ ἡ φύσις, οὔτε ἡ τέχνη, οὔτε ἡ προαίρεσις ἐπὶ τῶν ἐκτὸς

vates ? iis nimirum , quarum exitus ſit nobis incertus ante rem peractam: cum ex ingenio & arte, ad illas pertinente, atque experientia, finem animo complecti & proſpicere non poſſumus. Nemo enim vatem conſulit , an homini cibo & ſomno ſit utendum. omnino enim his eget animal. Nec an philoſophandum ſit,aut naturæ congruenter vivendum ? cordato enim homini conſtat hæc eſſe utilia. Neque domus quæ ædificatur, qualis ſit futura. Ars enim formam eius antea delineavit. Nec agricola, ſit ne plantandum aut ſerendum ? hæc enim agricolæ ſunt neceſſaria. Enimvero, quandonam, aut ubi loci, aut qualia ſemina, qualeſque plantæ, ſi hæc ante uſitata non fuerunt , aut primum incoantur , fortaſſe rogabitur vates . Item an navigandum ſit, alieno præſertim & periculoſo tempore. Non tamen rogandus vates, an prodeundum ſit in forum , aut exeundum in agrum . Quamvis enim & hæc eventus aliquando incommodus ſequatur , plerunque tamen ex ſententia ſuccedant : id quod frequentius accidit , haruſpicina egere non videtur . Licet enim ex ratione aliquâ aut arte occaſiones ſuppetant , ad perſpiciendum id quod propoſitum eſt: non tamen eventus erit omnino neceſſarius. Neq; enim natura,neque ars, neq; conſilium & voluntas

in

ἀναγκαίαν ἔχουσι τὴν ἔκβασιν, ἀλλ' ἀρκεῖ τὸ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, πρὸς τὸ μὴ δεῖσθαι μαντείας. τὸ γὰρ ἐπὶ πάντων ἐθέλειν μαντεύεσθαι δειλοὺς ποιεῖ, καὶ ἀπράκτους, καὶ τὰ μικρὰ μεγάλα νομίζειν παρασκευάζει. Ἀλλ' ἐκεῖνο ἄξιον ἐπισκέψεως, εἰ περὶ τῶν ἐφ' ἡμῖν ὅλως οὐ μαντευτέον· πῶς χρὴ ὑπολαβεῖν περὶ τῆς ψυχῆς; πότερον θνητή ἐστιν, ἢ ἀθάνατος; καὶ εἰ χρὴ τῷδέ τινι διδασκάλῳ χρήσασθαι; πολλοὶ γὰρ τῶν παλαιῶν φαίνονται περὶ τῆς φύσεως τῶν ὄντων ἐρωτήσαντες· καίτοι τὸ ὑπολαμβάνειν ποίως ἢ ποίως, ἡμέτερον φαμὲν, καὶ τῶν ἐφ' ἡμῖν εἶναι. μήποτε οὖν τὰ ἀποδείξει λογικῇ ληπτὰ, δι' ἀποδείξεως δεῖ μανθάνειν; οὕτω γὰρ ἡ ἐπιστημονικὴ γενήσεται γνῶσις, ἐὰν ἀπὸ τῆς αἰτίας ἡ ἀπόδειξις γένηται. τὸ δὲ ἀκοῦσαι παρὰ θεοῦ ὅτι ἀθάνατός ἐστιν ἡ ψυχὴ, πίστιν μὲν ποιεῖ βεβαίαν, ὡς εἰκὸς, οὐ μέντοι ἐπιστήμην τοῦ πράγματος. εἰ δέ τις ἀξιοῦται παρὰ τοῦ θεοῦ καὶ τὰς αἰτίας μανθάνειν, καὶ ἐπιστήμων γίνεσθαι, ἄλλο τοῦτο εἶδός ἐστι τῆς ἀγαθότητος, καὶ οὐ τοῦ μαντικοῦ. τοῦτο γὰρ ἔοικεν ἐν τοῖς πρακτικοῖς τὰς ἀδήλους ἀνθρωπίνῃ διανοίᾳ ἐκβάσεις προσαγορεύειν. διὸ καὶ ἠρώτησάν τινες περὶ τῆς φύσεως τῶν ὄντων, ἀλλὰ σπάνιοί γε οὗτοι, καὶ οὐχὶ πρωτεύσαντες ἐν φιλοσοφίᾳ, ἀλλ' οἱ

in rebus externis neceſſarium habent eventum: ſed id quod plerunque fit, ſatis cauſæ eſt cur vate non egeamus. Nam divinatio de rebus omnibus, timidos reddit & ignavos, & ut parva magni fiant facit. Illud vero conſideratione dignum eſt: ſi de rebus noſtræ poteſtati ſubiectis vates omnino conſulendi non ſunt, quo modo ſentiendum ſit de anima, ſit ne ea mortalis an immortalis? & an hoc præceptore ſit utendum? Conſtat enim, multos veterum de rerum natura conſuluiſſe vates: quamvis hoc aut illo modo ſentire de rebus, noſtrum opus eſſe dicamus, & in noſtra poteſtate eſſe. Videntur autem ea quæ ratione percipi ac demonſtrari poſſunt, ex demonſtratione cognoſcenda eſſe. Sic enim ſcientifica parabitur cognitio, ſi per cauſam demonſtratio facta fuerit. Audiſſe autem ex Deo, immortalem eſſe animam, fidem quidem firmam parit, uti par eſt, non tamen rei ſcientiam. Si quem vero cauſas etiam edocere dignatur Deus, & ſcientem reddere: aliud hoc divinæ bonitatis genus eſt, non divinatricis, cuius eſt, exitus actionum humanis ingeniis obſcuros prædicere. Quamobrem etſi quidam de rerum natura oracula conſuluerunt: tamen hi & rari fuere, nec ex principibus philoſophorum, ſed ii qui

συνειθισμένοι πιστευτικὴν ἔχειν καὶ οὐκ ἐπιστημονικὴν πίστωσιν, τοῦ θεοῦ βουλομένου, ὡς ἔοικεν, αὐτοκίνητον οὖσαν τὴν ψυχὴν, δι' ἑαυτῆς τὸ ἀληθὲς ὁρᾷν. ἀμέλει, καὶ ὁ Ἐπίκτητος, καὶ ὁ Σωκράτης ἐοίκασιν ἀπαγορεύειν ἐκεῖνα ἐρωτᾷν, ἃ δύναται καθ' ἑαυτὴν ἡ ψυχὴ γινώσκειν. τοιγαροῦν οὐδὲ ἀποδέχεται τὸν ἐρωτῶντα, εἰ χρὴ συγκινδυνεῦσαι τῷ φίλῳ ἢ τῇ πατρίδι. ὁ γὰρ ὀρθὸς λόγος ὑπαγορεύει συγκινδυνεύειν. κἂν δύσκολα οὖν μαντευθῇ τινα, οὐδὲν ἧττον χρὴ συγκινδυνεύειν. τίς οὖν χρεία τοῦ ἐπὶ τῶν τοιούτων ἐρωτᾷν, ἐφ' ὧν δῆλόν ἐστι τί πρακτέον; φαίνεται δὲ ὁ θεὸς καὶ τοῖς ἐρωτήσασί ποτε, εἰ χρὴ τὸν οἰκέτην ἐκδοῦναι, πάνυ μεμφόμενος. ἃ γὰρ ὀρθὸς λόγος ὑπαγορεύει δεῖν πράττεσθαι, ταῦτα δεῖ ποιεῖν· καὶ μὴ ἐρωτᾷν, κἂν ἕπηταί τι δύσκολον ἡμῖν περὶ τὸ σῶμα, ἢ τὰ ἐκτός. χρὴ γὰρ τὸ ἡμέτερον ἀγαθὸν προτιμᾷν τῶν τοῦ σώματος ἢ τῶν ἐκτός· καὶ τούτων εἰς ἡμᾶς ἐχόντων τὴν ἀναφοράν. Ἀποδείξας δὲ ὅτι οὐ χρὴ περὶ τῶν τοιούτων μαντεύεσθαι, ἐκ τοῦ, ὁποῖα ἂν γένηται τὰ ἱερὰ, δεῖν πάντως συγκινδυνεύειν, πιστοῦται τοῦτο καὶ ἀπὸ τοῦ τὸν θεὸν ἐκβαλεῖν τὸν μὴ βοηθήσαντα ἀναιρουμένῳ τῷ φίλῳ. δύο γάρ τινες εἰς Δελφοὺς ἀπιόντες λῃσταῖς περιπεπτώκασι·

certo credere ac perſuaſum aliquid habere, quam ſcientia rem comprehendere maluerunt: cum probabile ſit, velle Deum ut anima per ſe mobilis, per ſeſe etiam verum cernat. Atque adeo Epictetus quoque & Socrates illa ſciſcitari vetare videntur, quæ anima per ſe cognoſcere poteſt. Eum certe non probant, qui roget, an periculi ſocietas pro patria aut amico ſit coëunda. Recta enim ratio præſcribit; diſcrimen illud non eſſe recuſandum. Quamvis igitur difficilia quædam prædicta fuerint; nihilominus defendendi ſunt. Quorſum igitur attinet de iis interrogare, de quibus conſtat quid ſit agendum? Illud etiam patet, Apollinem iis qui rogarunt, an ſupplex dedendus eſſet, graviter ſuccenſuiſſe. Quæ enim recta ratio fieri iubet: ea facienda ſunt abſque interrogatione, licet cum moleſtiis atque periculis corporum & fortunarum coniuncta, cum & hæc ad nos referantur. Poſtquam vero demonſtravit, de huiuſmodi rebus non conſulendos eſſe vates, eo quod, cuiuſcunque modi victimæ fuerint, omnino una periculum ſit adeundum: idem etiam Apollinis auctoritate confirmat, qui eum, qui amico, cum interficeretur, opem non tuliſſet, fano eiecerit. Nam duo Delphos petituri, in latrones inciderunt, à qui-

καὶ τοῦ ἑτέρου ὑπ' αὐτῶν ἀναιρουμένου, ὁ ἕτερος, ἢ φυγὼν ἢ ἀδεῶς μὴ ἐπαμυνάς, ἦλθεν εἰς τὸ μαντεῖον, καὶ ὁ θεὸς ἐξέβαλεν αὐτὸν εἰπών·

> Ἀνδρὶ φίλῳ θνήσκοντι παρὼν πέλας οὐκ ἐπαμυνάς,
> Ἤλυθες οὐ καθαρὸς, περικαλλέος ἔξιθι σηκοῦ.

Καὶ δῆλον μὲν, ὅτι, καὶ βουλόμενος, οὐ πάντως ἂν ἐρρύσατο τοῦ θανάτου τὸν φίλον, ἀλλ' ὅμως ἔδει συγκινδυνεῦσαι, καὶ συναποθανεῖν, εἰ καὶ τοῦτο ἦν ἀνάγκη βοηθοῦντα παθεῖν. διὰ τὴν προαίρεσιν οὖν ταύτην, ἀκάθαρτον αὐτὸν ἔκρινεν ὁ θεὸς, ὡς τὸν προδόντα τὸν φίλον διὰ τὴν περιττὴν περὶ τὸ σῶμα συμπάθειαν. Ὥσπερ ἐπ' ἄλλου, καὶ ἀποτυχίας γενομένης, τὴν προαίρεσιν ὅμως ὁ θεὸς ἐπεδέξατο. πάλιν γὰρ ἄλλων δύο τινῶν λῃσταῖς περιπεσόντων, καὶ τοῦ ἑτέρου κρατηθέντος ὑπὸ τῶν λῃστῶν, ὁ ἕτερος ῥίψας ὡς κατὰ λῃστοῦ τὸ ἀκόντιον, ἐκείνου μὲν διήμαρτεν, ἔβαλε δὲ τὸν φίλον καὶ ἀνεῖλε, καὶ ἐλθὼν εἰς τὸ μαντεῖον, οὐκ ἐτόλμησεν εἰσελθεῖν ὡς ἀκάθαρτος τῷ φόνῳ τοῦ φίλου. καὶ ὁ θεὸς ἐξεφώνησε πρὸς αὐτὸν τάδε τὰ ἔπη·

> Ἔκτεινας σὸν ἑταῖρον ἀμύνων· οὔ σε μιαίνει
> Αἷμα φόνου· σὺ πέλεις καθαρώτερος ἢ πάρος ἦσθα.

Εἰ γοῦν ἀπὸ τοῦ φόνου τοῦ φίλου οὐ μόνον οὐκ ἐμολύνθη, ἀλλὰ καὶ καθαρώτερος γέγονεν ἤπερ ἦν πρότερον, διὰ τὴν ὀρθὴν προαίρεσιν, δῆλον ὅτι οὐκ ἐν τῇ πράξει, ἀλλ' ἐν τῇ προαιρέσει

quibus cum alter interficeretur, alter aût fuga elapſus, aut alioqui non opitulatus, ad oraculum venit, è quo eum eiecit Apollo, his verbis:

> *Cede meis adytis cædis reus, intereuntem*
> *Qui ſocium non iuveris, etſi proximus eſſes.*

Quanquam autem conſtat, eum, quamvis voluiſſet, utique amicum periculo mortis non erepturum fuiſſe: tamen periculi ſocietas non fuit deſerenda, ſed ferendum auxilium, licet una pereundum fuiſſet. Ob eam igitur voluntatē Deus eum pollutum iudicavit, ut qui ex nimio corporis amore amicum deſeruiſſet, ſicut in alio voluntatem probavit, quamvis adverſo eventu. Cum enim iterum duo quidam in latrones incidiſſent, alter coniecto in latrones iaculo, eo fruſtratus, amicū percuſſit & interemit. Profectus igitur ad oraculum, ædem, ut cæde amici pollutus, ingredi non fuit auſus. Deus autem hos verſus edidit:

> *Te cruor haud maculat: nunc purior, atque fuiſti.*
> *Eſt occiſus enim tibi, dum defendis, amicus.*

Si igitur cæde amici non modo non pollutus eſt, ſed purior etiam factus quam fuerat, ob bonam voluntatem: recte facta non in caſu atque eventu, ſed in conſilio &

τῶν ἀνθρώπων τὸ κατορθοῦν ἐστι, καὶ ἁμαρτάνειν. ἐπιστῆσαι δὲ χρὴ ὅτι καὶ ταῦτα τὰ προσεχῶς εἰρημένα ἀφ᾽ οὗ ἀπεσημηνάμην, καὶ τὰ ἐφεξῆς ῥηθησόμενα πάντα, πρὸς μέσην ἕξιν ἁρμόττει, τὴν ἤδη πως προκεκοφυῖαν, καὶ ἐν τῷ φιλοσοφεῖν οὖσαν· καὶ γὰρ ἐνταῦθα, εἴπερ εἶ φιλόσοφος, καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς, πολλαχοῦ τὸ τοιοῦτον ἐπισημαίνεται.

ΚΕΦ. μ΄.

ΤΑ'ξον τινὰ ἤδη χαρακτῆρα σαυτῷ, καὶ τύπον, ὃν φυλάξεις ἐπί τε σεαυτοῦ ὤν, καὶ ἀνθρώποις ἐντυγχάνων.

ΚΕΦ. μα΄.

ΚΑὶ σιωπὴ τὸ πολὺ ἔστω, ἢ λαλείσθω τὰ ἀναγκαῖα. καὶ δι᾽ ὀλίγων. σπανίως δέ ποτε, καιροῦ παρακαλοῦντος, ἐπὶ τὸ λέγειν τι ἥξομεν· ἀλλὰ περὶ οὐδενὸς τῶν τυχόντων· μὴ περὶ μονομάχων, μηδὲ ἱπποδρομιῶν· μὴ περὶ ἀθλητῶν, μὴ περὶ βρωμάτων, ἢ πομάτων τῶν ἑκασταχοῦ λεγομένων: μάλιστα δὲ μὴ περὶ ἀνθρώπων ψέγοντες, ἢ ἐπαινοῦντες, ἢ συγκρίνοντες.

ΚΕΦ. μβ΄.

Α'Ν μὲν οὖν οἷός τε ἦς, μέταγε τοῖς σοῖς λόγοις τοὺς τῶν συνόντων ἐπὶ τὸ πρέπον· εἰ δὲ ἐν ἀλλοφύλοις ἀποληφθεὶς τύχοις, σιώπα.

Ε'ΞΗ'ΓΗΣΙΣ.

Ε'Ντεῦθεν τὰ πρὸς ἑαυτὸν καθήκοντα τῷ πως προκεκοφότι καὶ ἤδη φιλοσοφοῦντι παραδοὺς, Τάξαι, φησὶν, ἤδη χρὴ, καὶ ὁρίσαι χαρακτῆρα διαγωγῆς τὸν καθήκοντα τῷ τοιούτῳ βίῳ, πρὸς ὃν

voluntate poſita eſſe conſtat. Conſiderandum autem eſt, & hæc, quo modo dicta ſunt, & quo ordine dicentur omnia, referri ad mediũ habitũ eius qui non nullos progreſſus habet, & in philoſophia verſatur. Etenim hæc verba (Siquidem es philoſophus) in iis etiã quę ſequuntur, tale aliquid multis locis ſignificant.

CAP. XL.

PRæſcribe iam tibi formam quandam & legem, quam cuſtodias, quamque & ipſe tecum, & in congreſſibus hominum obſerves.

CAP. XLI.

AC maiori quidẽ ex parte ſilentium præſtetur, aut neceſſaria dicantur, eaque paucis. Raro autem, cum ſe obtulerit occaſio, ad dicendũ veniemus: ſed non quidvis dicemus, non de gladiatoribus, non de ludis Circenſibus, nõ de pugilibus, non de cibis aut potionibus, quæ paſſim inculcantur. In primis autem, ne homines vituperemus, vel laudemus, vel comparemus, caveatur.

CAP. XLII.

QVod ſi potes, familiarium tuorum ſermones tuis ſermonibus eo, quo decet, traducito. Sin à peregrinis circumventus fueris, taceto.

COMMENTARIUS.

OFficiis eius qui aliquantum profecit, & iam philoſophatur, traditis: conſtituenda iam (inquit) atque definienda eſt certa quædam ætatis degendæ ratio, iſti vitæ generi conſentanea, ad quam

χρὴ καὶ κατὰ μέρος συναρμόττειν. οἷς ἐπεξιὼν αὐτὸς δι' αὐτῶν, καὶ τὸν ὅλον χαρακτῆρα τοῦ βίου παρίστησι, παραγγέλλων φυλάττειν αὐτὸν, ἐφ' ἑαυτοῦ τε ὄντα καὶ ἀνθρώποις ἐντυγχάνοντα. τοῦτο δὲ οἶμαι σημαίνει, τὸ δεῖν ἀεὶ κατὰ τὸ δυνατὸν ἐν ταυτότητι διαμένειν, μίαν τὴν αὐτοῦ ζωὴν ἀεὶ διαζῶντα, καὶ μὴ τοῖς ἔξωθεν περιπίπτουσι ποικίλοις οὖσιν Εὐρίπου δίκην συμμεταφέροντα. ἐλέγετο οὖν καὶ ὁ Σωκράτης ἐν τῷ αὐτῷ καταστήματι ἀεὶ ὁρᾶσθαι, καὶ μήθ' ὑπὸ τῶν ἡδέων μήτε ὑπὸ τῶν λυπηρῶν δοκούντων μετακινεῖσθαι, διὰ τὸ μίαν τὴν αὐτὴν ζωὴν ἀεὶ τὴν ἑαυτοῦ διαζῆν. Καὶ τάχα αὐτός ἐστιν ὁ εἷς χαρακτὴρ ὃν δεῖ τάξαι καὶ ὁρίσαι, ὃν ἐνεδείξατο συντόμως διὰ τοῦ εἰπεῖν, ὅτι δεῖ τὸν αὐτὸν φυλάττειν ἐφ' ἑαυτοῦ τε ὄντα, καὶ ἀνθρώποις ἐντυγχάνοντα. Τῶν δὲ οἰκείων τῷ τοιούτῳ χαρακτῆρι πρῶτον καὶ κυριώτατον, σιωπή φησι τὸ πολὺ ἔστω. ἡ γὰρ ὅλη σπουδὴ τῶν παιδευτικῶν λόγων ἐστὶν, ἐπιστρέψαι τὴν ψυχὴν εἰς ἑαυτὴν, ἀπό τε τῶν ἐκτὸς καὶ ἀπὸ τῶν ἀλόγων ἐν αὐτῇ παθῶν, καὶ τοῦ σώματος· ὥστε τὴν ἑαυτῆς ζωὴν τὴν αὐτὴν ἀεὶ ζῆν. Πρὸς δὲ τοῦτο ἡ σιωπὴ τὰ μέγιστα συντελεῖ. διὸ καὶ οἱ Πυθαγόρειοι τὸ καθ' ἑαυτῆς διαγωγῆς ἀρχὴν ἀνυσιμωτάτην συνέταττον τὴν πενταετῆ σιωπήν. ὥσπερ γὰρ αἱ αἰσθήσεις ἔξω τείνουσι τὴν ψυχὴν συνεργοῦσαν αὐταῖς, ὡς δηλοῦσιν οἱ μύοντες τοὺς ὀφθαλμοὺς, ὅταν ἑαυτοὺς βούλωνται συνάγειν, καὶ

ſingulæ actiones ſunt dirigendæ, quibus ipſe auctor ſpeciatim recenſendis, formam & normam totius vitæ præſcribit, ſive ſolus ſis, ſive inter alios verſeris, tenendam: illud ſcilicet indicans, in eodem ſtatu & habitu, quoad fieri poſſit, perſeverandum, eſſe, & ſuam cuique vitæ rationem ſervandam, nec externorum caſuum varietate, Euripi inſtar, mutandam. Socrates certe fertur, eodem ſemper vultu & habitu fuiſſe, à quo nec lætis nec triſtibus rebus dimoveretur, quod unam eandemque vitæ rationem, ſuam utique, perpetuo ſequeretur. Eſt autem ea fortaſſe vitæ norma conſtituenda & definienda, quam compendio perſtrinxit; cum diceret: Eam ſervandam eſſe, ſive tecum quid agas, ſive cum altero contrahas. Eius autem formæ primum & maxime proprium eſt frequens ſilentium. Omnis enim inſtitutionis ratio eo refertur, ut & à rebus externis, & à brutis ſuis affectionibus, & à corpore ad ſe ipſum revocetur animus, ut ſuo more eodemque perpetuo tenore vivat. Quam ad rem ſilentium plurimum confert. Quæ cauſa Pythagoreis fuit, efficaciſſimum diſciplinæ ſuæ iaciendi fundamentum, quinquennii ſilentium. Ut enim ſenſus animum ipſis operam navantem ad externa trahunt; (quod ii declarant, qui cum ſeſe colligere volunt, & in

συϛρέ-

συστρέψαι, καὶ διεγεῖραι τὸ προσεκτικὸν τῆς ψυχῆς· οὕτω καὶ ὁ προφορικὸς λόγος, οὐ συνεργούσης τότε ταῖς αἰσθήσεσιν, ἀλλ' αὐτῆς ἐνεργούσης, ἐκχέει μᾶλλον τὴν ψυχὴν πρὸς τὰ ἔξω. καὶ ταύτης τῆς ἐκχύσεως ἴαμα ἡ σιωπή. οὐ παντελῆ δὲ σιωπὴν ἐπιτάττει. οὐδὲ γὰρ ἐπ' ἐκεῖνο τὸ εἶδος παρακαλεῖ τὸ Πυθαγόρου τὸ τελέως ἀνῃρημένον καὶ θεοειδὲς, ἀλλ' ἐπὶ τὸ πολιτικὸν καὶ συμμετρότερον ἀνθρώποις. ἢ οὖν σιωπᾷν φησὶ χρὴ, ἢ λαλεῖν τὰ ἀναγκαῖα καὶ διὰ βραχέων, ἐρωτῶντι ἀποκρινόμενον. καὶ συντόμως ὥρισε τὸ εἶδος ἐκείνων περὶ ὧν χρὴ λαλεῖν, ὅτι τὰ ἀναγκαῖα χρὴ εἶναι ταῦτα, πρός τε τὴν κατὰ φύσιν τῆς ψυχῆς διαγωγὴν, καὶ τὴν τοῦ ζώου χρείαν. τὰ γὰρ τοιαῦτα, καὶ ὀλίγα ὄντα καὶ πραγματικώτερα, καὶ μὴ διάκενα, μηδὲ ἀόριστα, οὐ ταράττει ὁμοίως οὐδὲ διασπᾷ τὴν φαντασίαν πρὸς τὸ ἀόριστον. ὥρισε δὲ καὶ τὸ τοῦ λόγου εἶδος, ὅτι σύντομον καὶ διὰ βραχέων. εἰ γὰρ τὸ περιφαντάζεσθαι τὰ πράγματα περὶ ὧν ὁ λόγος, καὶ μὴ κατακρατεῖν αὐτῶν τῆς οὐσίας, πολυλογίαν ποιεῖ· τὸ διαβαίνειν εὐθυβόλως εἰς αὐτὰ τὴν νόησιν, καὶ τὸ συνῃρημένον τῆς οὐσίας αὐτῶν καὶ κυριώτατον ὁρᾷν καθ' ὃ ὑφέστηκεν ἕκαστον· καὶ τὸν λόγον τὸν περὶ αὐτῶν εἰς τὰ κυριώτατα συνῃρημένον προφαίνει. εἰ δέ ποτέ, φησι, χρεία καὶ μακροτέρου

ſeſe deſcendere, & animi attentionem excitare, claudunt oculos:) ſic animum etiam oratio, tum non operam navantem ſenſibus, ſed per ſeſe agentem, magis ad externa effundit, cuius effuſionis remedium eſt ſilentium. Quod tamen non perpetuum indicit, neque ad Pythagoricū illud genus remiſſum & divinum adhortatur: ſed ad civile, & hominibus accommodatius. Aut igitur tacendum eſt, inquit, aut neceſſaria dicenda, & paucis interroganti reſpondendum. Ac formam eorum de quibus ſit dicendum compendio deſcripſit: ea eſſe neceſſaria oportere, cum ad vitam degendam naturæ animi conſentaneam, tum ad uſum animantis. Nam talia cum & pauca ſint, & res ſubiectas habeant, nec inania & indefinita: non æque turbant & abſtrahunt cogitationem ad res infinitas. Deſcripſit & formam orationis, eam oportere ſuccinctam eſſe, & brevem. Nam ſi vagari, & in ſuperficie hærere earum rerum de quibus ſermo habetur, nec earum naturam habere perceptam, loquacitatem gignit: è contrario, ſi mens eas directe intueatur, & naturam earum velut in faſcem collectam & vim ac præcipua capita perſpexerit: ſermo etiam qui de eis habebitur, ad præcipua capita revocatus, erit brevis. Si quando autem, inquit, pluribus etiam verbis

γίνηται

γένηται λόγου, (τοῦτο γάρ ἐστι τὸ, λέγειν, οὐκ ἐρωτῶντα μόνον ἢ ἀποκρινόμενον, ἀλλ' ἐφ' ἑαυτοῦ τὸν λόγον ἀποτείνοντα,) κἂν τὸ τοῦ λόγου οὖν εἶδος ἀμειφθῇ ποτε δι' ἀνάγκην ἀντὶ βραχέος μακρότερον γενόμενον, ἀλλὰ τῶν γεγραμμένων περὶ ὧν οἱ λόγοι τὸ εἶδος τὸ αὐτὸ τῷ προτέρῳ μενέτω, περὶ ἀναγκαίων γινομένου τοῦ λόγου, ἢ προτρέποντος ἐπ' ἀρετὴν, ἢ διδάσκοντος, ἢ συμβουλεύοντος, ἢ παραμυθουμένου, ἢ συζητοῦντος τὴν ἐν τοῖς οὖσιν ἀλήθειαν, ἢ τοῦ θεοῦ τήν τε ὑπεροχὴν καὶ τὴν πρόνοιαν ἀνευφημοῦντος, καὶ σύλληψιν πρὸς τὸν κατὰ φύσιν βίον αἰτοῦντος δι' εὐχῆς, ἀλλὰ μὴ περὶ τῶν τυχόντων, περὶ ὧν οἱ τυχόντες διαλέγονται. μήτε οὖν περὶ μονομαχιῶν, ἢ ἱπποδρομιῶν, ἢ τῶν τοιούτων· μήτε βρωμάτων ἢ πομάτων, οἷς ὁ δεῖνα ἢ ὁ δεῖνα χρῶνται. οἱ γὰρ περὶ τῶν τοιούτων λόγοι, καὶ τὴν φαντασίαν αὐτοῖς προσηλοῦσιν. ἔστι δ' ὅτε καὶ τὴν ὄρεξιν συνεφέλκονταί τε καὶ συντυποῦσιν ἑαυτοῖς τὴν ζωήν. μάλιστα δέ φησι μὴ περὶ ἀνθρώπων ποιεῖσθαι τὸν λόγον, ψέγοντα, ἢ ἐπαινοῦντα, ἢ συγκρίνοντα, ὅτι ὁ δεῖνα τοῦδε καλλίων ἢ χείρων, κατὰ τάδε ἢ τάδε. καὶ ὅτι μὲν καὶ τοῦτο τὸ εἶδος τῶν λόγων ἐπὶ τὸ ἐκτὸς τείνεσθαι ποιεῖ τὴν ψυχὴν ἑαυτῆς

erit opus (hoc enim ſibi volunt verba: AD DICENDUM ALIQUID VENIEMUS.: non reſpondendo tantum, aut interrogando: ſed perpetuam orationem habendo:) Si igitur, inquit, orationis aliquando neceſſario mutata forma fuerit, & brevitatis loco prolixitas uſurpata: rerum tamen de quibus verba fiunt genus idem cum priore maneat, ut de rebus neceſſariis ſermo habeatur, ſive ad virtutem adhortando, ſive docendo, ſive conſulendo, ſive conſolando, ſive de veritate naturaque rerum inquirendo & diſputando, ſive Dei excellentiam & providentiam celebrando, & auxilium ad degendam vitam naturæ congruentem votis expoſcendo. Non autem de rebus vulgaribus, de quibus verba fieri plerunque ſolent. Neque igitur de compoſitionibus gladiatorum, neque de ludis Circenſibus, aut aliis: neque de cupediis & poculis quibus ille vel ille utatur. Nam qui ſermones huiuſmodi de rebus habentur, cogitationem etiam illis affigunt. Eſt & cum appetitum attrahunt, & vitam ſibi conformem faciunt. In primis vero vetat, ne de hominibus verba faciamus ſive vituperando, ſive laudando, ſive comparando, illum hoc eſſe honeſtiorem aut deteriorem, in his aliiſve rebus. Nam hoc quoque ſermonum genus facere, ut animus ad externa porrigatur, à ſemet ipſo aver-

ἀφισαμένην, καὶ ἀλλοτριοπραγμονοῦσαν, καὶ ματαιοπονοῦσαν, δῆλόν ἐστι. Διὰ τί δὲ τάδε μάλιστα; μὴ περὶ ἀνθρώπων ψέγοντες, ἢ ἐπαινοῦντες, ἢ συγκρίνοντες. τί γὰρ ἔχει τοῦτο χεῖρον ἐκείνων; ἢ πρῶτον μὲν οὗτος πρὸς ὃν ὁ λόγος, εἴπερ ἄρχει τοῦ φιλοσοφεῖν, ἐκείνων ὡς ἐπίπαν ἀπέστη τῶν σπουδασμάτων περὶ μονομάχους, καὶ ἀθλητὰς, καὶ τὰ τοιαῦτα, περὶ δὲ ἀνθρώπων μᾶλλον ἂν ποιοῖτο τοὺς λόγους; Πρὸς ἃ οὖν ἐπιρρεπῶς ἔχει, τούτων μάλιστα αὐτὸν ἀναχαιτίζει, ἐπεὶ ἔλεγε, σὺ μάλιστα τοῦτο φυλάττου. ἔπειτα τῶν αὐτῶν παθῶν ὁμοίως κινουμένων ἐφ' ἑκατέρου τῶν λόγων, (καὶ γὰρ συμπάθειαι καὶ ἀντιπάθειαι, καὶ ἐπὶ τούτων καὶ ἐπ' ἐκείνων συγκινοῦνται τοῖς περὶ αὐτῶν λόγοις,) ἴδιόν τι πάθος ἀκολουθεῖ τοῖς κριτικοῖς τῶν ἀνθρώπων λόγοις, τὸ ὑπεροπτικὸν καὶ τετυφωμένον. ὁ γὰρ κρίνων ἀνθρώπων βίους, ὡς ὑπερέχων αὐτῶν ποιεῖται τὴν κρίσιν. καὶ γὰρ νεμεσητὴ μᾶλλον ἡ ἁμαρτία ἡ περὶ τὴν κρίσιν τῶν ἀνθρωπίνων βίων, ἤπερ ἡ ἐν τοῖς παίζουσι διαμαρτάνουσα. Οὐ μόνον δέ, φησι, τοῦ λέγειν τὰ τοιαῦτα ἀφεκτέον, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἀκούειν. καὶ γὰρ δι' ἀκοῆς φαντασίαι κινοῦνται καὶ ὀρέξεις ἄλογοι τῶν ἀκουόντων. καὶ μέντοι καὶ οἱ λέγοντες τὰ τοιαῦτα, ὅταν τινὸς τῶν σεμνοτέρων δοκούντων παρόντος μὴ ὑποστελῶσιν, ἀναιδέστεροι γίνονται, καὶ παρρησίαν ἀναίσχυντον καὶ ἀκατάπληκτον ἐν αὐτοῖς τρέφουσι. διό φησιν, εἰ μὲν οἷός τε εἶ, μετάγε τοὺς τοιούτων τῶν συνόντων λόγους ἐπὶ τοὺς σπουδαιοτέρους. ἐὰν δὲ ἀπο-

averſus, alienaque curet, & fruſtra laboret, perſpicuum eſt. Cur vero maxime vetat, ne de hominibus loquamur, vituperando, laudando aut comparando? Quid enim hoc habet peius cæteris? An illud primum, quod is, cum quo agitur, initio ſuſceptæ philoſophiæ, illis ſtudiis gladiatorum & pugilum & ſimilibus relictis, de hominibus potius loquatur? Ad quæ igitur propenſus eſt, ab iis eum maxime retrahit, eaque cavere iubet. Deinde quod iidem affectus æque utriſque ſermonibus moventur. Nam & ſtudia & odia tam in his quam in illis concitantur, cum verba de iis fiunt: & peculiaris affectus eos comitatur, qui ſibi cenſuram de hominibus ſumunt, ut deſpicentia & ſuperbia. Nam qui vitas hominum iudicat, ſic iudicium fert, quaſi illis eſſet ſuperior. Atque etiam gravius peccatum eſt in diiudicanda hominum vita errare, quam in rebus ludicris. Neque vero dicendis ſolum iſtis, ſed audiendis etiam eſt abſtinendum. Nam & per auditum cogitationes excitantur, & appetitiones brutæ audientium. Adhæc, ii qui talia dicunt, niſi auctoritate gravis alicuius viri deterreantur, fiunt impudentiores, & audaciam inverecundam nihilque reformidantem alunt. Quamobrē ait, ſiquidē potes, traduc tales familiariū ſermones ad res graviores. Si ve-

ληφθῇς

ληφθῇς ἐν ἀνθρώποις κατ᾽ ἄλλο εἶδος ζωῆς τὸ διεφθαρμένον τετραφεῖσί τε καὶ συνεθισθεῖσιν, οὓς ἀλλοφύλους ἐκάλεσε, σιώπα, φησί, καθαίρων σεαυτὸν μετὰ τῆς σιωπῆς τῇ εἰς σεαυτὸν ἐπιστροφῇ.

ro circumventus fueris ab hominibus, qui aliud vitæ inſtitutum ſequuntur, prava inſtitutione & conſuetudine corrupti, taceto, (inquit) ipſe te ſilentio repurgans, & converſione ad temet ipſum.

ΚΕΦ. μγ΄.

Γέλως μὴ πολὺς ἔστω, μηδὲ ἐπὶ πολλοῖς, μηδὲ ἀνειμένος.

Cap. XLIII.

Riſus non ſit multus, nec ob multa, nec effuſus.

ἘΞΗΓΗΣΙΣ.

Μετὰ τὸ κοινὸν παράγγελμα τῷ φιλοσοφοῦντι τὸ ἐν ταὐτῷ τοῦ ἤθους μονῆς, πρὸς ἣν μεγάλην ἡ σιωπὴ μοῖραν συμβάλλεται, τὴν μεγίστην ἐκτροπὴν τῆς περιχαρείας ἀναστέλλει, τὴν διὰ τοῦ γέλωτος· διὰ ταύτης ἴσως καὶ τὴν ἀντικειμένην αὐτῇ τῆς λύπης ἐνδεικνύμενος. τῆς γὰρ ψυχικῆς περιχαρείας ὑπερέκχυσίς ἐστιν ὁ γέλως. διὸ καὶ τοῦ πνεύματος ἀνοιδισκομένου, καὶ ψόφον καχλασμῷ παραπλήσιον ἀποτελοῦντος. ἐκτρέπει οὖν τὴν καταστηματικὴν καὶ ἵλεω διάθεσιν τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος· ὥσπερ καὶ τὸ κλαίειν καὶ τὸ ἀνακωκύειν ἐκ τῶν ἐναντίων λυμαίνεται τὴν ἐν συμμετρίᾳ ταυτότητα. διὰ ταῦτα οὖν χρὴ φυλάττεσθαι τὸν γέλωτα, μάλιστα τὸν ἐπὶ πολλοῖς· κἂν χρεία ποτὲ γέλωτος, ἵνα μὴ ἀμειδεῖς τελείως μένοντες, τό, τε ἦθος τὸ ἑαυτῶν δυσκολώτερον ἐργασώμεθα, καὶ τοῖς συνοῦσι σκαιοὶ καὶ χαρίτων ἐπιδεεῖς δόξωμεν· ἀλλ᾽ ὀλίγα ἐστὶ τὰ γέλωτος ἄξια. ὁ οὖν ἐπὶ πολλοῖς γελῶν, δῆλός ἐστι ῥᾳδίως ὑπὸ περιχαρείας χαυνούμενος. διὸ οὐδὲ πολλάκις χρὴ τοῦτο πάσχειν,

Commentarius.

Poſt commune præceptum philoſophanti datum, ut in iiſdem moribus permaneat, quam ad rem plurimum conferat ſilentium: maximum vitium exſultantis lætitiæ reſtringit, quę riſu declaratur, eadēque ratione contrariū huic vitium, mœſtitiā fortaſſis, improbat. Nam lætantis animi ebullitio quędam riſus eſt, fitq; ſpiritu intumeſcente, & ſonitū edit ebullitioni non diſſimilem. Evertit igitur conſtantē & placidam animi corporiſque habitudinem, ut & ploratus & eiulatus è cōtrario moderationis ſtabilitati obſtat. Ob hæc itaq; frequens riſus eſt vitandus: & ſi quando riſum res poſtulet, ne ſine ullo riſu moribus aſperioribus evadamus, & familiaribus ſtupidi & gratiæ omnis expertes videamur, pauca certe riſu digna ſunt. Unde qui crebro ridet, eum apparet facile efferri lætitia. Quamobrem id non ſæpe admittendum

οὐδὲ ἐπὶ πολὺν χρόνον διαμένειν γελῶντα· οὗτος γὰρ ὁ πολύς· οὔτε ἐκκεχυμένον εἶναι καὶ συγκεχωρημένον τελέως τὸν γέλωτα· ταῦτα γὰρ οἶμαι νῦν τὸ ἀνειμένον σημαίνειν· ἀλλὰ μειδιάματι μᾶλλον ἐοικέναι ἐν τοῖς χείλεσιν ὀλίγην τὴν παράλλαξιν ἐργαζόμενον.

ΚΕΦ. μδʹ.

Ὅρκον παραίτησαι, εἰ μὲν οἷόν τε, εἰς ἅπαν· εἰ δὲ μή, ἐκ τῶν ἐνόντων.

ἘΞΗΓΗΣΙΣ.

Καὶ ἐν τούτῳ τῷ καταλόγῳ τῶν εἰς ἑαυτὸν καθηκόντων, μετὰ τὸ ἀναστεῖλαι τὰς μεγάλας καὶ ἀθρόους ἐκτροπὰς τῆς ἐν ταὐτῷ τοῦ ἤθους μονῆς, ἀπὸ τοῦ πρὸς θεὸν ἄρχεται σεβασμοῦ. ὁ γὰρ ὅρκος μάρτυρα τὸν θεὸν καλεῖ, καὶ μεσίτην αὐτὸν καὶ ἐγγυητὴν ἐφ' οἷς λέγει παρέχεται. τὸ γοῦν ἐπὶ ἀνθρωπίνοις πράγμασι (ταὐτὸν δὲ εἰπεῖν μικροῖς καὶ εὐτελέσι) τὸν θεὸν παράγειν, καταφρόνησίν τινα πρὸς αὐτὸν ὑπογράφει. διὸ χρὴ παραιτεῖσθαι τὸν ὅρκον, εἰ μὲν δυνατὸν, τελέως, καὶ πόνον καὶ ζημίαν τὴν δυνατὴν μᾶλλον αἱρούμενον, ἢ ὀμνύναι· εἰ δὲ ἀνάγκη ποτὲ, ἢ φίλον ἀπὸ κινδύνου διὰ τούτου ῥύσασθαι, ἢ ὑπὲρ τῶν γονέων, ἢ πατρίδος πίστιν παρασχεῖν, πᾶν μᾶλλον ὑπομεῖναι κάλλιον, ἢ παραβῆναι τὴν διὰ θεοῦ μέσου γινομένην ὁμολογίαν.

eſt, nec diu durare debet riſus, (hic enim eſt quem multum dicit) nec effuſus eſſe, neque confuſus, ſed labiis leviter diductis fieri, ut non magna vultus appareat mutatio.

CAP. XLIV.

Iuſiurandum recuſa, ſi fieri poteſt, omnino. Sin minus: quantum potes.

COMMENTARIUS.

IN hac enumeratione officiorum erga ſemet ipſum, poſt repreſſas magnas & vehementes conſtantis animi & morum ſui ſimilium everſiones, à veneratione Dei orditur. Iuſiurandum enim Deum citat teſtem, & ſequeſtrum ac ſponſorem facit eorum quæ dicuntur. Ob res humanas autem (quod perinde eſt ac ſi parvas & viles dicas) Deum producere, contemtum eius quendam innuit. Recuſandum igitur eſt iuſiurandum, ſiquidem fieri poteſt, omnino: & labor ac mulcta quævis quam poſſis luere, toleranda potius, quam iurandum. Sin id aliquando neceſſe fuerit, ut vel amicum è periculo eripias, vel pro parentibus aut patria ſpondeas: quidvis perpeti pręſtabilius fuerit, quam pactionem religione numinis ſancitam violare.

KEΦ.

ΚΕΦ. με΄.

Ἐστιάσεις τὰς ἔξω, καὶ ἰδιωτικὰς, διακρούου. ἐὰν δέ ποτε γένηται καιρὸς, ἐντετάσθω σοὶ προσοχή· μήποτε ἄρα ὑπορρυῆς εἰς ἰδιωτισμόν. ἴσθι γὰρ, ὅτι, ἐὰν ὁ ἑταῖρος ᾖ μεμολυσμένος, καὶ τὸν συναναστριβόμενον αὐτῷ μολύνεσθαι ἀνάγκη, κἂν αὐτὸς ὢν τύχῃ καθαρός.

CAP. XLV.

Convivia externa & popularia devita. Sed ſi quando ſe tulerit occaſio, animadverſio tui excitetur, ne forte in vulgarem conſuetudinem prolabaris. Scito enim, ſi ſodalis pollutus fuerit, eum etiam, quem attigerit, neceſſario pollui, etſi purus ipſe fuerit.

ἘΞΗΓΗΣΙΣ.

Μετὰ τὴν ἀναστολὴν τῆς περὶ θεὸν ἀδιαφορίας, τὴν πολυκέφαλον ἀναστέλλει ἐπιθυμίαν, μετρῶν αὐτὴν, ἀπὸ τῆς ἀναγκαιοτάτης τῆς περὶ τὰς τροφὰς ἀρξάμενος, καὶ διὰ τῶν ἄλλων τῶν περὶ τὸ σῶμα ἐπὶ τὴν μῖξιν ἐλθών. καὶ γὰρ αἱ μὲν τῶν λοιπῶν ἀνδρῶν ἑστιάσεις τὰ εἰς τροφὰς καὶ πόσεις, καὶ τὰ ἐν συμποσίοις τερπνὰ πάρεργα ποιοῦνται, λόγων δέ εἰσι κατὰ τὸ ἀληθὲς κοινωνίαι τε καὶ διατριβαί· ὡς δηλοῖ τὰ ὑπὸ Πλάτωνος, καὶ Ξενοφῶντος, καὶ Πλουτάρχου, καὶ ἄλλων ἱστορηθέντα συμπόσια. αἱ δὲ τῶν πολλῶν ἀνθρώπων εἰς τρυφὴν πεποιημέναι καὶ τὰς σωματικὰς ἀπολαύσεις, τῷ σιτισμῷ τῶν ἀλόγων ζώων ἐοίκασι. διὸ καλῶς εἴρηται, ὅτι ἡ χωρὶς λόγων τράπεζα, φάτνης οὐδὲν διαφέρει. χρὴ οὖν τὸν ἐπιεικῆ τε ἔξω τῆς ἑαυτοῦ ἑστιάσεως, ἰδιωτικὰς ἑστιάσεις παραιτεῖσθαι. εἰ δέ ποτε γένηται καιρὸς, αὐτῶν,

COMMENTARIUS.

Repreſſa levitate adverſus Deū, multicipitem quoque reprimit cupiditatem, eique modum adhibet, à maxime neceſſaria cibi & potionis cupiditate auſpicatus: & per alias corpori ſervientes, ad coniunctionis appetitum procreandi cauſa progreditur. Nam eruditorum virorum convivia, fercula quidem & pocula, cæteraſque ſuavitates compotationum non præcipue ſpectant: ſed revera ſunt ſermonum communicationes & diſputationes, ut indicant Platonis, Xenophontis, Plutarchi & aliorum convivia. Vulgaria vero, quæ ad voluptatem referuntur, & corporum oblectationes, paſtioni brutarum mutarumque pecudum non fere ſunt diſſimilia. Unde recte dictum eſt, inter menſam abſque ſermonibus, & præſepe, nihil intereſſe. Decet igitur virum bonum plebeia convivia ſuo inſtituto nō congruentia recuſare. Si vero ut iis interſit, tempus aliquando tulerit:

ἢ ἑορτῆς τινος ἀπαιτούσης, ἢ πατρὸς ἀναγκάζοντος, ἢ συμπεριφορᾶς ἕνεκεν, ἢ ἄλλης χρείας κατεπειγούσης, ἐντετάσθω σοί, φησι, ἡ προσοχή, τουτέστιν, γρηγορείτω τὸ προσεκτικὸν τῆς ψυχῆς, καὶ φυλαττέτω αὐτὴν ἐν ἑαυτῇ μένουσαν, μήποτε ἑαυτῆς ἀποστᾶσα, καὶ ἰδιωτικὰς ὀρέξεις περιβαλλομένη, εἰς τὴν τῶν ἰδιωτῶν ἀπορρυῇ τάξιν, καὶ συμμολυνθῇ τοῖς ἰδιώταις διὰ τῶν ἀλόγων ὀρέξεων. ὁ γὰρ τοῖς μεμολυσμένοις ἑαυτὸν ἐκδούς, καὶ τὰς ἐν αὐτοῖς ὀρέξεις περιβαλλόμενος, (τοῦτο γάρ ἐστι τὸ συναναστρίβεσθαι) κἂν πρότερον ἦν καθαρὸς καθαρὰς ἔχων τὰς ὀρέξεις, μολύνεται διὰ τούτων. μολυσμὸς γάρ ἐστι τῷ καθαρῷ ἡ τοῦ ἀκαθάρτου μίξις.

ΚΕΦ. μϛʹ.

Τὰ περὶ τὸ σῶμα, μέχρι τῆς χρείας ψυχῆς παραλαμβάνειν. οἷον τροφάς, πόμα, ἀμπεχόνην, οἰκίαν, οἰκετίαν. τὸ δὲ πρὸς δόξαν, ἢ τρυφὴν, ἅπαν περίγραφε.

ἘΞΉΓΗΣΙΣ.

Τὰ παραλαμβανόμενα τοῦ σώματος ἕνεκεν πρῶτον κτήσασθαι ἀνάγκη, καὶ οὕτω χρήσασθαι αὐτοῖς. αὐτὸς δὲ περὶ τῆς χρήσεως αὐτῶν νῦν λέγων, ὕστερον ἐρεῖ περὶ τῆς κτήσεως. καὶ τάχα μὲν καλὸν ἦν μηδενὸς δεῖσθαι τὸν ἄνθρωπον, ψυχὴν ὄντα λογικήν. ἐπεὶ δὲ καὶ ὀργάνῳ χρῆται σώματι φθαρτῷ, ἀρκεῖ τὰ ἀναγκαῖα προσφέρειν αὐτῷ, καὶ μὴ ὀλισθαίνειν εἰς περιττότη-

ſeu feſto aliquo poſtulante, ſeu patre cogente, aut etiam obſequii gratia, aliave quapiam graviore de cauſa: excitetur (inquit) animadverſio, & vigilet animus, ſeque intra ſemet ipſum contineat: ne ſe ipſo relicto, & popularibus cupiditatibus æſtuans, ad populi quaſi tribum deficiat, & una cum vulgo brutis appetitionibus inquinetur. Nam qui ſe inquinatis dedit, eorumque cupiditates ſequitur: is, quamvis antea purus, puras haberet cupiditates, per illos contaminatur. Polluitur enim id quod purum eſt, impuro commiſtum.

CAP. XLVI.

Quæ corpori ſerviunt, eatenus adhibeantur, quatenus animo ſunt uſui: veluti, cibi, potus, amictus, ædes, ſervitium. Quicquid autem ad oſtentationem aut delicias attinet, repudiato.

COMMENTARIUS.

Quæ cauſa tuendi corporis adhibentur, in primis parare neceſſe eſt: ac tum demum iis utendum. Auctor vero nunc de uſu eorum loquitur, poſt etiã de iis comparandis dicturus. Ac fortaſſe præclarum eſſet, nulla re egere hominem, qui ſit animus rationis particeps. Sed quia mortalis corporis inſtrumento utitur: ſatis eſt ei offerri neceſſaria, nec ad luxuriem delabi.

τα

-ται· ἀλλ᾽ ὥσπερ ὁ τέκτων τοῦ σκεπάρνου προνοῶν, ἀρκεῖται μέγεθος αὐτοῦ καὶ σχῆμα περιποιεῖν τὸ προσῆκον, καὶ ἀκμὴν ἐστομωμένην, οὐ μέντοι ἐπιχρυσοῦν αὐτὸ ποιεῖν ὀρέγεται ἢ διάλιθον, διότι καὶ εἰς τὴν δαπάνην ἐπιβλαβῶς ἔμελλε περιέλκεσθαι, καὶ παρὰ τὸν λόγον τῆς τέχνης ἐπιμελεῖσθαι τοῦ ὀργάνου, καὶ ἄχρηστον αὐτὸ τῇ τέχνῃ ποιεῖν· οὕτω χρὴ καὶ περὶ τὸ ὄργανον ἡμῶν ἡμᾶς διακεῖσθαι, τὰ πρὸς χρείαν αὐτοῦ μόνα προσφέροντας· ἐν μὲν τροφαῖς καὶ πόμασι τῶν κατὰ φύσιν τρεφόντων τὸ ἀνθρώπινον σῶμα τὰ εὐπόριστα καὶ φυσικώτερα ἐκλεγομένους. ταῦτα γὰρ εὐθὺς καὶ καθαρώτερα εὑρίσκεται, καὶ λιτότερα, καὶ ὑγιεινότερα. τραφῆναι γὰρ δεῖ τὸ ζῷον, οὐ μέντοι τοιαῖσδε καὶ τοιαῖσδε ποικιλίαις τροφῶν. οὐδὲ γὰρ πρὸς Θεωρίωνας, καὶ Παξάμονας ἡμᾶς ἡ φύσις ᾠκείωσε, καὶ τὴν μαγειρικὴν κακοτεχνίαν, ἀλλὰ πρὸς τροφὴν τὸ ἀπορρέον ἀνυφαίνουσαν. καὶ ὅτι τοῦτο οὕτως ἔχει, δηλοῦσιν οἱ δι᾽ ἀπορίαν ἀναγκαζόμενοι φυσικώτερον τρέφεσθαι, πολλῷ τῶν τρυφώντων ὄντες ὑγιεινότεροι· ὥσπερ οἱ ἄγροικοι μὲν τῶν πολιτῶν, οἱ δοῦλοι δὲ τῶν δεσποτῶν, καὶ τῶν πλουσιωτάτων οἱ πένητες. τὰ γὰρ περιττὰ, καὶ ἐσκαιωρημένα βαρεῖ τὴν φύσιν, ὡς δολερὰ καὶ ἀλλόφυλα, καὶ τοῦ γένους τῶν δηλητηρίων ὄντα, κατά τινα τρόπον. διὸ πνεύματα καὶ ῥεύματα ἐξ αὐτῶν γίνεται φθοροποιά. χρὴ οὖν καὶ τῷ ποσῷ καὶ τῷ ποιῷ πρὸς τὴν φυσικὴν τοῦ ὀργάνου χρῆσιν τὰ προσφερόμενα μετρεῖν· ἵνα μὴ καὶ τῷ πορισμῷ

Sicut enim fabro ſatis eſt in curanda bipenni, efficere ut iſta ſit magnitudine, figura & acie prædita: nec eam auro bracteare cupit, aut gemmis exornare, quod & ſumtibus exhauriretur, & contra rationem artis curaret inſtrumentum, atque arti inutile redderet: ita & nos adverſus noſtrum inſtrumentum affecti eſſe debemus, nec illi niſi ea quæ uſus & neceſſitas poſtulat offerre: è cibis & potionibus, ea quæ ſecundum naturam corpus humanum alunt, parabilia & naturæ convenientiora deligendo. Hæc enim etiam puriora deprehenduntur, & ſalubriora. Victu enim opus eſt animanti: ſed non tali aut tali victu, ciborumque varietate. Neque enim Theorionibus & Paxamonibus natura nos conciliavit; & culinariis impoſturis: ſed victui, quo id quod deceſſerit inſtauretur. Atque hoc ita ſe habere, ii declarant, qui ob inopiam uti naturali victu coguntur: multo delicatis & luxurioſis ſaniores, ut agricolæ civibus, ſervi dominis, pauperes divitibus. Nam ſupervacanea & arte conquiſita naturam onerant, ut doloſa & aliena, & ex genere venenorum quodammodo. Quare flatus & fluxiones inde generantur pernicioſæ. Eſt igitur & multitudo & qualitas ciborum ac potionum naturali uſu inſtrumenti metienda, ne & parandi

τῆς περιττῆς δαπάνης κατατριβώμεθα, καὶ παρὰ τὸν ὀρθὸν λόγον τοῦ ὀργάνου ἐπιμελώμεθα, καὶ ἀχρηστότερον αὐτὸ ποιῶμεν. μακάριον δὲ τὸ, καὶ ἐξ ἀρχῆς οὕτω τετράφθαι, καὶ συνειθίσθαι. οὕτω γὰρ καὶ τῷ σώματι ἀνεκτὴ, καὶ ἐπωφελὴς, καὶ ἡδεῖα ἔσται ἡ φυσικὴ, καὶ λιτὴ, καὶ ἀπέριττος δίαιτα: Οὕτω δὲ καὶ περὶ ἐσθῆτα καλὸν ἔχειν. Σωκράτης μὲν γὰρ ἐλέγετο καὶ θέρους καὶ χειμῶνος τοῖς αὐτοῖς ἀμφιέσμασι κεχρῆσθαι. τοῖς δὲ ὡς πρὸς Σωκράτην τρυφῶσιν, ἀρκέσει πρὸς τὰς ὑπερβολὰς τῶν ὡρῶν μεταμφιέννυσθαι λίνῳ τε τῷ ἀπὸ γῆς, καὶ τῶν συνήθων ἡμῖν ζώων τοῖς ἐρίοις χρωμένοις. τὸ δὲ τοὺς ἐν τῇ δύσει ποταμοὺς ἀνερευνᾶν, καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς ἀποδέρειν ζῶα, καὶ Σηρῶν τῶν ἀνατολικῶν δεῖσθαι, καὶ τῶν μονιμωτάτων παρ' ἡμῖν ὑλῶν χρυσοῦ καὶ ἀργύρου τὰ παρ' ἐκείνοις τῶν σκωλήκων νήματα ἀνταλλάττεσθαι, πολλῆς ἂν εἴη τρυφῆς τε καὶ ἀλογίας. Ἀλλὰ καὶ περὶ οἴκους οὕτως ἔχειν χρή. Κράτητι μὲν γὰρ ὁ πίθος ἤρκεσεν εἰς οἴκησιν, καὶ γαμετὴν ἔχοντι τὴν καλὴν Ἱππαρχίαν. ἡμῖν δὲ ἔστω μὲν οἶκος, ἀλλὰ πρὸς τὴν χρείαν ἀρκῶν, καὶ τῷ μεγέθει καὶ τῷ καλλωπισμῷ· ἀνδρῶνα μὲν ἔχων εἰς χρείαν, καὶ γυναικωνῖτιν· τάχα δὲ καὶ τοῦτο περιττόν· οὐ μέντοι τριακοντάκλινον οἴκημα πάντως, καὶ τοίχοις καὶ ἐδάφει

ſumtu ſupervacaneo vexemur: & ſecus, ac recta ratio præſcribit, inſtrumentum curemus, idque ad uſum ineptius reddamus. Magnæ autem felicitatis eſt, ab ineunte ætate enutritum eſſe, & aſſuefactum. Sic enim corpori tolerabilis & accommodata & ſuavis erit, naturalis illa & tenuis & ſimplex diæta. Eadem & in veſtitu ratione uti bonum eſt. Socrates certe veſtibus iiſdem & hyeme & æſtate uſus perhibetur. Iis vero qui Socrati collati delicare vivunt, ſatis erit adverſus caloris & frigoris intemperiem, lino è terra nato, & uſitatorum nobis animalium lana & velleribus uti. At vero flumina Occidentis perſcrutari, & quæ in iis ſunt animalia excoriare, & Serum orientalium egere opera, & fila vermium pretioſiſſimis & firmiſſimis apud nos rebus auro atque argento redimere: magni fuerit & luxus, & inconſiderantiæ. Eadem & domiciliorum ratio eſſe debebit. Nam Crateti quidem domum idoneam præbuit dolium, quamvis pulcram Hipparchiam uxorem habenti. Nobis autem ſit ſane domus, ſed ad uſum accommodata, tam magnitudine quam ornatu, quæ & virorum & mulierum diſtincta habeat conclavia: quamvis & hæc fortaſſis ſupervaçanea fuerint: ea quidem eſſe magnitudine ut triginta lectulos capiat, aut parietibus & pavimento

λιθο-

λιθοστρώτων, ἀπὸ ποικίλων κατηνυσμένον, οὐδὲ καθ' ἕκαστον μῆνα διαφόρους ἔχον καταγωγάς. οὔτε γὰρ ἡ χρεία τὰ τοιαῦτα ἀπαιτεῖ. καὶ δυστυχές ἐστι τὸ τοιούτοις συνεθισθέντα τοῖς. ἄλλοις πᾶσιν ἀπαρέσκεσθαι. ἐῶ λέγειν, ὅτι τὸν τούτοις προσεστηκότα καὶ τὴν εὐδαιμονίαν ἐν τούτοις ἀνάγκη τίθεσθαι, καὶ ἑαυτοῦ τελέως ἐπιλανθάνεσθαι· κἂν ἐκπέσῃ τούτων. πολλὰ δὲ τὰ τῆς ἐκπτώσεως κύρια· κλαίειν ἀνάγκη καὶ ὀδύρεσθαι, καὶ τότε κακοδαιμονεῖν ἡγεῖσθαι, καίτοι κακοδαιμονέστερον εἰχόμεθα μᾶλλον ὅτε τούτοις ἐνετρυφῶμεν. Τῷ δὲ αὐτῷ λόγῳ καὶ τῷ πλήθει τῶν οἰκετῶν χρηστέον, πρός τε τὴν χρείαν βλέποντι καὶ τὴν ἄλλην περιουσίαν, ἵνα καὶ τρέφωνται αὐτάρκως, καὶ ἐργάζωνται, ἅμα μὲν ἐπιμελῶς, ἅμα δὲ ἀθλίπτως. οἱ γὰρ ἐν ταῖς προόδοις προηγούμενοι καὶ ἀκολουθοῦντες πολλοὶ, καὶ τοῦτο ἔργον ἔχοντες, λανθάνουσι τὸν δεσπότην, φύλακες ὄντες αὐτοῦ πικροί· ὡς μήτε ἀπελθεῖν που καθ' αὑτὸν δύνασθαι, μήτε ἰδίᾳ λογίσασθαί τινι λεληθότως, μήτε πρᾶξαί τι τῶν ἀρεσκόντων αὐτῷ τοῖς οἰκέταις ἀπόρρητον. εἰσὶ δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις ὀχληροὶ, τά τε ἐκ τῆς ἀγορᾶς τὰ μὲν κλέπτοντες, τὰ δὲ ἁρπάζοντες, καὶ τύπτοντες, καὶ ὑβρίζοντες ἀδεῶς τῇ τῶν συνδούλων ἐπικουρίᾳ. ὑπό τε οὖν τούτων καὶ

marmoreo ac teſſellato & picturato ſit, aut ſingulis menſibus diverſoria diſtincta habeat, nihil eſt neceſſe. Neque enim vel uſus iſta poſtulat: & miſerum eſt, huiuſmodi aſſuetum, cæteras habitationes omnes improbare. Neque iam dico, qui his impenſe delectetur, eum felicitatem etiam in hiſce collocare, ſuimet ipſius prorſus oblitum. Qui ſi his exciderit, (quod quidem multis de cauſis accidere poteſt) plorare neceſſe erit, & lamentari, ſeque infelicem tum iudicare. Enimvero tum infeliciores eramus, cum hiſce deliciis circumflueremus. Conſimili ratione ſervorum etiam eo numero eſt utendum, qui ſit ad uſum & rei familiaris copias accommodatus, ut & neceſſaria eis præbeantur, & operæ exigantur tum diligentes, tum tolerabiles. Qui enim multos circumducunt anteambulones & pediſſequos, quorum id unum munus eſt: hi non animadvertunt, ſe moleſtos ſui cuſtodes & obſervatores circunducere, ut neque ſuo arbitratu quoquam abire, neque privatim & clanculum cum ullo colloqui, nec ea quæ viſa fuerint, agere clam famulis poſſint. Sunt iidem & aliis hominibus moleſti, res in foro venales partim furando, partim rapiendo, atque impune verberando & inſultando, conſervorum ſubſidio freti. His igitur rebus &

ὑπὸ

ὑπὸ τῆς ἀργίας παντοδαπῶς διαφθειρόμενοι, ἐχθροὶ πάντες εἰσὶν οἱ πλεῖστοι τῶν δεσποτῶν, καὶ πολέμιοι, ἀνάγκην ἐχόντων διὰ τὸ, τούτους τρέφειν τρυφῶντας, καὶ καλλωπιζομένους, καὶ ἀκολασταίνοντας, πόσα μὲν πονεῖν., πόσα δὲ ἀγρυπνεῖν, πόσους δὲ κολακεύειν, καὶ πόσοις δουλεύειν, καὶ, τὸ κεφάλαιον τῶν κακῶν, τοῦ κατὰ φύσιν προσήκοντος ἀνθρώποις βίου διαμαρτάνειν. Ἀλλ' οὗτος μὲν ὁ βίος πόῤῥω τῆς Ἐπικτήτου παιδαγωγίας ἀπεῤῥιμμένος, τῆς ἀξίας ἑαυτῷ δίκης ἀπολαυέτω. ὁ δὲ ἤδη φιλοσοφῶν ἀνὴρ, καὶ τῇ οἰκετίᾳ πρὸς τὴν ἀπέραντον χρείαν συμμετρημένῃ προσχρήσεται. ὀλίγη δέ ἐστιν αὕτη, καὶ διὰ τὴν ὀλιγότητα τοῦ βίου, καὶ διὰ τὸ τὰ πολλὰ αὐτουργεῖν· ὥστε οἰκέτου δεῖσθαι, ἢ νοσοῦντα, ἢ τῆς χρείας δεομένης συλλήπτορος, ἢ καὶ δι' ἀσχολίαν ἐνίοτε τὴν πρὸς καλλίονα. ὥσπερ καὶ ὁ θαυμαστὸς οὗτος Ἐπίκτητος μόνος τὸν πολὺν χρόνον διατελέσας, ὀψέ ποτε γυναῖκα προσελάβετο παιδίου τροφὸν, ὅπερ ἐκτίθεσθαι μέλλον ὑπό τινος τῶν αὐτοῦ φίλων διὰ πενίαν, αὐτὸς λαβὼν ἀνεθρέψατο. Ὀνομάσας δὲ ἕκαστον τῶν ἐν χρείᾳ, κοινῶς ἐπήγαγεν, ὅτι ἐν πᾶσι χρὴ τὸ περιττὸν ἀφαιρεῖν· ἅπαν τὸ περιττὸν εἰς δύο συνελὼν εἴδη, τὴν τρυφὴν καὶ τὴν παρὰ τοῖς ἐκτὸς δόξαν. ταῦτα μὲν γὰρ τὰ δύο ἐστὶν ἐν πᾶσι τοῖς εἰρημένοις, ὧν ἕνεκα τὴν χρείαν ὑπερβαίνομεν, καὶ οὐδὲν ἄλλο. τοσαύτη δὲ ἦν ἡ σπουδὴ θείοις ἀνδράσι

ignavo otio prorſus corrupti, plerique profecto ſunt inimici & hoſtes dominorum. qui quo iſtorum delicias & elegantias & luxuriam alant, quos labores, quas vigilias tolerare? quam multis item adulari & ſervire neceſſe habent? & quod malorum caput eſt, à vita naturæ humanæ conveniente deſciſcere? Cæterum iſta plurimum ab Epicteti inſtitutione abhorrens, meritas luat pœnas. Homo autem philoſophus, etiam ſervitiis ad neceſſarium uſum accommodatis utetur. Hic vero exiguus eſt, tum ob rei familiaris anguſtias, tum quod ſuis ipſe manibus pleraque adminiſtrat, ut ei famulo ſit opus aut ægrotanti, aut cum res adiutorem deſiderat, aut ob rerum meliorum occupationẽ. ſicut & admirandus hic Epictetus, cum magnam ætatis partem ſolus exegiſſet, ſero tandem mulierculam nutricem aſcivit puero, quem ab amico quodam ſuo, propter inopiam exponendũ, ipſe ſuſceptum educavit. Nunc ſingulis rebus neceſſariis nominatis, in genere ſubiungit, ſupervacanea ubiq; eſſe repudianda. Duo autem ſupervacaneorũ genera conſtituit, delicias & popularem opinionem. Hæc enim duo ſunt in omnibus iis quæ dixit, ob quæ neceſſarium uſum tranſiliamus, nec aliud quicquam. Tanto autem ſtudio tales divini viri

πρὸς

πρὸς τὸ βέλτιον ἅπαν ἀποσκευάσασθαι, ὥστε τὸν Διογένην φασὶ σκύφον ξύλινον ἀεὶ περιφέροντα ἐν τῇ πήρᾳ, ᾧ τὸ ὕδωρ ἀρυόμενος ἔπιεν, ἐπειδὴ ποταμὸν διαβαίνων ἐθεάσατο τινὰ ταῖς χερσὶν ἀρυόμενον καὶ πίνοντα, ἔῤῥιψε τὸ σκύφον εἰς τὸν ποταμὸν, εἰπὼν, μηκέτι δεῖσθαι αὐτοῦ, τῶν χειρῶν τὴν χρείαν ποιουσῶν.

ſupervacanea omnia repudiarunt, ut Diogenem dicant ligneum ſcyphum ſemper circumferentem in pera, è quo hauſtam aquam potaret, quum per flumen tranſiens, quendam manibus haurientem bibentemque vidiſſet, ſcyphum in flumen proieciſſe: quod eo ſibi nihil eſſet opus, vola eundem uſum præbente.

ΚΕΦ. μζʹ.

Περὶ ἀφροδίσια εἰς δύναμιν πρὸ γάμου καθαρευτέον. ἁπτομένῳ δὲ, ὡς νόμιμόν ἐστι, μεταληπτέον. μὴ μέντοι ἐπαχθὴς γίνου τοῖς χρωμένοις, μηδὲ ἐλεγκτικὸς, μηδὲ πολλαχοῦ τὸ, ὅτι αὐτὸς οὐ χρῇ, παράφερε.

Cap. XLVII.

Are venerea, quantum fieri poteſt, ante nuptias purus eſto. Sin attigeris, ea legitime utendum. Ne tamen iniquus ſis iis, qui illa utuntur, neque eos arguas, neque paſſim iactes te ea non uti.

ἘΞΗΓΗΣΙΣ.

Πάσης μὲν σωματικῆς ἡδονῆς ἡ ἐγκράτεια τὴν μὲν λογικὴν ψυχὴν ἀναῤῥώννυσι, καὶ θαῤῥεῖν τῇ πείρᾳ ποιεῖ, ὅτι δύναται κρατεῖν τῆς ἀλογίας. τὰς δὲ ἀλόγους ὀρέξεις συστέλλει κατὰ δύο τρόπους, μαραινομένας τῇ τε ἀργίᾳ, καὶ συνεθιζομένας ἡττᾶσθαι τῷ λόγῳ. ἡ δὲ ἐγκράτεια τῆς ἡδονῆς τῆς περὶ τὰς μίξεις, ὅσῳ τηλικωτέρα τῶν ἄλλων ἐστὶ, τοσούτῳ χρησιμωτέρα τέ ἐστι τῇ ψυχῇ καὶ τιμιωτέρα ἐκείνη. ὅτι δὲ οὐ μόνον ὁ λόγος ὑπὸ τῆς ἀγαθῆς διδασκαλίας καὶ τῶν ἀρίστων νόμων παιδαγωγεῖται, καὶ τῶν ἀλόγων ὀρέξεων αἱ σφοδρότητες ὅτι μὴ βίᾳ μόνον χαλινοῦνται, ἀλλὰ καὶ ἠπίως ὑποστέλλονται, δῆλον ἐκ τοῦ

Commentarius.

Cum omnis corporeæ voluptatis continentia, rationis capacem animum corroborat, & facit ut experimento fretus, coërceri poſſe brutam partem confidat: tum belluinas appetitiones contrahit duobus modis, marceſcentes otio, & aſſuetudine rationi ſuccumbentes. Continentia vero libidinũ, quanto ea voluptas maior eſt cæteris, tanto eſt utilior animo, ac pretioſior. Non antem rationem ſolum bona doctrina & legibus optimis erudiri, ſed brutarum etiam appetitionum vehementiam, non tam vi refrenari quam ſponte etiam remitti ſolere, ex eo conſtat, quod &

περὶ τροφὴν, καὶ ὄρεξιν, καὶ τὴν περὶ μίξιν, καίτοι φυσικὰς οὔσας καὶ βιαίους, καλῶς συνεθιζομένας, ἀβιάστως ἠρεμεῖν. οἵτε γὰρ ταῖς νηστείαις συνεθισθέντες, οὐκ ἐνοχλοῦνται ὑπὸ τῶν ὀρέξεων, ἀλλὰ καὶ βαροῦνται παρὰ τὸ τῆς νηστείας ἔθος ἐσθίοντες· ἥτε περὶ τὴν μίξιν ὄρεξις ἐν τοῖς ἀθλητικοῖς, καίτοι σαρκῶν ἐμπιπλαμένοις καὶ σφριγῶσιν, ὅμως ἠρεμεῖ, συνεθισθέντων διὰ τὸν ἐν ὀλυμπίοις στέφανον ἀπὸ θαλλοῦ ἐλαίας. Τοῦ δὲ ἔθους καὶ τοῦ νόμου τὴν πρὸς ἀδελφὴν ἢ ἀδελφὸν μίξιν ἀποκωλύσαντος, ἴσμεν ὅπως ὡς ἐπ' αὐτῆς τεχθεῖσαι τῆς φύσεως, οὕτως ἀκίνητοι παντελῶς εἰσιν αἱ ὀρέξεις, ἐν οἷς μὴ ποινήλατός τις μανία ἐνέσκηψε. Τὸ δὲ περὶ γάμου καθαρεύειν χρήσιμον καὶ ἄλλως ἐστὶ καὶ δίκαιον, ἵνα τὴν τῆς παρθενίας πίστιν, ἣν ὁ ἀνὴρ παρὰ τῆς γυναικὸς ἀπαιτεῖ, καὶ ἡ γυνὴ παρὰ τοῦ ἀνδρὸς ἀντιλαμβάνῃ. εἰ δὲ ἀνάγκη, φησὶ, περὶ γάμου, ὧν νόμιμόν ἐστι, μεταληπτέον. τὸ γὰρ παρὰ νόμον, πάντως μὲν καὶ ἀσεβές ἐστιν· οὐ γὰρ ἂν μάτην ὁ νόμος αὐτὸ περιέγραφεν. ἔστι δὲ καὶ πολλῆς ἀκρατείας τεκμήριον. πρὸς δὲ τούτοις συνεθίζει καὶ αὐτὸν, καὶ τοὺς μιμουμένους αὐτὸν, καὶ τῶν ἄλλων καταφρονεῖν νόμων. Ἀπεχόμενος δέ, φησι, τῶν τοιούτων, μὴ γίνου ἐπαχθὴς τοῖς χρωμένοις, μηδὲ ἐλεγκτικός, μηδὲ πολλαχοῦ, ὅτι αὐτὸς οὐ χρῇ, παράφερε. καὶ γὰρ τοῖς ἀκούουσι πικροὶ εἰσιν οἱ τοιοῦτοι ἔλεγχοι

cibi appetitus & coitus, quanquam naturalis & violentus, ſi recte aſſuefiat, ſine vi acquieſcit. Nam & ieiuniis aſſuefacti, non vexantur ab appetitu: ſed moleſtiis afficiuntur, cum præter ieiunii conſuetudinem comedunt. & appetentia coitus in pugilibus, quamvis & carnibus impleantur, & ob ætatem luxurient, tamen quieſcit: quod continere aſſueverunt, ob oleagini germinis in Olympia corollam. Iam cum lex & conſuetudo ſororis & fratris conſuetudine interdicat: appetitiones non ſecus ac ab ipſius naturæ imperio, ſuppreſſæ, ita prorſus ſunt immobiles: niſi forte aliquos furoris intemperiæ, & diræ ſcelerum ultrices agitarint. Ante nuptias autem caſte vivere, præter alias utilitates, etiam iuſtum eſt, ut caſtitatis fides quam maritus ab uxore ſtipulatur, etiam uxori viciſſim à marito ſervetur. Sin ante nuptias neceſſe fuerit: parendum eſt in eo legibus. Quod enim legi repugnat, idem eſt & impium. neque enim lex fruſtra illud deſcripſiſſet. Eſt idem & magnæ incontinentiæ ſignum. Deinde aſſuefacit & ipſum, & imitatores eius, ad alias quoque leges contemnendas. Cæterum ſi talibus abſtines, ne ſis iis qui utuntur moleſtus, neve eos arguas, nec te abſtinere paſſim iactato. Audientibus enim acerbæ ſunt iſtæ criminationes

καὶ

καὶ ὀνειδισμοί, ὅτι οὐδὲ τοὺς διδασκαλικοὺς ἐλέγχους ὁμαλῶς φέρομεν. αἴτιον δὲ τῆς δυσφορίας οἶμαι, τὸ, ἕως ἂν ἐλεγχθῶμεν, οἴεσθαι λανθάνειν, καὶ διὰ τοῦτο μηδὲ ἡμαρτηκέναι δοκεῖν. καὶ τούτου δὲ αἴτιον, τὸ τῇ δόξῃ τῶν ἐκτὸς κεχρῆσθαι πρὸς τὴν ἑαυτῶν κρίσιν, ἀλλὰ μὴ ἡμῖν αὐτοῖς, καὶ τοῖς κρείττοσι· ταυτὸν δὲ εἰπεῖν τῇ ἀληθείᾳ. ἐὰν δὲ ὁ ἐλέγχων μὴ μόνον ἀνακαλύπτῃ τὸ ἡμῶν ἁμάρτημα, ἀλλὰ καὶ ἑαυτὸν ἀναμάρτητον λέγων, ὥσπερ ἐν ἀγῶνι νικηφόρον ἑαυτὸν καθ' ἡμῶν ἀνακηρύττῃ, τότε καὶ κατὰ σύγκρισιν ἡττᾶσθαι δοκοῦντες ἐπιβαρούμεθα, προστιθέντος τι τῷ βάρει τοῦ ἑαυτὸν ἐπαινεῖν τὸν λέγοντα. βαρύτερον γὰρ τοῦτο διὰ τὸ τὸν ἀνταγωνιστὴν κριτὴν γίνεσθαι. καὶ αὐτὸν δὲ τὸν ἐλέγχοντα, καὶ τὴν αὐτοῦ σύγκρισιν παραφέροντα, βλάπτει ὁ τοιοῦτος ἔλεγχος, τείνων αὐτοῦ τὴν ψυχὴν, καὶ μήτε ἀπέχεσθαι τῶν τοιούτων, μήτε ἐλέγχειν διὰ τὸ ἀγαθὸν ποιῶν, ἀλλ' ἵνα τοὺς ἄλλους ἐλέγχων αὐτὸς εὐδοξῇ. οὕτως δὲ ἐλεγχομένῳ προσφαινόμενος, βαρύτερον ποιεῖ τὸν ἔλεγχον μετὰ τοῦ ῥᾴδιον αὐτῷ τὴν τοῦ ἁμαρτήματος ἀπολογίαν παρασκευάζειν τὴν σύγκρισιν. εὔκολον γὰρ εἰπεῖν, Ἀλλ' ἐγὼ οὐκ εἰμι φιλόσοφος· καὶ εὐθὺς συγγνώμην ἑαυτῷ νέμειν.

atque opprobria. Neque enim vel præceptorum obiurgationes æquis animis ferimus. Moleſtiæ cauſa eſt ſcilicet, quod errata & peccata noſtra latere putamus, donec arguamur: eoque ne peccaſſe quidem nos putamus. Iam huius ipſius rei cauſa eſt, quod opinionem aliorum ad nos ipſos diiudicandos adhibemus, & non noſmet ipſos, & Deum: hoc eſt, veritatem. Quod ſi is qui arguit, non peccatum modo retegit, ſed & ſe peccati expertem facit, & velut in certamine ſuam de nobis victoriam proclamat: tum & per collationem vinci nos magis etiam ægre ferimus, eo qui ſe ipſe laudat, ægritudinem augente. Eſt enim ideo gravius, quod adverſarius ſe iudicem facit. Atque is etiam qui alium arguit, & ſuum exemplum profert, ſibi ipſe nocet, animo ad res externas extendendo, ut qui nec abſtineat talibus, nec arguat alios ſtudio virtutis, ſed ut aliis arguendis gloriam ipſe conſequatur. Qui autem ſic tractat eum quem arguit, præterquam quod obiurgationem graviorem facit, defenſioné etiam comparatione faciliorem reddit. In promtu enim eſt ut dicat; Atqui ego non ſum philoſophus: ſtatimque ſibi ignoſcat.

ΚΕΦ. μη'.

Ἐὰν τίς σοι ἀπαγγείλῃ, ὅτι ὁ δεῖνά σε κακῶς λέγει, μὴ ἀπολογοῦ πρὸς τὰ λεχθέντα· ἀλλ' ἀποκρίνου, ὅτι ἠγνόει γὰρ τὰ ἄλλα προσόντα μοι κακά, ἐπεὶ οὐκ ἂν ταῦτα μόνα ἔλεγεν.

ἘΞΗΓΗΣΙΣ.

Τοῦτο πρὸς τὸν θυμὸν ἔοικε τείνειν· καὶ γὰρ ὁ θυμὸς ἐπὶ ταῖς τοιαύταις ἐπαγγελίαις κινεῖται, καὶ τὸ φιλότιμον καὶ κενόδοξον αἰτιᾶται· ἅπερ καὶ αὐτὰ τοῦ θυμοῦ κινήματά ἐστι. Διὰ τί δὲ παραινεῖ μὴ ἀπολογεῖσθαι; διὰ τί δὲ καὶ ἄλλοις κακοῖς ὑπεύθυνον αὐτὸν λέγει; μή ποτε γὰρ καὶ ἄμετρος ἡ μετριότης αὕτη δόξει; ἢ σύμφωνα καὶ ταῦτα τῷ προκειμένῳ σκοπῷ ἐστι, βουλομένῳ τὴν ψυχὴν ἀπὸ τῶν ἐκτὸς ἀναχαιτίζειν, καὶ εἰς ἑαυτὴν ἐπιστρέφειν, ὥστε ἑαυτῇ ζῆν καὶ μὴ τοῖς ἐκτός; ὁ δὲ ἀπολογούμενος, καὶ μὴ τῷ ἑαυτοῦ συνειδότι ἀρκούμενος, καὶ τῇ κρίσει τοῦ πάντα εἰδότος θεοῦ, δῆλός ἐστιν ἀρέσκειν ἀνθρώποις βουλόμενος. διὸ ἐὰν ἐκείνους καὶ ψευδῆ λέγων πείσῃ ὅτι οὐχ ἁμαρτάνει, ἀναπέπαυται, ὡς μηδὲν ἁμαρτάνων, ἀρκούμενος τῷ πεῖσαι τοὺς κριτὰς οὓς ἑαυτῷ προυβάλετο. ἐὰν δὲ τῶν ἔξω καταφρονῶν, ἑαυτοῦ κριτὴς ἀδέκαστος γένηται, ἐξελέγχεται τὸ ἁμάρτημα διὰ τῆς αὐτοῦ τοῦ ποιήσαντος μαρτυρίας. τὸ δὲ καὶ κατηγορεῖν ἑαυτοῦ, ὡς καὶ ἄλλα ἔχοντος κακά, τὰς ῥίζας αὐτὰς

CAP. XLVIII.

SI quis nuntiarit, quendam tibi maledicere: ne refuta quæ dicta ſunt; ſed reſponde, eum neſciſſe cætera tua vitia, nam alioqui non illa ſola fuiſſe dicturum.

COMMENTARIUS.

HOc ad iracundiam reprimendam pertinere videtur. Nam huiuſmodi nuntiis commovetur animus & ambitio, vanaque gloria coarguitur, quæ & ipſæ ſunt iracundiæ commotiones. Cur vero defenſionem vetat? Cur aliorum criminum ſe reum fateri iubet? An non immoderata videri debet iſta moderatio? aut potius, & hæc auctoris inſtituto eſt conſentanea, quo à rebus externis abſtrahitur animus, & ad ſemet ipſum revocatur, ut ſibi, non aliis, vivat? Qui vero ſe defendit, ſua conſcientia non contentus, & iudicio ſcientis omnia Dei: hunc ſatis apparet hominibus placere velle. Quamobrem ſi illis falſo etiam perſuaſerit, ſe non peccare: acquieſcit, quaſi nihil peccans, contentus, iis hoc, quos ſibi iudices delegit, perſuaſiſſe. Sin cæteros aſpernatus, incorruptus ipſe ſui iudex exſtiterit: peccatum eius teſtimonio convincitur. Iam vero ſeſe accuſare, ut & aliis peccatis conſtrictum: id vero eſt ipſas gloriæ

ἐκκό-

ἐκκόπτει τῆς φιλοδοξίας. δεινὸν γὰρ τὸ πάθος, καὶ περιεσχημένον τῇ ψυχῇ, καὶ ἐῤῥιζωμένον εἰς ἑαυτὸ περιτρεπόμενον. καὶ γὰρ δοκοῦμεν μὴ φιλοδοξεῖν διὰ τοῦ πάθους φιλοδοξοῦντες. καὶ λανθάνει πάθος ὂν αἰσχρὸν τῇ ψυχῇ, τὸ δοκεῖν ἐπ' ἀγαθοῖς ἐθέλειν φιλοδοξεῖν, οὐκ ἐννοούντων ἡμῶν ὅτι μολύνει τὸ ἀγαθὸν, καὶ οὐ συγχωρεῖ ἀγαθὸν αὐτὸ εἶναι, οὐδὲ προηγουμένως ἐφετὸν, εἴπερ μὴ δι' ἑαυτὸ αἱρούμεθα αὐτὸ, ἀλλὰ διὰ τὴν ἐπ' αὐτῷ δόξαν. γίνεται γὰρ σκοπὸς μὲν καὶ τῷ ἀγαθῷ ἡμῶν ἡ δόξα· πρὸς ταύτην δὲ ἀναγκαίως παραλαμβανομένη τυχὸν ἡ δικαιοσύνη, ἵνα δι' ἑαυτὴν εὐδοξῶμεν. Δοκεῖ δὲ τοῖς μὲν ἔχουσιν ἄλλα πάθη χρήσιμον· πολλῶν γὰρ καὶ σφοδρῶν παθῶν κρατοῦμεν διὰ φιλοδοξίαν, καὶ τὰ ἐπιπονώτερα δι' αὐτὴν αἱρούμεθα πολλάκις, ἅπερ καὶ τῶν σφοδρῶν κολάσεων οὐδέν ἐστι μετριώτερα. διὸ καὶ ἔσχατος λέγεται τῶν παθῶν χιτὼν ἡ φιλοδοξία, διότι τῶν ἄλλων πολλάκις δι' αὐτὴν ἀποδυομένων, αὕτη περιίσχεται μᾶλλον τῇ ψυχῇ· κατ' ἀλήθειαν δὲ, οὔτ' ἐκείνων ἀπαλλάττει τῶν παθῶν ἡ φιλοδοξία, ἀλλὰ τὰς εἰς τὸ ἐμφανὲς αὐτῶν ἐνεργείας ἐπέχει μόνον. οἱ γὰρ δι' αὐτὴν μὴ πορνεύοντες τῷ ἔργῳ, ταῖς φαντασίαις ἀσχημονοῦντες οὐ παύονται. ὥστε συμβαίνει μήτε τ' ἄλλα πάθη παύειν αὐτὴν, καὶ

cupiditatis radices excidere. Vehemens enim is affectus eſt, & ipſi inhærens animo, atque affixus, & à ſe ipſo everti ſolitus. Putamus enim, nos non appetere gloriam, cum eam hoc affectu appetamus: nec animadvertimus turpem eſſe morbum animi, ob res bonas velle florere gloria. Nec enim conſideramus eo affectu inquinari bonum, nec bonum manere poſſe, aut in primis expetendum, ſi non per ſeſe id, ſed ob conſequentem gloriolam amplectamur. Nam bono etiam noſtro finis gloriola proponitur, ad quam conſequendam neceſſario fortaſſis adhibetur, ſi ita ceciderit, iuſtitia. Hic tamen ad alios affectus reprimendos eſt utilis. Multos enim & vehementes affectus gloriæ cupiditate ſuperamus, & eius cauſa graviſſimos labores capimus, acerbis ſuppliciis nihilo interdum leviores. Quare etiam extrema tunica reliquorum affectuum dicitur gloriæ cupiditas, propterea quod alios ſæpe exſuens, ipſa magis animo adhæreſcat. Revera autem, nec illis affectibus liberat gloriæ cupiditas: ſed eorum actiones, quò minus in apertum erumpant, tantum coërcet. Qui enim propter eam re ipſa non ſcortantur: fœdis cogitationibus tamen nunquam ſunt otioſi. Ita fit, ut neque cæteros affectus reprimat, &

αὐτὴν ἐπιτείνεσθαι χαλεπώτερον διὰ τὴν τῆς ἐνεργείας τῶν ἄλλων παθῶν ἐποχήν· ἔοικεν οὖν νέῳ μὲν ὄντι χρήσιμος γίνεσθαι κατ' ἀρχὰς πρὸς χαλιναγωγίαν τῆς νεότητος παθῶν. εἰ δὲ καὶ προκόπτοντι τὴν ἡλικίαν ἐμμένοι, μέγας ὄλεθρος· οὔτε γὰρ ἐᾷ τὴν ψυχὴν εἰς ἑαυτὴν ἀποστρέφεσθαι κεχηνυῖαν πρὸς τὰς ἐκτὸς δόξας, οὔτε ἀγαθὸν οὐδὲν προηγουμένως αἱρεῖσθαί ποτε, ἀλλὰ διὰ τὴν ἑπομένην εὐδοξίαν, ταυτὸν δὲ εἰπεῖν μηδέποτε ἀγαθὸν, ὡς ἀγαθὸν αἱρεῖσθαι. οἷον δὲ καὶ ἄλλο τοῖς τοιούτοις ἤθεσι συμβαίνει, γέλωτος ἄξιον. ἀτιμάζοντες γὰρ ὡς ἐπίπαν, καὶ περιπτύοντες τοὺς πολλοὺς ἀνθρώπους, καὶ μηδενὸς ἀξίους λόγου ἡγούμενοι, ὅμως ὡς μεγάλων ὄντων τινῶν, ἀπὸ τῆς δόξης αὐτῶν ἠρτήμεθα, ὡς ἀπὸ τριχός. Τοιαύτην οὖν οὖσαν τὴν φιλοδοξίαν, οὐδὲν ἄλλο δύναται οὕτως ἐκκόπτειν, ὡς ἡ μετριότης τοῦ ἤθους, καὶ τὸ ἐξαγορεύειν τὰ ἑαυτοῦ κακά. προσέχειν δὲ χρὴ, μὴ καὶ τοῦτο κενοδόξως ποιήσωμεν, ἐπεὶ, ἂν γνησίως γίνηται, οὔτε τὸ ἐλπίζειν ἔτι εὐδοξίαν περιλιμπάνεται. καὶ εἴπερ ἦν ἀνάγκην ἐπιτιθέναι τοῦ μηδενὶ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων γνώριμα γίνεσθαι τὰ ἡμέτερα πλεονεκτήματα, τὰ δὲ ἐλαττώματα πᾶσιν, ἐξεκέκοπτο ἂν ἡ φιλοδοξία, καὶ τὸ δι' εὐδοξίαν ποιεῖν ἃ ποιοῦμεν, μηκέτι ἐλπιζόντων αὐτήν.

ipſa magis augeatur ob repreſſam aliorum affectuum actionem. Videtur igitur adoleſcenti quidem eſſe utilis initio, ad eius ætatis affectus coërcendos. Sin progreſſu ætatis remanſerit, magna eſt eius pernicies. Neque enim ad ſeſe converti patitur animum externæ gloriolæ inhiantem, neque bonum quicquã præcipue expeti unquam, ſed ob conſequentem gloriam, hoc eſt, nunquam bonum, ut bonum amplecti. Iam quid aliud riſu dignum hiſce moribus accidit? Nam cum omnino contemnamus & deſpuamus vulgus hominum, nec ullius eſſe pretii iudicemus: tamen quaſi magni viri ſint, ab eorum opinione tanquam à filo pendemus. Cum autem huiuſmodi ſit gloriæ cupiditas, nihil eam æque exſtirpare poteſt, ac animi moderatio, ſuorumque malorum confeſſio. Cavendum tamen, ne id quoque vanitate quadam faciamus. Nam ſi quidem ex animo fiat, ne ſpes quidem ulla gloriæ relinquitur. Quod ſi neceſſitas nobis imponi poſſet, ne virtutes noſtræ ulli mortalium innoteſcerent, vitia vero univerſis: exciſa iam eſſet gloriæ cupiditas, quam ſperare deſiiſſemus, nec quicquam per oſtentationem faceremus.

ΚΕΦ. μθʹ.

Εἰς τὰ θέατρα τὸ πολὺ παριέναι οὐκ ἀναγκαῖον. εἰ δέ ποτε καιρὸς εἴη, μηδενὶ σπουδάζων φαίνου, ἢ σεαυτῷ. τουτέστι θέλε γίνεσθαι μόνα τὰ γινόμενα. καὶ νικᾶν μόνον τὸν νικῶντα. οὕτω γὰρ οὐκ ἐμποδισθήσῃ. βοῆς δὲ καὶ τοῦ ἐπιγελᾶν τινι, ἢ ἐπιπολὺ ἐπικινεῖσθαι, παντελῶς ἀπέχου. καὶ μετὰ τὸ ἀπαλλαγῆναι, μὴ πολλὰ περὶ τῶν γινομένων διαλέγου, ὅσα μὴ φέρει πρὸς τὴν σὴν ἐπανόρθωσιν. ἐμφαίνεται γὰρ ἐκ τοῦ τοιούτου, ὅτι ἐθαύμασας τὴν θέαν.

ΕΞΗΓΗΣΙΣ.

Οὐ μόνον τροφῶν καὶ μίξεων ἄλογοί εἰσιν ἐπιθυμίαι, ἀλλὰ καὶ θεαμάτων καὶ ἀκουσμάτων. πῶς οὖν ἔχειν χρὴ πρὸς ταῦτα, διδάσκει, λέγων, εἰς τὰ θέατρα συνεχῶς παριέναι οὐκ ἀναγκαῖον· μᾶλλον δὲ ἀναγκαῖον, τὸ μὴ συνεχῶς παριέναι. θεατρικὸς γὰρ ὁ βίος ἐστὶ τῶν τοῖς θεάτροις ἐσχολακότων. εἰ δέ ποτε καιρὸς εἴη, ἢ κατὰ νόμον ἑορτῆς καὶ τοιούτοις ἀγῶσι τιμωμένης, ἢ διὰ τὴν τοῦ πολλοῦ συμπεριφοράν· βαρεῖς γὰρ φαίνονται αὐτοῖς οἱ τὴν συνήθη διαγωγὴν ὑπερεκτρέχειν δοκοῦντες· ἢ διὰ πεῖράν τινα καὶ δοκιμασίαν, πῶς μὲν πέρυσιν ἔχομεν πρὸς τὰ τοιαῦτα, πῶς δὲ ἐν τῷ παρόντι, ἢ δι' ἄλλην τινὰ χρείαν λόγον ἔχουσαν καιρὸς γένηται παρελθεῖν εἰς τὸ θέατρον,

Cap. XLIX.

Theatra frequentare non eſt neceſſe. Sed ſi quando tempus tulerit, te nulli niſi tibi ipſi ſtudere appareat: hoc eſt, ea duntaxat fieri velis quæ fiunt, & eum ſolum vincere qui vincit. Sic enim non impedieris. Clamore autem, aut arriſione, aut longiore commotione penitus abſtineto. Ac poſt diſceſſum, ne multum de iis quæ acciderunt diſputa, cum nihil ad tui correctionem faciant. Alioqui ex eo apparebit, te ſpectaculum eſſe admiratum.

Commentarius.

Non epularum tantum atque libidinum ſunt brutæ cupiditates, ſed & ſpectaculorum & recitationum. Quo pacto igitur erga hæc affecti eſſe debeamus, docet. Crebro, inquit, in theatra venire non eſt opus: ſed illud potius eſt opus, ne crebro in ea venias. Theatrica enim eorum vita eſt, qui theatris vacant. Si quando autem tempus tulerit, aut ob ritum feſtivitatis, cui & ludorum habetur honos, aut popularis obſequii cauſa: (inviſi enim populo eſſe ſolent, qui conſuetam vitæ rationem negligere videntur) aut experimenti periculique faciendi cauſa, quomodo ſuperiori anno erga talia affecti fuerimus, quomodo in præſentia: aut ob aliam probabilem rationẽ tempeſtivum fuerit prodire in theatrum:

ἐντε-

ἐντετάσθαι δεῖ καὶ τότε τὴν προσοχὴν ἡμῶν, ὥστε ἐν ἑαυτοῖς εἶναι, καὶ μὴ τοῖς ἐκεῖ γινομένοις ἐκδίδοσθαι, ἀλλὰ τὸν νικῶντα θέλειν νικᾶν, καὶ τὰ γινόμενα ὡς γίνεται, τουτέστι, μήτε ὄρεξιν μήτε ἔκκλισιν ἐπ' αὐτὰ φέροντας, ὡς τῶν ἐκτὸς ὄντα. ὥστε καὶ τὸ κατάστημα μὴ σεμνὸν μὲν οὕτω, ὡς βαρὺ τοῖς παροῦσι φαίνεσθαι, σταθερὸν δὲ μετά τινος εὐχαριστίας, ὡς μήτε ἐπιβοᾶν ἢ συγκινεῖσθαι ἐπὶ τοῖς νικῶσι, μήτε γελᾶν ἐκκεχυμένως ἐπὶ τοῖς γελοίως λεγομένοις, ἀλλὰ τοὺς μὲν κριτικῶς ἐπαινεῖν, τοὺς δὲ τῷ μειδιάματι ἀποδέχεσθαι. καὶ μετὰ τὸ ἀπαλλαγῆναι, φησὶ, τῆς θέας, μὴ πολλὰ περὶ τῶν γεγενημένων διαλέγου τῶν μηδὲν φερόντων πρὸς τὴν ἐπανόρθωσιν. οὐ γὰρ παιδευτικά ἐστι τὰ γινόμενα, ἵνα καὶ λόγου τις αὐτὰ πλείονος ἀξιώσῃ. ἢ οὖν οὕτως ἀκουστέον τοῦ, Ὅσα μὴ φέρει πρὸς τὴν ἐπανόρθωσιν, ὡς ἐπὶ πάντων εἰρημένων τῶν λόγων, οὓς περὶ τῶν ἐν τῇ θέᾳ τῶν γεγενημένων ποιούμεθα· ἢ εἰ τῷ Ὅσα, προκείμενόν τι μέρος τῶν λεγομένων ἀποτέμνεται, τάχα ἂν εἴη συμβουλεύων ἐκεῖνα μόνα λέγειν, ὅσα φέρει τι πρὸς τὴν ἡμετέραν ἐπανόρθωσιν. εἴη δ' ἂν τοιαῦτα τὰ διελέγχοντα ἡμῶν τὰ μὴ καλῶς ἀναστραφέντα πρὸς τὴν θέαν κινήματα. τὸ δὲ πλεῖστα περὶ τῶν ἐν τῇ θέᾳ γεγενημένων διαλέγεσθαι, τεκμήριόν ἐστιν ἐναργὲς, τοῦ μέγα τι νομίσαι καὶ ἀξιάγαστον

intēto animo eſſe oportebit, & excitare animadverſionē, ut apud nos ſimus, nec iis quę ibi fiunt nos addicamus, ſed eum vincere velimus qui vincit, & ea quæ fiunt, ita fieri ut fiunt: hoc eſt, ut nec appetitionem nec declinationem ad illa afferamus, ut quæ res externæ ſint. Itaque vultus ea conſtantia eſſe debet, quæ nec odioſa ſit, & gravitatem habeat ſuavitate temperatam, ut neque acclames, neque aſſurgas victoribus, nec effuſe rideas ob ridicula dicta, ſed alios cum iudicio laudes, alios leniter arridendo probes. Cum autem à ſpectaculo diſceſſum fuerit, ne multa, inquit, de iis quæ acciderunt, verba facito, cum ad emendationem tui nihil faciant. Neque enim ita erudiunt ea quæ ibi fiunt, ut aliquo numero eſſe debeant. Aut igitur ſic accipienda verba ſunt, QUÆ NON FACIUNT AD TUI CORRECTIONEM: quaſi ad omnia ea pertineant, quæ de ſpectaculi eventu dicimus: aut ſi certam aliquam eorum quæ dicuntur partem intelligit, fortaſſe ſuadet, ea ſolum dicenda, quæ ad noſtram emendationem faciant. Cuiuſmodi fuerint ea, quæ noſtros motus parum decoros in ſpectaculo coarguant. Multa vero verba de ſpectaculi eventis, argumentum evidens fuerint, te ſpectaculum illud, magnificum. & admirabile quiddam iudica-

τὴν θέαν, ὅπερ ἄνευ δημώδους συμπαθείας οὐκ ἂν γένοιτο.

ΚΕΦ. ν'.

Εἰς ἀκροάσεις τινῶν μὴ ἧκε, μηδὲ ῥᾳδίως πάρελθε. παρελθὼν δὲ, τὸ σεμνὸν καὶ εὐσταθὲς, καὶ ἅμα ἀνεπαχθές φύλασσε.

ΕΞΗΓΗΣΙΣ.

ΜΕτὰ τὰς θέας, περὶ τῶν ἀκροάσεων λέγει, ἃς οἱ περὶ λόγους ἔχοντες ῥητορικούς τε καὶ ποιητικοὺς, εἰς ἐπίδειξιν τῆς ἑαυτῶν εὐγλωττίας ποιοῦνται· ποτὲ μὲν ἐγκωμιάζοντες τινὰς τῶν ἐν δυνάμει, ποτὲ δὲ περὶ πόλεων λέγοντες, ἢ τόπους περιφράζοντες, ἢ δικανικὰ μελετῶντες προβλήματα, ἤ τι τοιοῦτον. χρὴ οὖν, φησι, μὴ εἰς ταύτας ἐπιδεικτικὰς οὔσας καὶ πρὸς τὸ ἐκτὸς βλεπούσας ῥᾳδίως παριέναι, καὶ ἄνευ τινὸς λόγου τὴν πάροδον ἐπιτρέποντος, ἢ διὰ φιλίαν τοῦ λέγοντος, ἢ διὰ δυναστείαν τοῦ ἐγκωμιαζομένου, ἢ διὰ συμπεριφοράν τινα. πολλὴ γὰρ ἡ ταύτης χρεία πολλαχοῦ, διὰ τὸ πραΰνειν τοὺς φθονοῦντας τοῖς τῆς δημώδους συνηθείας ἀναχωρεῖν βουλομένοις. Παρελθὼν δέ, φησιν, εἰς τὴν ἀκρόασιν, τὸ σεμνὸν καὶ εὐσταθὲς, καὶ ἅμα τὸ ἀνεπαχθὲς φύλασσε. τὸ σεμνὸν, ἐν τῷ κατὰ καιρὸν ἐπαινεῖν καὶ συμμέτρως. τὸ εὐσταθὲς, ἐν τῷ μήτε κινεῖσθαι ἀτάκτως, μήτε ἐπιβοᾶν, μήτε παραφθέγγεσθαί τι παρὰ τὸν καιρόν· ἀλλὰ κόσμου ταυτότητι τό, τε ἦθος καὶ τὸ σῶμα διαφυλάττ-

iudicare: id quod ſine plebeio affectu fieri non poteſt.

CAP. L.

AD recitationes ne veni, neque facile accede: ſin acceſſeris, gravitatem & conſtantiam tuere: & id una cave, ne ſis moleſtus.

COMMENTARIUS.

POſt ſpectacula de recitationibus diſſerit, quas homines eloquentiæ & poëticæ ſtudioſi, oſtentandæ facundiæ ergo ſuſcipiunt, alias potentes aliquos laudando, alias urbium inſtituta narrando, aut loca deſcribendo, aut forenſes quæſtiones tractando, aut ſimile quippiam. Negat igitur ad has, ut oſtentationi comparatas, & res externas ſpectantes, facile accedendum, & ſine ratione acceſſum permittente; ſive id fiat ob amicitiam declamantis, ſive ob potentiam eius qui laudatur, ſive obſequii alicuius & receptæ conſuetudinis cauſa, cuius ſæpe magnus uſus eſt ad eos mitigandos, qui iis invidēt qui à populari conſuetudine recedere volunt. Sin autem, inquit, ad recitationē acceſſeris, gravitatē, conſtantiam & facilitatem conſerva: gravitatem, ut tēpeſtive & modice laudes: conſtantiam, ne perturbate movearis, neque acclames, aut quicquā importune interloquaris, ſed eodē habitu modeſtiā corporis & morum con-

τέν. τὸ δὲ ἀνεπαχθὲς ἐν τῷ μήτε συννοῦν περιττῶς φαίνεσθαι, ὡς ἄλλό τι πεφροντικότα· μήτε σιωπᾷν ὑπὲρ τὸ δέον, ἀλλ᾽ ἐπαινεῖν τὰ μετρίως λεγόμενα· μήτε κρίνειν πικρῶς αὐτὰ, μήτε διελέγχειν, ὡς οὐκ ἀληθῶς ἢ οὐκ ἐμμέτρως ἢ οὐκ εὐφραδῶς εἴρηται. πάντως δὲ ἀνεπαχθὲς καὶ εὐάρεστον, μετὰ τοῦ δικαίου, τὸ συνηδόμενον φαίνεσθαι τῷ λέγοντι, ἐφ᾽ οἷς καλῶς λέγει· τῷ δὲ ἐγκωμιαζομένῳ, ἐφ᾽ οἷς ἀληθῶς καὶ δικαίως τιμᾶται.

ΚΕΦ. να´.

ΟΤάν τινι μέλεις συμβάλλειν μάλιστα τῶν ἐν ὑπεροχῇ δοκούντων, πρόβαλε σαυτῷ, τί ἂν ἐποίησεν ἐν τούτῳ Σωκράτης, ἢ Ζήνων· καὶ οὐκ ἀπορήσεις τοῦ χρήσασθαι προσηκόντως τῷ ἐμπεσόντι.

ἘΞΗΓΗΣΙΣ.

ΟἹ πρὸς ἑαυτοὺς ἐπιστρεφόμενοι καὶ ἑαυτοῖς βουλόμενοι ζῆν, ἀήθεις ὡς ἐπίπαν εἰσὶ τῆς πρὸς τοὺς δυνάστας ἐντεύξεως. διὸ παράδειγμα προὔθηκεν αὐτοῖς Σωκράτην, καὶ Ζήνωνα, πρὸς οὓς ἀποβλέποντες εὑρήσομεν τὸν τρόπον τῆς ἑαυτοῖς καθήκοντα τῆς ἐντεύξεως. ἐννοητέον οὖν, πῶς ἄρα Σωκράτης καὶ Ζήνων τοῖς τοιούτοις ἐνετύγχανον, ὅτι οὐ πλαστῶς οὐδὲ προσποιητῶς, ἀλλ᾽ ἐπ᾽ αὐτῆς τῆς ἑαυτῶν ζωῆς ἔμφρονα μεγαλοφροσύνην παρέχοντες, πάσης ὑπεροψίας καὶ ἀλαζονείας καθαρεύουσαν· μήτε ταπεινούμενοι τῷ ὄγκῳ τῆς δυναστείας, μήτε ὑπερηφάνως αὐτῶν κατα-

ſerves. Facilitatem, ne tetrico ſis vultu, quaſi aliis curis intentus: neque ultra quam ſatis eſt taceas, ſed modice laudes orationem: nec acerbe iudices, aut redarguas, ut aut falſam, aut inconcinnam, aut invenuſtã. Illud autem plane facilitatis eſt & benignitatis, ſi & oratori recte dicenti, & ei qui vere meritoque laudatur, gratulari videaris.

CAP. LI.

CVm aliquid negotii tibi futurum eſt cum aliquo, ex proceribus praſertim: ipſe tibi proponito, quid in ea refacturus fuiſſet Socrates, aut Zenon. Ita fiet, ut te ratio non deficiat, qua id quod obiectum fuerit, recte adminiſtres.

COMMENTARIUS.

QUi ad ſemet ipſos convertuntur, & ſibi vivere volunt, haud fere magnates accedere conſueverunt. Quare Socratis exemplũ nobis proponit, & Zenonis: in quos intuentes, rationem viſuri ſimus, qua illi nobis ſint adeundi. Cogitandũ igitur, quo pacto Socrates & Zeno cum talibus congreſſi eſſent: non ficte, non ſimulate: ſed pro ſuæ vitæ ratione cordatam magnitudinem animi præ ſe ferẽtes, ab omni deſpicientia & arrogantia puram: non humiles & abiecti ob faſtigium dignitatis, neque ſuperbe illos con-

φρονοῦντες. Τοῦδε αὐτοῦ ἤθους ἐστὶ, τὸ μήτε κολακεύειν, μήτε διελέγχειν ὑβριστικῶς· ἀλλ' ἐπὶ μὲν τοῖς καλῶς γινομένοις συμμέτρως ἐπαινεῖν, καὶ ἀπὸ τούτων ἄρχεσθαι τοῦ λόγου· ὡς οἱ ἰατροὶ τὰ πικρὰ τῶν φαρμάκων πολλάκις μέλιτι ἐπαλείφουσι· καὶ τότε τῶν μὴ καλῶς γινομένων μὴ πικρὸν ἐξεταστὴν φαίνεσθαι, ἀλλὰ συνδιορθωτὴν κηδεμονικόν τε ἅμα, καὶ συμπαθῆ, καὶ συναχθόμενον, εἰ αἱ καλαὶ πράξεις τοῖς ἀλόγοις ἐνίοτε παρορμήμασιν ἐπιθολοῦνται. Πάντως δὲ οἶμαι πιστὸν ἐπεδείκνυσαν οἱ περὶ τὸν Σωκράτην καὶ Ζήνωνα, πόσα μὲν ἀναίρετα ἔχουσιν αἱ δυναστεῖαι καὶ ὑπεροχαὶ δοκοῦσαι τῶν ἀνθρώπων· τί δὲ τὸ ἐν αὐταῖς αἱρετόν· ὅτι τὸ ἀγαθοεργὸν μόνον. ὥστε σὺν τούτου καταφρονοῦντας, τὰ μὲν κακὰ ἔχειν τοῦ πράγματος, τῶν δὲ ἀγαθῶν ἀποστερεῖσθαι. Δῆλον δὲ, ὅτι πρωτότυπωμα μὲν ἑαυτῷ χρὴ προτεθῆναι Σωκράτην καὶ Ζήνωνα· τὸ δὲ μέτρον τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς φυλάττειν, καὶ τὰ ἐκείνῃ σύμμετρα προσφέρειν αὐτοφυῶς. οἷον γάρ ἐστι, ζωὴν ἔχοντα προκόπτουσαν ἔτι καὶ τῆς Ἐπικτήτου παιδαγωγίας δεομένην, τοῖς Σωκράτους ἢ Ζήνωνος λόγοις κεχρῆσθαι; πῶς γὰρ οὐκ ἂν φανείη καταγέλαστος ὁ τοιοῦτος; καὶ Ἀντίγονος μετὰ Ἀλέξανδρον βασιλεὺς τῆς Συρίας γενόμενος εἰπεῖν λέγεται, μηδέποτε ἑαυτῷ συνειδέναι ἀγωνιάσαντι, εἰ μὴ ὅτε Ζήνωνι συντυγχάνοι. καίτοι πολλοῖς ἄλλοις φιλοσόφοις ἐνέτυχεν. ἐντεῦθεν δὲ ὁ Ἐπίκτητος

remnentes. Eiuſdem moris eſt, nec adulari iis, nec contumelioſe illos arguere: ſed & ob recte facta modice collaudare, & inde ducere exordium, ſicut medici acerba medicamina melle ſæpe prælinunt: ac tum demum eorum quæ perperam fiunt, non acerbum inſectatorem ſe præbere, ſed correctorem ſollicitum, & ægre ferentem, præclaras actiones temerariis interdū delictis quaſi contaminari. Ac mea quidem ſententia Socrates, Zeno, & ſimiles, omnino demonſtrarunt, quam multa habeant nequaquam expetenda principatus & faſtigia rerum humanarū: & unum in iis expetendum eſſe, benefaciendi facultatem: quam qui negligant, eos & mala illius rei experiri, & bono fraudari. Conſtat autem, Socratis & Zenonis exemplū eſſe deligendum: ſed ſuæ cuique vitę modum eſſe conſervandum, eique conſentanea ultro & ſponte naturæ adhibēda. Cuiuſmodi enim eſt, eū, qui ita vivat, ut proficiat, & adhuc Epicteti puerili inſtitutione indigeat, Socratis aut Zenonis uti ſermonibus? Quo pacto is deriſum vitabit? Nā Antigonus, qui poſt Alexandrum in Syria regnavit, dixiſſe fertur: Nunquam ſe angi & æſtuare ſolitum, quod ſciret, niſi quando cū Zenone congrederetur. Atqui multos ille alios philoſophos adierat. Ab hoc loco Epictetus

τὰ περὶ τὰς ἐντεύξεις τῶν τοιούτων καθηκόντων παραδίδωσιν, ἀπὸ τῶν πρὸς τοὺς δυνάστας καὶ ἐν ὑπεροχῇ ἀρχόμενος.

ΚΕΦ. νβʹ.

Ὅταν φοιτᾷς πρός τινα τῶν μέγα δυναμένων, πρόβαλλε, ὅτι οὐχ εὑρήσεις αὐτὸν ἔνδον, ὅτι ἀπεκλείσθη, ὅτι ἐκτιναχθήσονταί σοι αἱ θύραι, ὅτι οὐ φροντιεῖ σου. κἂν σὺν τούτοις ἐλθεῖν καθήκῃ, φέρε τὰ γινόμενα, καὶ μηδέ ποτε εἴπῃς αὐτὸς πρὸς ἑαυτόν, ὅτι οὐκ ἦν τοσοῦτον. ἰδιωτικὸν γὰρ καὶ διαβεβλημένου πρὸς τὰ ἐκτός.

ἘΞΗΓΗΣΙΣ.

Τὸ αὐτό πως ἐλέγετο καὶ πρότερον ἐν ἐκείνῳ τῷ κεφαλαίῳ, τῷ, ὅταν ἅπτεσθαί τινος ἔργου μέλλῃς, ὑπομίμνησκε σεαυτόν, καὶ τὰ ἑξῆς. ἀλλ' ἐκεῖνο μὲν ἐπὶ τοῦ λούεσθαι προάγει τὸν λόγον· ἐνταῦθα δὲ ἐπὶ μείζονος παραδείγματος τῆς πρὸς δυνάστην ἀφίξεως. καὶ ἐκεῖ μὲν εἰς τοῦτο συνεπλήρωσε τὸν λόγον, εἰς τὸ καταφρονῆσαι τῶν συμβαινόντων, καὶ τὴν ἑαυτοῦ προαίρεσιν κατὰ φύσιν ἔχουσαν διατηρῆσαι· ἐνταῦθα δὲ ἀσφαλῶς προβουλεύεσθαι, καὶ μὴ χαύνως, ἀλλ' ἐγγυτάτω τῆς ἀληθείας ὑποτίθεσθαι τὰ συμβησόμενα δυσχερῆ. ἑλόμενοι γὰρ τὴν πρὸς τὸν δυνάστην ἄφιξιν, κἂν ἀκολουθήσῃ τὰ εἰρημένα, συμβαινόντων αὐτῶν μεταμελόμεθα πολλά, καὶ λέγομεν μὴ εἶναι ἄξιον τοῦ τυχεῖν τῶν συμβεβηκότων· ἢ διὰ τὸ ἐξ ἀρχῆς μὴ καλῶς ἑλέσθαι, ἢ διὰ τὸ πλέον τοῦ δέοντος ὑπὸ τῶν γινομένων ταραχθῆναι. ἰδιωτικὸν δὲ ἑκάτερον, καὶ οὐ κα-

officia in congreſſibus ſervanda tradit, ab iis auſpicatus, quæ ad principes & potentes pertinent.

CAP. LII.

Cum ad magnatum aliquem iturus es, proponito tibi, fore ut eum domi non invenias, ut incluſus ſit, ut occludantur tibi fores, ut ille te negligat. Quod ſi hoc ſtatu venire decuerit, ea feras quæ fiunt: neque ipſe unquam tecum dicas, non fuiſſe tanti. Id enim plebeium eſt, & eius qui res externas calumnietur.

COMMENTARIUS.

IDem fere dicit quod ſupra: Rem aliquam aggreſſurus, commonefac teipſum, & reliqua. Sed illic quidem ad lavationem oratio deducitur: hic vero maius exemplum proponitur, congreſſus magnatum. Illic orationis exitus fuit, contemnenda ea eſſe quæ fiant, & ſuum inſtitutũ naturæ conſentaneum tuendum: hic vero, maturo conſilio providendum, nec oſcitanter, ſed proxime veritatẽ proponendas eſſe impendẽtes moleſtias. Suſcepta enim profectione ad principẽ, ſecutis iis quę dicta ſunt, valde nos facti pœnitet, & ea nobis accidiſſe indignamur, vel quia principio non recte conſuluimus, vel quia ſupra quã decet, eventis illis ſumus perturbati. Utrunq; autẽ plebeiũ eſt, & eorum

οὐ καλῶς χρωμένων τοῖς ἐκτὸς, οὐδὲ ὡς ἔχει φύσεως, ἀλλὰ μεγάλα αὐτὰ νομιζόντων. Προειπὼν δὲ περὶ τῆς ἐντεύξεως τῶν ἐν ὑπεροχῇ μὲν, ἀκολουθότερον δὲ ἐντυγχανόντων· ὅπως αὐτοῖς προσφέρεσθαι χρὴ, ὅτι κατὰ τὸν Σωκρατικὸν, καὶ Ζηνώνειον τύπον· νῦν περὶ τῶν τραχύτερον ὑπαντώντων εἰπεῖν προτίθεται, ὅπως χρὴ καὶ πρὸς τὴν τούτων ἔντευξιν παρασκευάζεσθαι· ὅτι, εἰ μὲν μὴ ἀνάγκη τις καλεῖ, παραιτητέον· εἰ δὲ ἀνάγκη, καὶ δόξει μετὰ τῶν ἀναιρέτων αὐτὴν ἑλέσθαι, φέρειν τὰ προσπίπτοντα μὴ μεταμελόμενον.

ΚΕΦ. νγ'.

ΕΝ ταῖς ὁμιλίαις ἀπέστω τὸ τινὰ τῶν ἑαυτοῦ ἔργων, ἢ κινδύνων ἐπὶ πολὺ καὶ ἀμέτρως μεμνῆσθαι. οὐ γὰρ ὡς σοὶ ἡδύ ἐστι τὸ τῶν σῶν κινδύνων μεμνῆσθαι, οὕτω καὶ τοῖς ἄλλοις ἡδύ ἐστι τὸ τῶν σοὶ συμβεβηκότων ἀκούειν.

ΚΕΦ. νδ'.

ΑΠέστω δὲ καὶ τὸ γέλωτα κινεῖν. ὀλισθηρὸς γὰρ ὁ τόπος εἰς ἰδιωτισμὸν, καὶ ἅμα ἱκανὸς τὴν αἰδῶ τὴν πρὸς σὲ τῶν πλησίον ἀνιέναι.

ΚΕΦ. νε'.

ΕΠισφαλὲς δὲ καὶ τὸ εἰς αἰσχρολογίαν προελθεῖν. ὅταν οὖν τι συμβῇ τοιοῦτον, ἂν μὲν εὐκαι-

qui rebus externis non recte utuntur, neque ita ut eorum natura fert, ſed eas magnificientium. Locutus autem prius de acceſſu magnatum faciliore, quo pacto cum eis agendum ſit, more Socratico & Zenonio ſcilicet: nunc de iis qui aſperius reſpondent, dicere inſtituit, quo pacto & ad eorum congreſſum paratus eſſe debeas: primum, niſi neceſſitas aliqua coëgerit, eſſe prætermittendum. Sin & neceſſarium & conſultum eſſe videatur, etiam moleſtiis illis propoſitis accedere: ferenda eſſe quæ acciderint, ſine pœnitentia.

CAP. LIII.

IN familiaribus congreſſibus abſit facinorum, aut periculorum tuorum prolixa & immodica commemoratio. Nec enim, ut tibi iucundum eſt tuorum certaminum meminiſſe: ſic & aliis ſuave eſt, ea quæ tibi acciderunt, audire.

CAP. LIV.

ABſit illud etiam, ne riſum moveas. Nam is eiuſmodi locus eſt, è quo proclivius ſit in plebeium morem lapſus: eamque vim habet, ut tui obſervantiam facile apud familiares diminuat.

CAP. LV.

PEriculoſum eſt etiam, ad orationis obſcœnitatem progredi. Cum igitur tale quippiam inciderit, aut (ſi feret op-

ρον ᾖ, ἐπίπληξον τῷ προσελθόντι. εἰ δὲ μή, τῷ γε ἀποσιωπῆσαι, καὶ ἐρυθριάσαι, καὶ σκυθρωπῆσαι, δῆλος γίνου δυσχεραίνων τῷ λόγῳ.

ἘΞΗΓΗΣΙΣ.

Μετὰ τὴν ἔντευξιν πρὸς τοὺς ἐν ὑπεροχῇ, περὶ τῆς πρὸς τοὺς πολλοὺς λέγει· πῶς χρὴ καὶ ταύτην ποιεῖσθαι, ἀνεπαχθῆ τε ἑαυτὸν τοῖς ἐντυγχάνουσι καὶ ἀκαταφρόνητον παρεχόμενον· καὶ μέντοι καὶ ὠφέλιμον εἰς δύναμιν αὐτοῖς. τὸ μὲν γὰρ μὴ μεμνῆσθαι τῶν ἑαυτοῦ ἔργων ἢ κινδύνων ἐπιπολὺ καὶ ἀμέτρως, ἅμα μὲν τὸ ἐκ τούτου ἐπαχθὲς ἀφαιρεῖται· βαροῦνται γὰρ οἱ ἄνθρωποι τοὺς ἑαυτοὺς ἐπαινοῦσιν, ὡς αὐτοὶ διὰ τούτων ὑπ᾽ αὐτῶν κατηγορούμενοι καὶ ὀνειδιζόμενοι κατὰ σύγκρισιν· ἅμα δὲ τὸ ἔξω βλέπον, καὶ φιλόδοξον τῆς ψυχῆς συστέλλει, καὶ μεγαλοφροσύνην ἐνδείκνυται. Πρότερον δὲ εἰπὼν μὴ δεῖν αὐτὸν ἐπὶ πολλοῖς γελᾶν, μηδὲ πολὺν γέλωτα μηδὲ ἀνειμένον εἶναι, νῦν λέγει μηδὲ τοῖς ἄλλοις δεῖν γέλωτα κινεῖν. καὶ τὴν αἰτίαν ἐπήγαγεν, εἰπών· ὀλισθηρὸς γὰρ ὁ τρόπος πρὸς ἰδιωτισμόν. τὸ γὰρ τοιαῦτα λέγειν, ὡς γέλωτα κινεῖν τοῖς ἰδιώταις, σημαίνει πάντως ἀρεστὰ εἶναι ἐκείνοις, καὶ τῆς ἰδιωτικῆς ἕξεως οἰκεῖα. ὁμοίως οὖν, ἢ καὶ μᾶλλον αὐτῶν ἰδιώτην νομίζουσι τὸν γέλωτα κινοῦντα· ὥστε κἂν τύχωσιν αἰδούμενοι πρότερον αὐτόν, ἱκανόν ἐστι τοῦτο χαλάσαι τὴν πρὸς αὐτὸν

portunitas) obiurgabis eum, qui ſermonem illum iniecerit: aut taciturnitate ſaltem, & rubore vultuque oſtendes, eam orationem tibi diſplicuiſſe.

COMMENTARIUS.

POſt congreſſum cum magnatibus, de congreſſu plebeiorum agit: quo modo & in eo gerere te debeas, ut iis quibus cum vivas, neque moleſtus, neque contemtui ſis: ſed potius pro virili commodes. Nam ſua facinora aut pericula non prolixe atque immodice commemorare, faſtidium tollit. (moleſte enim ferunt homines, eos qui ſeſe laudant; quaſi ipſi verbis iiſdem accuſentur, & per collationem probris afficiantur.) ſimul etiam ea res foras prominentem animum & gloriæ cupidum contrahit, & generoſum quiddam præ ſe fert. Cum autem prius dixerit, non eſſe cuiquam ob multa ridendum, neque riſum multum eſſe oportere, neque effuſum: nunc aliis riſum movere vetat, cauſa adiecta: eum locum eſſe lubricum, ut facile ad plebeios mores delabaris. Nam ſi ea dicas, quæ plebeculæ riſum moveant, indicio eſt, ea grata illi eſſe, & apta plebeiis moribus. Æque igitur, aut magis etiam, eum qui riſum movet, idiotam iudicant: ut, ſi prius eum reveriti fuerint, ſatis hoc ad obſervantiam eius

τῶν πλησιαζόντων αἰδώ. Τινὲς δὲ καὶ τῶν δοκούντων ἐμφρόνων γελωτοποιοῦσι, βουλόμενοι χαρίεντες φαίνεσθαι. Αἰσχρολογεῖν δὲ ὅτι μὲν αὐτὸς οὐκ ἀνέξεται ὁ καὶ ποσῶς προκεκοφέναι δοκῶν, πρόδηλον. Ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἄλλων ἀνέχεσθαι κατὰ τὸ δυνατὸν συμβουλεύει. ἀλλ' εἰ μὲν εὔκαιρον εἴη, τουτέστιν, εἰ μὲν νέος εἴη ὁ προαχθεὶς εἰς τοῦτο, καὶ μὴ ἀναιδὴς, μηδὲ ὑπὸ πλούτου ἢ ἀξιώματος κεχαυνωμένος· καὶ ἐπίπληξον, φησιν. οὔτε γὰρ αὐτῷ τῷ αἰσχρολογοῦντι, οὔτ' αὐτοῖς τοῖς παροῦσι φανήσῃ φορτικός. εἰ δὲ τύχῃ πρεσβυτικώτερος, καὶ σοβαρὸς τὸ ἦθος, καὶ πλούτῳ ἐπηρμένος ἢ ἀξιώματι, τὸ μὲν ἐπιπλῆξαι, βαρὺ, πρὸς δὲ τῷ ἀπράκτῳ, καὶ ἀπεχθὲς καὶ ἐχθροποιὸν, καὶ καταγέλαστος ἡ παρρησία δόξει. τί οὖν χρὴ τότε ποιεῖν; τῷ σιωπῆσαι δῆλος γίνου δυσχεραίνων. καὶ ὅρα, ὅπως τὸ πρέπον ἐφύλαξε περὶ μὲν τῇ διαφορᾷ μέτρον. ἐπὶ μὲν τῶν μονομαχιῶν, ἢ ἱπποδρομιῶν, ἢ βρωμάτων, καὶ πομάτων γινομένων τοὺς λόγους, ἢ περὶ ἀνθρώπων ἐπαινούντων, ἢ ψεγόντων, ἐὰν οἷόν τε ᾖ, φησὶ, μέταγε. τοὺς ἐνταῦθα δὲ, ἐὰν εὔκαιρον ᾖ, καὶ ἐπιπλῆξαι κελεύει· καὶ ἐκεῖ μὲν, εἰ μὴ δυνατὸν μεταγαγεῖν, σιώπα, φησὶ, καὶ δῆλος γίνου δυσχεραίνων.

extenuandam virium habeat. Sunt tamen & ex iis qui prudentes habentur, qui riſum moveant, ut faceti ac lepidi habeantur. Iam eum, qui utcunque profecerit, ab obſcœnis verbis ſibi temperaturum, in promtu eſt. Ac ne alios quidem ferendos, ſi vitare poſſis, monet: ſed ita, ſi tempus ferat: hoc eſt, ſi adoleſcens eo provectus fuerit, non inverecundus, neque divitiis & dignitate inflatus. Quem & increpabis, inquit. Neque enim vel ipſi turpiloquo, vel iis qui aderunt, videberis arrogans. Sin natu grandior & inſolens fuerit, & ob divitias elatus, aut dignitatem: increpare quidem grave fuerit, &, præter inanem operam & odium ac ſimultatem, ridicula etiam libertas illa videbitur. Quid tum ergo faciendum? Silentio, inquit, moleſtiam præ te ferto. Ac diſpice, quo pacto modus in huiuſmodi diſcrimine decorũ obſervarit. Nam de gladiatoriis aut Circenſibus ludis, itemque de epulis & potionibus cum verba fiunt, aut cum homines laudantur, aut vituperantur, ſi fieri poteſt, inquit, alio traduc ſermones eorum. Hic vero, ſi tempeſtivum fuerit, etiam obiurgare iubet. Atque illic ſi traduci non poſſint ſermones, taceto, inquit, & moleſtiam præ te ferto.

ΚΕΦ.

ΚΕΦ. νϛʹ.

Ἐὰν ἡδονῆς τινος φαντασίαν λάβῃς, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων, φύλασσε σαυτὸν, μὴ συναρπασθῇς ὑπ᾽ αὐτῆς. ἀλλ᾽ ἐκδεξάσθω σε τὸ πρᾶγμα. καὶ ἀναβολήν τινα παρὰ σεαυτῷ λάβε. ἔπειτα μνήσθητι ἀμφοτέρων τῶν χρόνων· καθ᾽ ὅν τε ἀπολαύσῃ τῆς ἡδονῆς, καὶ καθ᾽ ὃν ἀπολαύσας, ὕστερον μετανοήσεις, καὶ αὐτὸς σεαυτῷ λοιδορήσεις. καὶ τούτοις ἀντίθες, ὅπως ἀποσχόμενος, χαιρήσεις, καὶ ἐπαινέσεις αὐτὸς σεαυτόν. ἂν δέ σοι καιρὸς φανῇ ἅψασθαι τοῦ ἔργου, πρόσεχε, μὴ νικήσῃ σε τὸ προσηνὲς αὐτοῦ, καὶ ἡδὺ, καὶ ἐπαγωγόν· ἀλλ᾽ ἀντιτίθει, πόσῳ ἄμεινον τὸ συνειδέναι σαυτῷ, ταύτην τὴν νίκην νενικηκότι.

ἘΞΗΓΗΣΙΣ.

Ἡ σωματικὴ ἡδονὴ βλαβερωτάτη ἐστὶ τῇ ψυχῇ. ἑκάστη γὰρ ὥσπερ ἧλος προσηλοῖ τὴν ψυχὴν, καὶ διὰ τοῦτο ὁ θεὸς ὀλιγοχρόνιον αὐτὴν ἐποίησεν. καὶ γὰρ ἐπὶ τροφῶν καὶ πομάτων, ἕως τότε ἐστὶν ἡ ἡδονὴ ἕως ἂν ἐν τῷ στόματι αὐτῶν αἰσθανώμεθα· καταποθέντος δὲ, οἴχεται τελέως. καὶ ἐπὶ τῆς μίξεως κατ᾽ αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν χρόνον τῆς ἐνεργείας, ἡ τῆς ἡδονῆς αἴσθησις γίνεται· παρελθούσης δὲ αὐτῆς, ἡ συναίσθησις ὡς μηδὲ γεγονυίας ἐστί. καὶ δῆλον δὲ, ὅτι ἐν τῷ αἰσθητῷ εἶναι ἡ ἡδονή ἐστι. τὸ γὰρ μὴ αἰσθανόμενον οὐδὲ ἥδεται ὅλως. ἀλλὰ καὶ αἱ περὶ τὰ ἐκτὸς ἡδοναὶ, οἷον περὶ ἐσθῆτα, ἢ κόσμον, ἢ χρήματα, ἢ κτήματα, καὶ αὗται ὀλιγοχρόνιοί εἰσι. ἡσθέντες

CAP. LVI.

SI voluptatis alicuius imaginem animo conceperis, ut in aliis, ſic & heic moderare tibi, ne ab ea movearis: ſed & rem examina, & tibi ipſe deliberandi prabe ſpatium. Deinde utriuſque temporis memento, tum eius, quo voluptate perfrueris, tum eius, quo percepta iam voluptate dolebis, teque ipſe obiurgabis. atque his illa confer; Si abſtinueris, fore ut gaudeas, teque ipſe collaudes. Quod ſi tibi ſuſcipienda rei videbitur eſſe tempus, cave ne te vincant eius blanditia, & ſuavitates, & illecebra: ſed illud oppone, quanto praſtantior ſit talis victoria conſcientia.

COMMENTARIUS.

VOluptas corporis nocentiſſima eſt animo. Quælibet enim, quaſi clavis aliquibus affligit animum: eaq; de cauſa Deus eam fecit brevẽ. Nam & in cibis & potionibus tamdiu voluptas durat, quamdiu in ore eas ſenſerimus: cũ vero deglutiverimus, prorſus interit, & in coitu ipſo tantũ actionis tempore ſentitur voluptas: quæ cũ præteriit, perinde eſt ac ſi nulla fuiſſet. Ac in ſenſu eſſe voluptatẽ cõſtat. Quod enim non ſentit, etiã voluptate caret omnino. Sed & externarum rerũ oblectationes, uti veſtium, ornamentorum, pecuniæ, inſtrumenti domeſtici, parum & ipſæ durant. Harum

γὰρ

γὰρ ἐπὶ τῇ κτήσει τούτων μετὰ τὸ συνεθισθῆναι αὐτοῖς, οὐκέτι ἡδονῆς ἐπ' αὐτοῖς αἰσθανόμεθα. ἀφαιρουμένων δὲ αὐτῶν, λύπη σφοδρὰ διαδέχεται, πολὺ μονιμωτέρα τῆς ἡδονῆς. οὕτω μὲν οὖν ἡ ἡδονὴ ἐλάχιστον ἐπιμείνασα χρόνον, καὶ μάλιστα ἡ σωματικὴ, ἄπεισι, τὴν βλάβην τὴν ἑαυτῆς τῇ μὲν ψυχῇ πάντη καὶ πάντως καταλιποῦσα, πολλάκις δὲ καὶ τῷ σώματι, ὅταν ἀσύμμετρος ἡ ἀπόλαυσις γένηται. ἡ δὲ τῆς ἡδονῆς ἐγκράτεια, μόνιμον ὠφέλειαν ποιεῖ τῷ σώματι καὶ τῇ ψυχῇ, καὶ ἡδονῆς ἄλλο εἶδος, τὸ κατὰ φύσιν συνυπάρχον, ἀβλαβές τε, καὶ ἄπληκτον. Τούτων οὖν οὕτω προειλημμένων, ἴδωμεν, τί φησιν ὁ Ἐπίκτητος. Ὅταν, φησὶν, ἡδονῆς τινος φαντασίαν λάβῃς, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων, οἷον πλούτου ἢ δυναστείας, ἢ τῶν ἄλλων τινὸς τῶν ἐκτὸς, καὶ ἔτι μᾶλλον ἐπὶ τῆς ἡδονῆς, φύλαττε σεαυτὸν εὐθὺς, μὴ συναρπάσῃ σε ἐπὶ τὸ ἔργον ἡ φαντασία· ἀλλὰ τοῦτο μὲν περιμενέτω ὀλίγον· σὺ δὲ ἀναβολήν τινα σεαυτῷ πορίσας διὰ τῆς τοιαύτης συστροφῆς, ἐννόησον τοὺς χρόνους, τόν τε τῆς ἀπολαύσεως ἐλάχιστον ὄντα, καὶ τὸν ἐφεξῆς πολλῆς βλάβης ὄντα καὶ μεταμελείας μεστὸν, ἐν ᾧ σεαυτῷ ἐγκαλεῖς ἡττηθέντι· καὶ τούτοις ἀντίθες τὸν καιρὸν, καθ' ὃν ἐγκρατευσάμενος, ὠφελείᾳ καὶ ἡδονῇ καθαρᾷ ἐπὶ πολὺν χρόνον συνεῖ, σεαυτὸν ἐπαινῶν, καὶ ἀποδεχόμενος. ἐὰν γὰρ ταύτης ἀποκαθάρῃς τὴν σύγκρισιν, ῥᾳδίως

enim adeptione exhilarati, ubi eis aſſueverimus, voluptatem porro nullam ſentimus. Sin ex nobis eripiantur, dolor vehemens ſuccedit, voluptate multo durabilior. Ita voluptas ubi per exiguum tempus duravit, maximeque corporis, abit, noxa ſua modis omnibus animo relicta, interdum vero etiam corpori, ſi ſuavitas illa exceſſerit modum. At continentia voluptatum, durabilem affert & corpori & animo utilitatem, & aliud voluptatis genus parit cum ipſa natura coniunctum, & innoxium & perpetuum. Nunc his ita expoſitis, videamus quid dicat Epictetus: Cum voluptatis, inquit, alicuius imaginem animo conceperis, ut in aliis, veluti divitiis, principatu, aut ſimilibus rebus externis, ita & in hac, ac magis etiam: ſtatim ipſe te cuſtodi, ne viſum illud atque imago ad rem ipſam te impellat; ſed ea quidem pauliſper exſpectet; tu vero ſpatio impetrato à te ipſo, & animadverſione excitata, tempus conſiderato, tum ſuavitatis illud breviſſimum, tum ſecuturum noxæ diuturnum & pœnitentiæ plenum, in quo ipſe te victum accuſabis. His etiam illud tempus confer, quo, ſi te continueris, & diuturnam utilitatem, & ſynceram voluptatum percipies, te ipſum & laudaturus & approbaturus. Nam ſi eius imperium repreſſeris: facile

ἠρεμήσει ἡ ὄρεξις, αἰσχυνομένη τὴν ἐνέργειαν τῆς ἥττης. κἂν αὖθις τοῦτο καὶ αὖθις ποιῇς, οὐκ ἔτι ἐνοχλήσει ταπεινουμένη. εἰ δὲ παύεται ἡ ἡδονὴ εὐθέως μετὰ τὸ ἔργον, καὶ οὐδὲν διαφέρει τότε ὁ ἀπολαύσας τοῦ μὴ ἀπολαύσαντος, πλὴν τῇ φαντασίᾳ τοῦ ἀπολελαυκέναι, οὐκ ἔχει τινὰ λόγου ἀξίαν ἡδονή. δηλοῖ δὲ ἡ μνήμη τῶν ἐν ὀνείροις ἀπολαύσεων ἀμυδρὸν ἴχνος ἡδονῆς ἐχουσῶν. ἐπεὶ δέ ἐστιν ὅτε τινῶν ἡδονῶν καὶ κατὰ λόγον ὀρθὸν μεταλαμβάνομεν, οἷον διὰ παιδοποιΐαν, ἢ λουτροῦ μετὰ πυρετὸν, ὅταν, φησὶ, καιρὸς φανῇ ἅψασθαι τοῦ τοιούτου ἔργου, πρόσεχε μή σε ἡττήσῃ τὸ προσηνὲς αὐτοῦ, καὶ ἀγωγόν· ὥστε σεαυτοῦ ἐκστάντα ὅλον ἐκδοθῆναι τῇ ἡδονῇ· ἀλλ' ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ σύγκρινε, πόσῳ κάλλιόν ἐστι τὸ κρατῆσαι τῆς ἡδονῆς, τοῦ ἡττηθῆναι αὐτῆς· δῆλον γὰρ ὅτι τοσούτῳ, ὅσῳ κάλλιον τὸ δεσπόζειν τῶν ἀλόγων παθῶν, τοῦ δουλεύειν αὐτοῖς, καὶ ἄνθρωπον εἶναι μᾶλλον, ἢ θηρίον.

conquieſcet appetitus, tam lucu-lentæ victoriæ verecundia. Quod ſi iterum atque iterum feceris: ita deprimetur, ut moleſtus eſſe deſinat. Quamobrem ſi voluptas ſtatim poſt opus deſinit, ac tum nihil inter eum intereſt qui eam percepit, & eum qui non percepit, excepta cogitatione ſuavitatis, nihil habet voluptas magni æſtimandum: idque declarat eorum memoria, quibus in ſomnis fruimur; quæ obſcurum habet voluptatis veſtigium. Sed quia interdum voluptatibus nonnullis recte frui poſſumus, cuiuſmodi eſt coniunctionis appetitus, procreandi cauſa, aut balnei poſt febrem; cum, inquit, occaſio fuerit huiuſcemodi alicuius operis attingendi, vide ne te ſuavitas illius atq; illecebræ decipiant, ut tui oblitus totum te voluptati tradas; ſed eo tempore contentionem facito, quanto pulcrius ſit vincere voluptatem, quam ab ea vinci. Tanto nimirum, quanto pulcrius eſt imperare brutis affectibus quam ſervire, & hominẽ eſſe quam beſtiam.

ΚΕΦ. νζ.

Ὅταν τι, διαγνοὺς ὅτι ποιητέον ἐστὶ, ποιῇς, μήποτε φύγῃς ὀφθῆναι πράσσων αὐτὸ, κἂν ἀλλοῖόν τι μέλλωσιν οἱ πολλοὶ περὶ αὐτοῦ ὑπολαμβάνειν. εἰ μὲν γὰρ οὐκ ὀρθῶς ποιεῖς αὐτὸ, τὸ ἔργον φεῦγε. εἰ δὲ ὀρθῶς, τί φοβῇ τοὺς ἐπιπλήξοντας οὐκ ὀρθῶς;

CAP. LVII.

Cum facis aliquid, quod faciendum eſſe ſtatuiſti, nunquam recuſes inter id agendum conſpici: tametſi futurum eſt, ut vulgus de eo ſecus iudicet. Nam ſi perperam facis, rem ipſam fuge. Sin recte, quid eos vereris, qui non recte reprehendunt?

ἘΞΗΓΗ-

ΕΞΗΓΗΣΙΣ.

Πολλὴν σπουδὴν ποιεῖται τοῦ τὸ ἀγαθὸν δι' αὐτὸ τὸ ἀγαθὸν αἱρεῖσθαι, ἵνα καὶ ὄντως ἀγαθὸν ᾖ, καὶ μὴ διὰ τὴν τῶν πολλῶν δόξαν. ὁ γὰρ διὰ ταύτην αἱρούμενός τι, ταύτην εἶναι τίθεται τὸ ἀγαθὸν, ἀλλ' οὐκ ἐκεῖνο. διὸ εἰ μὲν ὀρθῶς διέγνωκεν, ὅτι δέον ἐστὶ τόδε τι μὴ ποιῆσαι, φυγεῖν δεῖ τὴν πρᾶξιν οὐκ ἀγαθὴν οὖσαν· εἰ δὲ ὀρθῶς διαγνοὺς ποιεῖ, οὐ χρὴ φεύγειν τὸ ὀφθῆναι ποιοῦντα διὰ τοὺς οὐκ ὀρθῶς μεμφομένους τὸ γινόμενον. ἐπεὶ συμβαίνει, τοῦ ὄντος ἀγαθοῦ· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ὀρθῶς γινωσκόμενον ὅτι ἀγαθόν· προτιμᾶν τὸ μὴ ἀγαθὸν, ἀλλὰ κακὸν, ὡς ψεῦδος. τοιαύτη γάρ ἐστιν ἡ τῶν πολλῶν μὴ ὀρθὴ περὶ τοῦ πραττομένου ὑπόληψις. πρὸς δὲ τούτῳ συμβαίνει, τὸ τῷ ὀρθῷ λόγῳ κριθὲν ἀγαθὸν, κακὸν ἡγεῖσθαι, φεύγονται αὐτό. τὸ γὰρ φευκτὸν κακόν. καὶ ἔτι μέντοι συμβαίνει τῷ τοιούτῳ ἀφ' ἑαυτῷ καὶ ἀπὸ τῶν πραγμάτων ἀφισταμένῳ, εἰς τὰς τῶν πολλῶν δόξας ἀποφέρεσθαι, καὶ ἐκεῖ τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ κακὸν ζητεῖν, καὶ τὸ ἀληθὲς, καὶ τὸ ψεῦδος.

ΚΕΦ. νη'.

Ὡς τὸ, Ἡμέρα ἐστὶ, καὶ νύξ ἐστι, πρὸς μὲν τὸ διεζευγμένον μεγάλην ἔχει ἀξίαν, πρὸς δὲ τὸ συμπεπλεγμένον, ἀπαξίαν· οὕτω

COMMENTARIVS.

VEhementer in eo elaborat, ut bonum, ob id ipſum quod bonum ſit, amplectamur, non autem propter popularem opinionem. Nam qui propter hanc aliquid expetit : in ea ipſa bonum collocat, non in illo. Quamobrem ſi quis recte perſpexit, aliquid non eſſe faciendum : ipſa res eo fugienda eſt, quia non bona. Sin aliquid bono conſilio fecit : recuſare non debet propter eos, qui factum id perperam reprehendunt, quo minus palam id agat. Fit enim, ut vero bono (id enim eſt, quod recte bonum iudicatur) non bonum, ſed malum, ut eſt mendacium, præferatur. Talis enim eſt vulgi non recta de eo quod fit opinio. Præterea fit, ut quod recta ratio bonum iudicavit, malum putetur & fugiatur. Quod enim fugiendum, malum. Fit & illud ut qui à ſe ipſo & à rebus diſcedit, ad vulgi opiniones deferatur, atque ibi bonum & malum quærat, itemque verum & mendacium.

CAP. LVIII.

VT hoc pronuntiatum, Dies eſt: &, Nox eſt: magnam habet in ſeiunctione vim: in coniunctione vero prorſus nihil valet: Sic maxima quaque ex iis quæ appoſita ſunt, arrigere, ut reſpectu corporis, magni eſt momenti:

καὶ τὸ κοινὸν ἐν ἑστιάσει, οἷον δεῖ, μὴ φυλάσσειν, ἀπαξίαν ἔχει. ὅταν οὖν συνεσθίῃς ἑτέρῳ, μέμνησο οὐ μόνον τὴν πρὸς τὸ σῶμα ἀξίαν τῶν παρακειμένων ὁρᾶν, ἀλλὰ καὶ τὴν πρὸς τὸν ἑστιάτορα, οἵαν δεῖ φυλαχθῆναι.

ἘΞΗΓΗΣΙΣ.

Τῶν ὑποθετικῶν συλλογισμῶν, ὧν οἱ Στωϊκοὶ τὴν τεχνολογίαν ἐλεπτούργησαν, οἱ μέν εἰσι διεζευγμένοι, οἱ δὲ συνημμένοι, ἤτοι συμπεπλεγμένοι. διεζευγμένοι μὲν, ἐν οἷς τοῦ ἑτέρου ὄντος, τὸ ἕτερον πάντως οὐκ ἔστι, καὶ τοῦ ἑτέρου μὴ ὄντος, πάντως τὸ ἕτερόν ἐστιν· ὡς ὅταν εἴπω· Ἤτοι ἡμέρα ἐστὶν, ἢ νύξ ἐστιν· ἀλλὰ μὴν νύξ ἐστιν· ἡμέρα ἄρα οὐκ ἔστιν. Οὕτω μὲν τοῦ ἑτέρου τιθεμένου, ἀναιρεῖται πάντως τὸ ἕτερον· τῇ δὲ ἀναιρέσει τοῦ ἑτέρου, τίθεται τὸ ἕτερον· ὡς ὅταν εἴπω· Ἀλλὰ μὴν ἡμέρα οὐκ ἔστι· νὺξ ἄρα ἐστίν· ἤ· Ἀλλὰ μὴν νὺξ οὐκ ἔστιν· ἡμέρα ἄρα ἐστί. Τοιοῦτον μὲν οὖν τὸ διεζευγμένον, ἐν ᾧ τὸ, Ἤτοι ἡμέρα ἐστὶν, ἢ νύξ ἐστιν, ὡς ἀξίωμα, τουτέστιν, ὡς ἐναργῶς καὶ κατὰ τὰς κοινὰς ἐννοίας ἀληθὲς, παραλαμβάνεται. ταῦτα γὰρ, ἀξιώματα ἐκάλουν οἱ Στωϊκοί. Τὸ δὲ συμπεπλεγμένον ἐστὶν, ὅταν δύο τινῶν συμπεπλεγμένων ἀλλήλοις οὕτως, ὥστε τὸ μὲν ἡγούμενον εἶναι, τὸ δὲ ἑπόμενον, τῇ μὲν θέσει τοῦ ἡγουμένου, ἀκολουθεῖ τὸ ἑπόμενον, τῇ δὲ ἀναιρέσει τοῦ ἑπομένου, ἀναιρεῖται τὸ ἡγούμενον. οἷον συμπλέκεται ἀληθῶς· Εἰ ἡμέρα ἐστὶ, νὺξ

ita ſi communitas convivii ſpectetur, magnum habebit, niſi caveris, dedecus. Cum igitur conviva es alicuius: memento, eorum, quæ appoſita ſunt, pretium, quod ad corpus attinet, conſiderandum eſſe: ſed & eam, quæ convivatori debetur, reverentiam eſſe conſervandam.

COMMENTARIUS.

Syllogiſmi hypothetici, in quibus enucleandis Stoici laborarunt, partim ſunt diſiuncti, partim coniuncti, ſive complexi. Diſiuncti, in quibus cum eſt alterum, nullo modo alterum eſſe poteſt: & cum alterum non eſt, utique eſt alterum. ut cum dico: Aut dies eſt, aut nox eſt. Atqui nox eſt. Dies ergo non eſt. Sic cum alterum ſtatuitur, alterum utique tollitur. Alterius vero negatione, alterum affirmatur. ut cum dico: Atqui dies non eſt, Nox igitur eſt. Atqui nox non eſt, Dies ergo eſt. Ac tale quidem eſt diſiunctū, in quo hæc verba, Aut dies eſt, aut nox eſt: axiomatis loco, hoc eſt; tanquam evidens & ſecundum communes notiones verum, adhibetur. Ea enim axiomata vocabant Stoici. Copulatum vero eſt, cum duobus inter ſeſe ita complexis, ut alterum antecedat, alterum conſequatur: affirmationem antecedentis ſequitur conſequens, negatione vero conſequentis una tollitur antecedens. veluti vere hæc copulantur: Si dies eſt, nox

οὐκ

οὐκ ἔστιν. ἀληθῶς γὰρ τῷ, Ἡμέρα ἐστὶν, ἡγουμένῳ, ἕπεται τὸ, Εἰ ἡμέρα ἐστὶ, νὺξ οὐκ ἔστιν. ἐπὶ γοῦν τούτου συμπεπλεγμένου, τῇ μὲν θέσει τοῦ ἡγουμένου, τίθεται τὸ ἑπόμενον, Ἀλλὰ μὴν ἡμέρα ἐστὶ, νὺξ ἄρα οὐκ ἔστι· τῇ δὲ ἀναιρέσει τοῦ ἑπομένου, ἀναιρεῖται τὸ ἡγούμενον· Ἀλλὰ μὴν οὐχὶ νὺξ οὐκ ἔστιν, ἀλλ᾽ ἔστι δηλονότι, (αἱ γὰρ δύο ἀναιρέσεις μίαν ποιοῦσι συγκατάθεσιν·) ἡμέρα ἄρα οὐκ ἔστι. τοιοῦτον μὲν οὖν καὶ τὸ συμπεπλεγμένον, ἢ συνημμένον. Ἀλλ᾽ ἴδωμεν λοιπὸν καὶ τὸ ὑπὸ τοῦ Ἐπικτήτου λεγόμενον. Τὸ, Ἤτοι ἡμέρα ἐστὶν, ἢ νὺξ ἐστὶ, ἐπὶ μὲν τοῦ διεζευγμένου συλλογισμοῦ, ὡς ἀξίωμα ἀναμφίλεκτον παραλαμβάνεται· ἐπὶ δὲ τοῦ συνημμένου οὐκ ἔτι. τὸ γὰρ ἐκεῖ παραλαμβανόμενον ἀξίωμα τὸ συμπεπλεγμένον ἐστὶ, τὸ, Εἰ ἡμέρα ἐστὶ, νὺξ οὐκ ἔστιν. ὥσπερ οὖν, φησι, τὸ, Ἤτοι ἡμέρα ἐστὶν, ἢ νὺξ ἔστιν, πρὸς μὲν τὸ διεζευγμένον μεγάλην ἔχει ἀξίαν· ἀπ᾽ αὐτοῦ γὰρ ἤρτηται πᾶς ὁ διεζευγμένος συλλογισμός· πρὸς δὲ τὸ συμπεπλεγμένον ἀπαξίαν· διασπᾷ γὰρ τὴν συμπλοκὴν τὴν λέγουσαν, Εἰ ἡμέρα ἐστὶ, νὺξ οὐκ ἔστιν· οὕτω καὶ ἐν συμποσίῳ τὴν μείζονα μερίδα ἐκλέγεσθαι, πρὸς μὲν τὸ σῶμα χρειῶδές ἐστι καὶ ὠφέλιμον, καὶ ἐξαίρετον· πρὸς δὲ τὸ φυλάξαι τὸ κοινωνικὸν ἐν ἑστιάσει, ἀπαξίαν ἔχει· διασπᾷ γὰρ καὶ τοῦτο τὴν κοινωνίαν, ὡς τὸ συμπεπλεγμένον ἐκεῖνο. Ὅταν οὖν συνεσθίῃς ἑτέροις, μὴ μέμνησο μόνον τὴν πρὸς τὸ σῶμα τὴν σὴν ὄρεξιν ἐν τοῖς παρακειμένοις, καὶ ἐκλέγεσθαι ἀπ᾽ αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ κοινωνικὸν τῆς ψυχῆς ὃ χρὴ φυλάττειν ἀνεπίληπτον.

non eſt. nam, Si dies eſt, vere antecedit: illud ſequitur, Si dies ſit, noctem non eſſe. In copulato igitur affirmatione antecedentis affirmatur conſequens: Atqui dies eſt; Nox igitur non eſt. Negatione vero conſequentis, una tollitur etiam antecedens: Atqui non nox non eſt, ſed eſt ſcilicet, (nam duæ negationes, unam conſtituunt affirmationem) Dies igitur non eſt. Ac tale quidem eſt complexum, ſive copulatum. Iam autem Epicteti verba videamus: Aut dies eſt, aut nox eſt, in ſyllogiſmo diſiuncto, ut pronuntiatum certũ adhibetur: in copulato non item. Nam quod ibi adhibetur pronuntiatum, complexum eſt, Si dies eſt, nox non eſt. Sicut igitur, inquit, Aut dies, aut nox eſt: in ſeiunctione magnam vim habet, in coniunctione vero plane nullã; (divellit enim complexionem, quæ ait, Si dies ſit, noctem non eſſe) ſic etiam in convivio maiorem eligere partem, corpori quidem utile eſt & conducibile & eximium: ad ſervandam autem communitatem in convivio, nihil valet. nam & hoc dirimit communitatem, ut complexũ illud. Quare cum aliis edens, non ſolum appetitum tuum in iis, quæ appoſita ſunt, conſidera, ut ex iis delectum agas: ſed & eam communitatem reſpice, quæ irreprehenſa tuenda eſt.

Δῆλον δὲ, ὅτι, κἂν ἐπὶ ἑστιάσεως ἐποιήσατο τὸν λόγον, κοινῶς ἐπὶ πάσης κοινωνίας τείνειν αὐτὸν χρὴ καὶ συναναστροφῆς. τὸ γὰρ πλεονεκτικὸν πᾶσαν διασπᾷ κοινωνίαν, ὥσπερ τὸ, ἕκαστον τοῦ ἐπιβάλλοντος τυγχάνειν, συνέχει, καὶ αὔξεσθαι καὶ διαμένειν ποιεῖ. καὶ γὰρ ἡ τῶν λῃστῶν κοινωνία, καίτοι ἐκ τῶν τοιούτων ἀνδρῶν συνεστῶσα, ἕως τότε σώζεται, ἕως φυλάττει τοῦτο τὸ παράγγελμα τὸ μὴ πλεονεκτεῖν ἀλλήλων. διὰ γὰρ τοῦτο τῆς δικαιοσύνης τὸ ἴχνος, καὶ ἡ ἀδικία ἐκείνη συνίσταται. Προτρέψας δὲ πρότερον πολλαχοῦ τὸν ἀκροατὴν πρὸς ἐλευθερίαν, καὶ ἐν ἄλλοις πρὸς ἀνδρείαν, καὶ μεγαλοψυχίαν, καὶ πρὸς φρόνησιν; καὶ πρὸς σωφροσύνην, ἐν τούτῳ πρὸς δικαιοσύνην αὐτὸν παρακαλεῖ, τὸ πρὸς ἑαυτοῦ ἐμπόδιον τὴν πλεονεξίαν φυγεῖν εἰσηγούμενος.

ΚΕΦ. νθ'.

Ἐὰν ὑπὲρ δύναμιν ἀναλάβῃς τὶ πρόσωπον, καὶ ἐν τούτῳ ἠσχημόνησας, καὶ ὃ ἠδύνασο ἐκπληρῶσαι, παρέλιπες.

ἘΞΗΓΗΣΙΣ.

Οὐ τὸ ἁπλῶς ἄριστον ἐπιτηδεύειν χρὴ, ἀλλὰ τὸ τῶν ἡμῖν συμμέτρων ἄριστον. οὐδὲν γὰρ ἐν ἀσυμμέτροις ὑποδοχαῖς ἐπιγίνεται. διὸ χρὴ μὴ προπετῶς

Quamvis autem de convivio verba faciat: tamen, ad omnem ſocietatem vitæque conſuetudinem in genere hæc eſſe transferenda, perſpicuum eſt. Avaritia enim omnes dirimit neceſſitudines: ſicuti æquabilitas, cum ſuum cuique tribuitur, eaſdem continet, auget, conſervat. Nam & latronum communitas, quamvis ex talibus conflata viris, tantiſper durat, dum præceptum hoc ſervatur, ne alii plus æquo ſibi appetant. Ob hoc enim iuſtitiæ veſtigium, etiam iniuſtitia illa permanet. Cum autem prius multis locis auditorem hortatus fuerit ad libertatem, & in aliis ad fortitudinem, ad magnitudinem animi, ad prudentiam & temperantiam: in hoc eum ad iuſtitiam vocat, & eius impedimenti avaritiæ fugiendæ auctor eſt.

CAP. LIX.

SI quam perſonam, quæ vires tuas ſuperat, indueris: tum eam indecore geres: tum eam, quam ſuſtinere poſſes, negliges.

COMMENTARIUS.

NOn ei ſtudendum, quod per ſeſe optimum eſt: ſed ei quod eſt ex iis, quæ nobis accommodata ſunt, optimū. Nullus enim ea quæ extra modum ſuſcipiuntur, fructus conſequitur. Quare non temere

τὰ

τὰ μείζονα προσωπεῖα περιβάλλεσθαι, διδασκάλου, ἢ φιλοσόφου, ἢ ἐν νηῒ κυβερνήτου, ἢ ἐν πόλει ἄρχοντος. κάλλιον γὰρ ἐν ὑφειμένῳ προσώπῳ εὐδοκιμεῖν περικρατοῦντα τοῦ προσώπου, καὶ ὑπερβάλλοντα αὐτό, ἢ ἐν ὑπερέχοντι ἀσχημονεῖν, ἀπολειπόμενον τῆς ἀξίας αὐτοῦ· καὶ κάλλιον, παιδαγωγὸν ἄριστον εἶναι, ἢ διδάσκαλον ἀτελῆ· καὶ οἰκονόμον χρηστόν, ἢ ἄρχοντα μοχθηρόν· πρὸς γὰρ τῷ ἀσχημονεῖν ἐν τῷ μείζονι προσώπῳ, (οὐ κατὰ δόξαν ἀσχημονεῖν λέγω, ἀλλὰ κατ' αὐτὴν τὴν φύσιν τοῦ πράγματος·) καὶ ὅπερ ἠδυνάμεθα συμμέτρως ἐπιτηδεύοντες κατορθοῦν, ἀπόλλυμεν. ἀμείνων γὰρ ὑποκριτὴς ἐν τραγῳδίᾳ καὶ κωμῳδίᾳ ὁ δοῦλον καλῶς ὑποκρινόμενος, τοῦ ἐν προσωπείῳ δεσπότου ἢ βασιλέως μὴ κατορθώσαντος. καὶ τοῦτο δέ μοι πρὸς δικαιοσύνην ὁρᾷ τὸ κεφάλαιον, ὃ τὸ ἄξιον ἐν τῷ βίῳ πρόσωπον ἐκλέγεσθαι παραινεῖ, καὶ μὴ πλεονεκτεῖν.

ΚΕΦ. ξ.

ἘΝ τῷ περιπατεῖν, καθάπερ προσέχεις μὴ ἐπιβῇς ἥλῳ ἢ στρέψῃς τὸν πόδα σου, οὕτω πρόσεχε μὴ καὶ τὸ ἡγεμονικὸν βλάψῃς τὸ σεαυτοῦ· καὶ τοῦτ' ἂν ἐφ' ἑκάστου ἔργου παραφυλάσσωμεν, ἀσφαλέστερον ἀψόμεθα τοῦ ἔργου.

perſonæ maiores induendæ ſunt, ut doctoris aut philoſophi, aut in nave gubernatoris, aut in urbe magiſtratus. Præſtat enim perſonam inferiorem cum laude ſuſtinere, ut non par modo ſis, ſed etiam ea ſuperior: quam indecore gerere ſuperiorem, nec illius dignitati reſpondere. Honeſtius eſt optimum eſſe pædagogum, quam doctorem imperfectum: & bonum patrem familias, quam improbum magiſtratum. Nam maiorem perſonam indecore gerere (hoc autem indecorum non ad opinionem, ſed ad ipſius rei naturam referatur) illud etiam habet mali, quod eam perdimus, quam noſtris rebus aptam belle ſuſtinere poſſemus. Melior enim hiſtrio & in Comœdia eſt, & in Tragœdia, qui ſervum bene repræſentat, quam is qui domini aut regis perſonam male agit. Et hoc ego caput ad iuſtitiam refero, quod quemq; perſonam ſe dignam iubet eligere, & non aſpirare ad altiora.

CAP. LX.

QVemadmodum in ambulando caves, ne clavum calces, pedemve diſtorqueas: ſic in degenda vita cave, ne gubernatricem actionum, mentem tuam, ledas. Quod ſi in re unaquaque obſervabimus, omnia cautius aggrediemur.

ΕΞΗΓΗ-

ἘΞΗΓΗΣΙΣ.

Διχῶς ἡ ἀνθρωπίνη ψυχὴ βλάπτεται· καὶ τοῖς ἀλόγοις πάθεσιν ἑαυτὴν ἐμπείρουσα, καὶ δι᾽ αὐτῶν προσκολλωμένη τῷ σώματι, ὅτε ἀποφθέγγεται μὲν δυσχεραίνουσά πως, ἡττᾶται δὲ τοῖς πάθεσι τυραννουμένη ὑπ᾽ αὐτῶν νευρωμένων· ἢ κατὰ τὴν ἑαυτῆς κρίσιν διαστραφεῖσα, ὅτι οὐδὲ διακρίνει αὐτὴν ὡς ἄλλην ἀπὸ τῶν ἀλόγων παθῶν. Παραγγέλλει οὖν ὁ παιδαγωγὸς ἀμφότερα ταῦτα φυλάττεσθαι, καὶ τὴν ἐν βίῳ διαγωγήν, ἣν ἀπείκασε τῷ περιπατεῖν, ὥστε μήτε τοῖς ἀλόγοις πάθεσιν ἐμπαρεῖναι, ἅπερ σωματικὰ ὄντα δίκην ἥλων προσηλοῖ τὴν συγκολληθεῖσαν αὐτοῖς ψυχὴν τῷ σώματι. ποῖος δὲ ἧλος οὕτω προσηλοῖ, ὡς τὰ ἄλογα ταῦτα πάθη, ποιοῦντα τὴν ψυχὴν ἓν νομίζειν ἑαυτήν, καὶ αὐτά, καὶ τὸ σῶμα; τὴν δὲ διαστροφὴν τοῦ δοξαστικοῦ καὶ περιπεζίου τῆς ψυχῆς μέρους, καθὸ κοινωνεῖ τῷ σώματι καὶ ταῖς σωματικαῖς ζωαῖς ἡ ψυχή, τῷ τὸν πόδα στρέψαι οἰκείως ἀπείκασε. καὶ παρακελεύεται, ὥσπερ ἐν τῷ περιπατεῖν φυλαττόμεθα τὸ σῶμα, οὕτως ἐν τῇ ἐξόδῳ τῶν κατὰ τὸν βίον ἔργων τὴν λογικὴν ψυχήν, τὴν κατὰ φύσιν ἡγεμονοῦσαν ἐν τῷ ἀνθρωπίνῳ ζώῳ, καθ᾽ ἣν καὶ χαρακτηρίζεται τοῦτο τὸ ζῶον, φυλάσσειν, ἵνα μὴ λάθῃ ἑαυτὴν ἢ τοῖς πάθεσιν ἐμπυριζομένη διὰ λαιμαργίαν, ἢ τὴν κρίσιν καὶ τὴν δόξαν αὐτῆς διαστρεφομένη διὰ ῥᾳθυμίαν. ἐὰν γὰρ ἐφ᾽ ἑκάστου παραφυλαττόμεθα

COMMENTARIUS.

Biſariam humanus animus læditur. Aut cum brutis affectibus affixus, per eoſdem corpori agglutinatur, reclamans ille quidem nonnihil, atque ægre ferens, ſed ſuperatus ab affectibus, qui corroborati tyrannidem in eum exercent: aut cum ſuopte iudicio corrupto, ſe ipſum non diſcernit ut diverſum à brutis affectibus. Monet igitur pædagogus horum utrunque in degenda vita cavendum eſſe. quam ſimilem ambulationi facit, ne quis brutis affectibus ſuccumbat: qui cum ſint corporales, clavorum inſtar agglutinatum ſibi animum corpori affigunt. Quis vero clavus ſic affigit, ut bruti iſti affectus? qui efficiunt, ut putet animus, & ſe ipſum & illos & corpus eſſe unum? Perverſitatem autem opinationis, & eius partis animi, quę quaſi pedeſtris cum corpore aliquid & cum bruta vita commune habet, diſtortioni pedis apte comparat; & hortatur, ut, quemadmodum in ambulando corpori cavemus, ſic in vitæ negotiorum tractatione cavendũ eſſe animo capaci rationis, qui naturæ inſtituto principatum humanæ vitæ obtinet, qua hoc animal à ceteris diſtinguitur, ne vel affectibus inflammetur ob aviditatẽ, vel iudicium atque opinatio eius pervertatur ex ſocordia. Nam ſi qualibet in re nos ipſos obſervaverimus,

ἑαυτοὺς, ὥσπερ οἱ βαδίζοντες, ἀσφαλέστερον ἑκάστου τῶν ἔργων ἁψόμεθα. κἂν γὰρ συμβῇ τις ὀλίγος ὄλισθος, παραφυλαττόντων ἡμῶν, ῥᾷδιον ἐπανορθοῦμεν. κἂν γὰρ μικρὸν ὑφέντες τῷ ἥλῳ ἐπιβῶμεν, ἢ ἀρρύθμως τὸν πόδα ἀποθῶμεν, διὰ τὸ παρατηρεῖν, καὶ ἀπὸ τοῦ ἥλου εὐκόλως ἀποσπῶμεν τὸν πόδα μὴ ἐμπειρόμενον, καὶ τοῦ ποδὸς τὴν βάσιν εὐκόλως μεταρρυθμίζομεν.

ΚΕΦ. ξα΄.

Μέτρον κτήσεως τὸ σῶμα ἑκάστῳ, ὡς ὁ ποὺς τοῦ ὑποδήματος. ἐὰν μὲν οὖν ἐπὶ τούτου στῇς, φυλάξεις τὸ μέτρον. ἐὰν δὲ ὑπερβῇς, ὡς κατὰ κρημνοῦ λοιπὸν ἀνάγκη σε φέρεσθαι. καθάπερ καὶ ἐπὶ τοῦ ὑποδήματος, ἐὰν τὸν πόδα ὑπερβῇς, γίγνεται κατάχρυσον ὑπόδημα, εἶτα πορφυροῦν, εἶτα κεντητόν. τοῦ γὰρ ἅπαξ ὑπὲρ τὸ μέτρον ὅρος οὐθείς ἐστιν.

ἘΞΗΓΗΣΙΣ.

Ἐν τοῖς περὶ τὸ σῶμα, οἷον ἐσθῆσι, τροφαῖς, κτήμασι, χρήμασι, δύο ταῦτά ἐστιν, ἥτε κτῆσις αὐτῶν, καὶ ἡ χρῆσις. εἰπὼν οὖν πρότερον περὶ τῆς τούτων χρήσεως, ὅτι κατὰ τὴν ψυχικὴν τοῦ σώματος χρείαν τὴν χρῆσιν αὐτῶν δεῖ παραλαμβάνειν, πᾶν τὸ περιττὸν ἀφαιροῦντας τὸ πρὸς δόξαν ἢ τροφὴν ἀποτεινόμενον, νῦν περὶ τῆς κτήσεως αὐτῶν διδάσκει μέτρον, καὶ ταύτης λέγων εἶναι τὸ σῶμα. ἐπεὶ γὰρ τῆς μὲν κτήσεως μέτρον ἡ χρῆσις· διὰ

verimus, ut ii qui ambulant: tutius quamque rem ſuſcipiemus. Nam in ea animadverſione, etſi modicus aliquis lapſus contigerit: eum tamen facile corrigemus. Etſi enim paulum conniventes clavum calcaverimus, aut inconcinne pedem promoverimus: propter obſervationem & à clavo pedem facile avellimus non affixum, & greſſum pedis levi opera aliter dirigimus.

CAP. LXI.

Modus pecuniæ corpus eſt unicuique, ut calcei pes. Si igitur in eo inſtiteris, modum ſervabis: ſin præteriеris, iam veluti per præceps te ferri neceſſe erit. Vt & in calceo, ſi ultra pedem progreſſus fueris, fit auratus calceus, deinde purpureus, deinde interpunctus. Eius enim, quod ſemel tranſierit modum, nullus eſt terminus.

COMMENTARIUS.

IN rebus corporis, ut veſtibus, victu, poſſeſſionibus, pecuniis, duo hæc ſunt: eorum acquiſitio, & uſus. Prius igitur de uſu locutus, eatenus iis utendum eſſe, quatenus ad nudam corporis curationem faciant, omne ſupervacuum quod ad gloriam aut delicias pertineat, removendo: nunc de acquiſitione eorum docet, & huius quoque modum dicit eſſe corpus. Nam & acquiſitionis modus eſt uſus, (eo

γὰρ τὸ χρήσασθαι κτώμεθα. τῆς δὲ κτήσεως μέτρον τὸ σῶμα, καὶ ἡ τούτου χρεία. δῆλον οὖν, ὅτι καὶ τῆς κτήσεως μέτρον ἂν εἴη τὸ σῶμα, καὶ ἡ τούτου χρεία. διὸ εἰ μὲν εἰς ταύτην τις ἀπίδοι τὴν χρείαν, δέρμασιν ἀρκεσθήσεται λιτοῖς· τῷ μὲν ἐπικειμένῳ πρὸς θάλψιν καὶ φρουρὰν τοῦ ποδός· τῷ δὲ ὑποκειμένῳ πρὸς τὸ μὴ ἀμέσως ἐπιβαίνειν τοῖς βλάπτουσιν. ἐὰν δὲ ὑπερβῇ τις τὴν χρεῖαν τοῦ ποδὸς ἐπὶ καλλωπισμὸν καὶ τρυφήν, γίνεται κατάχρυσον ὑπόδημα, εἶτα, φησι, πορφυροῦν, εἶτα κεντητόν. ταύτῃ δὲ ἦν, ὡς ἔοικε, παρὰ Ῥωμαίοις καὶ περὶ τὰ πορφυρᾶ καὶ κεντητὰ περιεργία, ὥστε καὶ τῶν καταχρύσων αὐτὰ προτιμᾶσθαι. οὕτω δὲ καὶ ἐπὶ τῆς κτήσεως, καὶ τῶν τῷ σώματι χρειωδῶν· ἐάν τις τὸ μέτρον ὑπερβῇ τῆς χρείας κατὰ τὸν κατ' αὐτὴν ὅρον, εἰς τὸ ἀόριστον λοιπὸν φέρεται ἄλλα ἄλλοις προστιθείς, ἕως ἂν εἰς τὸ βαρύτατον ἐνεχθῇ τῆς τε τρυφῆς καὶ τῆς κενοδοξίας. διὰ γὰρ ταύτας ἡ ἐκτροπή, καὶ τῆς ἀκολουθούσης τῇ ἐκτροπῇ πολυδεοῦς ἐνδείας, καὶ τῆς ἐπ' αὐτὴν θλίψεως. ἂν γὰρ δέκα κτησώμεθα, εἴκοσι βουλόμεθα· κἂν εἴκοσι, τεσσαράκοντα· καὶ ἐφεξῆς· καὶ πέρας οὐδὲν τῆς εἰς τὸ ἀχανὲς τῆς ἀπληστίας ὠθήσεως. δῆλον δὲ ὅτι καθ' ἕκαστον τῶν πρὸς τὴν χρείαν τοῦ σώματος παραλαμβανομένων, ἡ τὸν ὅρον ἐκβαλοῦσα φύσις

enim acquirimus, ut utamur,) & ipſius uſus modus eſt corpus, eiuſque neceſſitas. Perſpicuum igitur, etiam acquiſitionis modum eſſe corpus, eiuſque neceſſitatem. Quare ſi quis ad eam neceſſitaté reſpexerit, pellibus ſimplicibus erit contentus: quarum ſuperiores foveant pedem & muniant, ſoleæ vero id præſtent ne pede nudo calcentur noxia. Sin quis id quod pes exigit exceſſerit, & ad ornatum delitias deflexerit, auratus fit calceus, inquit: deinde purpureus, poſt interpunctus. Tanta autem fuiſſe videtur apud Romanos in conficiendis calceis purpureis & interpunctis curioſitas, ut auratis etiam præferrentur. Eadem eſt & rei familiaris ratio ac rerum corpori neceſſariarum. Si quis enim menſuram neceſſitatis tranſierit, eiuſque terminum: iam ſine termino vagabitur, alia aliis adiiciendo, donec ad extremas delitias & vanitatem præceps feratur. Per hæc enim fit quoddam quaſi divortium à regula, & quę id ſequitur, inexplebilis egeſtas, & eius comes afflictatio. Nam ſi decem paravimus, volumus habere viginti: ſi hæc, quadraginta: & ſic deinceps: nec ullus finis eſt prolabendi in vaſtum illud atq; immenſum pelagus inſatiabilis cupiditatis. Conſtat enim, in ſingulis iis, quæ ad uſum corporis adhibentur, poſſeſſionem, quæ limites excedit,

εἰς

εἰς ἀσελγείαν ἐκπίπτει· ὥστε καὶ τοῦ σκοποῦ λοιπὸν ἐπιλανθάνεσθαι, καὶ τῆς χρείας, εἰς ἣν συντελεῖ, ὅτι ἡ τοῦ σώματός ἐστιν αὕτη. τοιγαροῦν, καὶ περιϊέμεθα τὸ σῶμα πολλάκις δι' ἀπλῆς τῆς τούτων κτήσεως. Μήποτε δὲ τὸ τοῦ ὑποδήματος παράδειγμα, ἐὰν μὴ κατὰ τὸ μέγεθος τοῦ ποδὸς ληφθῇ, καὶ κατὰ τὸν καλλωπισμὸν ὑπερβαῖνον τὸ μέτρον, προσκόπτοντας ἡμᾶς ἐπ' αὐτῷ πολλάκις, καὶ πίπτοντας, κατακρημνίσῃ ποτε; Χρὴ δὲ ἀπὸ τῶν περὶ τῆς χρήσεως εἰρημένων, καὶ τὰ περὶ τῆς κτήσεως διαιρεῖν. Εἴη δ' ἂν καὶ ταῦτα τὰ κεφάλαια, τὸ προσῆκον μέτρον ἐν τῇ κτήσει καὶ χρήσει τῶν ἐκτὸς διδάσκοντα φυλάττειν, πρὸς δικαιοσύνην ἡμᾶς ἀπευθύνοντα.

ΚΕΦ. ξβʹ.

Αἱ γυναῖκες εὐθὺς ἀπὸ τεσσαρεσκαίδεκα ἐτῶν, ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν κύριαι καλοῦνται. τοιγαροῦν ὁρῶσαι ὅτι ἄλλο μὲν οὐδὲν αὐταῖς πρόσεστι, μόνον δὲ συγκοιμῶνται τοῖς ἀνδράσιν, ἄρχονται καλλωπίζεσθαι, καὶ ἐν τούτῳ πάσας ἔχειν τὰς ἐλπίδας. προσέχειν οὖν ἄξιον ἵνα αἴσθωνται διότι ἐπ' οὐδενὶ ἄλλῳ τιμῶνται, ἢ τῷ κόσμιαι φαίνεσθαι, καὶ αἰδήμονες ἐν σωφροσύνῃ.

recidere in infinitum, ut iam & ſcopi & uſus obliviſcatur ad quem pertinet, qui corporis eſt curatio. Quare ſæpe ipſum corpus amittimus, dum iſta ſine modo cumulamus. Quid vero ſi calcei exemplum eo adhibuit, quod is, niſi magnitudini pedis reſponderit, quamvis ornatu modum non exceſſerit, ſæpe nos allidet, proſternet, denique in præcipitium aget? Ex iis porro quæ de uſu dicta ſunt, ea quoque diſtinguenda ſunt quæ ad acquiſitionem pertinent. Docent autem & hæc capita convenientem modum in acquirendis & utendis rebus externis, noſque ad iuſtitiam deducunt.

CAP. LXII.

Mulieres ſtatim ab anno decimo quarto à viris dominæ vocantur. Proinde cum vident, ſe nihil aliud habere muneris, niſi ut cum viris concumbant: comere ſe incipiunt, atque in ornatu ſpem collocant omnem. Quare operæ pretium eſt, dare operam ut ſentiant, ſibi non ob aliud honorem haberi, niſi quod & modeſtas ſe præbeant, & verecundas ac temperantes.

ἘΞΗΓΗΣΙΣ.

Ἐνδοὺς καὶ γαμεῖν τοῖς τὸν κατὰ φύσιν αἱρουμένοις βίον, καὶ τὴν καθήκουσαν αὐτοῖς περὶ γυναικὸς ἐπιμέλειαν διὰ βραχέων ἐνδείκνυται, παραβάλλων αὐτῇ τὴν τῶν πολλῶν ἀνθρώπων χρῆσιν, καὶ ἀπὸ τῶν ἐκείνῃ ἑπομένων κακῶν ταύτην ῥυθμίζων. οἱ μὲν γὰρ πολλοί, φησιν, ἄνθρωποι τὰς γυναῖκας εὐθὺς, ἐκ νέας ἡλικίας, κολακεύουσι, καὶ τιμῶσι, κυρίας καλοῦντες, οὐδενὸς ἄλλου ἕνεκεν ἢ τοῦ συγκοιμᾶσθαι. διὸ εἰκότως ἐκεῖναι περὶ τοῦτο παρασκευαζόμεναι, καλλωπίζονται, καὶ ἐν τούτῳ πάσας ἔχουσι τὰς ἐλπίδας· καὶ οὐκ ἔστιν αὐτὰς αἰτιᾶσθαι τοσοῦτον, ὅσον τοὺς ἄνδρας, τοὺς διὰ τοῦτο τιμῶντας. διὸ χρὴ συναίσθησιν αὐταῖς εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς παρέχειν, ὅτι οὐδενὸς ἄλλου ἕνεκα παρ' ἡμῶν τιμηθεῖεν ἄν, εἰ μὴ τοῦ τά τε ἤθη κεκοσμῆσθαι, καὶ δι' αἰδοῦς ὑποκατακεκλίσθαι τῷ ἀνδρί. ταῦτα γὰρ ἔχουσα, καὶ πρὸς οἰκονομίαν λοιπὸν, καὶ παιδοτροφίαν, καὶ τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἐπιμέλειαν, καὶ τὸν λιτὸν βίον ῥᾳδίως συνεθισθήσεται· ἅπερ ταῖς καλαῖς ἐσομέναις γυναιξὶ προσήκει.

COMMENTARIUS.

ETiam matrimonio iis qui vitam naturæ conſentaneam ſequuntur conceſſo, qua ratione his curandæ ſint uxores, paucis oſtendit: cum eaque id confert, quod vulgus hominū facere ſolet, eorumque delicta corrigit, & ad normam hanc revocat. Plerique mortales, inquit, uxoribus à prima ætate adulantur, & honorem habent, eas que dominas vocant, ſolius concubitus cauſa. Quare non immerito illæ ad hoc ſeſe parantes, comuntur, & in ornatu ſpem ſuam omnem collocant. Nec tam illæ reprehendendæ ſunt quam mariti, qui eas propterea colunt. Quare ab initio ſtatim ſic informandæ conſuefaciendæque ſunt, ut intelligant, ſe non alia ulla de cauſa à nobis honoratum iri, niſi quod ſint ornatis modeſtiſque moribus, & marito verecunde pareant & obſequundent. Quibus dotibus ſi quæ mulier prædita fuerit, iam & ad tuendam rem familiarem, & ad educationem liberum, & ad mariti curationem, & ad vitæ frugalitatem facile aſſuefiet: quæ officia honeſtas matronas decent.

ΚΕΦ.

ΚΕΦ. ξγʹ.

Ἀφυΐας σημεῖον, τὸ ἐνδιατρίβειν τοῖς περὶ τὸ σῶμα, οἷον, ἐπὶ πολὺ γυμνάζεσθαι, ἐπὶ πολὺ ἐσθίειν, ἐπὶ πολὺ πίνειν, ἐπὶ πολὺ ἀποπατεῖν, ὀχεύειν· ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐν παρέργῳ ποιητέον· περὶ δὲ τὴν γνώμην, ἡ πᾶσα ἔστω ἐπιστροφή.

ΕʼΞΗΓΗΣΙΣ.

Ὥσπερ οἱ εὐφυεῖς μὲν τὰ τῆς φύσεως τῆς οἰκείας ἄκρα καὶ τέλεια καὶ ἀκριβῆ σπουδάζουσι, καὶ τούτοις ἐνδιατρίβουσιν, οὕτως οἱ ἀφυεῖς περὶ τὰ ἀτελῆ καὶ ἔσχατα, καὶ ὁλοσχερῆ, καὶ τοῖς πολλοῖς βάσιμα, ἐνδιατρίβουσιν. Ἀνθρώπῳ οὖν κατὰ ψυχὴν λογικὴν οὐσιωμένῳ, χρωμένῳ τῷ σώματι ὡς ὀργάνῳ, τὸ ἀποστῆναι μὲν τῶν κατὰ φύσιν τῆς ψυχῆς ἐνεργειῶν, ἐνδιατρίβειν δὲ τῷ σώματι, σημεῖον ἀφυΐας ἐστὶν, ὥσπερ αἴτιον τούτου ἡ ἀφυΐα. τίς γὰρ τεχνίτης λόγου ἄξιος περὶ τὴν τῶν ὀργάνων θεραπείαν δαπανᾷ τὸν καιρὸν, τῆς τέχνης τῆς χρωμένης αὐτοῖς ἀμελῶν; Οὐ μόνον δὲ ἀφυΐας ἐστὶ σημεῖον τὸ ἐνδιατρίβειν τοῖς περὶ τὸ σῶμα, ἀλλὰ καὶ συμπαθείας περιττῆς. οἷς γὰρ χαίρομεν καὶ οἷς συμπάσχομεν, τούτοις ἐνδιατρίβομεν. Χρὴ οὖν, φησι, τὴν μὲν περὶ τὸ σῶμα ἀσχολίαν, πάρεργον ἡγεῖσθαι· τὴν δὲ προηγουμένην σπουδὴν περὶ τὸ χρώμενον τῷ σώματι ποιεῖσθαι· αὕτη γὰρ δικαία τῶν περὶ αὐτὴν καθηκόντων ἡμῖν διανομή.

CAP. LXIII.

Tardi ingenii ſignum eſt, in rebus corporis immorari: velut, exerceri diu, edere diu, potare diu, cacare diu, coire diu. Nam hæc quidem facienda ſunt obiter: cura autem omnis ad animum eſt transferenda.

COMMENTARIUS.

Quemadmodum ingenioſi homines in ſummis, perfectis & exquiſitis naturæ ſuæ rebus elaborant & immorantur: ita ſtupidi & hebetes in imperfectis, extremis, generalibus, & vulgo tritis verſantur. Itaque, ſi homo, cuius ab animo rationis compote natura pendet, qui corpore ut inſtrumento utitur, omiſſis naturalibus animi actionibus corpori immoretur: hebetis id ingenii ſignum eſt, ut & huius rei cauſa eſt obtuſior acies animi. Quis enim artifex alicuius pretii, in curandis inſtrumentis terit tempus, arte, quæ his uſura eſt, neglecta? Neque vero obtuſi tantum ingenii ſignum eſt, occupari circa corpus: ſed immodici etiam eius amoris. Quibus enim gaudemus atque afficimur, iis immoramur. Eſt igitur, inquit, occupatio corporis, acceſſio quædam iudicanda: præcipua vero cura ei impendenda, quod corpore utitur. Hæc enim iuſta eſt noſtri adverſus illud officii diſtributio.

ΚΕΦ. ξδ'.

ΟΤαν τὶς σὲ κακῶς τι ποιῇ, ἢ κακῶς λέγῃ, μέμνησο, ὅτι καθήκειν αὐτῷ οἰόμενος, ποιεῖ ἢ λέγει. οὐχ οἷόν τε οὖν, ἀκολουθεῖν αὐτὸν τῷ σοὶ φαινομένῳ, ἀλλὰ τῷ ἑαυτῷ. ὥστε εἰ κακῶς αὐτῷ φαίνεται, ἐκεῖνος βλάπτεται, ὥσπερ καὶ ἐξηπάτηται. καὶ γὰρ τὸ ἀληθὼς συμπεπλεγμένον, ἄν τις ὑπολάβῃ ψεῦδος, οὐ τὸ συμπεπλεγμένον βλάπτεται, ἀλλ᾽ ὁ ἐξαπατηθείς. Ἀπὸ τούτων οὖν ὁρμώμενος, πράως ἕξεις πρὸς τὸν λοιδοροῦντα. ἐπιφθέγγου γὰρ ἐφ᾽ ἑκάστῳ, Ὅτι ἔδοξεν αὐτῷ.

CAP. LXIV.

CVm tibi quiſpiam vel malefecerit, vel maledixerit: memento, eum opinatum eſſe, id ex officio ſibi fuiſſe faciendum & dicendum. Neque vero fieri poteſt, ut id ſequatur ille quod tibi videtur, ſed id quod ſibi. Qui ſi male iudicat, damnũ ipſe facit, ut qui decipitur. Nam verum connexum ſi quis mendacium iudicet: non ipſum connexum lædetur, ſed ille qui deceptus fuerit. Sic igitur inſtructus, æquo feres animo conviciatorem. Nam ad ſingula dices, Ita viſum eſſe illi.

ΕΞΗΓΗΣΙΣ.

ΚΑὶ τοῦτο τὸ παράγγελμα εἰς ἀνεξικακίαν προσκαλεῖται καὶ πρᾳότητα, διχόθεν ἐπιχειρῶν, καθ᾽ ἕνα μὲν τρόπον, ὅτι ἕκαστος τῇ ἑαυτοῦ φαντασίᾳ καὶ τῷ φαινομένῳ αὐτῷ καλῶς ἔχειν ἀκολουθεῖ, εἰ μὲν καὶ αὐτῷ ὁμοίως φαίνοιτο. Οὐ χρὴ οὖν ἀγανακτεῖν, εἰ τῷ φαινομένῳ αὐτῷ καλῶς ἔχειν ἀκολουθεῖ. καὶ γὰρ καὶ σὺ τούτῳ ἀκολουθεῖς, καὶ πάντες ἄνθρωποι. τίς οὖν ἂν πρὸς τὴν κοινὴν φύσιν ἀγανακτοίη, νοῦν ἔχων; εἰ δ᾽, ὅτι τὸ μὴ καλῶς μηδὲ δικαίως ἔχον, καλῶς ἔχειν ἔδοξεν αὐτῷ, διὰ τοῦτο ἀγανακτεῖς, καὶ αὕτη ἄτοπος ἡ ἀγανάκτησις. ἐκεῖνος γάρ ἐστιν ὁ βεβλαμμένος, καὶ οὐχὶ σύ. ὁ γὰρ τὸ μὴ καλῶς ἔχον, καλῶς ἔχειν ὑπολαμβάνων, ἠπάτηται. ὁ δὲ ἠπατημένος, βλάπτεται. ὁ γοῦν κακῶς σέ τι ποιῶν ἢ κακῶς λέγων, αὐτός ἐστιν ὁ βεβλαμμένος· κἂν οὐδὲ σύ, οὐδὲ τῶν μέγα δυναμένων τις αὐτὸν ἰσχύσειεν βλά-

COMMENTARIUS.

ET hoc præceptũ ad patientiam & manſuetudinẽ adhortatur, duplici argumento ſententiã eamdem, quemvis ſuam opinionẽ & iudicium ſequi, aſtruens. Non igitur ægre ferendum, id eum ſequi, quod ipſi rectum videatur. Nam & tu & omnes homines idem faciunt. Quis ergo ſanus naturæ communi ſuccenſeat? Si vero, quia id, quod neque honeſtum neque rectum eſt, recte ſe habere putavit, eo ſuccenſes: ea quoque indignatio abſurda eſt; nam ille, non tu, damnum facit. Qui enim honeſtum putat quod eſt inhoneſtum, deceptus eſt. Deceptus vero damnum facit. Qui ergo tibi male dicit aut facit, ipſe eſt cui nocetur, quamvis neque tu neque potentiſſimus quiſquam ei nocere

βλάψαι· εἴπερ τὰ μὲν ἔξωθεν ἐπιβλαβῆ δοκοῦντα, εἰς σῶμα γίνεται, καὶ τὰ ἐκτός· ὥστε μηδὲ αὐτοῦ κυρίως εἶναι βλάβην. ἡ δὲ ἀπάτη τῆς ψυχῆς βλάβη ἐστὶ, καθ' ἣν αὐτὸς ὑφέστηκεν. ὅτι δὲ αὐτός ἐστιν ὁ βεβλαμμένος ὁ ἀπατηθεὶς, καὶ οὐκ ἐκεῖνος περὶ ὃν ἠπατήθη, ἔδειξεν ἐναργῶς ἐκ τοῦ κατὰ τὸ συμπεπλεγμένον. οἷον, εἰ τὸ, Εἰ ἡμέρα ἐστιν, ἥλιος ὑπὲρ γῆν ἐστιν, ψευδές τις ὑπολάβοι, οὐ τὸ συμπεπλεγμένον βέβλαπται· αὐτὸ γὰρ ἔχει τὴν ἑαυτοῦ ἀλήθειαν· ἀλλ' ὁ ἀπατηθεὶς περὶ αὐτοῦ. οὕτω καὶ ὁ παρὰ τὸ καλῶς ἔχον λοιδορῶν σε ἢ κακοποιῶν, αὐτός ἐστιν ὁ βεβλαμμένος· σὺ δὲ οὐδὲ βέβλαψαι, οὐδὲ πέπονθάς τι κακόν· μάλιστα ἐὰν ἐν τοῖς ἐφ' ἡμῖν ᾖ ἡ οὐσία τοῦ ἀγαθοῦ καὶ τοῦ κακοῦ. Ἐνοῶν οὖν, καὶ ὅτι ἀνάγκη ἕκαστον τῷ φαινομένῳ αὐτῷ ἀκολουθεῖν, καὶ ὅτι ἐκεῖνός ἐστιν ὁ βεβλαμμένος, καὶ οὐχὶ σὺ, πρᾴως ἕξεις πρὸς τὸν λοιδοροῦντα καὶ μεγαλοφρόνως· ἐὰν καὶ συνεθίσῃς ἐφ' ἑκάστῳ τῶν τοιούτων ἐπιφθέγγεσθαι, Ὅτι ἔδοξεν αὐτῷ· ἀνάγκη δὲ, τῷ δοκοῦντι ἀκολουθεῖν.

poſſet. Externa enim incommoda quæ habentur, corpori aut rebus externis incommodant. quare nec ipſi proprie incommodant. Opinionis autem error, animi deceptio, in quo natura eius ſita eſt, quæ ei noceat. Ei vero damnum eſſe datum qui deceptus ſit, & non ei de quo ſit deceptus: euidenter exemplo connexi demonſtrat. veluti: Si dies eſt, ſol ſupra terram verſatur. hoc ſi quis falſum putet, non ipſum connexum damnum facit, cui ſua conſtat veritas: ſed is qui falſum de eo ſentit. Sic etiam qui ſecus ac decet, tibi conuiciatur aut malefacit, ipſe eſt cui noceatur. Tibi vero ne nocitum quidem eſt, neque mali quicquam datum, præſertim ſi in rebus quarum poteſtas in nobis ſita eſt, vis & natura boni atque mali collocata eſt. Quare cogitans neceſſe eſſe, quenque id ſequi quod ipſi videatur, & ipſum eſſe qui faciat damnum, non te: lenem te & magnanimum præbebis adverſus conuiciatorem, ſi te aſſuefeceris, ut in quodlibet horum adiicias, Ita ei viſum eſſe: ac id eum neceſſario ſequi, quod ipſi videatur.

ΚΕΦ. ξε'.

Πᾶν πρᾶγμα δύο ἔχει λαβάς· τὴν μὲν, φορητὴν, τὴν δὲ, ἀφόρητον. Ὁ οὖν ἀδελφὸς ἐὰν ἀδικῇ, ἐντεῦθεν αὐτὴν μὴ λάμβανῃς ὅτι

CAP. LXV.

Vnaquaque res duas habet anſas: unam tolerabilem, alteram intolerabilem. Si frater iniuriam fecerit, non ea prehende, qua facit iniu-

ἀδικεῖ· αὕτη γὰρ ἡ λαβή ἐστιν αὐτοῦ οὐ φορητή· ἀλλ' ἐκεῖθεν μᾶλλον, ὅτι ἀδελφὸς, ὅτι σύντροφος· καὶ λήψῃ αὐτὸ, καθ' ὃ φορητόν ἐστιν.

injuriam: ea enim eius anſa non eſt tolerabilis. Sed illa potius, eſſe fratrem, eſſe una educatum. Sic prehendes eum, qua eſt tolerabilis.

ἘΞΗΓΗΣΙΣ.

Πάντα τὰ ἐν γενέσει πράγματα ἐξ ἐναντίων συγκείμενα, κατά τι μὲν συμφωνεῖ καὶ συναρμόττει πρὸς ἄλληλα, καὶ φορητά ἐστιν ἀλλήλοις· κατά τι δὲ ἀσυμφωνεῖ καὶ ἀφόρητά ἐστιν. οἷον, τὸ πῦρ ξηρὸν καὶ θερμὸν ὑπάρχον, κατὰ μὲν τὸ θερμὸν συμφωνεῖ τῷ ἀέρι, καὶ φορητόν ἐστιν αὐτῷ· κατὰ δὲ τὸ ξηρὸν, ἀντίκειται καὶ μάχεται. Οὕτω καὶ ἀδελφὸς ἐὰν ἀδικῇ, καὶ οὗτος δύο ἔχει λαβὰς, τὴν μὲν φορητὴν τὴν τοῦ ἀδελφοῦ, τὴν δὲ ἀφόρητον, τὴν τοῦ ἀδικεῖν. Δῆλον δὲ, ὅτι πρὸς μὲν τὰ φορητὰ, εὐκόλως διακείμεθα, καὶ πράως, καὶ εὐαρέστως· πρὸς δὲ τὰ ἀφόρητα δυσχεραίνομεν, καὶ τραχυνόμεθα, καὶ δυσαρεστοῦμεν. Εἰ τοίνυν εὐθυμεῖν δεῖ, καὶ εὐαρεστεῖν, καὶ πράως ἔχειν πρὸς ἅπαντα, ἐπειδὴ πάντα τὰς δύο λαβὰς ἔχει, τήν τε φορητὴν καὶ τὴν ἀφόρητον, ἀπὸ τῆς φορητῆς αὐτῶν δράττεσθαι χρή. πάντα γὰρ ὄντως ἐστὶ τοιαῦτα, πλοῦτος, πενία, ὑγεία, νόσος, γάμος, ἀγαμία, τέκνα, καὶ πάντα τὰ ἄλλα ἐν τῷ βίῳ. καὶ γὰρ πλούτου, φορητὸν μὲν εὐπορία, ἀφόρητον δὲ ἀσχολία

COMMENTARIUS.

OMnes res quæ ſub ortum cadunt, quia conſtant è contrariis, aliqua ex parte inter ſeſe conſentiunt & conveniunt, ac tolerabiles ſunt; aliqua ex parte diſſentiunt, & ſunt intolerabiles. Velut, ignis, qui eſt ſiccus & calidus, ratione caloris cum aëre conſentit, eſtque ei tolerabilis: quatenus vero ſiccus, eidem opponitur & repugnat. Sic etiam frater, ſi læſerit iniuria. Et hic duas habet anſas: alteram tolerabilem, qua eſt frater: alteram intolerabilem, qua eſt iniurius. Notum autem eſt, nos ea quæ tolerabilia ſunt, leniter, facile, placideque ferre: intolerabilia vero averſari, graviterque & iniquis animis pati. Quamobrem ſi ſemper bono & manſueto eſſe animo, ſi acquieſcere volumus, (quando res omnes duas illas habent anſas, tolerabilem unam, alteram intolerabilem,) ea prehendemus eas, qua ſunt tolerabiles. Nam omnia plane ſunt talia, divitiæ, paupertas, ſanitas, morbus, coniugium, vita cælebs, liberi, orbitas: cætera denique univerſa quæ in vita verſantur. Nam divitiarum tolerabilis eſt abundantia, intolerabilis vero occupatio

&

καὶ περιολκή. καὶ πενίας, φορητὸν μὲν ἡ ἡσυχία καὶ ἀπραγμοσύνη, ἀφόρητον δὲ ἡ ἀπορία. καὶ ὑγείας φορητὸν μὲν ἡ ῥαστώνη καὶ εὐχρηστία, ἀφόρητον δὲ ἡ αὐθάδεια. τῆς δὲ νόσου, φορητὴν μὲν ἡ μετριότης τῶν ψυχικῶν παθῶν; ἀφόρητον δὲ ἡ ταλαιπωρία καὶ ἐμπάθεια. καὶ γάμου φορητὸν μὲν ἡ παιδοποιΐα καὶ θεραπεία, ἀφόρητον δὲ τό, τε πολυδεὲς καὶ ἡ ἄλογος συμπάθεια. καὶ ἡ ἀτεκνία δὲ τὸ εὔλυπον ἔχει, καὶ τοῖς καλλίοσι σχολαστικὸν, καὶ τὸ μὴ φροντίζειν, καὶ τῆς μετὰ θάνατον εὐπορίας, καὶ τὸ μέγιστον, ὡς οἶμαι, τὸ μὴ ἀναγκάζεσθαι καὶ κακοῖς οὖσιν ἐνίοτε τοῖς τέκνοις συμπάσχειν· συμβαίνει γὰρ τῇ κακίᾳ συμπάσχειν. Καὶ ὕβρεις δὲ καὶ λοιδορία φορητὰ ἔχουσιν, ἔστι μὲν ὅτε, καὶ τὸ γινώσκειν ἃ πρότερον ἠγνοοῦμεν τῶν ἡμετέρων, ἀεὶ δὲ τὸ προκαλεῖσθαι τὸ ἐν ἡμῖν ἀνεξίκακον. καὶ ἡ πάντων φευκτοτάτη ἡμῖν ἡ τοῦ σώματος κόλασις, φορητὴν ἔχει τὴν γυμνασίαν τῆς ψυχῆς, καὶ τὴν κάθαρσιν. Πάντα δὲ τὰ τοιαῦτα μέγα ἀγαθὸν ἔχει, τὸ ἀνδρικῶς ὑπομεῖναι. ἐκ γὰρ τοῦ μὴ περιπεσεῖν, τὸ περιπεσόντα καλῶς διαγωνίσασθαι, ὠφελιμώτερόν ἐστι τῷ ἀνθρώπῳ· εἴπερ τὸ μὲν μὴ περιπεσεῖν τοῦ σώματος, καὶ τῶν ἐκτός ἐστιν ἀγαθὸν, τὸ δὲ καλῶς διαγωνίσασθαι, τῆς ψυχῆς. Ἀλλὰ καὶ οἱ ἐχθροὶ δύο λαβὰς ἔχουσι· καὶ ἔστιν ἀπ᾽ ἐκείνων ὠφεληθῆναι,

& ſolicitudo. Paupertatis tolerabilis eſt tranquillitas & otium, ſed intolerabilis egeſtas. Sanitatis tolerabilis eſt vacuitas doloris & expeditus membrorum uſus: intolerabilis contumacia & confidentia. Morbi tolerabilis eſt moderatio animorum, ſed intolerabilis ærumna. In coniugio tolerabilis eſt procreatio liberum, & obſervantia: intolerabilia vero multarum rerum indigentia, & rationis expers dilectio. Orbitas expedita eſt, vacare ſinit rebus pulcrioribus, nec de copiis poſt obitum relinquendis curare cogit: & quod meo iudicio maximum eſt, non neceſſe habet liberos interdum malos amare. Tum enim fit, ut improbitas ametur. Iam contumelia & convicium tolerabilia iſta habent, interdum quidem, quod ea de rebus noſtris cognoſcimus quæ prius ignorabamus: ſemper vero, quod noſtra patientia provocatur. Et quam maxime fugimus, afflictio corporis, tolerabilem habet animi exercitationem & purgationem. In quibus omnibus magnum ineſt bonum, ut fortiter tolerentur. Nam in ea incidiſſe, animique conſtantiam retinuiſſe, præclarius eſt quam non incidiſſe. Nam in ea non incidere, corporis & rerum externarum: ſed ea pulcre tuliſſe, animi bonum eſt. Quin & inimici duas habent anſas, & fructum ex eis capere

πικρότερον ἡμῶν ἐξεταζόντων τὰ πάθη, καὶ ἀσφαλεστέρους γίνεσθαι ποιούντων. καὶ ὅγε Χαιρωνεὺς Πλούταρχος βιβλίον ὅλον τῆς ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν ὠφελείας συνέγραψεν.

ΚΕΦ. ξϛ΄.

ΟΥ̓͂ΤΟΙ οἱ λόγοι ἀσύνακτοι· Ἐγώ σου πλουσιώτερος, ἐγώ σου ἄρα κρείσσων· ἐγώ σου λογιώτερος, ἐγώ σου ἄρα κρείσσων. ἐκεῖνοι δὲ, μᾶλλον συνακτικοί· Ἐγώ σου πλουσιώτερός εἰμι, ἡ ἐμὴ ἄρα κτῆσις, τῆς σῆς κρείσσων· ἐγώ σου λογιώτερος, ἡ ἐμὴ ἄρα λέξις, τῆς σῆς κρείσσων. σὺ δέ γε, οὔτε κτῆσις εἶ, οὔτε λέξις.

ἘΞΗΓΗΣΙΣ.

ΟἹ περὶ λόγους ἐσπουδακότες, ὡς ἐπίπαν καὶ εἰς τὴν περὶ λέξιν καὶ σύνταξιν σπουδὴν ἐκφέρουσιν· ὅπερ μὴ προσήκει τῷ φιλοσοφοῦντι· εἰ μὴ ἄρα ἐπιμελῶς ἀχθεὶς ἐκ παιδὸς διὰ τῶν ἐγκυκλίων λόγων, αὐτοφυῆ, καὶ οὐκ ἐπιτηδευομένην ἔχει τὴν τοιαύτην εὐφράδειαν. κἂν τοῦτο δὲ τύχῃ, οὐ βούλεται ἐπ᾽ αὐτῷ μέγα φρονεῖν τὸν φιλοσοφοῦντα, ὡς μὴ τοῦτο ἔχοντα τέλος, μηδὲ κατὰ τοῦτο οὐσιωμένον. λέξις μὲν γὰρ ὅταν ᾖ καλὴ, ἔχει τὸ οἰκεῖον ἀγαθὸν, καὶ ὁ τὴν καλλιλεξίαν τέλος πεποιημένος, ποιητής ἐστιν ἢ συγγραφεύς· ὁ δὲ κατὰ ζωὴν λογικὴν οὐσιωμένος, καὶ τέλος ἔχων τὸ κατὰ φύσιν αὐτῆς, οὐκ ἂν, εὐφραδέστερος ὤν τινος,

licet, in affectus & perturbationes noſtras acrius inquirentibus, atque efficientibus ut ſimus cautiores. Qua de re Plutarchus Chæroneus integrum volumen ſcripſit.

CAP. LXVI.

Rationes hæ non cohærent: Ego ſum te locupletior, ergo ſum te melior: Ego ſum te eloquentior, ergo ſum te melior. At illæ magis cohærent: Ego ſum te ditior, mea ergo pecunia tuæ præſtat. Ego ſum te eloquentior, mea ergo dictio tua præſtat. Tu vero nec pecunia es, nec dictio.

COMMENTARIUS.

HOmines ſtudioſi plerique faciendæ & poliendæ orationi, libriſq; conſcribendis ſtudēt, quod philoſopho indignū eſt: niſi forte aliquis à puero in liberalibus artibus accurate inſtitutus, eā dicendi facultatem, quaſi naturalem, & non ſtudio quæſitā ſibi compararit. Quod ut contingat, id hominem philoſophum laudi ſibi ducere non vult: ut qui hunc finem ſibi propoſitum non habeat, nec inde pendeat. Nam dictio quidem elegans ſi fuerit, ſuum habet bonum: & is cui propoſita eſt dictionis elegantia, poëta eſt, aut hiſtoricus. Is vero cuius virtus ſita eſt in vita rationi conſentanea, quique finem illi convenientem propoſitum habet: quamvis alio diſertior, eo ſe tamen

κρείτ-

κρείττονα ἑαυτὸν λέγοι δικαίως ἐκείνου; οὐ γάρ ἐστιν αὐτὸς ἡ λέξις, οὐδὲ τέλος τίθεται τὴν λέξιν, ὥστε κατ' ἐκείνην εἰδοποιεῖσθαι, ὡς πᾶς τεχνίτης κατὰ τὴν τέχνην· ἀλλὰ δίκαιον, εἰπεῖν, Ἡ ἐμὴ λέξις, τῆς σῆς καλλίων· καὶ, εἰ ἔστι τὸ μὲν προηγούμενον, πρὸς τὸν φιλοσοφοῦντα, τὸ τὴν περὶ λέξιν αὐτοῦ πτοίαν ἀναστεῖλαι, παραδείγματι δὲ τῶν πλουσιωτέρων χρῆται, καὶ μετριάζει ἅμα ἐπίπληξιν.

eſſe meliorem, nullo iure dicet. Neque enim ipſe dictio eſt, neque finis eius eſt dictio, ut ex ea formam ſuam conſequatur, ſicut ex arte ſua quivis artifex. Sed dicendum: Mea dictio eſt elegantior quam tua. Etſi autem id præcipue ſpectat, ut hominem ſtudioſum ab admiratione dictionis & ſtyli revocet: tamen increpationis moderandæ cauſa, locupletioris utitur exemplo.

ΚΕΦ. ξζ'.

Λούεταί τις ταχέως; μὴ εἴπῃς, ὅτι κακῶς, ἀλλ' ὅτι ταχέως. πίνει τις πολὺν οἶνον, μὴ εἴπῃς ὅτι κακῶς, ἀλλ' ὅτι πολύν. πρὶν γὰρ διαγνῶναι τὸ δόγμα, πόθεν οἶσθα, εἰ κακῶς; οὕτως οὐ συμβήσεταί σοι, ἄλλας μὲν φαντασίας καταληπτικὰς καταλαμβάνειν, ἄλλαις δὲ συγκατατίθεσθαι.

CAP. LXVII.

Lavat quiſpiam cito? ne dicas laviſſe male, ſed cito. Bibit quiſpiam multum vini? ne dicas bibiſſe male, ſed multum. Priuſquam enim id decretum diiudicaris: unde ſcis, an male? Sic uſu tibi veniet, ut alia viſa certo comprehenſa teneas, aliis aſſentiaris.

ΕΞΗΓΗΣΙΣ.

Τὴν περὶ τῶν πραγμάτων κρίσιν ἀκριβεστέραν ἡμᾶς ἔχειν βούλεται, ὥστε μήτε ψέγειν ἡμᾶς τινα μήτε ἐπαινεῖν ἐφ' οἷς ποιεῖ, εἰ μὴ τὸν σκοπὸν μάθοιμεν, εἰς ὃν ἀποβλέπων, ποιεῖ. οὗτος γάρ ἐστιν ὁ εἰδοποιῶν τὸ γινόμενον. διὸ καὶ τύπτων τις ὠφελεῖ, καὶ τρέφων βλάπτει, καὶ κλέπτων ἐνίοτε δικαιοποιεῖ, καὶ παρέχων ἀδικεῖ. χρὴ οὖν φησι τὰ μὲν γινόμενα αὐτὰ καθ' ἑαυτὰ κρίνειν, καὶ εἰ λούεταί τις ταχέως, ὅτι ταχέως λούεται, λέγειν· μὴ μέντοι

COMMENTARIUS.

IUdicio nos de rebus ſolidiore eſſe vult, ut neque vituperemus, neque laudemus facta cuiuſquam niſi ſcopo eius cognito, ad quem illa referuntur. Ex eo enim iudicium eſt ferendum, quod & qui verberat prodeſt, & qui alit nocet: & qui furatur, interdum recte facit: & qui præbet, iniuſte. Sunt igitur, inquit, facta ipſa per ſe iudicanda, & ſi quis cito lavat, dicendum, cito eum lavare: nec tamen adiicienda

ποιότητα προστιθέναι, ἢ ὅτι καλῶς ἢ ὅτι κακῶς, ἕως ἂν τὸν σκοπὸν μάθωμεν. τί γὰρ, εἰ καμὼν, καὶ ἀγρυπνήσας νύκτωρ, καὶ δεόμενος τῆς ἐκ λουτροῦ θεραπείας; ἀλλ᾽ ὁ σκοπὸς ἐπιφέρει τὴν ποιότητα τοῦ καλῶς ἢ μὴ καλῶς. καὶ τοῦτον δεῖ περιμένειν πρὸς τὸ ταχέως λούεσθαι, τὸ κακῶς ἢ καλῶς προσφέρειν. καὶ γὰρ πολὺν οἶνον πίνειν ἐστὶ, καὶ διὰ κρᾶσιν τοῦ σώματος, καὶ διὰ κατάστασιν ἀέρος, ὥσπερ πρὸ κυνὸς, καὶ ὑπὸ καῦμα, καὶ διὰ λοιμῶδες χωρίον. Εἰ δὲ οὕτως ποιοῦμεν, ὥστε τὰς μὲν πράξεις αὐτὰς, ὡς ἔχουσι, κρίνειν, καὶ λέγειν, ὅτι ταχὺ, ὅτι πολὺ, τὴν δὲ ποιότητα μὴ προσφέρομεν, ἕως ἂν τὸν σκοπὸν μάθωμεν, συμβαίνει ἄλλων μὲν αἰσθάνεσθαι, (τοῦτο γάρ ἐστι τὸ φαντασίας καταληπτικὰς καταλαμβάνειν,) τουτέστιν, ἐπ᾽ ἄλλων μὲν καταλαμβάνειν τὸ φαινόμενον, ὡς τὸ ταχὺ, καὶ τὸ πολὺ, ἐπ᾽ ἄλλοις δὲ συγκατατίθεσθαι, τουτέστι, τὴν κρίσιν ἐπάγειν, τὸ φανὲν ἢ κακῶς ἢ καλῶς λέγοντας. ἄτοπον δὲ τοῦτο, τὸ ἄλλό τι θεασάμενον, ἄλλό τι περὶ αὐτοῦ λέγειν. καὶ βούλεται μὲν, οἶμαι, μήτε ἐπαινεῖν ὡς ἔτυχε, μήτε ψέγειν, μᾶλλον δὲ παραιτεῖσθαι τὸ ψέγειν ἀδίκως. διὸ ἐπὶ τούτου ποιεῖται τὸν λόγον. καὶ τοῦτο ἂν εἴη πρὸς δικαιοσύνην συντεῖνον.

qualitas, quaſi recte aut ſecus faciat, donec eius conſilium cognoverimus. Quid enim, ſi ob morbum, aut lucubrationes, curatione lavationis eguit? Coſilium autem & finis in cauſa eſt, ut recte ſecusve ſit factum. Et hic exſpectandus eſt, priuſquam celeris lavatio, bona malave dicatur. Nam & multum vini bibere licet, ob corporis temperiem, & qualitatem aëris, ut ante caniculam, & ſub caniculam: & ob locum peſtilentem. Niſi autem ita fecerimus, ut ipſa facta, uti ſunt, iudicemus: & dicamus celere aliquid, aut multum: qualitatem vero non adiiciamus, ante conſilium cognitum: fit, ut alia intelligamus (hoc enim ſignificat φαντασίας καταληπτικὰς καταλαμβάνειν) & comprehendamus id quod apparet, cujuſmodi eſt celere & multum, & aliis aſſentiamur: hoc eſt, iudicium iis noſtrum interponamus, id quod viſum eſt laudando aut vituperando. Abſurdum autem eſt, cum aliud videris, de alio ferre iudicium. Ac vult ille, niſi fallor, ne temere laudemus aut vituperemus: ac potius, ut iniuſte vituperare recuſemus: eoque de hoc loquitur. Pertinet autem & hoc ad iuſtitiam.

ΚΕΦ.

ΚΕΦ. ξη'.

Μηδαμοῦ σεαυτὸν εἴπῃς φιλόσοφον, μηδὲ λάλει τὸ πολὺ ἐν ἰδιώταις περὶ τῶν θεωρημάτων, ἀλλὰ ποίει τὸ ἀπὸ τῶν θεωρημάτων· οἷον ἐν συμποσίῳ, μὴ λέγε πῶς δεῖ ἐσθίειν, ἀλλ᾽ ἔσθιε ὡς δεῖ· μέμνησο γὰρ ὅτι οὕτω καὶ Σωκράτης πανταχόθεν ἀφῃρήκει τὸ ἐπιδεικτικόν. ἤρχοντο πρὸς αὐτὸν φιλόσοφοι ὑπ᾽ αὐτοῦ συσταθῆναι, κἀκεῖνος ἀπῆγεν αὐτοὺς, οὕτως ἠνείχετο παρορώμενος.

ΚΕΦ. ξθ'.

Ὥστε κἂν περὶ θεωρήματός τινος ἐν ἰδιώταις ἐμπίπτῃ λόγος, σιώπα τὸ πολύ. μέγας γὰρ ὁ κίνδυνος εὐθὺς ἐξεμέσαι ὃ οὐκ ἔπεψας. καὶ ὅταν εἴπῃ σοί τις, ὅτι οὐδὲν οἶσθα, καὶ σὺ μὴ δηχθῇς, τότε ἴσθι, ὅτι ἄρχεις τοῦ ἔργου. ἐπεὶ καὶ τὰ πρόβατα τοῖς ποιμέσιν οὐκ ἐπιδεικνύει πόσον ἔφαγεν, ἀλλὰ τὴν νομὴν ἔνδον πέψαντα, ἔρια ἔξω φέρει, καὶ γάλα. καὶ σὺ τοίνυν, μὴ τὰ θεωρήματα τοῖς ἰδιώταις ἐπιδείκνυε, ἀλλ᾽, αὐτῶν πεφθέντων, τὰ ἔργα.

ἘΞΗΓΗΣΙΣ.

Πρὸς τὸν ἔτι προκόπτοντα τοὺς λόγους ποιούμενος· (οὐ γὰρ πρὸς τέλειον φιλόσοφον· ἐκεῖνος γὰρ οὐκ ἐδεῖτο τούτων τῶν παραινέσεων· οὐδ᾽ ἂν εἴποι πρὸς αὐτὸν, ὅτι κίνδυνος εὐθὺς ἐξεμέσαι ἃ οὐκ ἔπεψας·) ἐπειδὴ τοῖς ἔτι προκόπτουσι τὸ φιλόδοξον

CAP. LXVIII.

NVſquam te philoſophum profitearis, nec apud imperitos multum diſputes de præceptis: velut in convivio, ne dic quo pacto ſit edendum, ſed ede ut decet: ac memento, etiam Socratem ſic undecunque ſuſtuliſſe oſtentationem. Conveniebatur ab iis qui ſe ab eo commendari vellent philoſophis, atque ipſe abducebat eos, adeo leniter ferebat neglectum ſui.

CAP. LXIX.

ITaque ſi apud imperitos de præcepto aliquo ſermo inciderit, maxima ex parte taceto. Magni enim periculi eſt, ſtatim evomere quod non concoxeris. Quod ſi quis dixerit, te nihil ſcire, tuque commotus non fueris: tum ſcito, rem eſſe incoatam. Nam & oves non fœnum afferunt opilionibus, ac demonſtrant, quantum comederint: ſed paſtu intra ſe concocto, extra ferunt lanam & lac. Et tu igitur ne verba celeriter oſtendas imperitis: ſed opera, quæ verborum concoctionem ſequuntur.

COMMENTARIUS.

CUm eo qui adhuc proficit loquens, (neq; enim cum perfecto philoſopho, qui his admonitionibus non eget: cui non diceret, periculum eſſe ne ſtatim evomeret, quod non concoxiſſet) quod iis qui adhuc proficiunt, gloriæ cupiditas

καὶ ἐπιδεικτικὸν ἐνοχλεῖ πάθος, διὰ πολλῶν ἐπιχειρημάτων αὐτὸ καθαίρειν πειρᾶται· ὥσπερ διὰ τούτου· καὶ ψεῦδος ἦν τὸν χωνευόμενον χαλκὸν ἀνδριάντα λέγειν, καὶ τὸ ἔμβρυον ἄνθρωπον· οὕτω δὲ καὶ τὸν ἔτι προκόπτοντα, φιλόσοφον λέγειν, ψεῦδος. εἰ δέ τις καὶ πρὸς τὸ μέγεθος ἀπίδοι τῆς ζωῆς τοῦ ὄντως φιλοσόφου, καὶ τὴν ὑπεροχὴν ἣν ἔχει πρὸς τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους, οὐ μόνον ψεῦδος, ἀλλὰ καὶ ἀσεβὲς λέγειν δόξει. Ὁ δὲ μὴ λέγων ἑαυτὸν φιλόσοφον, οὐκ ἄν, οὐδ' ἐν τῇ τάξει τοῦ φιλοσόφου τάττων ἑαυτὸν τῇ φιλοσοφικῇ, διδάσκειν ἐπιχειροίη; πῶς οὖν ἂν γυμνάσαιτο, φαίη τις, προκόπτων, εἰ τὸ πρὸς ἰδιώτας λαλεῖν ἀπηγόρευσεν, ἐν οἷς οὐ γυμνασίας ἕνεκεν, ἀλλ' ἐπιδεικτικῶς οἱ λόγοι λέγονται; πῶς οὖν πρὸς τούτους ἁρμόσεται, εἰ τὰ ἔργα ἐπιτελείη τὰ ὑπὸ τῶν λόγων διδασκόμενα, καὶ μὴ τοὺς λόγους ἐκφυσᾷ κενῶς; καὶ γὰρ οὐ τὸ λέγειν ἐστὶ τὸ τέλος, ἀλλὰ τὸ πράττειν τὰ λεγόμενα. Ἐν συμποσίῳ οὖν ἀρεθεὶς, μὴ λέγε πῶς δεῖ ἐσθίειν, ἀλλ' ἔσθιε ὡς δεῖ· οὕτω γὰρ καὶ ὅταν τοῦ διδάσκειν γένηται καιρὸς, οἱ λόγοι προϊόντες, δραστήριοι φανήσονται. οἷον γάρ ἐστι, διδάσκειν μὲν ὅπως δεῖ ἐσθίειν, ἢ ὅπως δεῖ φέρειν τὰς περιστάσεις, αὐτὸν δὲ τοῖς ὑφ' ἑαυτοῦ τεθειμένοις νόμοις μὴ ἐμμένειν; Μὴ μόνον δέ φησιν ἀπέχου τοῦ κατάρχειν τῶν τοιούτων λόγων, ἀλλὰ κἂν ἄλλοι τινὲς ἰδιῶται περὶ τούτων δια-

& oſtentatio moleſta eſt, eos affectus multis argumentis repurgare ſtudet. ut & hoc ipſo: Quemadmodum falſum eſt, æs quod conflectur adhuc, ſtatuam dicere: & fœtum in utero conceptum, hominem: ſic eum etiam qui adhuc proficit, dicere philoſophum, eſt falſum. Quod ſi quis conſideret, quanta res ſit vita veri philoſophi, & quantum is cæteris mortalibus antecellat: non modo falſo id, ſed & impie dici videatur. Qui ſe vero philoſophum eſſe negat: num is, nec in ordine philoſophi ſeſe collocans, cuius docere munus eſt, docere inſtituet? At quo pacto, inquies, ſe is exercebit, qui proficit? ſi eum cum idiotis loqui vetat, apud quos non exercitationis, ſed oſtentationis ergo verba fiunt? Quomodo ergo ſe illis accommodabit, ſi re ipſa ea præſtiterit, quæ verbis docet, nec inania verba efflarit? Finis enim eſt, non oratio, ſed actio eorum quæ dicuntur. Cum igitur in convivio fueris, noli dicere quomodo ſit edendum, ſed ede uti decet. Sic enim, ſi docendi ſe dederit occaſio, vires & nervos tua habebit oratio. Cuiuſmodi enim eſt, docere quomodo ſit edendum, aut quomodo ferendę ſint res adverſæ, ſi legibus à te latis ipſe non parueris? Non ſolũ autem, inquit, ipſe caveto ne tales ſermones ordiaris: ſed & ſi qui alii indocti de

λέγωνται,

λέγωνται, μὴ θελήσῃς ὡς ἐν ἰδιώταις φανῆναι διδάσκαλος, ἐπεὶ κινδυνεύσεις ἐξεμέσαι ἃ οὐκ ἔπεψας. ὥσπερ γὰρ τὰ πεφθέντα σιτία τὴν ἕξιν τρέφει τοῦ σώματος, οὕτω καὶ οἱ πεφθέντες λόγοι τὴν ἕξιν τρέφουσι τῆς ψυχῆς, ἀφ᾽ ἧς λοιπὸν ὡς ἀπὸ μονίμου ῥίζης οἱ καρποφόροι λόγοι προέρχονται. εἰ δέ τις πρὸ τοῦ τὴν ἕξιν τελειωθῆναι οὓς ἤκουσε λόγους προάγει, κινδυνεύει τῷ ὄντι ἐξεμεῖν ἃ οὔπω ἔπεψεν. ἐμέτῳ γὰρ σιτίων ἔοικε τὸ αὐτοὺς ἐκείνους οὓς ἤκουσέ τις προάγειν, ἀλλὰ μὴ ἐκ τῆς ἐν ἑαυτῷ ἕξεως. Ἐπειδὴ δὲ ἔξω νεύουσα ἡ ψυχὴ ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν παραδειγμάτων ὠφελεῖται, τὸν Σωκράτην παράγει, καίτοι τελέως ὄντα φιλόσοφον, ὡς καὶ ὑπὸ τοῦ θεοῦ πάντων ἀνδρῶν σοφώτατος ἀποφανθῆναι, τοσοῦτον ἀφελόντα τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς τὸ ἐπιδεικτικὸν, ὥστε, τινῶν ἀνοήτων αὐτοῦ μὲν καταφρονούντων, δι᾽ αὐτοῦ δὲ βουλομένων ἄλλοις συστῆναι πρὸς παίδευσιν, ἀπάγειν αὐτοὺς, καὶ συνιστάνειν σοφισταῖς· ὥσπερ τὸν Ἱπποκράτη τὸν Ἀπολλοδώρου, δεηθέντα αὐτοῦ, τῷ Πρωταγόρᾳ συνέστησε. καὶ ἐν Θεαιτήτῳ δὲ ὁ αὐτὸς λέγει, ὅτι πολλοὺς μὲν ἤδη ἐξέδωκα Προδίκῳ, πολλοὺς δὲ ἄλλοις σοφοῖς τε καὶ θείοις ἀνδράσι. Μὴ μόνον δέ φησι κατὰ τοῦτο ἀφέλῃς τὸ ἐπιδεικτικὸν καὶ δοξοκόμπον, κατὰ τὸ μὴ λέγειν τὰ θεωρήματα ἐν ἰδιώταις, ἢ ἐκείνων λεγόντων σιωπᾶν, ἀλλὰ καὶ ἐὰν, εἰπόντος σοί τινος, Οὐδὲν οἶσθα, μὴ δηχθῇς.

his diſſeruerint, ne velis ineruditus haberi doctor. Periculum enim erit, ne ea evomas, quæ non concoxeris. Ut enim cibi concocti habitudinem corporis alunt: ſic & concocti ſermones, animi habitum nutriunt: è quo poſtea, ut è ſtabili radice, frugiferi ſermones effloreſcunt. Si quis vero habitu nondum confirmato, ſermones quos audivit, prætulerit: revera periculum eſt, ne evomat ea quæ nondum concoxerit. Eſt enim vomitui ciborum ſimile, ea verba proferre, quæ audieris: ſed non ex animo protuleris ea doctrina confirmato. Quia vero foras prominens animus bonis exemplis iuvatur: Socratem producit, quamvis perfectum philoſophum, adeo ut ab Apolline omnium ſapientiſſimus pronuntiaretur, qui oſtentationem à vita ſua uſque adeo removit, ut cum à vecordibus quibuſdam contemneretur, qui ab eo ſe aliis præceptoribus cõmendari volebant, eos abduceret, ac ſophiſtis commendaret: ſicut Hippocratẽ Apollodori F. rogatus Protagoræ commendavit: & in Theæteto idem dicit, ſe multos iam Prodico tradidiſſe, multos ãliis ſapientibus & divinis viris. Neque vero in eo ſolum, inquit, oſtentationem removebis, ne apud imperitos præcepta recites; illiſve loquẽtibus taceas: ſed etiam, ſi quis te nihil ſcire dixerit, ne mordearis.

τοῦτο

τοῦτο γὰρ ἀγαθὸν τεκμήριον τοῦ καταφρονεῖν τῆς ἔξω δόξης πλέον τοῦ μὴ λαλεῖν τὰ θεωρήματα. οὕτω γὰρ ἐξ ἐκείνου δῆλον ἦν, ὅτι νομίζεται παρὰ τοῖς ἐκτὸς μηδὲν εἶναι. ἂν δὲ καὶ ἀκούσῃς τοῦτο, μὴ δηχθῇς. καίτοι πρότερον ἐνίοτε δακνόμενος ἐπ' αὐτῷ, τότε ἴσθι, ὅτι ἤρξω τοῦ ἔργου, διὸ καὶ ὑπ' αὐτοῦ οἱ πολλοὶ λόγοι παρελήφθησαν, καὶ ἡ ἐπὶ φιλοσοφίᾳ σπουδὴ, ἵνα ἐργάσῃ τὰ κατὰ φύσιν, οὐχ ἵνα λέγῃς καὶ ἀκούῃς αὐτά. τὸ γὰρ ἀκούσαντά σε ὡς οὐδὲν οἶσθα μὴ δηχθῆναι, ἔργον ἤδη ἐστί· καταφρόνησις γάρ ἐστι τῆς ἔξωθεν εὐδοξίας καὶ ἀδοξίας. καὶ κἂν δεικνύναι χρή ποτε τὴν ἑαυτοῦ προκοπὴν διδασκάλῳ ἐπιζητοῦντι τὰ ἔργα, δεικνύναι τὰ ἀπὸ τῶν πεφθέντων λόγων καὶ τὴν ἕξιν θρεψάντων ἐκδιδόμενα, ἀλλ' οὐχὶ τοὺς λόγους· καὶ γὰρ τὰ πρόβατα οὐ τὸν χόρτον ἐξεμέσαντα δείκνυσι τοῖς ποιμέσι πόσον ἔφαγον, ἀλλὰ τὴν νομὴν πέψαντα, ἔρια φέρει καὶ γάλα.

ΚΕΦ. ο'.

Ὅταν εὐτελῶς ἡρμοσμένος ᾖς κατὰ τὸ σῶμα, μὴ καλλωπίζου ἐπὶ τούτῳ. μηδ', ἂν ὕδωρ πίνῃς, ἐκ πάσης ἀφορμῆς λέγε ὅτι ὕδωρ πίνεις, κἂν ἀσκῆσαί ποτε πρὸς πόνον θέλῃς σεαυτῷ, καὶ μὴ τοῖς ἔξω, μὴ τοὺς ἀνδριάντας περιλάμβανε, ἀλλὰ διψῶν ποτε σφοδρῶς ἐπίσπασαι ψυχροῦ ὕδατος, καὶ ἔκπτυσον, καὶ μηδενὶ εἴπῃς.

Hoc enim certius argumentum eſt externæ gloriæ cōtemtionis, quam ſi præcepta non recitaris. Nam ex hoc nondum conſtat, te indoctum videri aliis. Sin, quamvis id audieris, non moleſte tuleris, ante moleſte ferre ſolitus: tum vero eam te rem auſpicatum eſſe ſcito, ob quam multi illi ſermones habiti fuerunt: & ipſum philoſophiæ ſtudium ſuſceptum, ut præſtes ea, quæ natura poſtulat, non dicas & audias. Nam ſi his auditis non mordebere: non verba iam erunt, ſed res: quippe popularis famæ atque infamiæ contemtus. Quod ſi quando magiſtro quantum profeceris requirenti oſtendendum fuerit: facta illi oſtendes, à concoctis orationibus & habitu confirmato profecta, non autem verba. Neque enim oves gramen revomentes paſtori oſtendunt, quantum comederint: ſed paſcuis concoctis lanam ferunt, & lac.

CAP. LXX.

SI corpus frugaliter curare didiciſti, ne ob id tibi placeas: nec ſi aquam potas, ad quamvis occaſionem te potare aquam dictita. Quod ſi quando ad laborem te vis exercere, in tuum, non in exterorum uſum, ne ſtatuas amplectere: ſed ſi quando vehementer ſitieris, frigidam hauſtam exſpuito, ac nemini dicito.

ΕΞΗΓΗ-

ἘΞΗΓΗΣΙΣ.

Πολλαὶ προφάσεις εἰσὶν ἐφ᾽ αἷς εὐδοξεῖν παρὰ τοῖς ἀνθρώποις βουλόμεθα. οἱ μὲν γὰρ τὰς πράξεις τὰς ἑαυτῶν διηγούμενοι τὰς εὐδοξίας θηρῶνται· οἱ δὲ ἐπὶ εὐφραδίᾳ· οἱ δὲ ὡς διδάσκαλοι τῶν δεόντων· ἄλλος δ᾽ ἐπὶ λιτότητι καὶ καρτερίᾳ. Τοὺς οὖν προτέρους ἤδη ἰατρεύσας, πρὸς τούτους νῦν ποιεῖται τὸν λόγον, παραινῶν μήτε αὐτὸν καλλωπίζεσθαι ἐπὶ λιτότητι καὶ ἀσκήσει· κοινὸς γὰρ ὁ λόγος· τουτέστι, μὴ χαυνοῦσθαι, μηδὲ μέγα τι νομίζειν ἔχειν· ἀλλ᾽ ἐννοεῖν πρῶτον, πόσῳ λιτότεροι ἡμῶν εἰσιν οἱ πτωχοί, καὶ πόσῳ καρτερικώτεροι· ἔπειτα κἂν τοῦτο ἄξιον λόγου ἔχωμεν, πόσα ἄλλα ἀγαθὰ οὐκ ἔχομεν, ἅπερ ἄλλοι ἔχουσι. Βλάπτει δὲ τὸ ἐπί τινι πλεονεκτήματι χαυνοῦσθαι, καὶ πρὸς τῷ, μήτε αὐτὸ ἐκεῖνο ἀποκαθαίρειν, ἤδη μέγα αὐτὸ νομίζοντας εἶναι, μήτε ἄλλων ἐφίεσθαι, ἀρκούμενον ἐκείνῳ. Ἀλλὰ μηδὲ ἐπιδεικτικῶς, φησιν, αὐτὰ ποίει, ὥστε, ἐὰν ὑδροπότης, ἐκ παντὸς τρόπου πρὸς τοὺς διαλεγομένους περιάγειν εἰς τοῦτο τοὺς λόγους, εἰς τὸ εὐκαίρως δόξαι λέγειν ὅτι ὕδωρ πίνεις. Κἂν ἀσκῆσαι θέλῃς, καὶ πρὸς πόνον καὶ πρὸς ἐγκράτειαν, καὶ πρὸς καρτερίαν γυμνάσαι, κατὰ σαυτὸν ποίει τοῦτο, καὶ μὴ φαίνου τοῖς ἔξω, μηδὲ θέλε ὁρᾶσθαι ὑπὸ πολλῶν, ὥσπερ οἱ ὑπὸ πολλῶν βιαζόμενοι δυνατωτέρων, καὶ βουλόμενοι τὸ πλῆθος εἰς βοήθειαν ἐπικαλεῖσθαι,

COMMENTARIUS.

Multæ ſunt cauſæ, cur ab hominibus laudari nos cupiamus. Nam alii facinoribus ſuis commemorandis gloriam venantur, alii ob eloquentiam, alii ut doctores officiorum, alii propter frugalitatem & tolerantiam celebrari volunt. Prioribus igitur illis medicina iam adhibita, cum his nunc ſermonem habet, monens, ne & ipſi frugalitate ſua glorientur, & exercitatione. Communis eſt enim hæc oratio, ne quis inſoleſcat, neve magnum quiddam ſe conſecutum arbitretur: ſed cogitet primũ, quanto ſint mendici nobis frugaliores, quantoque tolerantiores? Et ut hoc habeamus aliqua laude dignũ: quot alia bona nõ habeamus, quibus alii ſint præditi? Præterea ob prærogativam aliquam ſuperbire, ob hoc ipſum nocere, quod id, quod iam magnum putes, non repurges, nec alia deſideres, illo contentus. Atque etiam cave, inquit, per oſtentationem illa facias, ut, ſi aquam bibas, quovis modo in colloquiis ſermonem eo deducas, ut per occaſionem te dicas aquam bibere. & cum te ad laborem, ad continentiam, ad tolerantiam exerces, ſolus id facito: nec ſpectari velis ab aliis, aut conſpici à multis, ut ii quibus multi potentiores vim faciunt, qui, ut opem populi implorent,

εἰς τοὺς ἀνδριάντας ἀναβαίνοντες ἀποκράζουσι τὴν βίαν, καὶ συνάγουσι περὶ αὐτοὺς τὸ πλῆθος. Μὴ ἐπιδεικτικῶς οὖν, ἀλλ' ἐπὶ σαυτοῦ γυμνάζου, ὥστε σφοδρῶς διψήσας ἐπισπάσαι ψυχροῦ ὕδατος, καὶ ἀποπτύσαι, καὶ μηδὲ μετὰ τοῦτο εἰπεῖν τινι, ὅτι ἐποίησας. ὁ γὰρ ἐπιδεικτικῶς ταῦτα ποιῶν, πρῶτον μὲν ἔξω κέχηνεν ὅλος, καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ πρὸς τὸ ἐκτὸς ἐξεχύθη, ἔπειτα τὰ ἀγαθὰ τῆς λιτότητος καὶ καρτερίας ἀπώλεσε, τέλος αὐτῶν τὴν τῶν πολλῶν δόξαν ποιούμενος. αἱ δὲ ἀσκήσεις αὗται καὶ καρτερίαι ὠφελοῦσι, συνεθίζουσαι τὸ σῶμα, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ ἄλογα πάθη, μὴ κατεξανίστασθαι τοῦ λόγου, ἀλλ' ὑπακούειν καὶ σκληρότερον ἐπιτάττοντι. καὶ μέντοι καιροῦ καλοῦντος ὁ ταλαιπωρηθεὶς οὐκ ἀναγκάζεται διὰ φερεπονίαν τὴν ἐλευθερίαν προΐεσθαι.

ΚΕΦ. οα'.

Ἰδιώτου στάσις, καὶ χαρακτήρ· οὐδέποτε ἐξ ἑαυτοῦ προσδοκᾷ ὠφέλειαν, ἢ βλάβην, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἔξω. φιλοσόφου στάσις, καὶ χαρακτήρ, πᾶσαν ὠφέλειαν, καὶ βλάβην ἐξ ἑαυτοῦ προσδοκᾷ.

ΚΕΦ. οβ'.

Σημεῖα προκόπτοντος· οὐδένα ψέγει, οὐδένα ἐπαινεῖ, οὐδένα μέμφεται, οὐδενὶ ἐγκαλεῖ, οὐδὲν περὶ ἑαυτοῦ λέγει, ὡς ὄντος τινὸς, ἢ εἰδότος τι. ὅταν ἐμποδισθῇ τι, ἢ κωλυθῇ, ἑαυτῷ ἐγκαλεῖ. κἂν τις αὐτὸν ἐπαινῇ,

ſtatuis conſcenſis quiritantur, & multitudinem circa ſe congregant. Non igitur per oſtentationem, ſed ſolus exercere: ut vehementer ſitiens, frigidam hauſtam exſpuas, ac ne poſt quidem cuiquam dicas quid feceris. Nam qui oſtentationis ergo iſta facit: primum totus foras prominet, & à ſe ipſo ad externa eſt effuſus. Deinde bona frugalitatis & tolerantiæ perdit, ad opinionem popularem illas referendo. Exercitationes vero iſtæ & tolerantiæ proſunt, quod conſuefaciunt corpus & brutas eius affectiones, ne contra rationem inſurgant, ſed & duriora imperanti pareant. Itaque tempore poſtulante vir tolerans, ob laborum aſſuetudinem, non cogitur amittere libertatem.

CAP. LXXI.

Plebeii ſtatus & nota eſt, nunquam à ſe ipſo vel damnum exſpectare, vel utilitatem: ſed à rebus externis. Philoſophi ſtatus & expreſſa imago eſt, omnem utilitatem & damnum à ſemet ipſo exſpectare.

CAP. LXXII.

Signa proficientis ſunt, neminem reprehendere, neminem laudare, neminem culpare: neminem accuſare: nihil de ſe ipſo prædicare, quaſi aliquid ſit, aut aliquid ſciat. Cum in aliqua re impeditus fuerit, aut prohibitus, ſe ipſum accuſat. Si ab aliquo laudatur, ſecum

καιτα-

καταγελᾷ δὲ ἐπαινοῦντος αὐτὸς παρ' ἑαυτῷ· κἂν ψέγῃ, οὐκ ἀπολογεῖται· περίεισι δὲ, καθάπερ οἱ ἄῤῥωστοι, εὐλαβούμενός τι κινῆσαι τῶν καθισταμένων, πρὶν πῆξιν λαβεῖν. ὄρεξιν ἅπασαν ἦρηκεν ἀφ' ἑαυτοῦ, τὴν δὲ ἔκκλισιν εἰς μόνα τὰ παρὰ φύσιν τῶν ἐφ' ἡμῖν μετατέθεικεν· ὁρμῇ πρὸς ἅπαν ἀνειμένῃ χρῆται. ἂν ἠλίθιος ἢ ἀμαθὴς δοκῇ, οὐ πεφρόντικεν. ἑνί τε λόγῳ, ὡς ἐχθρὸν ἑαυτὸν παραφυλάσσει καὶ ἐπίβουλον.

ipſe deridet laudatorem. Si reprehenditur, non defendit ſe, ſed ritu infirmorum circuit, metuens ne ſtatum illum convellat, priuſquam is confirmetur. Omne deſiderium à ſe dependens habet: averſationem ad ea ſola, quæ naturæ eorum repugnant, quæ nobis parent, tranſtulit: appetitione ad omnia remiſſa utitur: ſive ſtolidus, ſive doctus habeatur, non curat. Denique, ut inimicum & inſidiatorem ſe ipſum obſervat.

ἘΞΗΓΗΣΙΣ.

ΠΡὸς πέρας ἤδη τῶν παραινέσεων ἐλθὼν, καὶ μέλλων ἐπάγειν τὸ συμπέρασμα, ὅτι χρὴ μὴ ἐπὶ τῶν εἰρημένων λόγων μένειν, ἀλλ' ἔργα αὐτῶν ἐπιτηδεύειν, μηδὲ τέλος τίθεσθαι τὸ λέγειν καὶ ἀκούειν, ἀλλὰ τὸ ἐργάζεσθαι, πρῶτον ἡμῖν τὰς τρεῖς ἕξεις παραδίδωσιν, τὰς πάντας ἀνθρώπους περιλαμβανούσας. τῶν γὰρ ἀνθρώπων, οἱ μὲν ἰδιῶται, οἱ δὲ ἐκ διαμέτρου τούτων φιλόσοφοι, οἱ δὲ ἀφιστάμενοι μὲν τῶν ἰδιωτῶν, προσχωροῦντες δὲ τοῖς φιλοσόφοις, οὓς προκόπτοντας καλεῖ, πρὸς οὓς καὶ τὰ πρότερον εἴρηται. καὶ τούτους δὲ διεῖλεν ἐν τοῖς λόγοις, εἴς τε τοὺς ἀρχομένους παιδεύεσθαι, καὶ εἰς τοὺς πόσως ἤδη προκεκοφότας. Ἑκάστην οὖν τῶν εἰρημένων τριῶν ἕξεων ὑπογράφει, ἰδιώτου λέγων στάσιν καὶ χαρακτῆρα, τὸ μηδέποτε

COMMENTARIUS.

POſteaquam tandem ad finem admonitionum pervenit, concluſionem additurus, non eſſe in iis, quæ dicta ſunt, reſiſtendum, ſed vita & moribus doctrinam exprimendam: neque ipſum dicere atque audire, finem ſtatuendum, ſed actionem & opus: primum nobis tres habitus tradit, quibus omnes homines comprehenduntur. Quorum alii ſunt indocti, alii his oppoſiti philoſophi: alii, qui & ab indoctis recedunt, & ad philoſophos accedunt, quos Proficientes ſive Tirones vocat, & quibus ſuperiora etiam dicta fuerunt. Sed hos in his ſermonibus diviſit in eos, qui incipiunt erudiri, & in eos qui iam nonnihil profecerunt. Unumquemque igitur horum trium habituum deſcribit, cum dicit: Indocti ſtatum & notam eſſe, nunquam

ἐξ αὐτοῦ προσδοκᾶν ὠφέλειαν, ἢ βλάβην, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἔξω. ὄντων γὰρ ἐφ' ἡμῖν τοῦ τε λόγου, καθ' ὃν οὐσιούμεθα, καὶ τῶν ἀλόγων παθῶν, καθ' ἃ τοῖς ἀλόγοις ζώοις κοινωνοῦμεν, ὁ μὲν λόγος, κοινὸς Ἑρμῆς ἐστιν πᾶσι, κατὰ τὴν παροιμίαν. κἂν γὰρ ἀριθμῷ διαφέρωσιν οἱ ἐν ἡμῖν λόγοι, ἀλλὰ τὸ εἶδος ἕν, οὕτως ὡς πρὸς τὰ αὐτὰ ἀγαθὰ ἀνατείνεσθαι, καὶ τὰ αὐτὰ κακὰ ἐκκλίνειν, καὶ ἀληθῆ τὰ αὐτὰ ἡγεῖσθαι πάντα κατὰ τὸν λόγον, καὶ πάλιν ψευδῆ τὰ αὐτὰ πάντα· ὥστε τὸν ἐν ἑκάστῳ λόγον κανόνα εἶναι διακριτικὸν τοῦ τε ἀγαθοῦ καὶ τοῦ κακοῦ, καὶ τοῦ ἀληθοῦς καὶ τοῦ ψεύδους. εἰδῶν δὲ ἀσωμάτων καὶ ἀμερίστων καὶ ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἐχόντων, ἐφίενται οἱ λόγοι· οἷον σωφροσύνης, καὶ δικαιοσύνης, καὶ φρονήσεως· ὧν ὅλων μετέχει ἕκαστος, ἑκάστου οὐ μειουμένου τῇ μεταλήψει. δι' ἃ τῷ κατὰ λόγον ὀρθὸν κρίνεσθαι οὐ μάχεται, ἀλλὰ συμφωνεῖ ἐν πᾶσι τὰ αὐτὰ ὄντα. τὰ δὲ ἄλογα πάθη, οἷον θυμὸς, καὶ ἐπιθυμία, καὶ τὰ τούτων εἴδη, κἂν τῷ εἴδει τὰ αὐτὰ ᾖ ἐν ἐμοὶ καὶ σοὶ, ἀλλ' ἄλλων μὲν ὁ ἐν ἐμοὶ θυμὸς ὀρέγεται, ἄλλων δὲ ὁ ἐν σοὶ, καὶ αἱ ἐπιθυμίαι διάφοροι, καὶ τὰ τούτων ὀρεκτὰ, καὶ αἱ ἐκκλίσεις διάφοροι, καὶ ἴδιαι ἑκάστων. κἂν τῶν αὐτῶν δὲ τῷ ἀριθμῷ ὀρέγωνται, ἀλλὰ σωματικὰ ταῦτα, καὶ ἄτομα,

bonum aut malum à ſemet ipſo exſpectare: ſed ab aliis. Nam cum in noſtra poteſtate ſit ratio, à qua natura noſtra pendet, & brutæ affectiones, quibus brutis animantibus ſocietate coniungimur: ratio quidem, ut proverbio dicitur, communis omnibus eſt Mercurius. Etſi enim numero differunt rationes quæ in nobis ſunt: at ſic ſpecie ſunt unum quiddam, ut & ad eadem bona contendant, eademque mala declinent, eademque vera ducant omnes homines ratione duce, ac viciſſim falſa omnia. Itaque in quolibet homine ratio inſtrumentum eſt & regula diiudicandi boni & mali, veri & falſi, formarumque incorporearum & indiviſibilium: & ſemper eodem modo conſimiliterque ſeſe habentium ſunt appetentes rationes, veluti modeſtiæ, iuſtitiæ, ſapientiæ, quarum totarũ quælibet eſt particeps, illa non imminuta participatione. Quæ quod recta ratione iudicantur, non pugnant, ſed in omnibus conſentiunt, cum ſint eædem. Bruti autem affectus, velut ira, cupiditas, eorumque ſpecies, quanquam ſpecie iidem & in me ſint, & in te: at meus animus alia deſiderat, alia tuus. Sunt & cupiditates diverſæ, earumque obiecta: diverſæ quoque declinationes, & propriæ cuiuſque. Et ut eadem numero appetant: ſunt tamen illa corporea, & ſingularia,

καὶ μεριστὰ, καὶ τῇ τοῦ ἑνὸς μεταλήψει μειούμενα· οἷον χρήματα, ἢ σώματα, ἢ χωρία· κἂν τιμὴν εἴπῃς, ἢ ἀρχὴν, ἢ δυναστείαν, διὰ τὸ ἄτομα εἶναι καὶ ταῦτα, οὐ δύναται ὅλως ἑκάστου μετέχειν· μειοῦται γὰρ τῇ μεταλήψει. διὸ περὶ ταῦτα αἱ διάφοροι κρίσεις ἴδιαι ἑκάστων, καὶ αἱ μάχαι, καὶ αἱ στάσεις, καὶ οἱ πόλεμοι. ἰδιώτης οὖν ἐστιν ὁ καταλιπὼν μὲν τὸν κοινὸν κανόνα, καὶ τὸ κοινὸν ἐφετὸν, εἰς κρίσιν δὲ ἰδίαν καὶ ὀρεκτὸν ἴδιόν τι ἄτομον, καὶ σωματικὸν, ἑαυτὸν περιγράψας. Ἐν τοῖς ἐκτὸς δὲ τὰ τοιαῦτα. Ὅπου δὲ ὄρεξις τέτακται καὶ ἔκκλισις, εἴτε κατὰ φύσιν, εἴτε παρὰ φύσιν, ἐκεῖ τὸ ἀγαθὸν δοκεῖ καὶ τὸ κακόν. ἀγαθὸν γὰρ τὸ ὀρεκτὸν, κακὸν δὲ τὸ φευκτὸν νομίζεται. ὁ δὲ φιλόσοφος, ἀποστὰς τῆς πρὸς τὰ ἐκτὸς καὶ τὰ ἀπὸ συστάσεως, καὶ ἀλλότρια ἐκεῖνα τελέως ἡγούμενος, ἅτε κεκαθαρμένος ἀπὸ τῶν εἰδώλων ἤδη καὶ τῆς σκιᾶς τῶν ὄντων, εἰς ἑαυτὸν, καὶ τὸ ὄντως ὂν, καὶ τὰ κοινὰ εἴδη τοῦ λόγου τὰ ἐν αὐτῷ, ἐπιστρέφεται, καὶ ἐν ἑαυτῷ τὸ ἀγαθὸν εὑρίσκει. κακὸν γὰρ ἐν ἑαυτῷ χώραν οὐκ ἔχει. Οὕτως οὖν τὰ κατὰ διάμετρον ἀλλήλων χαρακτηρίσας, ἐφεξῆς ἐπάγει τὰ τοῦ προκόπτοντος σημεῖα, πρὸς ὃν καὶ ὁ προρρηθεὶς πᾶς ἀπετείνετο λόγος. οὔτε γὰρ

& diviſibilia, & vnius participatione poſſunt minui: veluti pecuniæ, corpora, aut prædia. Et ut honorem dicas, aut magiſtratum, eo quod & hæc ſingularia ſunt: non poteſt quiſquam omnino cuiuſquam totius eſſe particeps. minuuntur enim participatione. Quare diverſa de his iudicia ſunt, & cuiuſque peculiaria: pugnæ item, ſeditiones & bella. Indoctus igitur eſt, qui relicta communi regula & bono communi, ipſe ſibi peculiare iudicium, & bonum proprium atque individuum & corporeum circumſcripſit: quod genus in rebus externis eſt. Ubi autem appetitio & declinatio verſatur, ſive ſecundum naturam: ibi bonum eſſe conſtat, & malum. Bonum enim habetur quod appetitur, malum vero quod fugitur. Philoſophus autem, relictis externarum rerum & concretarum cupiditatibus, eaſque prorſus alienas iudicans, ut iam à ſimulacris repurgatus, & ab umbra rerum ad ſemet ipſum, & ad id quod vere eſt, converſus, communes rationis formas, quæ in ipſo inſunt, amplectitur, & bonum in ſeſe deprehendit. Malum enim in eo locum non habet. Sic igitur iis, quæ ex diametro pugnant, diffinitis: deinceps ea ſubiungit, quæ ſunt eius qui proficit, ad quem omnis diſputatio ſuperior pertinebat. Neque enim ad

πρὸς τὸν φιλόσοφον, (οὐ γὰρ παιδαγωγεῖσθαι καὶ διδάσκεσθαι, ἀλλὰ παιδαγωγεῖν ἤδη καὶ διδάσκειν ἐκεῖνος ἠξίωται. ἀλλ' οὐδὲ φιλοσόφου ἴδιον, τὸ μηδένα ψέγειν, μηδένα ἐπαινεῖν· κατὰ καιρὸν τῷ διδασκάλῳ, καὶ διορθωτῇ πρέπει,) οὐ μέντοι οὐδὲ πρὸς ἰδιώτην ἁρμόζουσιν οἱ ῥηθέντες λόγοι, εἰ μὴ ἀποταξάμενος τῷ ἰδιωτισμῷ ἑαυτὸν ἐγχειρίσει τῷ παιδαγωγοῦντι πρὸς φιλοσοφίαν, καὶ τὴν ἀρχὴν τῆς προκοπῆς καταδέξεται. Τῶν γοῦν συντόμως τὸ πρότερον ῥηθέντων τὰ νῦν λεγόμενα, καὶ ἐπ' αὐτῶν τῶν ὀνομάτων τὰ πλεῖστα, ὑπομιμνήσκοντά τε ἡμᾶς ἐκείνων, καὶ μνημονεύειν αὐτῶν διὰ τῆς συντομίας παρέχοντα. Τὸ δὲ, ὡς ἐχθρὸν ἑαυτὸν παραφυλάττειν, εἴρηται, διὰ τὸ ὑποπτεύειν ἑαυτοῦ τὴν μήπω πεπηγυῖαν ἕξιν, καὶ διὰ τὸ σπουδάζειν πικρότερον τὰ ἑαυτοῦ κρίνειν, ὥσπερ τὰ τῶν ἐχθρῶν κρίνομεν· οὐδὲν διὰ συμπάθειαν ἐνδιδόντες, ὅπερ εἰώθαμεν οἱ πολλοὶ ἐφ' ἑαυτῶν τε πάσχειν, καὶ ἐπὶ τῶν φίλων. μάσθλης δὲ ὁ ἔκλυτός ἐστιν, τοῖς μεμαλαγμένοις δέρμασιν ὅμοιος ὤν.

ΚΕΦ. ογ'.

Ὅταν τις ἐπὶ τῷ νοεῖν καὶ ἐξηγεῖσθαι δύνασθαι τὰ Χρυσίππου σεμνύνεται, λέγε αὐτὸς πρὸς σεαυτὸν, Ὅτι εἰ μὴ Χρύσιππος ἀσαφῶς ἐγεγράφει, οὐδὲν ἂν αὐτὸς εἶχεν ἐφ' ᾧ σεμνύνηται. ἐγὼ δὲ τί βούλομαι; καταμαθεῖν τὴν φύσιν, καὶ ταύτῃ ἕπεσθαι. Ζητῶ

philoſophum, (eius enim ea dignitas eſt, ut iam non inſtituatur & erudiatur: ſed ipſe inſtituat atque erudiat. Ac ne phlioſophi quidem proprium eſt vituperare neminem, laudare neminem: ſed id pro tempore magiſtrum & correctorem decet,) neque etiam inerudito conveniunt ii ſermones, niſi relicta inſcitia ſe inſtituendum philoſophiæ tradiderit, & principium perfectius admiſerit. Compendio nos igitur ſupra dictorum commonefaciunt ea quæ nunc dicuntur, iiſdemque pleraque verbis; ut illa nobis in memoriam revocata, ob brevitatem nunquam excidant. Eſſe autem cuique ſe ipſum ut hoſtem obſervandum, propterea dictum eſt, ut ſuſpectum habeat ſuum nondum confirmatum habitum, & ut in motus ſuos acerbius inquirere ſtudeat: ſicut in inimicorum delicta inquirimus, nihil illis ex amore concedentes: id quod plerique erga nos ipſos facere ſolemus, & erga amicos. Qui ſui non eſt compos, ceu macerata lora futilis eſt.

CAP. LXXIII.

SI quis intelligentia & explicandi facultate librorum Chryſippi gloriatur, ipſe tibi dic: Niſi obſcure ſcripſiſſet Chryſippus, nihil haberet ille quo gloriaretur. Ego vero quid cognoſcere ſtudeo? Naturam, & hanc ſequi. Quæro

οὖν,

οὖν. τίς ἐστὶν ὁ ἐξηγούμενος; καὶ ἀκούσας ὅτι Χρύσιππος, ἔρχομαι πρὸς αὐτόν· ἀλλ᾽ οὐ νοῶ τὰ γεγραμμένα. Ζητῶ οὖν τὸν ἐξηγούμενον, καὶ μέχρι τούτων οὔπω σεμνὸν οὐδέν. ὅταν δὲ εὕρω τὸν ἐξηγούμενον, ἀπολείπεται χρῆσθαι τοῖς παρηγγελμένοις. τοῦτο αὐτὸ μόνον σεμνόν ἐστιν. Ἂν δὲ αὐτὸ τοῦτο, τὸ ἐξηγεῖσθαι θαυμάσω, τί ἄλλο ἢ γραμματικὸς ἀπετελέσθην ἀντὶ φιλοσόφου; πλήν γε δή, ὅτι ἀντὶ Ὁμήρου Χρύσιππον ἐξηγούμενος. Μᾶλλον οὖν, ὅταν τις εἴπῃ μοι, ἐπανάγνωθί μοι Χρύσιππον, ἐρυθριῶ, ὅταν μὴ δύνωμαι ὅμοια τὰ ἔργα καὶ σύμφωνα ἐπιδεικνύειν τοῖς λόγοις.

ἘΞΗΓΗΣΙΣ.

Διαστήσας τὰς τρεῖς ἕξεις τὰς ἐν τοῖς ἀνθρώποις φυομένας, ἰδιώτου, καὶ φιλοσόφου, καὶ προκόπτοντος, καὶ τῶν πρὸς τὸν προκόπτοντα ῥηθέντων συντόμως ὑπομνήσας, τὸ συμπέρασμα λοιπὸν ἐπάγει διά τε τούτου καὶ τῶν ἐφεξῆς, ὅτι χρὴ τὰ ἔργα τὰ ὑπὸ τῶν λόγων παραδοθέντα ἐργάζεσθαι. τέλος γὰρ τῶν λόγων τὰ ἔργα, ὧν ἕνεκα καὶ οἱ λόγοι ἐρρήθησαν. μάλιστα γὰρ ἐπὶ τῶν τοιούτων ἀληθὲς εἰπεῖν τοῦτο ῥήτορος· ὡς ἅπας λόγος, ἂν ἀπῇ τὰ ἔργα, μάταιόν τι φαίνεται καὶ κενόν. Χρὴ οὖν, φησι, ἐξ ἀρχῆς ἐννοεῖν, τί ἂν βούλοιτο ἄνθρωπος ὁ τὸ ἑαυτοῦ ἀγαθὸν ζητῶν· ὅτι βούλεται εὑρεῖν τὴν ἑαυτοῦ φύσιν τίς ἐστιν· καὶ τί ταύτῃ ποιεῖν ἢ πάσχειν προσήκει.

igitur, quis ſit eius interpres? Cum audiero, Chryſippum eſſe: eum convenio. At ſcripta non intelligo. Quæro igitur enarratorem. Ac hactenus quidem nihil præclari. Cum autem enarratorem invenero, reliquum eſt uti præceptis: id quod ſolum præclarum eſt. Sin ipſam enarrationem admiratus fuero: quid aliud niſi Grammaticus philoſophi loco evaſi? eo duntaxat excepto, quod pro Homero Chryſippum enarro. Magis igitur, cum quis à me petierit prælegi ſibi Chryſippum, erubeſco: cum facta nequeo ſimilia verbis & conſentanea præſtare.

Commentarius.

Tribus habitibus, qui exſiſtere in homine ſolent, diſtinctis, indocti, philoſophi, & proficientis: & iis quæ proficienti dicta fuere, compendio repetitis: iam concluſionem addit, & hoc & iis quæ ſequuntur capitibus: actiones eas, quæ verbis expoſitæ ſint, eſſe ſuſcipiendas. Finis enim orationis eſt actio, cuius etiam cauſa uſurpata fuit oratio. In his enim veriſſima eſt ſummi oratoris ſententia: Omnem orationem, ſi facta deſint, vanum atque inane aliquid videri. Eſt igitur, inquit, denuo conſiderandum, quidnã velit homo, ſuum bonum quærens? Vult autem ſuum bonum invenire: & quærit, quæ ſua natura ſit, & quid ſibi ſit faciendum aut patiendum. Cu-

οἷον,

οἷον, ὁ ζωῇ λογικῇ χρώμενος, τῷ σώματι ὡς ὀργάνῳ· καὶ χρὴ τῇ ταύτης τελειότητι τὴν ἑαυτοῦ ὄρεξιν καὶ ἔκκλισιν συναρμόσαι. Ζητῶν οὖν τοῦτο, ἀκούω ὅτι Χρύσιππος ἔγραψε περὶ τούτων· καὶ λαβὼν τὸ βιβλίον, οὐκ ἴσχυσα ἐπ' ἐμαυτοῦ νοῆσαι τὰ γεγραμμένα· καὶ ζητῶν τὸν ἐξηγούμενον, ἐνόησα τί λέγει ὁ Χρύσιππος. καὶ οὕτω σεμνὸν οὐδὲν, οὐδὲ τῷ ἐξηγουμένῳ οὐδὲ τῷ νοήσαντι. οὐδὲ γὰρ Χρύσιππος περὶ τούτου ἔγραψεν, ἐπὶ τῷ ἐξηγήσασθαι καὶ νοῆσαι, ἀλλ' ἐπὶ τῷ χρήσασθαι τοῖς γεγραμμένοις. ἐὰν οὖν χρήσωμαι τοῖς γεγραμμένοις τούτοις, τοῦ ἀγαθοῦ αὐτῶν μετέχω. ἐὰν δὲ θαυμάσω τὸν ἐξηγούμενον, ὅτι καλῶς ἐξηγεῖται, καὶ νοῆσαι δύναμαι, καὶ αὐτὸς ἐξηγεῖσθαι, καὶ πάντα ἁπλῶς τὰ ἄλλά μοι περιγένηται, πλὴν τοῦ χρήσασθαι τοῖς γεγραμμένοις, τί ἄλλο ἢ γραμματικὸς ἐξετελέσθην ἀντὶ φιλοσόφου; μέρος γὰρ ἓν τῆς γραμματικῆς τὸ ἐξηγητικόν ἐστι. διαφέρω δὲ τοῦ γραμματικοῦ, ὅτι Χρύσιππον ἀντὶ Ὁμήρου ἐξηγοῦμαι. ἀλλὰ καὶ τὸ ψιλῶς ἀναγινώσκοντα τὰ Χρυσίππου, ἢ ἄλλῳ αἰτήσαντι ἀναγινώσκοντα, μὴ χρῆσθαι δὲ αὐτοῖς, οὐκ ἔστιν ἀνεπίληπτον. αἰσχύνοιτο γὰρ ἄν τις δικαίως, εἰ νοσῶν, καὶ βοηθήματα τοῦ νόσου εὑρίσκων γεγραμμένα, ἀναγινώσκοι μὲν ἂν αὐτὰ σαφῶς τε καὶ διηρθρωμένως, καὶ ἄλλοις ἐξηγοῖτο,

iuſmodi eſt: qui vitam rationis capacem agit, corpore utitur ut inſtrumento, ac debet eius vitæ perfectioni ſuam appetitionem & declinationem accommodare. Cum igitur hoc quæro, Chryſippum de his ſcripſiſſe audio. Librum acceptum per me intelligere non poſſum. Quæſito interprete intellexi quid dicat Chryſippus. Nec dum quicquam præclarum eſt vel interpretis vel auditoris. Neque enim Chryſippus ea de re ſcripſit, ut eſſet qui interpretaretur, quique intelligeret: ſed ut in vita ſcripta illa ſequeremur. Si ergo ſcriptis illis uſus fuero: bono eorum fruor. Sin admiror interpretem ob egregiam interpretationem: ſi intelligere, atque ipſe etiam interpretari poſſum: denique ſi cætera omnia fuero conſecutus, eo excepto quod ſcriptis non utor: quid aliud niſi grammaticus ſum factus pro philoſopho? Una enim Grammaticæ pars eſt, ſcriptorum enarratio. Illud autem inter me & grammaticum intereſt, quod ego pro Homero Chryſippum enarro. Atque etiam, ſimpliciter legentem Chryſippum, aut alteri petenti enarrantem, non parere præceptis illius, reprehendendum eſt. Ægrotans enim, & remedia morbi ſcripta inveniens, merito profecto erubeſcat, ſi ea perſpicue diſtinctéque legat, atque aliis etiam declaret, ipſe autem

μὴ χρῷτο δὲ τοῖς ἑαυτοῦ νόσου τοῖς βοηθήμασιν.

tem morbi ſui remediis non utatur.

ΚΕΦ. οδ'.

Ὅσα προτίθεται, τούτοις ὡς νόμοις, ὡς ἀσεβήσων ἂν παραβῇς τι τούτων, ἔμμενε. ὅ, τι δ' ἂν ἐρῇ τις περὶ σοῦ, μὴ ἐπιστρέφου· τοῦτο γὰρ οὐκ ἔτ' ἔστι σόν.

CAP. LXXIV.

Quacunque proponuntur, ea tanquam leges obſerva, citra piaculum non violandas. Quicquid autem de te dictum fuerit, id ne curato. Id enim non iam tui eſt arbitrii.

ΕΞΗΓΗΣΙΣ.

Μία χελιδών, ὥς φησιν ἡ παροιμία, ἔαρ οὐ ποιεῖ. οὕτω καὶ μία χρῆσις, ἢ δύο τῶν ὑπὸ Χρυσίππου ῥηθέντων, ἕξιν οὐκ ἐμποιεῖ· ἀλλὰ δεῖ, φησι, τῷ προτεθέντι ὡς ἀγαθῷ καὶ ὠφελίμῳ ἐμμένειν βεβαίως· ὡς ἀσεβὲς νομίζειν τὸ παραβῆναι. εἰ γὰρ τὰς ἐπὶ τοῖς τυχοῦσιν ὁμολογίας παραβαίνειν ἄτοπον καὶ ἀσεβὲς δοκεῖ, ὡς τῆς ἀληθείας καὶ τῆς πίστεως, δι' ὧν τὰ πάντα ἐφίσταται καὶ μένει, ὅσον ἐφ' ἡμῖν, ἀκυρουμένων, πῶς οὐκ ἀσεβὲς τὸ τὴν πρὸς φιλοσοφίαν καὶ εὐζωίαν ὁμολογίαν παραβαίνειν; παραβαίνει δὲ ὁ συντιθέμενος μὲν τοῖς λεγομένοις καὶ γεγραμμένοις, ὡς καλῶς καὶ ἀληθῶς ἔχουσιν, εἶτα καὶ ἀρξάμενος τῆς χρήσεως αὐτῶν, μὴ ἐμμένων δὲ αὐτοῖς. ἔμμενε οὖν, φησι. τί δὲ ἐρεῖ τις περὶ σοῦ, μὴ ἐπιστρέφου, κατὰ τὰ πρότερον ῥηθέντα· ἐνδεικνύμενος ὅτι πολλοὶ ἔσονται οἱ λέγοντες, ὅτι ἄφνω σοφὸς ἡμῖν ἐπανελήλυθε, καὶ πόθεν ἡμῖν αὕτη ἡ ὀφρύς; καὶ τὰ

COMMENTARIUS.

Vna hirundo, ut proverbio dicitur, non facit ver. Ita ſi ſemel atque iterum Chryſippi præceptis parueris, habitum non confirmabis. Sed eſt, inquit, in eo quod propoſitum fuerit, tanquam bono & utili conſtanter permanendum: religioni habendum, id violare. Nam ſi vilium rerum pactionibus non ſtare, indecorum & nefas habetur, quaſi veritate & fide, quibus omnia tranſiguntur, rataque permanent, (quantum quidem in nobis ſit) abrogata: an non multo magis erit impium, pacta & conventa, cum philoſophia & honeſta vita facta, violare? Violat autem ea, qui, cum dictis & ſcriptis aſſentiatur, ut honeſtis & veris, iiſque uti cœperit, non tamen in iis perſeveret. Perſeverare igitur iubet. Quid vero alii de te loquantur, curare noli, ut ſupra dictum eſt. Innuit enim, fore multos qui dicant, ſubito te ſapientem rediiſſe: quique rogent, unde iſtud ſupercilium: & id

τοιαῦτα. οὐ γὰρ τῶν ἐφ' ἡμῖν ἐστι τὸ εἰπεῖν τι ἢ μὴ εἰπεῖν ἐκείνους. ἔοικε δὲ ὁ πιστὸς ἀνὴρ τὸ παρὰ τῶν Πυθαγορείων συμβολικῶς εἰρημένον ἐνδείκνυσθαι. ἔλεγον δὲ ἐκεῖνοι· Εἰς τὸ ἱερὸν ἀπερχόμενος μὴ ἐπιστρέφου· ἐνδεικνύμενοι, ὅτι τὸν εἰς θεὸν ὁρμηθέντα, οὐ χρὴ δίγνωμόν τι ἔχειν, καὶ τῶν ἀνθρωπίνων ἀντεχόμενον.

genus alia. Non enim quid illi dicant, aut non dicant, noſtri eſt arbitrii. Videtur autem alludere ad id quod Pythagorei per ambages dicunt; Si ædem ſis ingreſſus, non debere te converti. quo ſignificant, qui ad Deum ſe contulerit, non eſſe debere ancipiti animo, neque res humanas curare.

ΚΕΦ. οε΄.

Εἰς ποῖον οὖν χρόνον ἀναβάλλῃ τὸ τῶν βελτίστων ἀξιοῦν σεαυτὸν, καὶ ἐν μηδενὶ παραβαίνειν τὸν διαιροῦντα λόγον; παρείληφας τὰ θεωρήματα, οἷς ἔδει σε συμβαλεῖν, καὶ συμβέβληκας· ποῖον ἔτι διδάσκαλον προσδοκᾷς, ἵνα εἰς ἐκεῖνον ὑπερθῇ τὴν ἐπανόρθωσιν ποιῆσαι τὴν σεαυτοῦ; οὐκ ἔτι εἶ μειράκιον, ἀλλ' ἀνὴρ ἤδη τέλειος. ἂν νῦν ἀμελήσῃς, καὶ ῥαθυμήσῃς, καὶ ἀεὶ προθέσεις ἐκ προθέσεως ποιῇς, καὶ ἡμέρας ἄλλας ἐπ' ἄλλας ὁρίζῃς, μεθ' ἃς προσέξεις σεαυτῷ· λήσεις σεαυτὸν οὐ προκόψας, ἀλλ' ἰδιώτης διατελέσεις καὶ ζῶν καὶ ἀποθνήσκων. ἤδη οὖν ἀξίωσον σεαυτὸν βιοῦν ὡς τέλειον καὶ προκόπτοντα, καὶ πᾶν τὸ βέλτιστον φαινόμενον ἔστω σοι νόμος ἀπαράβατος· κἂν ἐπίπονόν τι, ἢ ἡδὺ ἢ ἔνδοξον προσάγηται, μέμνησο ὅτι νῦν ὁ ἀγὼν, καὶ ἤδη πάρεστι τὰ Ὀλύμπια, καὶ οὐκ ἔστιν ἀναβάλλεσθαι, καὶ ἔτι παρὰ μίαν ἧτταν καὶ ἔνδοσιν ἢ ἀπόλλυται προκοπὴ, ἢ σώζεται. Σωκράτης οὕτως ἀπετελέσθη, ἐπὶ πάντων προσάγων ἑαυτὸν, μηδενὶ ἄλλῳ

CAP. LXXV.

Quo uſque tandem differes præſtantiſſima quæque tibi vendicare, & nullatenus diſtinctionem rationis violare? Accepiſti præcepta quæ amplectenda tibi fuerunt, eaque amplexus es. Qualem igitur adhuc doctorem exſpectas, cuius in adventum tui correctionem differas? Non iam adoleſcens es, ſed matura ætate vir. Itaque ſi neglexeris & ceſſaris, ac ſubinde mora moram, propoſito propoſitum adiunxeris, & dies alios poſt alios conſtitueris: non animadvertes, nihil te profeciſſe, ſed hominem plebeium fore tam viventem quam morientem? Nunc igitur viri perfecti & proficientis vitam tibi ſume, ac quicquid tibi viſum fuerit optimum, ea lex ſit inviolabilis. Ac ſi quid laborioſum, aut ſuave, aut glorioſum, aut ignominioſum ingruerit: memento, tum adeſſe diſcrimen, tum inſtare Olympia, nec licere differre: ac profectum una clade ac remiſſione vel perire, vel retineri. Ita Socrates in eum evaſit qui fuit, cum in omnibus ſe ipſe promoveret: cum nemini

προσ-

προσέχων ἢ τῷ λόγῳ. σὺ δὲ, εἰ καὶ μήπω εἶ Σωκράτης, ὡς Σωκράτης γε εἶναι βουλόμενος, ὀφείλεις βιοῦν.

auſcultaret, niſi rationi. Tu vero etſi nondum es Socrates, ſic tamen ut qui Socrates eſſe velis, debes vivere.

ἘΞΗΓΗΣΙΣ.

ΚΑὶ τοῦτο προσῆκον ἦν, ἀκοῦσαι τὸν τυχόντα τελέως τῶν παραινέσεων, καὶ μὴ μέλλειν λοιπὸν, μηδὲ ἀναβάλλεσθαι.

Αἰεὶ δ' ἀμβολιεργὸς ἀνὴρ ἄτῃσι παλαίει.

Ἀργίας γὰρ πρόφασις, ἡ ἀναβολή. Εἰς ποῖον οὖν ἔτι χρόνον, φησὶν, ἀναβάλλῃ τὸ ἀξιοῦν σεαυτὸν τῆς καθ' ἕκαστον τῶν εἰρημένων χρήσεως; ταῦτα γάρ ἐστι τὰ βέλτιστα, ὡς τελειότατα, καὶ σκοπὸς ὄντως καὶ τέλος τῶν λόγων, καὶ τὸ ἐν μηδενὶ παραβαίνειν τὸν ὀρθὸν λόγον, ἀλλὰ κατ' αὐτὸν πάντα ἐνεργεῖν, καὶ ὀρεγόμενον καὶ ἐκκλίνοντα. Καὶ ἄλλος μὲν ἂν εἶπεν, Μένω ἀκοῦσαι τῶν τε λογικῶν καὶ τῶν ἠθικῶν θεωρημάτων. Σὺ δὲ ἤδη πως προκεκοφὼς ἐπὶ φιλοσοφίαν, καὶ προειληφὼς τὰ θεωρήματα, οἷς πρότερον χρὴ συντίθεσθαι ὡς καλῶς εἰρημένοις, καὶ τότε ἐργάζεσθαι αὐτὰ ὡς συνήθη αὐτοῖς, ποῖον ἔτι διδάσκαλον προσδοκᾷς, ἵνα εἰς ἐκεῖνον ὑπερθήσῃς τὴν ἐπανόρθωσιν τὴν σεαυτοῦ; ἄλλοις ἡ ἡλικία ἐστὶ νεάζουσα· σὺ δὲ οὐκ ἔτι μειράκιον εἶ, ἀλλ' ἀνὴρ ἤδη τῇ γνώμῃ τέλειος, ὥστε οὐδὲ ἔξωρος γέρων. ἐὰν τοίνυν ῥαθυμῇς, ἢ διὰ τῆς ἀμελείας προθεσμίας ἐκ προθεσμιῶν ποιῇ,

COMMENTARIUS.

ILlud quoque decebat, qui præcepta perfecte audiſſet, ne cunctaretur & differret diutius. Recte Heſiodus:

Differ opus, nunquam non conflictabere damnis.

Ignaviæ prætextus mora eſt. In quod igitur, inquit, tempus prorogas, quo minus dignum ipſe te iudices, qui ſingulis iis quæ dicta ſunt, utaris? Ea enim ſunt optima & perfectiſſima, & finis ac meta diſputationum, ut nuſquam à recta ratione recedas, ſed ut ea iubet adminiſtres omnia tam appetendo quam declinando. Ac alius quidem dixerit: Exſpecto dum artis diſſerendi præcepta, & doctrinæ, quæ eſt de moribus, audiero. Tu vero qui iam nonnullos in doctrina morum progreſſus habeas, præceptaque perceperis, quibus in primis aſſentiendum eſt, ut veris & bonis, ac tum parendum ut notis & familiaribus: quem adhuc magiſtrum exſpectas, in cuius adventum correctionem tui ipſius differas? Alii ſunt adoleſcentuli. Tu vero non iam es adoleſcens, ſed vir perfecta prudentia, ac ne decrepitus quidem ſenex. Quod ſi ceſſas, aut per incuriam aliud atque aliud tempus, aliam

καὶ ἡμέρας ἄλλας ἐπ' ἄλλαις ὁρίζῃς, μεθ' ἃς προσέξεις σεαυτῷ, ἐλπίδα μὲν κενὴν ἐν σεαυτῷ τρέφεις, τὸ σήμερον καὶ αὔριον ἐννοῶν· λήσεις δὲ σεαυτὸν, οὐ προκόψας, ἀλλ' ὑποκόψας τῷ κατ' ὀλίγον συνεθισμῷ τῆς ῥαθυμίας, καὶ ἰδιώτης διατελῶν, καὶ ζῶν καὶ ἀποθνήσκων. ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνα τούτων ἀρχαὶ, καὶ μέγα ὄφελος ἡ τῆς φύσεως παρασκευὴ, ἣν ἐκεῖθεν ἔχομεν· οὕτω καὶ τὰ ἐνταῦθα τῶν ἐκεῖ ἀρχαὶ προδιατρεπισμῷ. μία γὰρ ἡ ὅλη ζωὴ καὶ εἷς βίος, τῇδε κἀκεῖσε μεταβαλλόμενος. Ἤδη οὖν ἀξίωσον, φησιν, σεαυτὸν βιοῦν ὡς τέλειον, οὐχ' ὡς τέλος ἀπειληφότα· ἐκεῖνος γὰρ οὐ δεῖται τούτων τῶν λόγων· ἀλλ' ὡς κατὰ τὸ προκόπτειν τέλειον, τῷ ἀεὶ προκόπτειν καὶ μηδαμοῦ διακόπτειν τὴν προκοπὴν, ἀλλὰ πᾶν τὸ φαινόμενόν σοι καλῶς ἔχειν, νόμον ἡγοῦ, τὴν ἐργασίαν αὐτοῦ προστάττοντα. πᾶσι δὲ τοῖς προσπίπτουσιν ἔξεστι χρῆσθαι καλῶς, καὶ τοῖς ἐναντίοις, ἐὰν κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον· κἂν ἐπίπονον, κἂν ἡδὺ προσαχθῇ, κἂν ἔνδοξον, κἂν ἄδοξον· τοῦ προσαγομένου, κἂν μικρὸν ᾖ, μὴ καταφρονῶν αὐτοῦ, κἂν μέγα, μὴ ἀποδειλιῶν· μηδὲ συγχώρει παρατρέχειν αὐτὸ, ἀλλ' ἐφ' ἑκάστου νόμιζε τὸν περὶ τῆς ἀρετῆς ἀγῶνα ἤδη προκεῖσθαι, ὥστε

aliam atque aliam diem tibi præfinis, qua te ipſum ſis curaturus: ſpe inani lactaris, diem hodiernum & craſtinum cogitando: itaque imprudens paulatim regrediere magis, quam progredieris aſſuetudine ſocordiæ, & rudis atque indoctus permanebis & vivens & mortuus. Ut enim illa horum principia ſunt, & magnum adiumentum eſt naturæ atque ingenii præparatio, quam inde habemus: ſic ea quæ hic fiunt, illorum ſunt principium & præparatio. Una enim eſt tota vita ratioque vivendi, quæ hic & illic mutatur. Iam igitur, inquit, vivendum tibi eſſe ſtatue tanquam perfecto, non quod perfectionem ſis aſſecutus (id enim ſermones huiuſmodi non deſiderat) ſed quaſi ratione progreſſuum perfectus, qui nunquam progredi deſiſtas, nunquam ceſſes aut remolleſcas. Sed quicquid tibi rectum videbitur, id legem putato, quæ idem exſequi iubeat. Omnibus autem iis quæ inciderint, recte uti licebit, atque etiam rebus inter ſeſe contrariis, ſi eas recta ratione moderere: ſive res laborioſæ, ſive ſuaves obiiciantur, ſive gloria, ſive ignominia. Nam ſive parvum fuerit illud quod offertur, non contemnes: ſive magnum, non reformidabis: neque illud præterfluere ſines, ſed in uno quolibet tibi certamen eſſe propoſitum ſtatuito, in quo aut

corona-

ἀνάγκην εἶναι, ἢ στεφανοῦσθαι ἢ ἀποκυρύττεσθαι· οὐ γάρ ἐστι λοιπὸν ἐνεστηκότος τοῦ ἀγῶνος. Οὐ χρὴ δὲ παρορᾶν οὐδεμίαν ἡμέραν, οὐδὲ ἓν πρᾶγμα, νομίζοντα, μηδὲν ἐκ τῆς τούτων καταφρονήσεως βλάπτεσθαι. παρὰ μίαν γὰρ ἡμέραν καὶ ἓν πρᾶγμα ἡ σὴ προκοπὴ καὶ σώζεταί, φησι, καὶ ἀπόλλυται. πῶς τοῦτο; ἤ, ὅτι μίαν ἡμέραν καὶ ἐφ' ἑνὶ πράγματι ῥαθυμήσας τις, ἀργότερος, καὶ ῥαθυμότερος γίνεται, ὥστε ἄλλου προσπίπτοντος ἀτονώτερον μᾶλλον ὄντα ἢ πρότερον, ἡττᾶσθαι μᾶλλον ἢ πρότερον, καὶ ἄλλου μᾶλλον, καὶ οὕτω κατ' ὀλίγον αὐξανομένην τὴν ἀτονίαν, ἀπολλύναι τὴν προκοπὴν τελέως τοῦ ὀρθοῦ λόγου; σώζεται δὲ καὶ αὔξεται ἡ προκοπὴ κατὰ τὸν ἐναντίον τρόπον. ἀπὸ γὰρ τῆς μιᾶς ἡμέρας καὶ τοῦ ἑνὸς πράγματος ἐγγίνεταί τι σημεῖον, ὁποσονοῦν προκοπῆς, ὥστε τῷ ἑξῆς προσπίπτοντι ἀπροκοπώτερον ὑπαντᾶν, καὶ ἔτι μᾶλλον τῷ ἑξῆς. οὕτω δέ, φησι, καὶ ὁ Σωκράτης ἀπετελέσθη ἀνδρῶν ἁπάντων σοφώτερος, ἐθίσας αὑτὸν ἐν μηδενὶ τὴν ὠφέλειαν τὴν αὑτοῦ ἀναβάλλεσθαι, ἀλλ' ἐπὶ παντὸς τοῦ προσπίπτοντος πείθεσθαι μηδενὶ ἄλλῳ ἢ τῷ λόγῳ, ὃς αὐτῷ λογιζομένῳ βέλτιστος καταφαίνεται. σὺ δὲ εἰ μήπω εἶ Σωκράτης, ἀλλ' οὖν ὡς Σωκράτης γε εἶναι βουλόμενος, ὀφείλεις βιοῦν. ὁ δὲ πρὸς παράδειγμά τι βλέπων, καὶ ἐξομοιωθῆναι βουλόμενος ἐκείνῳ, οὐκ ἐνδίδωσιν, ἀεὶ πρὸς τὴν μίμησιν αὐτοῦ παραβαλλόμενος.

coronari ſit neceſſe, aut repudiari. Nec enim aliud eſt reliquum inſtante certamine. Nec vero ullus dies eſt negligendus, nec ulla res; ex eius contemtu nihil ad te damni rediturum exiſtimando. Ob unum enim diem & unam rem, tua, inquit, progreſſio & conſervatur, & perit. Quomodo iſtud? An, quod is, qui uno die & in una re ceſſarit, ſegnior fit atque remiſſior, ut alia re incidente minus habeat virium quam prius, & magis ei ſuccumbat quam prius, idque indies magis ac magis, dum aucta paulatim ſocordia funditus perierit rectę rationis progreſſio? quæ ratione contraria conſervatur atque augetur. Nam ab uno die & una re, nota quædam imprimitur, & qualiſcunq; fit acceſſio, ut, quicquid poſtridie inciderit, eo minus offendaris, & minus etiam die tertio. Sic & Socrates, inquit, omnium virorum ſapientiſſimus evaſit, cum ſe conſuefeciſſet, ne ulla in re ſui correctionem procraſtinaret: ſed in caſu quolibet alii nemini pareret, niſi ei rationi quæ ipſi cogitanti optima videretur. Tu vero ſi nondum es Socrates, at ſic, ut qui Socrates eſſe velis, vivere debes. Qui vero exemplum aliquod intuetur, & ad eius ſimilitudinem contendit: non committit, quin ſemper in eo imitando elaboret.

ΚΕΦ. οϛʹ.

Πρῶτος καὶ ἀναγκαιότατος τόπος ἐν φιλοσοφίᾳ, ὁ τῆς χρήσεως τῶν θεωρημάτων. οἷον ὁ οὐ μὴ ψεύδεσθαι. Ὁ δεύτερος ὁ τῶν ἀποδείξεων. οἷον πόθεν οὐ δεῖ ψεύδεσθαι. Τρίτος, ὁ αὐτῶν βεβαιωτικὸς καὶ διαρθρωτικός. οἷον, πόθεν ὅτι τοῦτο ἀπόδειξις. τί γάρ ἐστιν ἀπόδειξις; τί ἀκολουθία; τί μάχη; τί ἀληθές; τί ψεῦδος; Οὐκοῦν ὁ μὲν τρίτος τόπος ἀναγκαῖος διὰ τὸν δεύτερον· ὁ δὲ δεύτερος διὰ τὸν πρῶτον· ὁ δὲ ἀναγκαιότατος, καὶ ὅπου ἀναπαύεσθαι δεῖ, ὁ πρῶτος. Ἡμεῖς δ' ἔμπαλιν ποιοῦμεν. ἐν γὰρ τῷ τρίτῳ τόπῳ διατρίβομεν, καὶ περὶ ἐκεῖνόν ἐστιν ἡμῖν ἡ πᾶσα σπουδή· τοῦ δὲ πρώτου παντελῶς ἀμελοῦμεν. τοιγαροῦν ψευδόμεθα μέν· πῶς δὲ ἀποδείκνυται, ὅτι οὐ δεῖ ψεύδεσθαι, πρόχειρον ἔχομεν.

ἘΞΗΓΗΣΙΣ.

Ἐπειδὴ τῷ φιλοσοφοῦντι καὶ βουλομένῳ τὴν ἑαυτοῦ κατὰ φύσιν τελειότητα ἀπολαβεῖν, τήν τε ζωτικὴν, καὶ τὴν γνωστικὴν, ἀναγκαῖόν ἐστιν ἐπιστημονικῶς γινώσκειν, τί τὸ ἀληθές· ἵνα μὴ, δοξαστικῶς αὐτοῖς προσβάλλων, καὶ ἀλόγως τοῖς λέγουσι πιστεύων ἄνευ μαθήσεως, ἅμα μὲν διαμαρτάνῃ, ἅμα δὲ ἄλλοτε ἐπ' ἄλλο μεταβαίνειν ἀναγκάζηται. Ἡ δὲ ἐπιστημονικὴ γνῶσις, δι' ἀποδείξεως γίνεται. Τίς δέ ἐστιν ἡ ἀπόδειξις, ὅτι ὁ

CAP. LXXVI.

PRimus & maxime neceſſarius in philoſophia locus eſt is, qui agit de uſu decretorum: veluti, de non mentiendo. Alter, qui demonſtrationes tractat: veluti, cur non ſit mentiendum. Tertius, is qui has ipſas confirmat & diſtinguit: veluti, qui fiat ut iſta ſit demonſtratio? quid ſit demonſtratio? quid conſequentia? quid pugna? quid verum? quid falſum? Quare tertius locus neceſſarius eſt propter ſecundum, ſecundus propter primum. Maxime autem neceſſarius eſt, & in quo conquieſcendum ſit, primus. Nos vero diverſum facimus. nam in tertio loco immoramur, in eoque omne ſtudium noſtrum conſumimus: primum autem prorſus negligimus. Proinde mentimur quidem, quomodo autem demonſtretur, non eſſe mentiendum, in promtu habemus.

COMMENTARIUS.

PHiloſophanti, ut qui naturalem ſuam perfectionem tum vivendi tum cognoſcendi recuperare cupiat, quidnam ſit verum, ſcientia *comprehendere neceſſe eſt: ne, ſi opinione tantum fretus, magiſtris abſque ratione ac rebus inexploratis crediderit, ſimul & à ſcopo aberret, ſimul etiam alias ad aliud tranſire cogatur. Scientiæ porro cognitio demonſtratione comparatur. Demonſtrationem vero eſſe ratio-

συλλο-

συλλογισμὸς δι' ἐναργῶν προτάσεων τεχνικῶς συντεθειμένων συναγόμενος, καὶ τίνες αἱ ἀληθεῖς προτάσεις, καὶ πόσοι τῆς συνθέσεως αὐτῶν τρόποι, τῆς λογικῆς ἐστὶ πραγματείας διδάξαι. Ἐπειδὴ οὖν ταῦτα οὕτως ἔχει, τρεῖς εἰσιν ἐν φιλοσοφίᾳ τόποι ἀναγκαιότατοι· πρῶτος μὲν, ὁ τῆς χρήσεως τῶν θεωρημάτων, τὸ σωφρονεῖν ἐν ἔργῳ, τὸ μὴ ψεύδεσθαι ἐν λόγοις· δεύτερος δὲ, ὁ τῆς ἀποδείξεως, ὁ μετὰ αἰτίας, ὁ ἀποδεικνὺς, ὅτι δεῖ ταῦτα πράττειν· τρίτος δὲ, ὁ διὰ τῶν λογικῶν μεθόδων βεβαιωτικὸς, καὶ διαρθρωτικὸς τοῦ ταύτην ἀπόδειξιν εἶναι, καὶ μὴ ἠπατῆσθαι ἡμᾶς, καὶ διδάσκων τί ἀπόδειξις, τί ἀκολουθία, τί μάχη· ὅτι ἀκολουθεῖ μὲν τὰ ὁλικώτερα τοῖς μερικωτέροις· εἰ γὰρ ἄνθρωπός ἐστι, καὶ ζῶόν ἐστι· μάχεται δὲ τὰ ἀντικείμενα, τὸ τὶς καὶ τὸ οὐδεὶς, καὶ τὸ πᾶς καὶ οὐ πᾶς· καὶ ἀδύνατον ἀλλήλοις συναληθεύειν ταῦτα ἢ ψεύδεσθαι· δείκνυσι δὲ καὶ, ὁποῖος μέν ἐστιν ἀληθὴς συλλογισμὸς, ἐκ ποίων προτάσεων, καὶ κατὰ ποίαν σύνθεσιν· ποῖος δὲ ψευδής. Καὶ δῆλον, ὅτι οὗτος μὲν ὁ τρίτος τόπος, ὁ τὴν λογικὴν διδάσκων μέθοδον, ἀναγκαῖός ἐστι διὰ τὸν δεύτερον, ἵνα ἐπιστημονικῶς γινώσκωμεν, τίνα τὰ ἀγαθὰ ἡμῶν ἐστι, καὶ ὅπως αὐτὰ χρὴ περιποιεῖσθαι· ὅτι δι' αὐτῶν αὐτὰ τῶν ἔργων περιποιούμεθα. καὶ οὗτός ἐστιν ὁ ἀναγκαιότατος, καὶ τὸ τέλος ὅπου παύεσθαι δεῖ. διὰ γὰρ τοῦτον καὶ τούτου ἕνεκα οἱ ἄλλοι παραλαμβάνονται.

cinationem, quæ ex evidentibus propoſitionibus rite collocatis concludatur, & quæ propoſitiones firmamenta rationum non deſiderent, quotque modis inter ſeſe componantur: id docere artis diſſerendi munus eſt. Quod cum ita ſit, tres ſunt in philoſophia loci maxime neceſſarii. Primus, in uſu poſitus præceptorum: modeſtiam in factis, veritatem in dictis eſſe colendam. Alter, demonſtrationis: qui rationibus convincit, hæc eſſe facienda. Tertius, qui diſſerendi præceptis confirmat, dilucideque declarat, eam eſſe demonſtrationẽ, & non deceptos eſſe nos: ac docet, quid ſit demonſtratio, quid conſecutio, quid pugna. conſequentia eſſe anguſtioribus ea quæ latius pateant: ut ſi homo ſit, eſſe animal. contraria inter ſeſe pugnare: Aliquis, nemo: Omnis, non omnis. neque poſſe fieri ut ea ſimul vera ſint aut falſa. oſtendit etiam quæ vera ſit ratiocinatio; è quibus conflata propoſitionibus; qua compoſitione; quæ falſa. Perſpicuum autem eſt, hunc quidem tertium locum neceſſarium eſſe propter ſecundum, ut certa ſcientia comprehendamus quæ noſtra bona ſint, & quomodo paranda. acquiri ea ipſis actionibus. Et hic quidem maxime eſt neceſſarius, & omnis inſtitutionis finis. Ob hunc enim, & huius gratia cæteri adhibentur.

ἡμᾶς·

ἡμεῖς δὲ τὸ ἀνάπαλιν ποιοῦμεν· ἐν γὰρ τῷ τρίτῳ τόπῳ διατρίβομεν καὶ μάλιστα, καὶ ἐπ' ὀλίγον ἐν τῷ δευτέρῳ· τοῦ δὲ πρώτου ἀμελοῦμεν, δι' ὃν οἱ ἄλλοι. τοιγαροῦν ψευδόμεθα μὲν, ὅπως δὲ ἀποδείκνυται ὅτι οὐ δεῖ ψεύδεσθαι, καὶ διὰ τίνων λογικῶν μεθόδων, πρόχειρον ἔχομεν. καίτοι ἔδει, μαθόντας πῶς χρὴ ἀποδεῖξαι ὅτι οὐ χρὴ ψεύδεσθαι, ἐφεξῆς μετ' ἀποδείξεως καὶ ἐπιστημονικῶς γνῶναι, ὅτι οὐ χρὴ ψεύδεσθαι, ἐγνωκότας δὲ αὐτὸ, διατελεῖν τὸ λοιπὸν ἐργαζομένους, ὡς τούτου ἕνεκα καὶ τὸν πρῶτον τρόπον παραδοθέντα. πάνυ οὖν καὶ εὐμεθόδως καὶ ἐντρεπτικῶς ἡμᾶς καὶ διὰ τούτου τοῦ κεφαλαίου ἐπὶ τὴν ἐργασίαν τῶν προτρεπτικῶν λόγων ἐχειραγώγησεν.

Nos vero contra facimus. nam in tertio loco immoramur potiſſimum, alterum leviter attingimus: primum vero, cui ſerviunt cæteri, negligimus. Proinde mentimur: quomodo autem demonſtretur, non eſſe mentiendum, & quibus dialecticis viis: id in promtu habemus. Enimvero decebat, cum didiciſſemus quomodo eſſet demonſtrandum, Mentiri non oportere: mox demonſtratione certaq; ſcientia cognoſcere, non eſſe mentiendum: idque ubi cognoſſemus, in agendo perpetuo occupari, ut cuius gratia quoque hic ipſe primus locus eſſet traditus. Optimo igitur ordine, & acerrime etiam in hoc capite nos ad præſtanda ea, quę pręcipiuntur, veluti manu duxit.

ΚΕΦ. οζ.

Ἐπὶ παντὸς προχείρου ῥητέον ταῦτα· Ἄγε δή με, ὦ Ζεῦ, καὶ σύ ἡ Πεπρωμένη, Ὅποι ποτὲ ὑμῖν εἰμὶ διατεταγμένος, Ὡς ἕψομαί γε ἄοκνος. Ἢν δέ γε μὴ θέλω, οὐδὲν ἧττον ἕψομαι.

CAP. LXXVII.

IN quovis incepto hæc optanda ſunt:
Me Iupiter duc, & Fati neceſſitas,
Quocunque veſtro deſtinatus numine
Sum. nam volens ſequar. Quod ſi minus velim,
Sequar coactus, improbuſque & impius.

ΚΕΦ. οη.

Ὅστις δ' ἀνάγκῃ συγκεχώρηκε καλῶς, σοφὸς παρ' ἡμῖν, καὶ τὰ θεῖα ἐπίσταται.

CAP. LXXVIII.

Item:

NEceſſitati qui probe ſe accommodat,
Sapit, eſtque rerum divinarum conſcius.

ΕΞΗΓΗ-

ἘΞΗΓΗΣΙΣ.

Ἐπειδὴ οὖν τὰς κατὰ διέξοδον ἡμῖν παραδοθέντας παιδευτικοὺς λόγους συνῃρημένως τινὲς τῶν παλαιοτέρων παραδεδώκασι, συμβουλεύει πρόχειρα ἔχειν ἐκεῖνα πανταχοῦ, ὡς ἅμα μὲν εὐμνημόνευτα, ἅμα δὲ τῇ μαρτυρίᾳ τῶν κλεινῶν ἀνδρῶν καὶ τῶν εὐστόχως ἀποφανθέντων βεβαιοῦντα ἡμῶν τὴν ἐπὶ τοῖς παρῃνημένοις πεποίθησιν. Τὸ μὲν οὖν πρῶτον, Κλεάνθους ἐστὶ τοῦ Στωϊκοῦ τοῦ ἀπὸ τῆς Ἄσσου. ὃς μαθητὴς μὲν ἐγένετο Ζήνωνος, διδάσκαλος δὲ Χρυσίππου. τούτου καὶ ἀνδριάντα θαυμαστὸν ἐν αὐτῇ Ἄσσῳ ἐθεασάμην, δεῖγμα τῆς Ῥωμαίων συγκλήτου, πρὸς τιμὴν τοῦ ἀνδρὸς ἀνατεθέντα. Εὔχεται δὲ οὗτος ἐν τοῖς Ἰαμβείοις τούτοις, ἄγεσθαι ὑπὸ θεοῦ, καὶ τῆς ἀπ' αὐτοῦ διὰ πάντων ἐν τάξει φοιτώσης αἰτίας ποιητικῆς τε καὶ κινητικῆς· ἣν πεπρωμένην καὶ εἱμαρμένην ἐκάλει· ἐπαγγελλόμενος ἄοκνος καὶ ἑκὼν ἕψεσθαι. ἂν γὰρ ἀντιτείνω, φησὶ, οὐ μόνον ὅτι κακὸς ἔσομαι, ἀλλὰ καὶ οἰμώζων καὶ στένων ἀκολουθήσω. ἀνάγκη γὰρ ἀκολουθεῖν τὸ ἀσθενέστερον τῷ ἰσχυροτέρῳ, τὸ αἰτιατὸν τῷ αἰτίῳ. Τοῦτο δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Ἐπίκτητος ἐνεδείξατο διὰ τοῦ κεφαλαίου, ἐν ᾧ ἔλεγε, Μὴ ζήτει τὰ γινόμενα γίνεσθαι ὡς θέλεις, ἀλλὰ θέλε τὰ γινόμενα ὡς γίνεται, καὶ εὐροήσεις. Συνεκτικὸν δέ ἐστι τοῦτο πάσης εὐαγωγίας, τὸ συντάττειν ἑαυτὸν τοῖς ὅλοις, καὶ θέλειν ὅλον εἶναι μετ' ἐκείνων, ἀλλὰ μὴ ἑαυτὸν ἀπὸ τοῦ ὅλου ἀποσπῶντα,

COMMENTARIUS.

Quia præceptiones fuſe traditas veterum quidam in compendium redegerunt: eas in promtu ſemper habendas eſſe monet, ut & memoratu faciles, & ut ob teſtimonium præſtantium virorũ, ipſorumque dictorum leporem, fiduciam noſtram de hiſce admonitionibus confirment. Prima eſt Cleanthis, Stoici philoſophi, Aſſo nati, qui fuit Zenonis diſcipulus, Chryſippi magiſter. Huius ſtatuam admirabilem, magnificentiæ Romani Senatus ſpecimen, in ipſa Aſſo vidi, in viri eius honorem dedicatam. Precatur autem in iis iambis, ut à Deo ducatur, &, quæ ab eo per omnia ordine tranſit, cauſa effectrice & motrice, quam Fatum appellabat: pollicens ſe ſtrenue atque ultro ſecuturum. Nam ſi repugnaro, inquit, non modo malus ero, ſed & plorans & gemens ſequar. Neceſſe enim eſt, imbecilliora ſequi ea quæ fortiora ſunt, & cauſas ea quę orta ſunt de cauſis. Quæ ipſe etiam Epictetus innuit in eo capite, quo ait: Noli velle, ut ea quæ fiunt, ita fiant ut tu vis: ſed ita velis ea fieri quæ fiunt, ut fiunt. Sic facilime agitabis. Hoc enim diſciplinam morum omnem continet, ſe coniungere cum univerſo, & totum cum eo eſſe velle: non autem ab univerſo ſeſe avellentem,

καὶ εἰς μικρὸν καὶ οὐδὲν περιγράφοντα, ἀντιτείνειν τοῖς ὅλοις, καὶ βούλεσθαι καὶ τὰ ὅλα τῶν οὕτως εὐτελῶν μέρει ἀκολουθεῖν. Καὶ τὸ δεύτερον δὲ ἐστι μὲν Εὐριπίδου τοῦ τραγικοῦ. τὴν δὲ αὐτὴν ἔννοιαν ἔχει καὶ τοῦτο. ἀνάγκη γάρ ἐστιν ἡ ἐπὶ τὸ ἄνω καὶ τὴν θείαν αἰτίαν πάντα ἄγουσα, ἑκόντα τε καὶ ἄκοντα. καὶ ὁ ταύτῃ συμφωνῶν, καὶ ἀκολουθῶν, καὶ μὴ ἀντιτείνων, ἀλλ' ἀόκνως ἑπόμενος, σοφὸς ὄντως ἐστὶ, τήν τε τῶν ὄντων φύσιν, καὶ τὴν τῶν ὅλων καὶ τῶν μερῶν διαφορὰν καλῶς ἐπιστάμενος, καὶ τὸ τῆς θείας δυνάμεως κατὰ τὸ προσῆκον τιμῶν.

ΚΕΦ. οθ'.

Ἀλλὰ καὶ τὸ τρίτον· Ὦ Κρίτων, εἰ ταύτῃ τοῖς θεοῖς φίλον, ταύτῃ γινέσθω. ἐμὲ δὲ Ἄνυτος καὶ Μέλιτος ἀποκτεῖναι μὲν δύνανται, βλάψαι δ' οὔ.

ἘΞΗΓΗΣΙΣ.

Ἔστι μὲν οὖν ἐκ τοῦ Πλατωνικοῦ Κρίτωνος, Σωκράτης δὲ ὁ λέγων. καὶ αὐτὸ δὲ τῆς αὐτῆς ἐννοίας ἔχεται συντομώτερον. ὁ γὰρ τοῦτο μὴ λέγων μόνον, ἀλλὰ καὶ ζῶν οὕτως, τὸν ἀπὸ τῶν ὅλων ἑαυτοῦ μερισμὸν, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ θεοῦ φυγὴν ἰᾶται, καὶ τῶν χειρόνων πάντων ἀφίσταται, τοῖς ὅλοις ἑαυτὸν ἐνδιδοὺς, καὶ τῷ θεῷ. Καί μοι δοκεῖ διὰ τούτων ὁ ἀνὴρ οὗτος, τῶν μαρτύρων ἐπὶ τέλει προστεθέντων, ἐνδείκνυσθαι, ὅτι πᾶσα ἡ τῆς ἀνθρωπίνης

& in anguſtias, ac potius ad nihilum redactum, univerſo repugnare, & velle ut univerſum partem tam vilem ſequatur. Alterum dictum Euripidis eſt Tragici, eandemque ſententiam continet. Neceſſitas enim eſt, quæ ad ſuperna divinamque cauſam reducat omnia, tam invita quam voluntaria. Cui qui aſſentitur & comitatur, nec renititur, ſed ſtrenue ſequitur, vere ſapiens eſt: rerumque naturam, & partium ac totius diſcrimen ſatis intelligit, & honorem habet eum qui decet divinæ potentiæ.

CAP. LXXIX.

Sed & tertium illud: O Crito, ſi Diis ita viſum fuerit, ita fiat. Me autem Anytus & Melitus occidere ſane poſſunt, lædere vero non poſſunt.

COMMENTARIUS.

Dictum Socratis eſt è Critone Platonis, eandemque ſententiam maiore compendio complectitur. Qui enim non tantum ita loquitur, ſed ita etiam vivit: ſeparationi ſui ab univerſo, & fugæ à Deo medetur, & à deterioribus omnibus recedit, univerſitati & Deo mancipatus. Ac videtur mihi hic vir per hoſce teſtes in fine citatos innuere: omnem humani animi

ψυχῆς

ψυχῆς τελειότης, εἰς τὴν πρὸς θεὸν ἐπιστροφὴν, καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν σύνταξιν ἀποκορυφοῦται. Τὸ δὲ ἐπὶ τέλει προστεθὲν, τὸ, Ἐμὲ δὲ Ἄνυτος καὶ Μέλιτος ἀποκτεῖναι μὲν δύνανται, βλάψαι δὲ οὔ· ἔστι μὲν ἀπὸ τῆς Πλατωνικῆς τοῦ Σωκράτους ἀπολογίας περὶ Ἀνύτου καὶ Μελίτου, τῶν Σωκράτους κατηγόρων εἰρημένον. Τέλος δὲ ἀρχῇ συνάπτει, ὑπομιμνήσκων ἡμᾶς τῶν ἐν ἀρχῇ ῥηθέντων, ὅτι ὁ τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ κακὸν ἐν τοῖς ἐφ' ἡμῖν τιθέμενος καὶ μὴ ἐν τοῖς ἐκτὸς, οὔτε ἀναγκασθήσεται ὑπό τινος, οὔτε βλαβήσεταί ποτε.

perfectioné converſione ad Deum, eiuſque coniunctione abſolvi & conſummari. Quod autem extremum adiectumeſt, Me vero Anytus & Melitus occidere ſane poſſunt, lædere autem non poſſunt: ſumtum eſt ex Aopologia Platonica, & Socratis accuſatoribus Anyto & Melito dictum. Finem autem principio connectit, dum initio dicta in memoriam revocat, eum qui bonum & malum in rebus in noſtra poteſtate ſitis collocet, non autem in rebus externis, neque coactum iri unquam, neque læſum iri ab ullo.

Ταῦτα εἶχον τοῖς τὰ Ἐπικτήτου μεταχειριζομένοις πρὸς σαφήνειαν τῶν εἰρημένων συμβαλέσθαι κατὰ δύναμιν· εὐχαριστῶν καὶ αὐτὸς τῇ προφάσει τῆς περὶ τοὺς τοιούτους λόγους διατριβῆς, ἐν προσήκοντι καιρῷ μοι γινομένη τυραννικῆς περιστάσεως. Εὐχὴν δὲ ἐπὶ τέλει τοῖς παροῦσιν οἰκείαν προσθεὶς, ἐπ' αὐτοὺς καταπαύσω τὸν λόγον.

Ἱκετεύω σε, Δέσποτα, ὁ πατὴρ καὶ ἡγεμὼν τοῦ ἐν ἡμῖν λόγου, ὑπομνησθῆναι μὲν ἡμᾶς τῆς ἑαυτῶν εὐγενείας ἧς ἠξιώθημεν παρὰ σοῦ, συμπράξαι δὲ ὡς αὐτοκινήτοις ἡμῖν πρός τε κάθαρσιν τὴν ἀπὸ τοῦ σώματος καὶ τῶν ἀλόγων παθῶν, καὶ πρὸς τὸ ὑπερέχειν καὶ ἄρχειν αὐτῶν, καὶ ὡς ὀργάνοις κεχρῆσθαι κατὰ τὸν προσήκοντα τρόπον·

HÆc habui quæ Epicteti ſtudioſis, ad dicta illius declaranda, pro mea virili conferrem: gaudens & ipſe, datam mihi occaſionem de huiuſmodi ſermonibus commentandi, quæ quidem in tyrannicas graſſationes peropportune incidit. Peculiari autem voto his adiecto concludam hunc Commentariolum.

Supplico tibi, Domine, pater & dux rationis noſtræ, ut noſtræ nobilitatis recordemur, qua tu nos ornaſti: & ut nobis præſto ſis, ut iis qui per ſeſe moventur, ut & à corporis contagio, brutorumque affectuum, repurgemur, eoſque ſuperemus & regamus, &, ſicut decet, pro inſtrumentis iis utamur. Deinde ut nobis adiu-

καὶ πρὸς διόρθωσιν ἀκριβῆ τοῦ ἐν ἡμῖν λόγου, καὶ ἕνωσιν αὐτοῦ πρὸς τὰ ὄντως ὄντα, διὰ τοῦ τῆς ἀληθείας φωτός. καὶ τὸ τρίτον, τὸν σωτῆρα ἱκετεύω, ἀφελεῖν τελέως τὴν ἀχλὺν τῶν ψυχικῶν ἡμῶν ὀμμάτων, Ὄφρα γινώσκομεν (κατὰ τὸν Ὅμηρον) ἠμὲν θεὸν, ἠδὲ καὶ ἄνδρα.

ΤΕΛΟΣ.

mento ſis ad accuratam rationis noſtræ correctionem, & coniunctionem cum iis, quæ vere ſunt, per lucem veritatis. Et tertium, Servatorē ſupplex oro, ab oculis animorum noſtrorum caliginem prorſus abſtergat, ut, quod apud Homerum eſt,

Norimus bene qui Deus aut mortalis habendus.

FINIS.

INDEX.

INDEX

RERUM ET VERBORUM.

A.

ACcuſare ſe ipſum. 276.277
Acrothoïta, natio ἀθέων. 222.223
Actio, finis. 315.319
Actio paſſiva, averſio à bono. 187.
Actiones philoſophi. 74
Actionum omnium finis. 173
Actionum præparatio, & adminiſtratio. 57.58.
Admirationis uti fiamus participes. 139
Adverſæ res tolerantem fortiorem reddunt. 91. Mala.
Ædilis, vel ſcenæ magiſter, deus. 127.128
Ægritudo uti profliganda? 157
Ægroti cum cultu divino ſanati. 220
Æmulatio. 131.132
Æquabilitas. 294.
Ætatis degendæ ratio. 260
Æternitas, temporis expers. 242
Affectio, χρῆσις. 195. Ordo.
Affectus bruti. 316
Afflictiones. Mala.
Agens non patiens. 242
Agricolarum corporalis ſanitas quam civium conſtantior. 260
Αἵρεσις, προαίρεσις. 14
Alexandri Magni peſſima mentis duplicitas. 123
Aliena, quæ non In poteſtate noſtra. triplicia. 53. cur ſic appellanda? 107. 118. relinquenda. 137. Externa.
Alienum, & cognatio. 196
Alii quid dicant, nil ad nos; non eſt noſtri arbitrii curare. 322
Alter ipſe, amicus. 204
Alium tractare ut ſe ipſum, amicitiæ ſummus apex. 205
Ambitio, perturbationum extrema tunica. 106
Amicus, alter ipſe. 204. dimidium animæ, & altera corporis pars. 208. tot animos habet, totidemque corpora, quot amicos 205
Amicorum omnia communia, proprium nihil. 204.205
Amici, ſunt theſaurus. 206
Amici, & amicicia. 149.150.198. vinculum omnium virtutum, ſed è vita profligata. 208. pluſquam fraternitas & cognatio. 207
Amicicia delectus. 201. 202. tractatio. 203. ſummus apex, & bona. 205.207. vires. 206. vinculum, bona voluntas. 207.
Amiſſa quei non ſani animi providentiã divinam accuſando ulciſcantur? 217
Amittere, & reddere; quorum illud ineruditorum; hoc eruditi. 107
Amor immodicus, & aſſuetudinis abſentia. 161.162
Anaxagoras. 125
Anima humana, libera, ſed ancipitis naturæ, & velut ἀμφίβιον. 180.181.182.185 immortalis. 257. prima. Mobile primum. principium per ſe mobile. 228. quomodo mobilis & immobilis. 230. quum ſola, nullius mali particeps. 176. 177.179.
Anima natura ſuperior, bona voluntas. 207. periodus ad bonum & malũ. 252
Anima, & quidquid eſt, priuſquam eſſet in natura, extra naturam perſpectum à deo. 241. An nonnullæ infinito ævo in malo maneant? 166
Animæ brutæ, & earum malum. 179
Animarum diviſio. 229
Animi, à deo conditi, an dei partes? 165. 187.
Animi clavi, voluptates. 288. & affectus bruti. 296. fruſtratio & lapſus, bonum; nec abſolutum malum. 97. libertas. 16.23.28.34. quæ Enchiridii finis. 2. natu-

natura, malum ſieri poſſe. 24
Animus animum acuit. 203
Animus bifariam læditur. 296
Animus, boni mali-que principium & auctor. 98.183. *conditus talis qui malus ſieri poſſet. quod nullum malum.* 187. 188.
Animus homo. 5. 101. *univerſi media creatura.* 98. 103
Animus humanus facultate ſumma primum & per ſe præditus eſſe non poteſt. 156. *totum adminiſtrare mundum dicitur.* 243
Animũ eſſe corpus, nonnulli ſtatuunt. 159
Animũ impediri poſſe; malis nullis affici. 85
Anſæ rerum ſingularum duæ. 304
Antigonus Syriæ *poſt Alexandrum rex, cum Zenone congreſſurus angitur & æſtuat.* 283
Apollinis hypocriſis. 258. 259. *comprobatione omnis ſapientiſſimus Socrates.* 311
Appetendum. Expetendum.
Appetitio, opinio. 22.23.
Appetitio & fuga. 16. 17. 36. 48. 99. 148
Appetio, quibus plane interdicta? 49. 51
Appetitionis, & egeſtatis, diverſæ rationes. 19. 20. *& furti.* 22
Appetitiones brutæ quare datæ? 181
Aquæ ſumma neceſſitas. 77
Arbitrium. Delectus.
Ἀρετά. 14
Arguere aliena vitia. 275
Arrianus Epicteti enchiridii cõcinator. 1
Ars, & natura. 177
Aruſpices. Vates.
Aſcia & fabri ſimilitudo. 72
Aſſuetudo laborum. 314. *lenire poteſt.* 161
Aſtrologorũ coniectura, ex inſtrumentis. 25.26.27.
Ἄθεοι. 222
Atheiſmi cauſſa. 223.237
Avaricia. 158 *fugienda.* 294
Avarorum infelicitas. 245
Audacia in declamatoribus unde oriatur? 264
Auditu cogitationes excitantur. 264
Averſio à bono, malum neceſſarium. 185. *actiq paſſiva.* 187
Averſionis à bono cauſſa; quæ non tamen ideo cauſſa quoque mali. 186
Auguria nil ad bonum virum. 129
Axiomata. 292.

B.

BEatitudo vera. 3
Beatus. Fortunatus.
Bene faciendi facultas, expetenda principibus res. 283
Bonitas bonitatum. 235.236.242.
Bonitatis divinæ excellentia. 96. *abuſus.* 246.
Boni mali-ve ſimus, in nobis ſitum eſſe. 97.98.
Boni ut ſieri queamus? Orandum.
Boni, nunquam calamitoſi. 243. 244. Eruditi. Sapientes. Philoſohi. Docti.
Boni adeptio, omniũ actionum finis. 173
Boni veri, & boni iucundi ſtudium. 14
Boni & mali periodus in animis. 252
Bonu alienis nemo augeri poteſt. 72
Bonum & malum. 317
Bonum, & malum, ficta nonnullis prima principia. 164. *ortus & interitus expertia.* 166
Bonum, deus, unum, fons, principiũ, finis. 9
Bonum maius, minus. 174
Bonum ſecundarium. 178.179
Bonum imaginarium. 184.
Bonum expetendum. 174. *ob ſe ipſum.* 291
Bonũ, accidens eſſe. 171. *eius tamen aliquã ſubſtantiam principalem.* 172. 175. 176
Bonum animi, corporis, externarum rerum. 305
Bonum in omnibus rebus. 304
Bonum animi, ubi ſitum? 48.95.99. 101
Bonum & malum, in noſtra poteſtate. 16. 17.31.243. *in nobis.* 137.223.303. *& opinione noſtra. contraque voluntatem noſtrã neutrũ nobis accidit.* 146.148. 157. *in reb. noſtri iuris.* 215. *in externis non ſitum.* 125. *non in populari opinione.* 291.

ne.291 non in actionibus. 48.
Bonum noſtrum, recta opinio de rebus, eiuſ-que uſus natura conſentaneus. 72
Bonorum triplex ordo. 96.175.176
Bulbū obiter tollere, prolem acquirere. 77

C.

CÆdes vel non voluntaria, vel iure illata. 15
Calamitoſus, & infortunatus. 46
Calcei purpurei & interpuncti à Romanis prælati auratis. 298
Calcei exemplum; qui, pedi non æqualis, hominem allidit, & præcipitē agit. 299
Canis noſter internus. 135
Caſus & fortuna. 165.224
Caſtigationis finis. 251
Caſtitas ante nuptias. 274
Cato Maior. 57
Cauſarum ordo & philoſophia. 225
Cauſſa cauſſarum, & eius nomen inſufficiens. 236
Choragus ſcenæ, deus. 127.128
Chryſippus. 320.321.329
Ciborum varietas. 269
Circulum orientiū & mutantium nunquam ceſſare. 177
Civitas, mater paterque civium. 208
Cives, fratres. 208.209
Civium infirmior ſanitas corporalis quā agricolarum. 269
Clavi animi, voluptates. 188. *& affectus bruti.* 296
Cleas. 329
Coactum omne à culpa immune. 169.183
Cochleā obiter tollere; uxorē aſſumere. 77
Cogitationes, actiones philoſophi. 74
Cogitationes fœdæ. 277
Cognatio, & alienum. 196
Communitas conviviorum, neceſſitudinis, latronum. 294
Conciones, quales eſſe debeant? 263
Confeſſio propriorum malorum. 278
Congemiſcere poteſt bonus vir; non etiam dolore affici. 125
Congreſſuum officia. 282.283.284.286
Coniunctio fraterna. 195.196
Connexi axiomatici & ſyllogiſtici applicatio ad opinionum noxam. 293.303
Conſcientia contentum eſſe, ſufficit. 276
Conſcientiæ cruciatus. 251
Conſilia, antequam iudices, cognoſcenda. 307.308
Contemptio, ſtudium-que, quarum-nam rerum? 117.118
Contemptio rerum externarum, cum honore nil pugnat. 146
Contentum eſſe. 276
Continentiæ & temperantiæ differitas. 103.104
Continentia voluptatis. 273.289
Contraria, quæ? 163
Cōtrariis conſtāt omnia, ſingula-que. 304
Contumelia non ab alienis rebus, ſed nobis ipſis. 134
Converſio ad deum. 249.250.252. Pœnitentia.
Converti ad deum ancipiti animo nemo poteſt. 322.
Converti ad deum, vera perfectio. 331
Conviciorum patientia. 105.303
Convivator, deus. 122
Conviviū huius vitæ, uti adminiſtrandum? 122.123
Convivia. 266
Conviviorum communitas. 293
Corpus, principium eſſe non poſſe. 228. *hominis ſeu animi inſtrumentum.* 320. *non pars.* 6.85.86
Corpus præcipue curare, quale ſignū? 301
Corporū rerum uſus. 268.269. *acquiſitio, & poſſeſſio.* 297. 298. *utrarumque æqualis diſtinctio.* 299
Corpora ſimplicia nil habent mali. 178
Corporum vivorum & inanimorum differentia. 29
Corporibus quæ accidunt, in bonis potius habenda quam malis. 178
Crates. 50.64.102.112.123.170
Cruciatus, & mors. 64
Cruciatus conſcientiæ. 251

Culpam

Culpam in alios conferre, ineruditorum eſt. 69
Cultura hypocritica, ob ſola beneficia. 217 Honores.
Cultus per partes ad totũ referendus. 235
Cultũ divinũ ritu patrio fieri debere. 219
Cultus divinus cum miraculis coniunctus. 219.220
Cultus dei purus cum impuro miſceri non poteſt, quin totus ei impurus habeatur. 220.221.
Cultus divinus, in verbo dei ſubſiſtens, τὸ αἴτιον operum noſtrorum; ſine quo cætera invalida per ſocordiã noſtram, etſi literatiſſimam, redduntur. 221
Cultu divino vero grandeſcimus; non aliter. 221

D.

Damnum, & damnum qui dat, pari odio habentur ineruditis. 216
Damnum quiſque facit ſibi; non aliis; non alius. 303
Dare alteri quæ non habeas. 149.150
Declamationes. Conciones.
Declinatio & appetitio. 16.17.36.48.99.148
Delectus voluntatis. 183. *noſtrũ opus.* 184
Deliciæ. 272
Depravatio. 249
Depravationẽ exiſtere quei neceſſe ſit? 96
Deriſus Irriſio.
Deus deorum. 236. *convivator.* 122.126. *mali cauſſa non eſt.* 184.185.187. *muneribus non corrumpitur, nec ſtipis diſtributione à ſententia dimovetur ſua quo improbi indemnes peccarint.* 246 *omnipræſens.* 242. *omniſcius.* 276. *verũ omnium principium.* 175. *ſimul & ubique præſto eſt ſemper, cum omnibus ſuis divinis copiis & virtutib.* 219.220 *temporis, vel initii, expers.* 242. *veritas.* 275
Deus, unum, bonũ, fons, principiũ, finis. 9
Deus. Rupes.
Dei nomen, & etymologia. 223.236
Deo quæcunque attribuimus, ſeu nomina, ſeu res, nihil eorum dei dignitatem exæquat. 232.235.236
Deum eſſe. 222
Difficultates, mali argumentum nullum habent. 245. Mala.
Dii, parentes. 199
Dilatio: Mora.
Diogens. 50.102.112.123.124.273.
Diſcentium officia erga doctores. 201
Diſputationes, quales eſſe debeant? 263
Diſſentienti à te cur non debeas iraſci? 302
Diſſimilitudo. 196
Diſſolvi, non malum. 177
Divinatio. 254.257. *nil ad eruditũ.* 129
Divini, id eſt, parentum fratres. 199
Divinus, & Divinum, quid? 124
Divitiæ improbis in pœnam datæ. 245
Divitias aſpernari, penes nos. 127
Divitibus corporalis ſanitas infirmior quam Pauperibus. 269
Docere, cuius munus. 310.
Doctus, & rudis. 18. Eruditus. Philoſophus. Sapiens. Bonus.
Dolore vir bonus non afficitur. 125
Dolorum tolerantia. 64.90
Domiciliorum luxus. 270
Dominæ, à quibus appellentur uxores? & cur? 300
Dominus, quis? 120. *& quarum rerum?* 150.157
Domini quavis in re bini. 121
Dominis infirmior ſanitas corporalis quam ſervis. 269
Dominium in fratrem, eſt, ut tui officii munus exequare. 200.

E.

Effœminatus. 61
Egeſtas, corporiſque amiſſio, tam ex immodica rerum acquiſitione, quam immodico uſu. 298.299
Egeſtatis, & appetitionis, diverſæ rationes. 19
Elatio, τῦφος*, opinio incrementi.* 71

Elatio inanis. Supercilium.
Electio. Delectus.
Eloquentia, recitationes. 281. 320. *ſcriptorum enarratio.*
Eloquentia non plus quam pecunia meliores reddit poſſeſſores. 306.307
Enchiridion, quid? & quis uſus eius? 2
Enchiridii præſentis dictio & oratio qualis? 3. *id quibus-nam ſcriptum?* 4
Ens. Animæ.
Entium univerſitas, ordo, ius, diſtributio. 81.82.84.98.103.
Ἔπαρσις, elatio, opinio incrementi. 71
Epicteti claudicatio, paupertas, domuncula. 102. *vita.* 272.
Epilepſia officiis erga deum curata. 219
Epulæ. 269
Erubeſcere. 193
Eruditus, quis? 67.69. Doctus, Philoſophus, Bonus. Sapiens. *Vt opilio ovibus, princeps civitatibus; ſic eruditus cunctis præeſt & prodeſt.* 152.153
Eruditi in perverſa rep. quæ conditio? 153
Evomere ſermones nondum concoctos. 311
Euripides. 330
Exercitationis animi duo capita. 66. Medicina.
Exercitatio confirmat. 89.91
Exercitatio laborum, continentiæ, tolerantiæ. 313.314
Exilii remedium. 135.136
Expetendum, bonum. 174
Exprobrationes. 275.286
Externa, quæ non In poteſtate noſtra. Aliena. *res cum vero bono conſentiẽtes, vel diſſentiẽtes.* 213. *res relinquẽdæ.* 137
Externorum rectus uſus. 75. *finctus.* 78. 79. *criminatio.* 120. *ſtudium cur à multis ſuſcipiatur?* 115

F.

Fabri & aſciæ ſimilitudo. 72
Facundiæ oſtentatio. 281
Fama popularis. Gloria.
Familiari rei ſtudere; & bulbum tollere obiter. 77
Famulitium immodicum. 271
Fatalis cœli converſio? 18.26
Fatum. 127. 329. 330
Felicitas vera. 3. *in qua repoſita.* 47
Feſta divina. 220
Finis Enchiridii Epicteti. 1.2
Finis, quid? 173. *actio.* 315. 329. *ſcopi adeptio.* 188
Fors, finis, principiũ, deus, unum bonũ. 9
Formarum forma in animis. 229
Formarum diiudicatio. 233. *non ex temperamento.* 234
Fortitudo, & tolerantia, uti differãt? 104
Fortuna, & caſus. 165.224
Fortunatus, quei fies? 45
Fratres parentum divini appellati. 199
Fratrum officia. 200
Fructus externarũ rerum, ſed moderatus, conceſſus. 2
Fuga & appetitio. 16.17.36.48.99.148
Furti, & appetionis, diverſæ rationes. 22.

G.

Gemere uti vir bonus poſſit? 115
Gloria externa, cõtemnenda. 311.312
Gloria bono noſtro acquirenda iuſticia præcipuum medium. 277
Gloriæ cupiditas, extrema cæterorum vitiorum tunica. 277.278
Gradatim proficiendum. 50.54.55.60.111
Gradus ad ſummum aſcendendi faſtigium; & quod nonnulli deſint. 237
Grammatici, ſtudioſi, litterati. 306.320
Grãdo & tẽpeſtas officiis in deũ ſedata. 219
Gravibus in rebus nil præter opinionem grave. 134.

H.

Habitus, affectio, χέσις. 195
Hebetis ingenii ſigna. 301
Heraclitus. 123
Herus. Dominus.
Hiſtoricus. 306
Hominem non conſtare duabus partibus, qui-nam cenſeant? 4
Homo. eſt animus rationis capax. 5. 101. *univerſi præcipuum quid.* 239
Homo. Rupes.

 Homi-

Hominum tria genera. 315
Honeſtum, & turpe. 147
*Honos.*145.146.*per partes ad totum referendus.* 235
Honores deo tribui ſoliti ob res externas; per quos neceſſitudine cum eo coniungimur. 218. 219. Officia.
Hoſpitalis deus. 210
Hoſpitibus officia debita. 210
Humana res, univerſi pracipuum quid. 239.

I.

*IActātia propria virtutis.*274.275.286
Idiota eſt qui riſum movet. 286
Ignavia. Mora.*à viro ſapiente aliena.*39. 42.*labefacit.* 89
Ignominia. 145.146
Illuſtratio divina cum officiis erga deum confertur. 219.221
Immiſericors quando, eruditus? 126
Immobile, rerum praſtantiſſimum. 231
Immodicum. 162
Imperare pro auctoritate, eſt ſeiungi. 123
Imperator non bonus. 164
Improbitatis medicina, ultio. 249
Impudentia in declamatoribus unde oriatur? 264
Incidere in res adverſas, quomodo praſtantius quam non incideret 305
Indignari. 193
Ineruditus, quis? 67.68. 315. 317. *ex tacendo nemo videtur.* 312
Infamia, contemnenda. 312
Infinitum natura rerum adverſum. 225
Infortunati uti fiamus? 45.46
Ingenii hebetis ſigna. 301
Ingrati, amentes. 149. 150
Inimicus nullus bono viro. 37
Iniurias non puniri, malis maximo malo foret; & ipſi deo. 247
Iniuſticia quare aliquādiu maneat? 294
In poteſtate noſtra qua? 7. 8. 15. 16. 17. 30. 31. 125. 130. 146. *vel ſecus.* 32. 71. Aliena. Externa. *Cuiuſmodi utraque?* 34.*ut adminiſtranda?* 35. 39. 40. 53. 117.
Iniquitas. 149.158
Inſatiabilis. Avarus.
Interitus unius, ortus alterius. 94
Interitus corporis, non eſt malum. 100
Inverecundia in declamatoribus unde oriatur? 264
Invictos eſſe, penes nos eſt. 130
Invidia. 131. 132
Invitus nil facit ſapiens. 37
Iracundia reprimenda. 276
Irriſio, philoſophia commendatio. 139
Irriſionis cauſſa. ratio, tractatio. 137. 138
Iucundarum & acerbarum rerum perturbationes. 113
Iucunditas vita in bono viro. 37. 38
Iudicio Scientis omnia dei contentum eſſe, ſufficit. 276
Iudicio quali eſſe oporteat? 307
*Iuſticia.*194. *pracipuum ad gloriolam bono noſtro acquirendam.* 277
Iuſticia modus. 299. *officia.* 295. 308.
Iuſticia divina pars ultrix. 186
Iuſiurandum. 266

L.

LAbores, an ſint mali argumentum? 245.
Lacedamoniorum flagellatio. 64. 90
Ladi à ſe ipſo, ladi animum, deterius, quam, ab alio, quam corpus. 192
Laticia vera. 157
Lapſus cautis obtingit tantum modicus: Incautis ingens. 297
Lavatum ire, & magnates adire. 56. 60. 282. 254
Laudare ſe ipſum. 274.275.286
Laudari velle. 313
Lenitas conviciis exhibenda. 303
Liberorum erga parentes officia, qualia ſint? 198.199.200
Liber, quis? 120
Libera homini voluntas. 137
Libera natura, mali cauſſa & principiū. 183. 187.
Libertas, cœna praſtantior. 158

Liber-

Libertas, delectum ſecum infert. 183
Libertas voluntatis, & natura, quantum bonum? 16.23.28.34.185.187. *Enchiridii finis.* 2
Libertatis ſtudium, quale, & quantum? 39.49. *una via ſola.* 133
Libidinum continentia. 273.289
Libros cōſcribere, philoſopho indignū. 306
Literati, ſtudioſi, grammatici. 306
Literatura, grammatica. 320
Loco nullo es, quum bonum in rebus externis collocas. 148
Locus in repub. philoſopho quis? 151.152
Loquacitas. 262
Loquendum paucis & quanam? 262
Ludi, & theatra, nil erudiunt; cōtra quā præcipua mortaliū pars autumat. 280
Lunæ & ſolis defectus. 167
Luxuries. 269.270
Luxurioſi, mendicis egentiores. 245

M.

Magiſtratum eſſe nolle, penes nos. 127
Magiſtratum adipiſci. 149
Magnanimitas, & ſupercilium. 138
Magnanimitas, ſed lenis, conviciis exhibenda. 303
Magnates adire. 282.284. Principatus.
Maieſtas cultus divini. Sermo. Illuſtrat.
Male eſſe, deterius quam non eſſe. 251
Mali. Iniurias. Orandum.
Mali bonive ſimus, in nobis ſitū eſſe. 97.98
Mali nunquam fortunati, vel beati. 243.244
Mala, unde? 36
Malicia animi cauſſa & origo. 94.95.97
Malicia qualiſcunque principium. 180
Malum, & bonum, à nonnullis conficta principia. 159.164
Malum accedit; natura non extat. 175
Malum neceſſarium, averſio à bono. 185
Malum, accidens eſſe, non eſſentiam. 171 172, 175. *In malo quis?* 130
Malum, ut malum, nullus animus amplectitur. 97.175.184
Malum maius, minus. 174
Malum, bonum-ve, ubi in animo ſitum? 95.99.101. *in externis non.* 125. *non in populari opinione.* 291. *in noſtra poteſtate.* 16.17.31.243. *in nobis.* 223.303. *& opinione noſtra: contra-que voluntatem noſtram neutrum nobis accidit.* 146.148.157. *in rebus noſtri iuris.* 215
Mali principium, an ſit? 170.171
Mali cauſſa, animus, & natura libera. 183.187. *non deus.* 184.185
Mali natura mirabilis; quæ eſt, & non eſt. 188
Mali nulla natura; quia contra naturam. 189
Mali quinque conficta conclavia. 166
Mali & boni peirodus in animabus. 252
Malo praſcientiam attribuunt nonnulli; quam iidem bono negant. 166
Mala quæ portenduntur, non animi vel hominis eruditi mala, ſed alicuius rei externa. 129. *nec quidquā portenditur, niſi quod ipſe vis.* 130
Mala quæ dicuntur, nec mala ſunt. 245
Mala ineruditorum eruditis ſunt medicina dei multiformes. 92.93
Mala, boni cauſſa fieri. 186
Malorum natura & ortus, haud recte explicata, quantorū malorum cauſſa? 162.
Malorum rector, an malorū cauſſa? 80.81
Manſuetudo. 302
Mariti notati, qui uxores dominas nuncupant. 300
Mare, generationis ſymbolum. 76
Maris fluctus, officiis erga deū ſedati. 219
Maſgalenus, Epicteti admirator. 1
Matrimonii abuſus. 300
Matronarum officia. 300
Medicina corporum & animorum duplex. 89. 91. Exercitatio.
Medicina improbitatis, vindicta. 249.
Medicinis hominum æquiores ineruditi quam dei medicinæ. 92
Mendacium & verum, non in vulgi opinione. 291

Menœceus diis manibus ſe devovit pro patria. 60
Menſa abſque ſermonibus, praſepe. 267
Mercatores, quãdo damnum faciunt. 217
Mercurius, ratio. 316
Militis officium. 211
Minima. In rerum minimis, primiſque maximarum gradibus qui vacillat, ad magnarum rerum perfectum uſum nondum pervenire poteſt. 55. 60. Olla. Gradatim. Gradus.
Miracula, cum divino cultu coniuncta. 219.220
Mobile primum. 226.228.230
Moderatio animi. 276.278
Modeſtia boni viri. 38
Modus in cultu divino pracipue obſervandus. 221
Mœſticia. 265
Moleſtarum, & iucundarum rerum, perturbationes. 113
Moleſtia. Dolor. Mala.
Moleſtia, & ſuavitas, coniuncta. 14
Mora & dilatio in exequendis praceptis. 323.325
Morbos, & de iis pravas opiniones evitare. 48
Morbum vitare, non penes nos; ſed eius rectus uſus. 127
Morbi corporis, non malum. 92. 94.100
Morbus corporis, quid? 100
Morbus animi, prava opinio. Opinio. Exercitatio. Medicina.
Morbi animi cauſſa & origo. 94. 95. 97
Mors. Separatio.
Mors, & opinio de illa. 62
Mortis remedium. 135.136
Mortis alterius, & tui filii, exemplum & uſus. 160
Motio. Exercitatio.
Motiones anima, & corporis. 230
Motus, diſcrimẽ diverſitatemq; efficit. 231
Motus animorum in poteſtate noſtra. 7. *genera.* 8.12.14.29
Movendi prima vis. 17
Multitudo unitatem praſupponit. 163
Mundi columna, & feneſtra duodecim. figmenta nonnullorum. 167
Munera iuſticia. Officia.
Munera, ſacrificia, piorum. 248. Primiciæ.
Mutari in aliud, nullum malũ eſt. 177.

N.

Natura, & ars. 177
Natura; quod ſecundũ naturã. 189
Navigium, fati, ſortis, providentia ſymbolum. 76.77
Navis. Rupes.
Navis gubernator, deus. 76.77
Nauta, quum adverſus ventus. 216
Neceſſaria, bona, utcunque expetenda. 178.179.
Neceſſariis acquieſcendum. 268
Neceſſitas. Fatum.
Neceſſitas duplex. 23
Neceſſitas cum delectu pugnat. 184
Neceſſitas peccandi, qua ne à deo quidem vinci poſſit, quibus dicatur? 169
Neceſſitudo, affectio, χέσις. 195
Neceſſitudo, & ſocietas. 294
Negationes dua, una affirmatio. 293
Negligentia. Mora. Socordia.
Nicolaus Damaſcenus. 194.
Nihil ſcire. 116.311
Nihil ſcire velle videri, pro incipiente; aliquid, ſed ſibi, pro erudito. 141.142
Nocere. Nemo alii nocet, ſed ſibi. 302.303
Nomen dei peculiare & ſufficiens, nullũ. 236.
Non eſſe, quam, male eſſe, praſtat. 251
Non voluntarium vitio non vertitur. 15
Nos. Homo. Peccator. Rupes.
Noſtri iuris res. In nobis.
Notionum univerſarum pracipua enumeratio. 159.

O.

Oblivio, malorum omnium cauſſa. 42
Obſcœna verba cavenda. 287
Ocium. 272
Oculos claudi, in attentione animi. 262

Officia. 194
Officia erga præſtantiores, qui nempe non homines, id eſt, deum. 214.254
Officiis erga Deum illuſtrationis divinæ capaces ſimus, deumque & eius miracula ſuſcipimus. 219.220
Officia ergo ſe ipſum. 254.266
Ollariæ philoſophia, quæ in minimis ordiendo maximorũ addiſcit uſum. 55.60
Omina nil ad eruditum. 129
Opera noſtra, quæ In poteſtate noſtra.
Opes parare. 149
Opinari, noſtrum opus, ſeu in poteſtate noſtra. 31
Opinatio perverſa, & diſtortio pedis, comparata. 296
Opinio, appetitio. 22. 23. *facit quidquid res alienas facere putamus.* 134
Opinio popularis. 272.291
Opinio incrementi, ἔπαρσις. 71
Opinio; quæ noſtra eſt, & noſtrum bonum. 72. 125. *in qua ſola bonum & malum noſtrum.* 146
Opinionibus noſtris de deo rectis, deus minime eget. 219
Opinionis malum. 22.23. 48. 62. 65. 66. 293. 303.
Optimo per ſe, non ideo ſtatim ſtudendum. 294.
Optio. Delectus.
Orandum erat improbis, ut pœna irrogaretur; quod medicinam adhiberi eſt: non, ut impuniti dimitterentur. atque ſic gratus eorum cultus foret, & iam boni eſſe inciperent. 248
Oratio abſque factis, vana. 319
Orationes. Conciones. Sermones.
Ordo & τάξις naturalis. 195. 196. *voluntarius.* 197. *medius.* 195.
Oſtentatio. 313.

P.

P*Acta & conventa cum philoſophia & honeſta vita facta violare.* 321
Pædagogus in nobis, quis? 70
Pædagogi boni. 186
Parentes, dii appellati. 199
Parentum fratres, divini appellati. 199
Parentum, etiam captivorum, apud Romanos in liberos poteſtas. 199
Patientia. 105,302
Pauperibus corporalis ſanitas conſtantior quam divitibus. 269
Paupertas, an mala? 64. *opinio de ea.* 65
Paupertatẽ vitare, non penes nos; ſed eius rectus uſus. 127
Peccare. Vti peccemus? 40.68
Peccatorum ortus. 14
Peccata, quæ? 57
Peccator. Rupes.
Pedis diſtortio, & opinatio perverſa, comparata. 296
Penes nos, quæ nam? In poteſtate noſtra.
Perdere. Amittere.
Peregrinorum cura, & officia in eos. 210
Perfectio, quid? 324.331
Perfectionis proprium. 176
Perfectionis gradus omnes habere non poſſunt creaturæ. 237
Perfectionem mentis certiſſimam eſſe, quum quis ipſe ſibi vindicta ſit. 251
Periculũ ignavum virũ non admittit. 42
Periculorum præmeditatio. 59
Periodus boni & mali in animis. 252
Permiſſio mali. 184
Perorationes. Conciones.
Per ſe non expetendum, quod multum tamen confert ad expetendũ per ſe. 178.
Perſequi, proprium noſtrum opus, ſeu in poteſtate noſtra. 31
Perſeverãtia in præceptorum executione. 321
Perſona ſuſcipienda, vel ſupra, vel intra vires noſtras. 194.295
Perſonam ſcenæ hanc, aliam-ve, accipere & habere, non penes nos; ſed eam belle repræſentare. 127
Perturbationum extrema tunica, ambitio. 106
Phantaſia quomodo utendum? 43. 73
Philoſophia nil maius eſt datum. 139

Philoſophia principium & finis. 138. *loci communes tres.* 326
Philoſophus, quis? 309. 310. 315. 317. 318. Doctus. Eruditus, Sapiens, Bonus. *cum fabro, ſutore, collatus.* 150. *hominum & civium opifex.* 152. *cui-nam debeas velle videri?* 141
Philoſophi actio. 74
Philoſopho indignũ, libros cõſcribere. 306
Pietas, & utilitas, coniuncta. 80
Pietatis ſtudium. 217. Probitas.
Plato. 63
Plebeiorum congreſſus. 286
Poculi confracti exemplum, & applicatio. 160
Pœnarum infernalium finis. 251
Pœnitentia. 249. *vera, quæ?* 250. Converſio. Rupes.
Poëta. 306
Poëtica, recitationes, eloquentia, ſcriptorum enarratio. 281. 320.
Populi officia erga principem. 211
Præcepta non neceſſe habent, remunerationem virtutis poſt obitum polliceri. 3
Prædictiones cum cultu divino coniuncta. 220
Præmeditatio. 113
Præſcientia dei, à quibus negetur? 166
Primitiæ cur deo dandæ? 219. Officia.
Principatus & faſtigia rerum multa habent nequaquam expetenda. 283. Magnates.
Principiũ, fons, finis, deus, unum, bonũ. 9
Principium omnium rerum deus. 175
Principium primum demonſtratur. 225. *eius dignitas.* 232. 234
Principium principiorum. 236
Principium qualiſcunque maliciæ. 180.
Principium, & cauſſa mali. 183, 187. *non deus.* 184. 185
Principia incorporea. 228
Principia rerum duo nonnulli ſtatuunt. 159. *an-ne?* 162. 163.
Principiorum nomen & dignitas, ex primi dignitate ineffabili. 234. 235
Principum officia. 212
Προαίρεσις. 11. 14
Probitate noſtra deus nõ eget. 219. Pietas.
Prodicus. 311
Proficiens, non dum philoſophus. 309. 310
Progredi ſemper, vera perfectio. 324
Propria, quæ In poteſtate noſtra.
Proprium amicus nil habet. 204. 205
Proprietates multas ex unitate aliqua ortas oportet eſſe. 163
Proſpera omnia ſignificantur erudito & bono viro. 129
Protagoras. 311
Providentia dei. 237. *non humanorum curatorum ſimilis, ut moleſtiis fatigetur.* 240. 241
Pudere. 193
Puer in nobis, quis? 70
Pulcritudo corporum & animi. 229
Purgatio perfecta, quæ? 250
Purum impuro miſtum, polluitur. 268.

Q.

Quid res ſit, ignorans, rei cauſſam noſſe nequit. 170
Quinqueforme malum. 166. 168
Quinquennii ſilentium inter Pythagoreos. 261.

R.

Ratio, communis Mercurius. 316
Recitationes, eloquentia, poëtica, & Scriptorum enarratio. 281. 320
Recte factorum ortus. 14
Reddere, eruditi eſt; perdere, ineruditi. 107.
Relatio, affectio, χέσις. 195
Religio. 221
Rerum, in quibus mala fiunt, vel fieri videntur, diſtributiones. 81. 84. 98. 103
Reſipiſcentia. Pœnitentia.
Reſolutio in ſimplicia, non eſt mala. 92
Reſpectus, affectio, χέσις. 195
Reſpondendum paucis. 262
Reſpublica, bona, mala. 153
Reverentia. Cultura.
Riſus. 265. Irriſio.

Riſum movens, aut idiota, aut facetus & lepidus. 287
Rudis, & ſciens. 18
Rupes, deus; pœnitentia, funis; nos, navis. 250.

S.

SAnitas, natura principalis finis. 173
Sapiens. 330. Philoſophus. Eruditus. Doctus. Bonus.
Scena eſt hac vita. 127
χέσις, affectio, reſpectus. 195
Sciens, & rudis. 18
Scopus in hoc mundo. 188
Scortando abſtinere, & fœdis cogitationibus vacare, falſa gloria ſtudium. 277
Scriptorum enarratio, pars grammatica, ſeu literatura. 320. Recitationes.
Seiungi, eſt, pro auctoritate imperare. 123
Separatio corporis & animi, præſtantior coniunctione. 63
Sequi quod rectũ videtur, nemo ægre ferre debet in alio. 302
Sermo noſter, qualis eſſe debeat? 262
Sermoni, elementis ſubtractis & perturbatis, non eadem manet forma & maieſtas. 221
Sermones concocti frugiferos ſermones cum factis, non verba, gignunt. 311. 312.
Servire, vel non, penes nos non eſt; ſed in eo rectus uſus. 127
Servis corporalis ſanitas conſtantior quam dominis. 269
Servorum numerus nimius. 271
Servus, quis? 120
Silentium. 261. 265. 287. 311. 312
Similitudo cum deo. 156. 250.
Simulatio bonum virum non decet. 125
Societas, & neceſſitudo. 294
Socordia. Mora. *In cultu divino.* 221
Socrates. 5. 62. 63. 85. 91. 135. 153. 258. 261. 270. 282. 283. 285. 311. 325. 330. 331.
Solis & lunæ defectus. 167
Spectacula nil erudiunt. 279
Spei conditio. 59
Studendum quibus optimis rebus? 294
Studioſi, literati, grammatici. 306
Studium, & contemptus, quarum rerum? 117. 118.
Studium libertatis quantum eſſe oporteat? 39. 49
Stultus. 119
Suavitas, & moleſtia, coniuncta. 14
Subditorum in magiſtratus officia. 212
Succenſere. 193
Suggeſta. Non omnes, qui ſuggeſtis & ſtatuis conſcenſis, à potentioribus vim factam quiritantur, iuſti & ſapientes. 313. 314
Superbire. 313
Supercilii elatio. 138
Supervacaneorum genera. 272
Supplicatio. Pœnitentia.
Subſannatio. Irriſio.
Syllogiſmi. 292

T.

TAcendi conſuetudo. 135
Ταυτότης quid? 233
Temperantiæ & continentiæ differitas. 103. 104.
Tempeſtas, officiis erga deum ſedata. 219
Temporum diſcrimen. 220
Tempus cum iis, quæ moventur, productum. 232
Tempus, initium habet. 242
Temporis conſideratio, quam proficua? 289.
Theatra nil erudiunt. 279
Θεῶ etymologia. 223. 236
Timidus. 61
Tirones; qui erudiri incipiunt. 67. 68. 89. 315. 317. 318.
Tolerantia, & fortitudo, uti differant? 104.
Totum, cognoſcendum ex partibus. 235
Tumor animi. Supercilium.
Turpe, quid? 146. 147
Tyrannis non tollit libertatem. 29

V.

Vacuitas à perturbationibus, quanti vendatur? 113.114
Vate in noſtris rebus non eſt opus, ſed in externis tantum. 254
Vates uti conſulendi? 254. *viro bono mali nil vaticinari poſſunt.* 255
Valetudo improbis noxia. 245
Veneratio. Cultura.
Veritas, deus. 275
Verum & mendacium non in populari opinione. 291
Veſtimentorum luxus. 270
Vicinorum officia & cognatio. 209.210
Victoria continentia, qualis? 289.290
Victus tenuitas, naturæ conſentanea, & virtutis magnitudini. 91
Videri ſibi ſufficit; non alii. 141
Videri. Quod videtur, id ſequimur. Id conſiderare, quantum ſit bonum? 302.303.
Vincere oportet, aut vinci. & utrumque in nobis ſitum. 187
Vindicta divina. 186. Ultio.
Vindictam ſibi ipſi fieri. 251
Vir bonus, eruditus, doctus, ſapiens, philoſophus, *lædi, cogi non poteſt.* 331
Viſis quei utendum? 43. 73
Vita hæc, convivium. 122.123. *ſcena.* 127
Vita ſancte inſtitui quei poſſit, vel ſecus? 215
Vita moleſta, ærumnoſa, irreligioſa, impia. 218
Vltio, medicina improbitatis. 249
Vltionis finis. 251
Vnitas ante multitudinem. 163
Vniverſi ordo, ius, diſtributio. 81. 82. 84. 98.103.
Vnum, deus, bonum, fons, principiũ, finis. 9
Vnusquiſque ſe ipſum ut hoſtem obſervare debet. 318
Voluntarii, & eius quod in noſtra poteſtate, differitas. 30
Voluntas, mali, boni-que cauſſa & auctor. 98
Voluntas libera. 137
Voluntas vera & perfecta. 156
Voluntas. In ea ſola bonum & malum noſtrum. 146.157
Voluntatis libertas. 16.23.28.34. *Enchiridii finis.* 2
Voluntatis vinculum, arctius quam naturale. 207
Voluptas cum moleſtia coniuncta. 14
Voluptas, eiuſque illecebra, animi agriclavus. 86.288. *non magni æſtimanda.* 290
Voluptatis continentia, & victoria. 289.290.
Voluptates, earum-que umbra. 47
Voluptatum abſtinentia, timore doloris, non eſt vera liberatio. 87
Vomitui ſimile, erudita verba proferre ex animo non-dum confirmato. 311.312
Vota. Pœnitentia.
Vtile, & inutile. 147
Vtilitas. Bonum. *Cum pietate coniuncta.* 80
Vultus conſtantia. 280
Vxorẽ aſſumere; cochleã tollere obiter. 77
Vxores, à quibus appellentur dominæ; & cur? 300
Vxorum officium erga maritos. 300.

X.

Xenophon. 153.

Y.

Ὑποθῆκαι *Pythagoreorum.* 3

Z.

Zeno. 50.102.112.282.283.285.329.

Errata.

Pag.45.l.10.poſt vocem δυσυχήσῃς, & è regione, poſt verbum *ſubibis*, ΚΕΦ. Ζʹ. CAP. VII. incipere debebat.

p.219.l.22. *perque hæc & tempeſtates, & fluctus*, p.287.l.8. à fin. *potationibus*. p.317.l.19. *ſive ſecundum naturam, ſive contra naturam.* p.328.l.16. τόπον.

FINIS.

CL. SALMASII
NOTÆ
ET
ANIMADVERSIONES
IN
EPICTETUM
ET
SIMPLICIUM.



LUGDUNI BATAVORUM,
Ex Officina IOANNIS MAIRE.
cIↄ Iↄ c xl.

CL. SALMASII NOTÆ ET ANIMADVERSIONES IN EPICTETVM *ET* SIMPLICIVM.

Pag. 1. ΠΕΡΙ' μὲν τοῦ βίου τοῦ Ἐπικτήτου καὶ τῆς αὐτοῦ τελευτῆς.] Dicit de vita & morte Epicteti Arrianum in his libris quos τῶν Ἐπικτήτου διατριβῶν nomine inſcripſit, tractaſſe. Sed ubi hoc in his libris qui hodie extant ab Arriano conſcriptis & ſub hoc titulo publicatis? Nihil ſane ibi comparet quo vita eius notior fieri poſſit, aut unde aliquid omnino ſciri de eiuſdem obitu queat. Oportet igitur aliud eſſe ſcriptum in quo vitam & mortem Epicteti perſequutus ſit Arrianus, quod ad nos uſque non pervenerit. Ἀῤῥιανοῦ Ἐπίκτητος vulgo inſcribitur volumen quo continentur variæ eius diſſertationes ab Arriano digeſtæ. Διατριβὰς hic vocat Simplicius paulo infra, ubi ſcribit quæ in hoc Enchiridio habentur, eadem ferme & iiſdem verbis reperiri ſparſim ἐν τοῖς Ἀῤῥιανοῦ περὶ τῶν Ἐπικτήτου διατριβῶν. Atqui hic idem Simplicius hoc loco διατριβὰς Ἐπικτήτου compoſuiſſe Arrianum memorat, in quibus de eius vita & obitu ſcripſerit, & quidẽ ἐν πολυστίχοις βιβλίοις. In illis autem qui extant Epicteti ſermonibus nihil de eius morte habetur, neque etiam quidquam quod proprie ad vitæ eiuſdem memoriam referre poſſis. Agellius lib. XIX. cap. 1. citat quintum διαλέξεων Epicteti librum, quas ab Arriano digeſtas congruere ſcriptis Zenoni & Chryſippi non eſſe dubium ait. Diſſertationes Epicteti quæ hodie leguntur non procedunt ultra librum quartum. Et præterea totus ille locus quem ibi Agellius recitat in

hodiernis diſſertationibus nullus viſitur. Apud Stobæum multa ex Epicteto afferuntur quæ nuſquam reperire eſt in his operibus quæ iniuriā temporum vitarunt, & nobis conſervata ſunt. Λόγους Ἐπικτήτου ipſe Arrianus vocat in præfatione eorum quæ vulgata ſunt. *Diſſertationes* Latine appellat Agellius lib. XVII. cap. XIX. Oportet igitur aut mutilas & imperfectas eſſe quas habemus Epicteti diſſertationes, aut eodem argumento & titulo libros alios compoſuiſſe Arrianum, qui perierunt.

Καὶ τὸν αὐτοῦ τελευτῆς.] Si hodie hoc ſcriptum Arriani extaret quo mortem Epicteti commemoravit, ſciremus an verum ſit quod apud Suidam legitur eum ad tempora Marci Antonini vitam extendiſſe. Ita enim ſcribit in voce Ἐπίκτητος· πηρωθεὶς δὲ τὸ σκέλος ὑπὸ ῥεύματος ἐν Νικοπόλει τῆς νέας ἠπείρου ᾤκησε, καὶ διατείνας μέχρι Μάρκου Ἀντωνίνου ἐγήραψε πολλά. Sed vereor ut verum eſſe poſſit. Quomodo enim quem ſervum fuiſſe idem perhibet Epaphroditi qui corpori cuſtos Neronis, ad eam ætatem, ut Marcum Antoninum viderit, potuit pertingere? Quippe à Neronis exitu ad principia Marci, ut recte Lipſius obſervat, nonaginta & amplius anni numerantur. Sed addam fortius argumentum quo evincatur non id poſſe verum videri. Inter Marci præceptores ſi tum ille vixiſſet, non alius priores, in philoſophiæ præcipue magiſterio, quæ eius fama & celebritas fuit, tuliſſet. At nuſquam auctores meminerunt Marcum præceptore uſum eſſe Epicteto. Ipſe quinetiam Marcus cum in libris de vita ſua diligenter recenſeat per quos profecerit, & à quibus aliquid didicerit, quibuſque adeo magiſtris uſus ſit, Epictetum in his quos audivit non reponit, ſed eius vidiſſe commentarios refert, eoſque accepiſſe à Ruſtico, καὶ τὸ ἐντυχεῖν τοῖς Ἐπικτητείοις ὑπομνήμασιν, ὧν οἴκοθεν μετέδωκεν. Cave putes ipſum Epictetum ei copiam feciſſe ſuarum commentationum. A Ruſtico philoſopho earum ſibi factam copiam dicit. Is eſt Iunius Ruſticus Stoicus, quem etiam auditum Marco philoſopho memorat Iulius Capitolinus in eius vita: *Audivit & Sextum Chæronenſem Plutarchi nepotem, Iunium Ruſticum, Claudium Maximum, & Cinnam Catulum Stoicos.* Ergo iam fati munus impleverat Epictetus eo tempore quo eius commentarios legendos accepit Marcus. Agellius vivebat ſcribebatque circa Antonini Pii Imperium, forſitan & circa Marci principium. Certe ſe Athenis, cum ibi ſtudiorum cauſa eſſet, Herodem Atticum ſæpius audiviſſe teſtatur, & familiariter noviſſe. Ille

autem

autem Herodes unus inter Rhetores ſive Oratores fuit quibus operam dedit Marcus Antoninus, priuſquam ad Imperium vocaretur. Idem porro Agellius in Atticis noctibus quas eo tempore Athenis ſcripſit cum Herodis eſſet familiaris & ſectator, ita Epicteti meminit, quaſi cuius memoria etiamtum ut recens vigeret, ſed quem tamen conſtaret haud paulo ante quam illa literis mandaret, fatis conceſſiſſe. Sic enim ſcribit lib. II. cap. XIX. *De Epicteto autem philoſopho nobili, recentior eſt memoria quam ut ſcribi quaſi oblitteratum debuerit.* Quæ ſequuntur ibidem ad finem capitis de eodem Epicteto, in vetuſtiſſimo Agellii Codice non comparent. *Eius Epicteti etiã de ſe ſcripti duo verſus feruntur, ex quibus latenter intelligas non omnes omnimodis diis exoſos eſſe qui in hac vita cum ærumnarum varietate luctantur.* Quæ ſpuria eſſe omnino iudico, & ab aliquo ſciolo adtexta & donata Agellio. Nam & illud diſtichon de Epicteto vix videtur ab ipſo eſſe de ſe compoſitum. In Anthologia Planudis adſcribitur Leonidæ, qui poëta fuit longe antiquior Epicteto. Sed Planudem fefellit quod in vetuſtiſſimo exemplari unde Anthologiam ſuam decerpſit, præcedebat Leonidæ diſtichon ἰσόψηφον. Ea de cauſa & ſequens hoc in Epictetum, quia ſine auctoris nomine foret, non potuit, ut erat, ἄδηλον videri, ſed & auctorem invenit, beneficio monachi. In illo Codice titulus his duobus verſibus fuit: Ἄδηλον, εἰς Ἐπίκτητον τὸν σοφόν. Falſum porro, eundem Epictetum perveniſſe uſque ad Marcum Antoninum, ut ex his quæ ex Agellio attulimus liquet. Vis aliud argumentum? Ecce. Idem Agellius lib. XVII. cap. XIX. ita ſcribit: *Favorinum ego audivi dicere, Epictetum philoſophum dixiſſe pleroſque iſtos qui philoſophari viderentur, philoſophos eſſe huiuſcemodi, ἄνευ τοῦ πράττειν μέχρι τοῦ λέγειν.* Favorinus ille quem id ſe audiviſſe dicere narrat Agellius, ſub Traiano vixit uſque ad Adrianum. Cum illud diceret Epictetum dixiſſe, non amplius in vivis erat Epictetus. Accipe & aliud, quo magis id credas. Lucianus Samoſatenſis ille eadem ætate inclaruit qua Phavorinus, Traiano regnante, καὶ ἐπέκεινα, ut inquit Suidas. Is eſt Lucianus qui in Dialogo πρὸς ἀπαίδευτον ſale ac ſui naſi more tangit quemdam qui circa illa tempora vitalis erat, quem etiamnunc ſupereſſe ſe opinari tradit. Emerat ille Epicteti lucernam fictilem, iam tunc ut manifeſta eſt fides defuncti, tribus drachmarum millibus, ſperans ſi ad illam lucernam lucubraret, ſe intra breve ſpatium de ſapientia ipſi Epicteto non eſſe conceſſurum. Apparet non viſum eſſe Epicteto Lucianum

aut certe ſi videre potuit, ipſo adhuc iuvene extinctum. Quid multa? Arrianus qui libros de diſſertationibus eius compoſuit inter præceptores Veriſſimi memoratur. Atqui non eos videtur compoſuiſſe niſi poſt mortem Epicteti. Simplicius Enchiridion hoc Meſſalino amiciſſimo ſuo dedicaſſe hic Arrianum notat. Illum eſſe puto Meſſalinum qui conſul fuit Antonini Pii anno decimo, tredecim aut quattuor annos ante Marci primum. Ea tempeſtate, qua philoſophi Senatusconſulto Domitiano imperante facto ex urbe pulſi ſunt, Italia etiam ipſis interdicta, noſter hic Nicopolim Roma ſeceſſit, ut perhibet idem Agellius lib. x v. cap. x i. Nec poſt id tempus Romam illum puto rediiſſe, ſed ibi mortem obiiſſe. Et profecto omnes eius ſermones ac diſſertationes, quas ſcripto mandavit Arrianus quæque hodie extant, Nicopoli habitæ ſunt. Quod pluribus teſtimoniis ex ipſis illis diſſertationibus productis poſſet probari ſi quis in dubium hoc vocaret. Ibi ſe habitare clare dicit lib. i i. cap. v i. τῇ κεφαλῇ κινδυνεύω ἐπὶ χείσαρχος, ἐγὼ δ᾽ οὐ κινδυνεύω, ὃς οἰκῶ ἐν Νικοπόλει, ὅπου σεισμοὶ τοσοῦτοι. Alio loco, de quodam more loquens, ait, ſe meminiſſe, idem quoque Romæ fieri ſolitum.

Τὸ βιβλίον τοῦτο τὸ Ἐπικτήτου ἐγχειρίδιον.] Ergo huius Enchiridii idem auctor qui & diſſertationum, nempe Arrianus. Sed mirum, ut in hodiernis diſſertationibus ea non reperiuntur quæ de vita & morte Epicteti memoriæ mandaſſe Arrianum hic Simplicius teſtatur, ita multa etiam ex Enchiridio à Stobæo citari quæ aut omnino in hoc Manuali non habentur, aut aliter ſcripta habentur. Quid ergo? An duplex Enchiridion ſcripſit? Forſitan ut mos fuit eruditorum, Editionem alteram eiuſdem operis emendatiorem curavit Arrianus, quæ hodie deſideretur. Niſi quis malit, extare potius poſteriorem. De quo nos in ſequentibus viderimus. Sed nec præfatio ad Meſſalinum in hoc Enchiridio viſitur, cui tamen hoc opuſculum fuiſſe ab Arriano dedicatum Simplicus tradit.

Τὰ κυριώτατα καὶ ἀναγκαιότατα.] Fruſtra mallet Wolfius, τὰ κυριώτατα. Maxime ad rem facientia & opportuna ea κυριώτατα ſunt, quæ rei definiendæ ac decidendæ prorſus apta. Hinc καιρία πληγὴ letalis, quæ non patitur ſperare vulneratum de ſalute, ſed eum peragit. Καιριώτατα Heſychius exponit, εὐκαιρότατα. Male vulgo ἐγκαιρότατα. Quidam & inſcripſere libros ſuos olim τὰ καίρια, quod maxime ad rem quam tractabant pertinentia eo opere perſequebantur.

Agel-

Agellius in præfatione Noctium Atticarum: *Namque alii Muſarum inſcripſerunt, alii ſilvarum, ille* πέπλον, *hic* Ἀμαλθείας κέρας, *alius* καίρια *partim* λειμῶνας, & reliqua. Ita enim ex veteri codice ibi ſcribendum eſt, non ut vulgo editur, κήριον.

Ὡς αὐτὸς ἐν τῇ πρὸς Μασγαληνὸν ἐπιστολῇ.] Nomen hoc Μασγαληνὸς neque Græcum neque Latinum eſt. An Syriacum? Viderint qui pares in ea lingua non habent. Veteres libri hic legunt, Μασσαληνόν. Puto & Nanſianum ſic habuiſſe. Certe Voſſianus quo ſum uſus ita exhibet. Pronum eſt, ut Romanum purum putum fiat, reſcribere Μεσσαλῖνον. Hunc M. Valerium Meſſalinum credo eſſe qui conſul fuit cum M. Valerio Largo anno urbis ɪↄ cccc. Antonini Pii decimo. Nec enim alium Meſſalinum invenio circa illa tempora cui hæc conveniant. Fallitur hic Wolfius qui diſſertationum opus non Meſſalino ſed Lucio Gellio inſcriptum notat. Non enim de illo opere agit Simplicius hoc loco, ſed de ipſo Enchiridio quod Meſſalino dedicatum ab Arriano. Quid enim iſtis appertius? Τὸ δὲ βιβλίον τοῦτο τὸ Ἐπικτήτου ἐγχειρίδιον ἐπιγεγραμμένον, καὶ τοῦτο αὐτὸς συνέταξεν ὁ Ἀῤῥιανὸς, τὰ καιριώτατα καὶ ἀναγκαιότατα ἐν φιλοσοφίᾳ, καὶ κινητικώτατα τῶν ψυχῶν ἐπιλεξάμενος ἐκ τῶν Ἐπικτήτου λόγων, ὡς αὐτὸς ἐν τῇ πρὸς Μεσσαλῖνον ἐπιστολῇ ἔγραψεν Ἀῤῥιανὸς, ᾧ καὶ τὸ σύνταγμα προσεφώνησεν, ὡς ἑαυτοῦ μὲν φιλτάτῳ, μάλιστα δὲ τὸν Ἐπίκτητον τεθαυμακότι. Hoc σύνταγμα, nempe τὸ ἐγχειρίδιον. Et notabis, iam Epictetum tum deceſſiſſe cum Enchiridion hoc Meſſalino inſcriberet Arrianus. Hæc enim verba id diſerte ſignificant. τῷ ἑαυτοῦ μὲν φιλτάτῳ, μάλιστα δὲ τὸν Ἐπίκτητον τεθαυμακότι, *& qui maxime Epictetum fuerat admiratus*, dum viveret ſcilicet. Nec de præſenti tempore tum maxime eum admirantis illud participium verbi poteſt accipi. Epiſtola porro illa Arriani qua Enchiridion Meſſalino dedicavit, nuſquam hodie comparet.

Τὰ δὲ αὐτὰ σχεδὸν καὶ ἐπ' αὐτοῖς τοῖς ὀνόμασι.] Certe verum eſt hodieque, in diſſertationibus Epicteti ab Arriano digeſtis ea ferme omnia reperiri quæ in hoc Enchiridio habentur, iiſdem pæne verbis conſcripta. Quæ fidem faciunt, eaſdem eſſe diſſertationes quæ tempore Simplicii extabant, & hoc idem eſſe Enchiridion in quod ille eſt commentatus. Mancæ forſitan & mutilæ illæ diſſertationes ad nos pervenerunt: & hæc cauſa ſit cur non omnia quæ in illis vidit Simplicius, nunc videre nobis ac legere liceat. Scripti tamen codices qui ſervantur in Bibliotheca Regia non in plures libros diſtributas habent

illas diſſertationes, quam quattuor, & iiſdem verbis finiuntur, ut plane neceſſe ſit, aut alias ſcripſiſſe diſſertationes de Epicteto Arrianum quam quas habemus, aut eiuſdem operis geminas dediſſe editiones, ut mos fuit eruditorum illius ævi frequens. Secunda ergo editio in plures libros diviſa fuerit oportet, & quinque libros pro quattuor habuerit, & multa præterea de vita & morte Epicteti, quæ in priore non erant.

Pag. 2. Ἐγχειρίδιον δὲ αὐτὸ ἐπιγέγραπται.] Non ſolum pugio Græcis hoc nomine vocatur, ſed etiam quidquid ad manum eſt, & in uſum promptum & obvium, ut inſtrumenta quælibet ac vaſa ἐγχειρίδια, quæ parata & in manu ſemper geſtanda. Heſychius: Ἐγχειρίδια, σκεύη καὶ ὄργανα σκευῶν, ἤγουν δόρατα καὶ τὰ ἐν χειρί. Suidas: Ἐγχειρίδιον, ξίφος, ὄργανον, τμητικὸν ὄργανον. Sed quare τμητικόν? Ita tamen & Heſychius: Ἐγχειρίδιον, ξιφίδιον μικρὸν, ἢ τμητικὸν ὄργανον. An quia Ἐγχειρίδιον gladiolus eſt ac pugio, non poteſt uſurpari niſi de inſtrumento τμητικῷ? Atqui ἐγχειρίδιον crederem dici id omne quod ad manum vel in manu eſt. Certe ea pars remi quæ manu retinetur Græce Ἐγχειρίδιον vocatur. Pollux: τὸ δὲ κώπης τὸ μὲν οὗ λαμβάνονται οἱ ναῦται, ἐγχειρίδιον. In his titulis librorum Ἐγχειρίδιον vix aliud queat eſſe quam πινακίδιον ἐγχειρίδιον. Nam ἐγχειρίδιον hic eſt adiectivum quod ſubſtantivi vice uſurpatur, & ſubauditur aut βιβλίον aut πινακίδιον. Cum pro enſiculo accipitur Græce, ſubintelligitur ξίφος, & integrum eſt, Ἐγχειρίδιον ξίφος. Quidam enim & πινακίδιον teſte Agellio huiuſmodi Breviariis titulum fecerunt. Nonnulli tamen & παραξιφίδας inſcripſerunt libellos qui ad manũ & in manu æque ſemper eſſe deberent ac poſſent, ut παραξιφίς. Agellius in præfatione: *Sunt adeo qui* Πανδέκτας *&* Ἑλικῶνα, *&* Προβλήματα, *&* Ἐγχειρίδιον, *&* Παραξιφίδας, *eſt qui Memoriales titulum fecerit.* Quin & Simplicius hoc loco innuere videtur, Ἐγχειρίδιον ideo inſcriptionem huic libello eſſe inditam, quia ut pugio militibus ad manum ſemper, ita hic liber bene vivere ſtudentibus in promptu propter utilitatem eſſe debeat, & propter brevitatem poſſit. Καὶ γὰρ, inquit, τὸ στρατιωτικὸν ἐγχειρίδιον ξίφος ἐστὶ, πρόχειρον ἀεὶ τοῖς χρωμένοις ὀφεῖλον εἶναι. Quidquid tamen utentibus obvium eſt ac paratum, id Ἐγχειρίδιον Græcis vocatur, ac de libello ac Breviario, ut infima Latinitas loquuta eſt, accipi poteſt. Unde *Breviarium* Feſti Rufi. Inde & presbyterorum *Breviaria*, quæ ipſorum Ἐγχειρίδια ſunt. Optimæ Gloſſæ: Ἐγχειρίδιον, *Manuarium.*

rium. Ita etiam vocarunt pulpitum in quo libri ad legendum exponuntur. Aliæ Gloſſæ: *Manuale, ἀναλόγιον*. Id enim eſt Ἀναλόγιον vel Ἀναλογεῖον in quo libri ponuntur πρὸς τὸ ἀναλέγεσθαι, qui ad manum ſunt, & in promptu, ante oculos ad legendum in menſa expoſiti, non in forulis Bibliothecæ, aut in arcis repoſiti & reconditi. *Manualia* etiam Latini auctores inſcripſere huiuſmodi breves libellos qui Græcis Ἐγχειριδίων nomine appellati. Paulus ſcripſerat *Manualium* libros tres, Pomponius Ἐγχειριδίου libros duos. Idem Paulus & *Brevium* libros viginti tres dederat. Iuſtinianus in Elencho auctorum Iuris ex quibus Pandectarum opus confecit & compilavit, *Brevion* βιβλία εἰκοσιτέσσαρα vocat, hoc eſt, Græce, βρεβίων. Nam *Brevis*, Græcis barbaris βρέβιον. Cum dicitur autem Brevis, ſubintelligitur libellus. Aliud autem proprie Brevis quam Manuale vel Enchiridion. Unde & diverſi libri Paulo inſcripti *Brevium* titulo & *Manualium*. Brevis quippe vel de ſolo nudoque catalogo nominum etiam dicebatur, ut in Hiſtoria Auguſta: *Brevis munerum fuit*. Libelli ſupplices qui offerebantur principi, etiam *breves* appellati. Honorum Codicillos qui dantur à principe, hodieque *Breveta* vocamus, id eſt, Breves. Plura de hac voce alibi notavimus. At *Manuale* vel Ἐγχειρίδιον eſt tractatus huiuſmodi rerum vel ſententiarum præceptorumve, quæ ſemper ad manum & in memoria eſſe debent. Unde & in hoc Enchiridio ſæpe hæc admonitio ad lectorem ab auctore occurrit, πρόχειρον ἔστω. Ut cap. LXVI. Ἐπὶ παντὸς πρόχειρα ἑκτέον ταῦτα. Et cap. VII. οὕτω γὰρ ἄν τι πρὸς τὸ λούσασθαι γένηται ἐμπόδιον, πρόχειρον ἔσται, ὅτι οὐ τοῦτο ἤθελον μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐμαυτοῦ προαίρεσιν κατὰ φύσιν ἔχουσαν τηρῆσαι. Atque ita alibi. Polybius: Ἀναδρομὴ γίγνοιτο, καὶ σφαλοίμεθα. Δεῖ πρόχειρον ἔχειν ἀεὶ τὸν στίχον τοῦτον· Τοῦτο μὴ ποιήσας Λεύκιος ὁ Ῥωμαῖος μεγάλως ἐσφάλη. Unde & Πρόχειρα etiam ſuos libros inſcripſere multi. Habemus hodieque Πρόχειρον Νόμων Harmenopuli, qui & Προχείρου meminit à Conſtantino, Baſilio & Leone conditi. Βιβλίον νόμων, inquit, πάλαι πεποίηται τοῖς περὶ τὸν Βασίλειον καὶ Κωνσταντῖνον καὶ Λέοντα τοὺς εὐσεβεστάτους Βασιλέας, Πρόχειρον οὕτω καλούμενον, ἐν ἐπιτομῇ τὰ τῶν νόμων διεξιόν. Unde & inſcriptionis rationem diſcimus, Πρόχειρον appellatum, quod compendioſe quæ ad leges pertinent tractaret. Sed ea etiam cauſa quam dixi fuit, pleriſque ſuos libros eo titulo inſigniendi, quod quæ his continerentur, πρόχειρα omnibus eſſe deberent,

&

& ad manum. Eadem ratio & *Memorialium libellorum* inſcriptiones. Et *Memoriale* plane eſt hoc ſenſu Ἐγχειρίδιον iſtud Epicteti. Unde illa tam ſæpe in eo repetita monita: Μέμνησο ἐπιλέγειν. Μέμνησο, ὅτι ὀρέξεως ἐπαγγελία. Μέμνησο ὅτι ἐὰν τὰ φύσει δοῦλα ἐλεύθερα. Ὑπόμνησον σεαυτόν. Πρόβαλε σεαυτῷ. Ἐφ' ἑκάστου τῶν προσπιπτόντων μέμνησο ἐπιστρέφων ἐπὶ σεαυτὸν ζητεῖν. Quæ ſingulis fere paginis & præceptis occurrunt. Præcepta enim huiuſmodi ad vitam bene agendam neceſſaria in manibus ſemper, & in mente eſſe debent. Gloſſæ: *Ad manum*, πρόχειρον. Quæ in manu ſunt cuique, etiam πρόχειρα ἔχειν ea Græci dicunt, Philoſtratus de Aeliano: Ἐντυχὼν δέ ποτε αὐτῷ Φιλόστρατος ὁ Λήμνιος βιβλίον ἔτι πρόχειρον ἔχοντι καὶ ἀναγιγνώσκοντι. Quod ad manum eſt, ut Græci πρόχειρον unica voce, ita & Latini *Amanuenſe* vocarunt. Hinc *amannenſis ſporta* appellata in qua gererentur quæ ad manum & in promptu eſſe oporteret. Optimæ Gloſſæ: *Amanuenſis*, προχειροφόρος, προχειρίδιος. Caſſianus *Procherium* appellat Latine, & *amanuenſem ſportam* interpretatur, collatione XIX. cap. IV. *Ob quam etiam cauſam ſeptem dierum cibus, hoc eſt, ſeptem Paxamatiorum paria in Procherio, id eſt, Amanuenſi ſporta, die Sabbatho reponuntur.* Omnia utenſilia quæ in promptu & ad manum utile eſt haberi πρόχειρα Græci vocitant, Latini *amanuenſia*. Unde & *amanuenſes ſervi*, quos etiam προχείρους Græce dictos licet hariolari, qui in miniſterio erant quotidiano & dominis ſemper præſto eſſe debebant, qui propterea & *ad manum ſervi* dicebantur. Nam falſi ſunt viri doctiſſimi, quibus hactenus perſuaſum fuit, diſcrimen eſſe inter ſervos *ad manum*, & *amanuenſes*, quaſi hi tantum ſic vocati eſſent quorum opera dominus in excipiendo quæ dictaret, & ſcribendo uteretur. Nam *à manu ſervus*, & *ad manum* idem. Ut *à veſte*, & *ad veſtem*, & alia multa, de quibus affatim alibi ſcripſimus. Ab illo *à manu* nomen *amanuenſis*, ὁ πρόχειρος, ut *amannenſis ſporta*. Ita ergo & *amanuenſis* ſervus ad manum vel à manu. Servos omnes urbanos hoc nomine veteribus Iuriſconſultis fuiſſe intellectos ad differentiam ruſticorum, quia hi non ad manum præſto dominis erant, docet nos Paulus lib. III. Sent. Tit. VII. *Servis*, inquit, *amanuenſibus legatis omnes qui ex converſatione urbana, & in miniſterio fuerint, debebuntur, niſi ex his aliqui perpetuo ad opus ruſticum transferantur.* Addit mox, dubitatum eſſe, *an venatores ſervi vel aucipes, inter urbana miniſteria continerentur.* Quod idem eſt ac ſi dixiſſet, *inter amanuenſes*. Reſpondet, *voluntatis eſſe quæſtionem. Tamen, ſi in-*

ſi inſtituendarum quotidianarum Epularum gratia habentur, deberi. Deberi nempe & hos quoque amanuenſibus ſervis legatis, ſi habeantur ad quotidianas epulas inſtruendas. Si non, quia ruri opus faciunt venando & aucupando, non inter urbana cenſeri eos miniſteria, ſed inter ruſtica. *Amanuenſium* itaque appellatione continebantur muliones, veſtitores, obſonatores, veſtiarii, cellarii, cubicularii, arcarii, coqui, placentarii, tonſores, piſtores, lecticarii, & alii omnes huiuſmodi, qui in quotidiano dominis, & prompto paratoque miniſterio. Cicero lib. III. de oratore: *Quem ille ad manum ſervum habuit.* Scribæ tamen videntur quibuſdam κατ' ἐξοχὴν *Amanuenſes* dicti, quia præter cæteros urbani miniſterii famulos, maxime illi ad manum. De his intellexit Suetonius in Nerone cum dixit, monſtrum illud principis in expeditione præparanda & conſcribendis militibus, cum nemo idoneus ad nomen reſponderet, certum dominis ſervorum numerum indixiſſe: *Nec niſi ex tota cuiuſque familia probatiſſimos, ne diſpenſatoribus quidem aut amanuenſibus exceptis, recepit.* Alio loco in Tito ſcribit: *notis quoque excipere velociſſime ſolitum, cum amanuenſibus ſuis per ludum iocumque certantem, imitarique chirographa quæcumque vidiſſet.* Iſti ergo amanuenſes, ſcribæ ſunt, quia ad manum magis quam ceteri quicunque ex urbano miniſterio amanuenſes. Cornelius Nepos in Eumene: *Itaque eum habuit ad manum, ſcribæ loco.* Qui locus oſtendit, & alios ſervos ad manum poſſe dici, quam ſcribas. Alias ſatis habuiſſet dicere: *Eum habuit ad manum.* Sed de hoc alibi plura.

Υ'πὸ μόνων τῶν ἐν ᾅδου δικαστηρίων ὑποδιθυνθείη.] Nondum legi ὑποδιθυνέσθαι in hoc ſenſu. Puto omnino ſcribendum, ἀποδιθυνθείη. Nam ὑπόδιθυνος quidem reus eſt & culpæ obnoxius, unde ὑπόδιθυνον ποιῶ, obligo, reum perago, ſed verbum ὑποδιθυνέσθαι in ea ſignificatione non reperitur. Α'ποδιθυνέσθαι, pro caſtigari & κολάζεσθαι. Unde Grammatici ἀποδιθυνεῖν, τιμωρίαν ἀπαιτεῖν, & pœnam repoſcere, in hoc verſu Sophoclis interpretantur, Δεσμοῖς ἀποδιθυνοντα. Heſychius: ἀποδιθυνῆαι, κολάσαι. Α'ποδιθυνεῖν, κολάζειν. Certe & ſimplex διθυνέσθαι id etiam ſignificat, nempe caſtigari & puniri, δίκας εἰσπράττεσθαι ἢ ἀπαιτεῖσθαι. Nam & nomen εὔθυνα pro ſupplicio ſumitur & pœna, ſed & ratione, quam quis reddere tenetur in iudicio adminiſtrati muneris, quod εὐθύνας διδόναι dicebant Attici. Non tamen hoc loco ἀποδιθυνέσθαι eſt caſtigari vel puniri apud Simplicium. Si quis, inquit, ab horum librorum lectione non ita moveatur atque afficiatur

ut ad mores ſuos corrigendos inde ſe excitari ſentiat, *καὶ εἴτις ἀπὸ τούτων μὴ πάσχῃ τῶν λόγων, ἀπὸ μόνων ἂν τῶν ἐν ᾅδου δικαστηρίων ἀποδιωθείη*, à ſolis, quæ apud inferos habentur, tribunalibus poſſit emendari, & in rectam viam reduci. Nam ſi pro puniri hic accepiſſet *τὸ ἀποδιωθεῖσθαι*, dixiſſet puniendum eſſe apud manes qui non ab his diſputationibus ſe paſſus eſſet corrigi, ſed dicit, qui non potuit debere emendationem ſuam his libris, debiturum illam eſſe ſolis, qui infra iudicant, animarum iudicibus Ita *ἀποδιωθύνειν* apud Hieroclem: *καὶ ὅλως τὰ κακὰ διὰ ταύτας πράττεται τὰς δυνάμεις, μὴ τῆς λογικῆς οὐσίας πρὸς τὸ δέον αὐτὰς ἀποδιωθυνούσης.* *Si minus ad id quod oportet à rationali ſubſtantia dirigantur.* Item: *ἄρα τὸν ἑαυτῶν βίον πρὸς τὴν ἐκείνων ἀποδιωθύνοντες γνώμην, ὥστε ταῦτα δοξάζειν τε καὶ πράττειν ἃ ἐκείνοις ἂν εἴη φίλα;* Gloſſæ: *ἀποδιωθύνω, dirigo.* Res tamen eodem recidit, nam pœnæ ideo infliguntur nocentibus ut corrigantur, quod proprie eſt *εὐθύνεσθαι*. *Εὐθύνα* quippe quæ pœna eſt, etiam *διόρθωσις* vocatur, quia ad officium pœna reducuntur mali, à quo exorbitarant. Sed Simplicius hic loquitur ſecundum doctrinam Pythagoricorum qui pœnas in morte æternas pendi non exiſtimarunt, verum ad tempus, ut his meliores factæ animæ quæ in hac vita vitia ſua expiare & expurgare per philoſophiam neglexiſſent, quam *κάθαρσιν* vocabant, apud inferos purgarentur variis pœnarum modis, donec ſordes omnes eluiſſent quas apud ſuperos contraxerant. Quā opinionem & Platonici ſequuti ſunt. Nec operoſum eſt divinare unde dogma *περὶ περικαθαρτηρίου πυρὸς* Chriſtianitatem invaſerit. Ut ut ſit, legendum hic *ἀποδιωθείη*, non *ἀποδιωθείη*, quod Græcum non eſt, vel non eſt in uſu.

Τὴν λογικὴν δύναμιν ἀδούλωτον φυλάττειν] Legebatur prius in Editione Veneta, *ἀδύνατον φυλάττειν*. Ex quo faciebat Wolfius, *ἀήττητον τοῦ τε σώματος καὶ τῶν ἀλόγων παθῶν*. Atque ita vertit. Recte itaque repoſitum eſt in hac Editione, *ἀδούλωτον*. Quod puto ex libris. Maluiſſem tamen, *ἀδούλωτον*. Ita enim in Voſſiano reperi. *Δουλεύειν* eſt ſervire, *δουλῶσαι* in ſervitutem abducere. Inde *ἀδούλωτον* quod in ſervitutem non poteſt redigi. Adde quod *ἀδούλωτος* hac notione vix Græcum videatur. Nam quæ ſic formata ſunt, ſignificationem habere debent paſſivam, non activam. Atqui *ἀδούλωτος* non poteſt, eſſe ut *ἀδούλωτος* cum patiendi notatione. *Ἀδούλωτος* quidem Græcum eſt, ſed in alio ſignificatu. Heſychius: *Ἀδούλωτος, οἰκέτης ἑνὶ δεδουλωκὼς, καὶ μὴ παλίμπρατος.* Qui uni domino ſerviit, non pluri-

pluribus, nec ſæpius venditum mancipium. *Ἀδουλώτου etiam meminit Pollux lib. III. cap. VIII. ἄδουλος, ἐθελόδουλος, καὶ ἀδούλωτος, ὡς τοὺς Λακεδαιμονίους Ἰσαῖος λέγει. An qui ſervos non haberent, ut voluit interpres? Nugæ. Eilotas habuere. Vetus Codex ibi habet ἀδούλωτος. Et recte. Qui in ſervitutem redigi non poſſunt, liberi & invicti. Ita igitur & hic lege.

Καὶ τῶν ἄλλων παθῶν.] Mirum, non eſſe repoſitum, καὶ τῶν ἀλόγων παθῶν, quemadmodum ipſe etiam Wolfius coniecerat, atque in verſione expreſſit. Sic diſerte habet & liber Voſſianus. Quid enim hoc eſſet, λογικὴν δύναμιν ἀδούλωτον φυλάττειν αὐτὴν τοῦ τε σώματος καὶ τῶν ἄλλων παθῶν? An corpus etiam πάθος eſt? Infra ἄλογα πάθη etiam vocat. Nec longe eundum fuit ut hic in textu reſtituerentur quæ ex animo debemus expungere:. Τὸ γὰρ ὡς ὀργάνῳ χρώμενον τῷ σώματι, καὶ τοῖς ἀλόγοις πάθεσι, & reliqua. Certe ἄλογα πάθη ubique nominant Stoici, qui & πάθος ita definiunt, ὁρμὴ πλεονάζουσα, καὶ ἀπειθὴς τῷ αἱροῦντι λόγῳ. Inde etiam ἄλογα πάθη, motus animi rationi non obtemperantes. Σωματικὰ πάθη etiam vocat infra: Φεύγειν ἀπὸ τοῦ σώματος βούλεται, καὶ τῶν σωματικῶν παθῶν.

Καὶ τὴν ἐκείνου κρίσιν ἀναφέρουσαν.] Recte emendatum eſt, ἐκείνου pro ἐκείνων, quod erat in Editione Veneta. Nam ad τὸ ἀγαθὸν refertur. Debuit tamen etiam emendari χρῆσιν pro κρίσιν, hoc modo: καὶ πρὸς τὸ οἰκεῖον ἀγαθὸν, καὶ τὴν ἐκείνου χρῆσιν ἀναφέρουσαν. Quæ fertur ad bonum proprium, iam iudicavit, ita ſe facere debere: nec iudicium de eo bono facit poſtquam adepta eſt, ſed nihil aliud ipſi reſtat quam illo uti. Hoc etiam vidit Wolfius, legendum eſſe χρῆσιν pro κρίσιν, ſed aliter verba ordinabat & interpretabatur. Infra: ὁ κατὰ ταύτας ζῶν τὰς ὑποθήκας, καὶ τὴν ἑαυτοῦ τελειότητα ἀπολαμβάνων, τὸ οἰκεῖον καρπούμενος ἀγαθὸν, εὐδαίμων ὄντως ἐστὶ καὶ μακάριος. Qui τὸ οἰκεῖον καρποῦται ἀγαθὸν, eius χρῆσιν habet. Quæ confirmant plane noſtram emendationem.

Pag. 3. Οὐδὲν δεηθέντας τὰς μετὰ θάνατον.] Editio Veneta: Οὐδὲν δεηθέντας τοῦ μετὰ θάνατον τῆς ἀρετῆς ἀμοιβὰς ἐπαγγέλλεσθαι. Ex quo conieceram legendum: Οὐδὲν δεηθέντας τοῦ τὰς μετὰ θάνατον. Atque ita plane in Voſſiano reperi. Nec aliter Græcatur oratio, ut Tertullianus diceret.

Τὸ γὰρ ὡς ὀργάνοις χρώμενον τῷ σώματι καὶ τοῖς ἀλόγοις πάθεσι.] Non eſt alius in Simplicio intricatior & corruptior locus. Nec libri quid-

quam iuvant. At illud ineptum ac falſum quod vulgata lectio præ ſe fert, animi perturbationes, ut & ipſum corpus, pro inſtrumentis eſſe animæ rationali. De corpore certum eſt animam eo tanquam inſtrumento uti, quod & hic auctor paulo ante dixit, & infra ſæpius repetit, ſed inter inſtrumenta animæ rationalis etiam reponi τὰ ἄλογα πάθη, hoc plane ſit, quam ipſa ſunt ἄλογα πάθη, etiam ἀλογώτερον. Sed & ſequentia valde perturbata, & tota periodus inquinatiſſima. Ad coniecturam igitur confugiendum, qua totum locum ſic conſtitui debere aio: τὸ γὰρ ὡς ὀργάνῳ χρώμενον τῷ σώματι, καὶ τῶν ἀλόγων παθῶν πάντῃ πάντως χωριστὴν ἔχον τὴν οὐσίαν αὐτοῦ, καὶ ἔτι διαμένουσαν μετὰ τὴν ἐκείνων φθορὰν, ἔχει δηλονότι καὶ τὴν τελειότητα σύστοιχον τῇ οὐσίᾳ. Quod enim, inquit, corpore tanquam inſtrumento utitur, & ſeparatam ab affectibus irrationalibus ſuam habet ſubſtantiam, atque etiam poſt eorum interitum remanentē, manifeſtum eſt id quoque ſubſtantiæ ſuæ ac naturæ convenientem ac conſentaneam habere perfectionem.

Ἀλλὰ κἂν θνητήν τις ὑποθῆται τὴν ψυχήν.] Ita repoſitum pro vulgata ὑποθοίητο ex codice, ut puto, Nanſiano. At Voſſianus propius editam nec fortaſſe deterius: κἂν θνητήν τις ὑποθήσοιτο τὴν ψυχήν. *Etiam ſi quis ſuppoſiturus ſit animam eſſe mortalem.*

Τελειότητα ἀπολαμβάνων, τὸ οἰκεῖον καρπούμενος ἀγαθόν.] Omnino deeſt coniunctiva, καὶ, hoc modo: ὁ κατὰ ταύτας ζῶν τὰς ὑποθήκας, τὴν ἑαυτοῦ τελειότητα ἀπολαμβάνων, καὶ τὸ οἰκεῖον καρπούμενος ἀγαθὸν, εὐδαίμων ὄντως ἐστὶ καὶ μακάριος. *Qui ſecundum hanc præceptionem vivit, perfectionem ſuam adeptus, & proprio bono perfruens, felix ac beatus evadit.* Qui conſentaneam naturæ ſuæ perfectionem conſequutus eſt, eum boni ſui finem eſſe aſſequutum ſtatim dicet. Vidit & Wolfius ita legendum eſſe.

Κατὰ τὸ τῶν ὑποθηκῶν καλουμένων παρὰ τοῖς Πυθαγορείοις εἶδος.] Conciſa eſſe, & ſententiarum more vibrantia, hæc præcepta Epicteti, ait Simplicius, κομματικὰ καὶ γνωμονικὰ, ut ſolent eſſe ὑποθῆκαι Pythagoreorum, niſi quod illæ connexionem inter ſe non habent, iſta Epictetica etiam ſi ſint capitibus diſtincta, ſerie tamen inter ſe iuncta ubique fere cohærent, ac continuationem ſenſus ab uno ad alterum caput ſervant. Quam ἀκολουθίαν probare nititur Simplicius in ſequentibus. An ubique ſervata ſit, videbimus. Certe magna pars eorum qui ὑποθήκας ſcripſerunt, ſive poëtæ, ſive philoſophi, & inter hos

hos Pythagorei, iſtam ἀκολυθίαν non obſervarunt. Nam ſequens ὑποθήκη nihil pertinet ad præcedentem. Ita & ὑποθήκας ſuas ſcripſit Heſiodus, & Phocylides vetus poëta, qui ad ſingulas repetebat illud ſuum, καὶ τόπε Φωκυλίδυ, ut ſolemus in cantionibus quos *Refranos* appellamus, quaſi *referaneos* cantus, quia ſubinde repetuntur ac referuntur. Nec ſolum antiquorum ὑποθήκαι in moralibus hoc habuere ut ἀκολυθίαν non ſervarent, ſed etiam alia de quibuſcunque rebus præcepta. Sic Epiſtola Horatii ad Piſones de Poëtica, perpetuum ordinem ſeriemque nullam habet, ſed ab uno præcepto ad aliud tranſilit, quamvis nulla ſit materiæ affinitas ad ſenſum connectendum. Id non obſervatum fecit ut doctiſſimus Criticus miras in eo ſcripto tranſpoſitiones imaginatus ſit, quas dum ſtuduit in eum quem hariolatus eſt ordinem reponere, mirifice omnia turbavit, auctoriſque mentem ac diſpoſitionem prorſus invertit. Verum de his alibi erit dicendi locus. Quas hic ὑποθήκας vocat τῶν Πυθαγορείων, Simplicius eas puto quę continentur carminibus Πυθαγορικοῖς, cognomento aureis. Hieronymus παραγγέλματα appellat, ut etiam Hierocles, Galenus παραινέσεις. Heſychius: ὑποθήκη, παραίνεσις. Suidas: ὑποθήκαις, παραινέσεσι. Ipſe quoque Hierocles ὑποθήκας vocat præceptiones illas Pythagoricas quæ aureis verſibus continentur. Διὸ καὶ ἐν τῶν Πυθαγορικαῖς ὑποθήκαις, τὰ τῶν ἀρετῶν παραγγέλματα πρῶτα παραδίδωσιν ἐν τοῖς ἔπεσιν ὁ λόγος, παιδαγωγῶν ἡμᾶς ἀπὸ τῆς περὶ τὸν βίον μεγίστης χρήσεως πρὸς τὴν θείαν ὁμοίωσιν ἀνιέναι. Non igitur dubium eſt habendum, quin nomine ὑποθηκῶν τῶν Πυθαγορείων intellexerit hic Simplicius præcepta Aurei carminis.

Οὔτε οὖν πρὸς τῆ καθαρτικῶς δυνηθέντα ζῆν.] Explicat Simplicius quibus hominibus hæc Epicteti præcepta ſcripta ſint. Nec enim omnibus, quia non omnes ex his fructum percipere aut ab his meliores fieri poſſunt. Sapientiſſimis inutilia ſunt, quia non opus his habent, utpote adeptis quidquid ad hominem virtute perficiendum requiritur. Sapientiæ vero prorſus incapacibus pectoribus, ut cæleſtium prorſus inanibus & in terram more brutorum animantiũ pronis hæ ὑποθῆκαι ſupervacaneæ, quæ ipſis ſunt ut margaritæ ante ſues appoſitæ. Quibus igitur conducent? Medio cuidam generi hominum qui moralibus ac civilibus virtutibus imbutum animum gerunt. Triplex igitur hominum claſſis: una eorum qui vitam quæ eſt ὑπὲρ φύσιν conſectantur: ſecunda quæ κατὰ φύσιν inſtituit: tertia, quæ παρὰ

 φύσιν.

φύσιν. Nec illis igitur qui ὑπὲρ φύσιν vivunt, nec his qui παρὰ φύσιν, hæ idoneæ ſunt παραινέσεις, ſed iis tantum qui κατὰ φύσιν agunt. Hi ſunt quibus conveniunt, ut docet Simplicius, αἱ ἠθικαὶ καὶ πολιτικαὶ ἀρεταί. Primi generis ſive primæ claſſis, quæ ὑπὲρ φύσιν agitat, duo gradus conſtituuntur hîc à Simplicio: unus eorum qui καθαρτικῶς poſſunt vivere; qui inferior eſt: ſummus datur τοῖς θεωρητικοῖς appellatis, quos dicit τὴν ἑαυτῶν λογικὴν ζωὴν ὑπερτρέχειν, & ὅλως εἶναι βούλεσθαι τῶν κρειττόνων. Utrumque genus in ea claſſe quæ eſt ὑπὲρ φύσιν collocari debet. Nec καθαρτικοὶ ἀπὸ τῶν θεωρητικῶν genere differunt, ſed gradu perfectionis. Illi volunt eſſe perfecti; iſti iam ſunt. Ut in myſteriis aliud μύησις, aliud erat ἐποπτεία, ita in virtutum ac ſapientiæ ſtudio, aliud κάθαρσις, aliud τελειότης. Ut finis μυήσεως initium fuit τῆς ἐποπτείας, ita & finis καθάρσεως principium τῆς τελειότητος. Ab illa ad hanc per gradus ac numeros aſcendebatur. Philoſophia utrumque præſtabat, quam ſic definiunt, Φιλοσοφία ἐστὶ ζωῆς ἀνθρωπίνης κάθαρσις καὶ τελειότης. Rurſus κάθαρσιν definiunt, qua purgamur ἀπὸ τῆς ὑλικῆς ἀλογίας καὶ τοῦ θνητοειδοῦς σώματος. At τελειότης iiſdem eſt, τῆς οἰκείας εὐζωίας ἀνάληψις πρὸς τὴν θείαν ὁμοίωσιν ἀνάγουσα. Hæc τελειότης ſive perfectio in ſolis reperitur θεωρητικοῖς, quos Deo iam propiores eſſe hic affirmat Simplicius & ſupra vitam rationalem poſitos. Κάθαρσις autem illorum eſt propria quos idem Simplicius dicit hoc loco, quantum poſſunt, ἀπὸ τοῦ σώματος φεύγειν βούλεσθαι, καὶ ἀπὸ τῶν σωματικῶν παθῶν εἰς ἑαυτοὺς συννεύειν. Philoſophiæ porro præcipuus ſcopus ac finis, ut hominem Deo quam ſimillimum faciat, immo & Deum. Sed ptimo probum fieri oportet, repurgatis omnibus animi vitiis tanquam ſordibus, ut ſic defæcatus & depuratus ad Deum proximè accedat. Notandum tamen Simplicium hic ab aliis Pythagoricis diſſentire. Nam illi καθαρτικῶς ζῶντας eoſdem ſtatuunt cum his quibus virtutes politicæ conveniunt, & ſic tres tantum claſſes totidemque gradus hominũ definiunt, cum Simplicius in prima claſſe duos gradus ponat, τοὺς καθαρτικῶς ζῶντας, & τοὺς θεωρητικούς. Atqui θεωρητικοὶ dicuntur ad diſtictionem τῶν πρακτικῶν. Sic enim duplex philoſophia ab aliis agnoſcitur, ἡ πρακτικὴ φιλοσοφία, καὶ ἡ θεωρητική. Ita eam porro diſtinguunt, ut in philoſophia quæ agit, virtutes tantum humanæ conſpiciantur, in ea autem quæ contemplatur, divinæ. Θείαν ἀρετὴν eam appellabat Pythagoras in verſibus aureis:

Ταῦτά σε τῆς θείας ἀρετῆς εἰς ἴχνια θήσει.

Quod de θεωρητικῇ philoſophia interpretatur Hierocles. Ἔστι δὲ, inquiunt, ἡ μὲν πρακτικὴ φιλοσοφία ἀρετῆς ποιητική, ἡ δὲ θεωρητικὴ ἀληθείας. Veritatis igitur inquirendæ & contemplandæ ſtudium habet ὁ θεωρητικὸς, cum philoſophus πρακτικὸς, qui in agendo tantum quod bonum eſt verſatur, virtutibus moralibus ac politicis contentus ſit. Quæ virtutes civiles moraleſque hominem quidem probum reddunt, ſed non eum, ut ſcientiæ, inducunt in ſemitam divinarum virtutum, quæ τὸν θεωρητικὸν Deo aſſimilant. Ἄνθρωπον δὲ, inquit Hierocles, ποιοῦσιν ἀγαθὸν αἱ πολιτικαὶ ἀρεταί, θεοποιοῦσι δὲ αἱ πρὸς τὴν θείαν ἀρετὴν ἀνάγουσαι ἐπιστῆμαι. Hic eſt, πρακτικός, cui προσήκουσιν αἱ πολιτικαὶ καὶ ἠθικαὶ ἀρεταὶ ſecundum Simplicium, cui & ſcripta eſſe vult hæc Epicteti præcepta. Atqui illum ipſum eſſe cui κάθαρσις convenit, non obſcure tradit Hierocles his verbis ad Pythagoræ carmen aureum: Καὶ πρῶτά γε τὰ τῆς πρακτικῆς ἀρετῆς παρατίθεται παραγγέλματα. Πρῶτον γὰρ δεῖ ἀποτάξαι τὴν ἐν ἡμῖν ἀλογίαν τε καὶ ῥαθυμίαν, ἔπειτα οὕτως ἐπιβαλεῖν τῇ τῶν θειοτέρων γνώσει. ὥσπερ γὰρ ὀφθαλμῷ λημῶντι καὶ οὐ κεκαθαρμένῳ τὰ σφόδρα φωτεινὰ ἰδεῖν οὐχ οἷόν τε, οὕτως καὶ ψυχῇ μὴ ἀρετὴν κεκτημένῃ, τὸ τῆς ἀληθείας ἐνοπτρίσασθαι κάλλος. Hæc plane ad κάθαρσιν pertinent, quam cum definierit, actionem qua purgamur ἀπὸ τῆς ὑλικῆς ἀλογίας, ita hoc loco τῆς πρακτικῆς ἀρετῆς propriam facit, τὸ ἀποτάξαι τὴν ἐν ἡμῖν ἀλογίαν. Sic enim ibi ſcribendum, non ut vulgo eſt, τάξαι, hoc eſt, abiicere ex animo omnes motus rationi non obtemperantes, hoc eſt, τὰ ἄλογα πάθη. Ergo κάθαρσις proprie eſt τῆς πρακτικῆς ἀρετῆς, ἡ τελειότης τῆς θεωρητικῆς. Contra Simplicius τοὺς καθαρτικῶς ζῶντας ſeparat ab his quibus προσήκουσιν αἱ ἠθικαὶ καὶ πολιτικαὶ ἀρεταί. Illis negat ſcripta eſſe Epicteti παραγγέλματα, iſtis vero affirmat. Videtur igitur τοὺς καθαρτικῶς ζῶντας in eodem genere & ordine conſtituere cum θεωρητικοῖς, gradu tantum perfectionis, ut ſupra dicebamus, differentes. Atqui ſi recte eius verba examinemus, inde conſequi quod Hierocles affirmat, comperiemus, eoſdem eſſe τῆς πρακτικῆς ἀρετῆς cultores cum illis qui vitam ſuam à terrena labe & corporeorũ ſenſuum fæce repurgare ſtudent, quos tamen invicem diſtinguit Simplicius. Ut ecce Simplicius inter θεωρητικοῦ notas hanc veluti maxime eſſentialem ponit, quod τὴν ἑαυτοῦ λογικὴν ζωὴν ὑπερτρέχει, quod ſuam ipſe rationalem vitam ſupergreſſus ſit, ac Deo propior factus. Ergo & ea

re

re potiſſimum differt ἀπὸ τοῦ καθαρτικῶς ζῶντος, quod & hic vivat κατὰ τὴν ἑαυτοῦ λογικὴν ζωὴν, non ſupra eam emineat & caput exerat altius animæ rationalis conditione. De homine rurſus politicarum & civilium virtutum idem mox dicit, eum eſſe τὸν ἀληθινὸν ἄνθρωπον, τὸν κατὰ τὴν λογικὴν ψυχὴν ὑσιωμένον. Sic non diſtabit hic verus ac germanus homo, & cui ipſo teſte προσήκουσιν αἱ ἠθικαὶ καὶ πολιτικαὶ ἀρεταὶ, ab eo qui poteſt καθαρτικῶς vivere, quatenus tam hic quam ille ſecundum λογικὴν φύσιν vitæ ſuæ inſtituta dirigunt. Uterque igitur in media illa claſſe ponendus eorum quos κατὰ φύσιν vivere diximus, non illorum ordini adſcribendus, qui ὑπὲρ φύσιν vitam inſtituunt. Certe vel ſecundum Platonem aliæ ſunt virtutes hominis iam purgati, hoc eſt, ἤδη κεκαθαρμένου, aliæ virtutes purgantes, ſive purgatoriæ, hoc eſt, καθαρτικαί. Tales ſunt virtutes πολιτικαὶ καὶ ἠθικαὶ, quæ pertinent ad hominem καθαρτικῶς ζῶντα, cui tamen hæc præcepta ab Epicteto ſcripta eſſe negat Simplicius, cum affirmat iis eſſe data quibus conveniunt virtutes civiles & morales. At purgati hominis virtutes ſunt θεῖαι ἀρεταὶ, quæ ad θεωρητικὸν pertinent. Tertius igitur & infimus gradus erit hominum παρὰ φύσιν viventium. Simplicius autem, qui quattuor facit gradus, τὸ καθαρτικῶς ζῶντα diſtinguit ab eo cui competunt virtutes politicæ ac ethicæ. Quod aliter ſenſit Simplicius περὶ τῶν καθαρτικῶς ζώντων quam Hierocles, dum ille eos intelligit qui in perfectiſſimo ſunt ſtatu, hic vero κάθαρσιν verſari circa ſecundum illum gradum hominum qui quod in ſe eſt animi irrationalis particeps purgare ſtudent à labe terrena cui ſunt obnoxii; ſciendũ eſt, Simplicium recentiorum Platonicorum ſententiæ adſtipulari. His enim, inter quos & Plotinus, placuit, κάθαρσιν illam eſſe perfectiſſimam & numeris ſuis abſolutiſſimam, qua animus omni paſſionum fæce mundatus, & ab omni terrena cogitatione liberatus, quam ſimillimus eſſet effectus menti illi divinæ, ad cuius contemplationem & imitationem contenderat. Quam opinionem hic ſequitur Simplicius. Rurſus alii ex eadem Platonicorum ſecta, cenſebant eam demum eſſe κάθαρσιν animæ, qua ratio opinabilis, & ea pars animæ quæ affectibus obnoxia eſt, defæcata & depurata redderetur. Quod Hierocles ſequutus eſt. Sic duæ omnino ſunt animæ καθάρσεις ſecundum Platonicos, una quam τελειοτάτην vocant, quæ eſt τῶν θεωρητικῶν: altera imperfecta, & in ſecundis conſiſtens, quæ pertinet ad πολιτικοὺς, qui virtutes ἠθικὰς & πολιτικὰς con-

conſectantur. Iamblichus in libro de Anima apud Suidam : Πλωτῖνος δὲ καὶ οἱ πλεῖστοι τῶν Πλατωνικῶν, ἀπόθεσιν τῶν παθῶν καὶ τῶν μορφωτικῶν διαγνώσεων, δόξης τε πάσης ὑπεροψίαν τε καὶ τῶν ἐνύλων διανοήσεων ἀπόστασιν, πλήρωσίν τε ἀπὸ νοῦ καὶ τοῦ ὄντος, ἀφομοίωσίν τε τοῦ κατανοουμένου πρὸς τὸ κατανοοῦν τὴν τελειοτάτην κάθαρσιν ὑπολαμβάνουσιν. Ἔνιοι δὲ καὶ τούτων πολλάκις ἀποφαίνονται περὶ τὴν ἄλογον ψυχὴν καὶ τὸν δοξαστικὸν λόγον ἐμφύεσθαι τὴν κάθαρσιν. *Plotinus autem & Platonicorum plerique, affectionum abiectionem & cognitionum formalium, omniumque opinionum contemptum, & receſſum abs terrenis ac materialibus cogitationibus, repletionemque ex mente, ente in earum locum ſuccedente, & adſimilationem intellelli cum intelligente, numeris ſuis abſolutiſſimam purgationem eſſe exiſtimant. Nonnulli vero ex his ſæpe pronuntiant in ea parte animæ quæ rationis eſt expers, & circa rationem opinabilem verſari purgationem.*

Ὅλως εἶναι βούλεται τῶν κρειττόνων.] Recte coniecerat legendum Wolfius: ὅλος εἶναι βούλεται τῶν κρειττόνων. Qui audiendus fuit. Nihil communius aut vulgatius hac loquutione apud illius ævi ſcriptores Græcos. Ὅλος ἐστὶ τοῦ ἔρωτος, *totus amori eſt addictus.* Ὅλος ἐστὶ τῆς μουσικῆς, τῆς φιλοσοφίας, & ſimilia. Ita & Latini ſunt loquuti, ut Seneca lib. VII. de beneficiis, *alius lucri totus eſt.* Idem lib. III. cap. IV. *præſentium totus ac futurorum.* Sed non ita in vulgatis leges, quæ ſunt hac in parte corruptiſſima. Sic ea igitur emendabimus ex veſtigiis antiquæ ſcripturæ : *Quomodo gratus quiſquam eſſe adverſus beneficia poteſt, qui omnem vitam ſuam tranſilit, præſentium totus ac futurorum? Memoria gratum facit.* Qui præterita non cogitat, & præſentia tantum futuraque ſpectat, non poteſt eſſe gratus, quia memoria beneficiorum acceptorum gratum facit. *Tutos* in veteri libro ſcriptum erat, ex quo fecimus *totus.* Vulgo fecerant *intuitus*, & totum locum mire inquinaverant.

Μηδὲν μᾶλλον λογικὸν ἢ ἄλογον ζῶον ὑπάρχον.] Legi debuit, atque etiam edi; μηδὲν μᾶλλον λογικὸν, ἢ ἄλογον ζῶον ὑπάρχων. Ille nimirum ἄνθρωπος ὁ πολὺς, ὁ χυδαῖος, μηδὲν μᾶλλον ὑπάρχων λογικὸν ζῶον ἢ ἄλογον. Non aliter Græca ſit oratio.

Pag. 5. Ὃς ὑπόθεσιν ταύτην λαβών.] Aliquid hic deeſſe mirum non ſuboluiſſe docti viris. Ait Socratem illum apud Platonem cum Alcibiade colloquentem oſtendiſſe ac probaſſe verum eſſe hominem cuius ſubſtantia conſtet ex anima rationis capace. De eodem Socrate non poteſt intelligi quod ſequitur, ὃς ὑπόθεσιν ταύτην λαβὼν διδάσκει

σὺν τοὺς πειθομένους αὐτῷ διὰ ποίας ζωῆς καὶ ποίων ἔργων τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον δυνατόν ἐστι τελειώσασθαι. Nam Theſin diſputat Socrates, vere hominem illum eſſe cenſendum, τὸν κατὰ τὴν λογικὴν ψυχὴν οὐσιωμένον, & argumentis multis ita rem ſe habere probat. At Epictetus hoc tanquam ὑπόθεσιν ſumit, ac ſupponit, quaſi recte à Socrate probatum, docetque qui ei ſe obedientes atque obſequentes præſtent, quali vitæ genere, aut quibus operibus huiuſmodi hominem quem vere hoc nomine dignũ Socrates affirmavit, poſſint perficere. De Epicteto hæc eſſe accipienda, qui pro confeſſis ac probatis ſumit quæ à Socrate ibi diſputantur de vero homine, ea quæ mox ſequuntur etiã teſtari poſſunt: Οὐδὲν γὰρ ἐμποδίζει τῇ σχολῇ τῶν λόγων, ἀλλὰ καὶ ἀναγκαῖον ἴσως ἐστὶ, τοῦτο δὴ τὸ καθ' ὑπόθεσιν ὑπὸ τοῦ Ἐπικτήτου παραληφθὲν, ὅτι ὁ ἀληθῶς ἄνθρωπος ἡ λογικὴ ψυχή ἐστιν. Ergo & hic reſcribendum ac ſupplendum: Ἀλλ' ὅτι μὲν οὗτός ἐστιν ἀληθινὸς ἄνθρωπος ὁ κατὰ τὴν λογικὴν ψυχὴν οὐσιωμένος, ὁ μὲν Πλάτωνος Σωκράτης ἔδειξεν Ἀλκιβιάδῃ τῷ καλῷ τῷ Κλεινίου διαλεγόμενος, ὁ δὲ Ἐπίκτητος ὑπόθεσιν ταύτην λαβὼν διδάσκει σὺν τοὺς πειθομένους αὐτῷ, &c. Quod ex coniectura primum vidi, deinde & libri confirmarunt. Nec enim hæc, διδάσκει σὺν τοὺς πειθομένους αὐτῷ, διὰ ποίας ζωῆς, καὶ ποίων ἔργων τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον δυνατόν ἐστι τελειώσασθαι, de alio accipienda ſunt quam de Epicteto. Τοὺς πειθομένους αὐτῷ, *qui ipſius præceptis pareant*. Sic & paulo infrà ſcribit: Καὶ γὰρ ὁ μὲν Ἐπίκτητος τὰς τῷ τοιούτῳ ἀνθρώπῳ πρεπούσας καὶ οἰκείας ἐνεργείας ὑπ' ὄψιν παραγαγὼν, γινώσκειν τε αὐτὰς ἀκριβῶς καὶ ἐργάζεσθαι σὺν τοὺς πειθομένους αὐτῷ παρακαλεῖ καὶ ἀνακινεῖ, ἵνα δι' αὐτῶν, ὡς εἶπον, καὶ τὴν οὐσίαν τὴν ἰδίαν τελειωσώμεθα.

Τελεωσώμεθα.] Ita quidem etiam ſcriptum eſt in Veneta editione. Sed omnino corrigi debuit, τελειωσώμεθα. Ut & ſuprà: τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον δυνατόν ἐστὶ τελειώσασθαι, non ut vulgo eſt τελεώσασθαι. Optimæ Gloſſæ: τελειοῦμαι, *perficior*. Ergo & τελειώσασθαι *perficere*.

Pag. 6. Ὁ τοίνυν Σωκράτης λαβὼν ἐκ τῆς ἐνεργείας.] Neſcio cur bene monenti Wolfio, ac rectè vertenti non auſcultarint. Nihil enim eſt ἐναργέστερον quam legendum eſſe, ἐκ τῆς ἐναργείας.

Οὐδὲ τῶν ὄντων ἡμῶν.] Corrupta hæc eſſe nemo non videat. Qui, inquit, corporis curam gerit, neque hominem curat, neque ea quæ verè noſtra ſunt. Hic eſſe debet ſenſus. Vetus liber legit ὄντως. Omnino rectè. Forte reſcribendum: οὐδὲ τῶν ὄντως ἡμετέρων. Sic apud ipſum Epictetum paulo poſt, diſtinguuntur τὰ ἡμέτερα ἔργα ab

his

his quæ non ſunt ἐφ' ἡμῖν. Idem tamen ſenſus ex vulgata. Τὰ ὄντως ἡμῶν, quæ vere noſtra ſunt. Ὄντως eſſe legendum pro ὄντων nemo negaverit. Ita ſupra: ὁ δὲ ὄντως ἄνθρωπος εἶναι βουλόμενος.

Pag. 7. ταῦτα καὶ ἐπ' αὐτῷ λέγομεν, ἃ μὴ παρ' ἄλλου ἔχει.] Hæc Latine non reddidit Wolfius. Idem legebat: ταῦτα γὰρ ἐπ' αὐτῷ ἑκάστῳ. Puto etiam ſcribendum: Ταῦτα γὰρ ἐπ' αὐτῷ ἑκάστου λέγομεν ἃ μὴ παρ' ἄλλου ἔχει. Nam quæ uniuſcuiuſque ſunt, ἐπ' αὐτῷ eſſe dicimus, quæ ab alio non habet. Ἐφ' ἡμῖν ſunt proprie quæ in noſtra ſunt poteſtate atque arbitrio. Hinc Græci philoſophi cum diſputant an aliquid ſit ἐφ' ἡμῖν, an vero omnia κατὰ τὴν εἱμαρμένην fiant, pro libero arbitrio contra fatum, aut pro fati inevitabili decreto contra libertatem arbitrii diſſerunt.

Οὐ γὰρ δυνατὸν ἔξω κινεῖσθαι τὴν αἵρεσιν.] Recte Wolfius in Notis non ſatis ſe aſſequi dicit quid ſibi his velit auctor, ſi ita legantur ac vertantur: *Non poteſt foras moveri voluntas.* Falſum quippe ad externa & ad ea quæ foris ſunt non moveri voluntatem. Mirum, nihil eum monuiſſe de recta lectione quam tamen in verſione ſua ſequutus eſt atque expreſſit, dum vertit: *Voluntas enim extrinſecus moveri non poteſt.* Apparet ergo legendum exiſtimaſſe: Οὐ γὰρ δυνατὸν ἔξωθεν κινεῖσθαι τὴν αἵρεσιν. Qua lectione nihil verius. Contrario mendo ſtatim legitur: ἀλλὰ κἂν τὸ αἱρετὸν ἔξωθεν ᾖ, ἡ αἵρεσις αὕτη καὶ ἡ ἐπὶ τὸ αἱρετὸν κίνησις, ἔνδοθέν ἐστι. Ubi Wolfius male: *Quamvis enim id quod expetitur extrinſecus ſit, ipſe tamen motus ad illud intrinſecus eſt.* Nam *extrinſecus* eſt ἔξωθεν, ut *intrinſecus* ἔνδοθεν. At in Græcis illis omnino ſcribendum eſt: ἀλλὰ κἂν τὸ αἱρετὸν ἔξω ᾖ. *Etiamſi quod expetitur extra ſit*, voluntas tamen non extrinſecus, οὐκ ἔξωθεν, ſed ἔνδοθεν, hoc eſt, intrinſecus ad id movetur. Quæ enim differentia eſt Græcis inter ἔνδον & ἔνδοθεν, ea Latinis inter *intus* vel *intra*, & *intrinſecus*. Sic *extra* ac *extrinſecus* ita differunt Latinis ut Græcis τὸ ἔξω & τὸ ἔξωθεν. Recentior Latinitas *deintus* dixit, & *abintus*, ut illud Græcorum ἔνδοθεν exprimerent. Iidem *deforis* uſurparunt pro eo quod Græcis in uſu eſt ἔξωθεν. Foris igitur ſunt quæ appetitum movent, at voluntas ad ea movetur *deintus*, hoc eſt, ἔνδοθεν, non *deforis*, id eſt, ἔξωθεν. Miror hæc non vidiſſe viros eruditiſſimos. Nam niſi ita corrigatur, ut emendavimus, & intelligatur ut poſuimus, locus plane ſenſu caret, & contrariam auctoris menti ſententiam efficit. Gloſſæ veteres: *Intrinſecus*, ἔνδοθεν. *Extrinſecus*, ἔξωθεν. Nonnulli ex veteribus in-

intriſecus & *extriſecus* in his vocibus ſcribendum præceperunt abſque littera *n*. De quo extat illuſtris locus apud Scaurum, ſed vitioſiſſime deſcriptus, quem ſic emendamus: *Quæſitum eſt, Extrinſecus, & Intrinſecus utrum cum N littera, an ſine ea ſcribendum eſſet. Et quidam ſine illa putaverunt, quoniam Extra diceretur, & a in compoſitione in i interdum mutaretur, ut, Facere & Deficere, ita hoc quod eſt compoſitum ex adverbio Extra & ſecus. Quidam cum* n, *quoniam Extraneus diceretur. Intrinſecus vero ſine eadem littera, ne bis poſita duriorem ſonum efficeret.* Hæc ſunt Grammaticorum effata. Ut probet Simplicius τὸ αἱρεῖν intrinſecus moveri ad ea quæ extra ſunt expetenda, ita argumentatur. Noſtra hæc omnis opinio de rebus quæ nobis proponuntur, ut dicis gratia, de divitiis aut morte & aliis, utrum bona ſint an mala vel indifferentia, non extrinſecus nobis incidit, ſed ab interiore mente procedit. Nam quamvis hoc ita ab aliis auditum & acceptum pronuntiemus, & opinemur ut alios videmus opinari, revera tamen opinamur, & hæc ὑπόληψις ab intus proficiſcitur, non ἔξωθεν advenit, ſicut in avibus quæ loquelam noſtram imitari diſcunt, videre eſt. Nam illæ quod eloquuntur ac pronuntiant non ex ipſorum mente procedit, ſed quod edoctæ ſunt garriunt, quid dicant, neſciæ. At opinio hæc & perſuaſio quam habemus de morte aut de divitiis, motus animi noſtri eſt, qui etſi aliquando extrinſecus provocetur & concitetur ab alio unde eam acceperimus & didicerimus, non tamen ab illo ipſo qui nos illum docuit, inditus nobis eſt. Græca quibus auctor hæc dixit inquinatiſſima ſunt, nec quidquam minus quam hoc quod diximus ex his elici queat. Ea mox quomodo emendanda ſint, docebimus.

Κἂν παρ' ἄλλου τινὸς ἀκούσαντες δοξάσωμεν ἢ οὕτως ἢ οὕτως περὶ αὐτοῦ.] Confuſiorem hunc locum eſſe, & mendi ſuſpicione non vacare, Wolfius admonuit. Et ſane ita eſſe res per ſe clamat. Non vitio tantum lectionis laborat, ſed etiam interpunctionis. Non magnæ tamen molis fuit utrumque ad ſanitatem redigere. Sic ergo lege partim ex libris, partim ex coniectura: Κἂν γὰρ ἄλλου τινὸς ἀκούσαντες δοξάσωμεν οὕτως ἢ οὕτως περὶ αὐτοῦ, δοξάσωμεν γὰρ ὅλως, καὶ μὴ, ὡς οἱ διδακτοὶ ὄρνιθες τὸ, κονδῖτον πίω, λέγουσι, τί λέγουσιν οὐκ εἰδότες, οὕτω καὶ ἡμεῖς λέγωμεν, ἡ δόξα αὐτὴ καὶ ὑπόληψις ἡμέτερόν ἐστι κίνημα. Etiamſi, inquit, ab alio inducti in aliquam opinionem ac perſuaſionem de aliqua re, ſi modo hoc aut illo modo de illa opinemur, nec ut aves loquamur, quæ

diſcunt

diſcunt dicere, *Conditum bibo*, quid dicant ignaræ, hæc ipſa opinio ac perſuaſio, noſtri animi motus eſt. Hoc igitur vult, ſi ſciamus de re propoſita quod dicimus, ac iudicamus, quamvis aliorum iudicio ac ſententiæ aſſenſum præbeamus, hanc animi motionem internam eſſe ac noſtram, à nobis profecticiam, non aliunde adventiciam, ac proinde liberam, atque in noſtra poteſtate ſitam.

Δοξάσωμεν.] Melius fortaſſe: *δοξάζωμεν*. Mox pro ὅλως liber Voſſianus habet, *ὅμως*. Quod ferri poteſt, *κἂν γὰρ ἄλλου τινὸς ἀκούσαντες δοξάζωμεν ἢ οὕτως ἢ οὕτως περὶ αὐτοῦ, δοξάζωμεν γοῦν ὅμως*. Si modo opinemur ac diiudicemus, etſi ab aliis provocati & inducti in hanc opinionem, perſuaſique ita eſſe,, hæc ὑπόληψις noſtra eſt.

Καὶ μὴ ὡς οἱ διδακτοὶ ὄρνιθες, τὸ, Κονδῖτον πίω λέγουσι.] Verba hæc, *Κονδῖτον πίω*, *Conditum bibo*, ex illis ſunt quæ vulgo eloqui docebantur aves humani ſermonis imitatrices. His ſimiles loquutiones hodierni agyrtæ doctoreſque avium, iis etiam nunc inſinuant, dum ſtudent ut id quod homines, alloquantur. *Adfer ancilla ientaculum. Candidum panem edo. Cum vinum bibo, caput mihi vertitur.* Male itaque Wolfius: *Neque enim, ut pſittacus dicit, ſe conditum bibiturum, ita & nos dicimus, Hæc opinio atque perſuaſio noſter motus eſt.* Quæ nec cœlum nec terram tangunt, ita tota regione diſſident ab auctoris mente. *Κονδῖτον πίω*, ideſt, *conditum bibo*, ſententia eſt quales plurimas avitia ad loquendum apta pronuntiare ediſcebant. *Κονδῖτον*, nomen eſt Latinum *Conditum*, de genere vini aromatis condito. Græcis *ἀρωματίτης οἶνος*, qui & *μυῤῥίνης οἶνος*, non à myrrha, ſed ἀπὸ τοῦ μύρου. De quo nos alibi. Variis ſpeciebus condiebantur vina, & ab illis rebus quibus erant condita, ſolebant appellari, ut *ῥοδίτης* quod roſa, *μυρτίτης* quod baccis myrti, *œnanthium*, quod œnanthe ſive flore vitis, & ſic alia quæ à Dioſcoride & Galeno recenſentur. Sed præterea abſolute *Conditum* appellatum eſt, quod Græcis unguentis variis condiebatur, atque *ἀρωματίτης* dicebatur. Nomen *Κονδῖτον* ex Latino Græci etiam retinuerunt. De quo Epigramma illud Palladæ:

Κονδίτου μοι δεῖ, τόδε κονδῖτον πόθεν ἔσχε
Τοὔνομα; τῆς φωνῆς ἐστὶ γὰρ ἀλλότριον
Τῆς τῶν ἑλλήνων· εἰ ῥωμαϊκῶς δὲ καλεῖται,
Αὐτὸς ἂν εἰδείης, Ῥωμαϊκώτερος ὤν.
Σχεδίασον οὖν μοι τοῦτο, τὸ γὰρ κατέχον με νόσημα
Τοῦ στομάχου χρήζειν οὐδὲ λέγουσι ποτοῦ.

Frequens huius *κονδίτου* mentio apud recentiores Græciæ medicos, Paulum Aeginetam, Alexandrum Trallianum, Aëtium & alios. De plurimis generibus conditurarum quibus vinum apud veteres confirmari ſolebat, ac durabile fieri, aut ad varias medelas aptũ, videndus Columella lib. XII. Ut *conditum* de vino, ita & *oleum conditum* memoratur apud Suetonium in Cæſare: quod Plutarchus ſimiliter *unguento conditum*, τῷ μύρῳ, interpretatus eſt: *Nam circa victum adeo C. Oppius indifferentem docet, ut quondam ab hoſpite conditum oleum pro viridi appoſitum aſpernantibus cæteris, ſolum etiam largius dicat appetiſſe, ne hoſpitem aut negligentiæ aut ruſticitatis videretur arguere.* Plutarchus pro condito oleo μύρον reddidit. Sed mirum aut adeo negligentem aut adeo ruſticum illum fuiſſe hoſpitem ut unguentum, hoc eſt, oleum odoribus conditum apponeret ſuis convivis. Nunquam puto quemquam iſtic peccare potuiſſe aut ruſticitatis eo nomine argui, quia nec unquam à quoquam factum id puto, ut unguentum loco olei præbuerit, quod aſparagis affunderetur. Omnino falſus eſt Plutarchus, & *conditum* oleum ſecunda brevi à condo, non *conditum* à condio, intellexit Suetonius, qui viride oleum, hoc eſt, ut Græci vocant, ὀμφάκινον, ex oleis immaturis & viridibus expreſſum, opponit condito, hoc eſt, dulci, ex olivis maturis confecto. Hoc ex conditis oleis fiebat, vel potius condebatur, ut ad lucernas uſum præberet. At omphacinum, ideſt, viride, ad aſparagos & alia eiuſmodi edulia uſurpari ſolebat. Ut ut ſit, *oleum conditum* pro dulci dixit, quod *omphacino* opponebatur. Servius ad illud Virgilii,

-------- *& amara Pauſia bacca.*

Amara, ideſt, viridi. Nam de pauſia viride oleum fit. Vnde contra dulce dicitur, non viride. Galenus quoque τὸ γλυκὺ ab ὀμφακίνῳ diſtinxit, in compoſitione medicamentorum ſecundum genera, lib. I. στύψεώς τι προσδίδωσι τῷ φαρμάκῳ, τό, τε ὀμφάκινον ἔλαιον καὶ τὸ ἐκ τῆς Ἰβηρίας γεωργούμενον, ἣν νῦν ὀνομάζουσι Σπανίαν. Τὸ δὲ Ἴστρικον οὐ μόνον στύψιν ἔχει βραχεῖαν, ἀλλὰ καὶ πικρότητα. Διαφορὰν οὖν ἔχουσιν αἱ διὰ τῶν στυφόντων ἐργασίαι τῆς διὰ τοῦ γλυκέος ἐλαίου. Ubi τὸ γλυκὺ ἔλαιον oppoſuit τῷ ὀμφακίνῳ. Illius lucernis potiſſimum uſus, huius ad cibos. Ideo ruſticus ille hoſpes qui appoſuit dulce pro viridi, non, ut voluit Plutarchus, τὸ μύρον. Alibi Galenus ὠμοτριβὲς vocat, quod eſt, ὀμφάκινον, ex crudis olivis, & immaturis preſſum: μήτε οὖν τὸ καλούμενον ὠμοτριβὲς ἢ ὀμφάκινον ἔστω, διττῶς γὰρ ὀνομάζεται, μήτε τὸ ἀπὸ τῆς Ἰβηρίας, ὃ καλοῦσι Σπανόν.

Ubi

Ubi *Hiſpanum oleum* idem cum *dulci* facere videtur, & ab *omphacino* ac *viridi* diſcernere. Certe ut vinum, ita etiam odoribus oleum condiebatur, ſed de eo non puto Suetonium intellexiſſe. Plinius: *Nam in Gymnaſiis quoque conditur odoribus, ſed viliſſimis.* Idem oleum ex acerbiſſima oliva optimum fieri dicit, *cetero quamprimum è terra colligenda: ſi inquinata ſit, lavanda. Siccari triduo ſatis eſſe.* Hoc erat viride & omphacinum. Quod autem ex matura premebatur, ea oliva collecta prius in tabulatis ſervabatur. Quod improbant auctores. Plinius idem: *Similis error collectam ſervandi in tabulatis, nec priuſquam ſudet premendi, cum omni mora oleum decreſcat, amurca augeatur.* Non tamen putem *conditum oleum* ex eo appellari quod ab omphacino diverſum ſit. Immo per *conditum* vetus intellexit. Vetuſtate quippe dulceſcit, & minus fit idoneum cibis, quia ingratum palato. Plinius: *Vetuſtas oleo tædium affert, non item ut vino, plurimumque ætatis annuo eſt, provida ſi libeat intelligere natura.* Florus de vino:

Conditumque fac vetuſtum.

Ergo & *conditum* oleum pro vetuſto, quod ad cibos ineptum, non ut recens ac viride gratum. In eo arguendus ruſticitatis hoſpes qui Cæſari tale adpoſuit pro viridi ac recenti. Nihil verius. Atque hæc obiter.

Η' δόξα αὕτη.] Immo legendum, ἡ δόξα αὐτὴ. Ut ſupra: ἀλλὰ κἂν τὸ αἱρετὸν ἔξω ᾖ, ἡ αἵρεσις αὐτὴ καὶ ἡ ἐπὶ τὸ αἱρετὸν κίνησις, ἔνδοθέν ἐστι. *Ipſa electio & motio ad id quod eſt expetendum.* Ita hoc loco: Quamvis ab aliis provocati ac producti opinemur, ipſa illa opinio ad noſtrum pertinet motum. Idem mendum eſt & paulo poſt: Τοιοῦτον δέ ἐστι καὶ ἐπί τι ὁρμὴ ἔνδοθεν οὖσα καὶ αὕτη. Lege: ἔνδοθεν οὖσα. καὶ αὐτὴ.

Pag. 8. Κἂν ἐκεῖνο ἐφ' ὃ ὁρμῶμεν.] Lege ex libro Voſſii: κἂν γὰρ ἐκεῖνο ἐφ' ὃ ὁρμῶμεν ἔξωθεν ᾖ, κἂν ἀφορμή τις γένηται τῇ ὁρμῇ, ἀλλὰ αὐτή γε ἡ ὁρμὴ ἔνδοθέν ἐστιν ὅλη. Non vane ſuſpicor & ita in Nanſiano codice fuiſſe, ſed operæ perperam illud γὰρ ante ἀφορμὴ poſuerunt, & totum hunc locum ita vitioſe diſtinxerunt: Τοιοῦτον δέ ἐστι καὶ ἡ ἐπί τι ὁρμὴ ἔνδοθεν οὖσα καὶ αὐτὴ, κἂν ἐκεῖνο ἐφ' ὃ ὁρμῶμεν ἔξωθέν ἐστι. Κἂν γὰρ ἀφορμή τις γένηται τῇ ὁρμῇ, &c. Ubi de ὑπολήψει ſive opinione dixit, eam eſſe noſtri animi motum, ac proinde & in noſtra poteſtate ſitam, etiamſi eam ab alio talem qualem habemus acceperimus, idem eſſe ſtatuendum & de ὁρμῇ dicit. Eam nimirum & intus è nobis totam pro-

procedere. Quamvis enim id quo ferimur extra ſit, & occaſio aliunde orta eam eliciat ac provocet, ipſa nihilominus tota intrinſecus eſt. Wolfius porro etiam videtur legiſſe, κἂν γὰρ ἀφορμή. Sed totus locus omnino ſic interpungendus: Τοιοῦτον δέ ἐστι καὶ ἐπί τι ὁρμὴ ἔνδοθεν οὖσα καὶ αὐτή. Κἂν γὰρ ἐκεῖνο ἐφ᾽ ὃ ὁρμῶμεν ἔξω ᾖ, κἂν ἀφορμή τις γένηται τῇ ὁρμῇ, ἀλλ᾽ αὐτή γε ἡ ὁρμὴ ἔνδοθέν ἐστιν ὅλη. Quæ ſic vertenda: *Tale quid eſt & impetus aliquo tendentis, qui & intrinſecus ipſe eſt. Nam licet illud quo tendimus extra ſit, licet & occaſio aliqua ei impetui præbeatur, ipſe nihilominus intrinſecus totus eſt.* Quæ ſequuntur ſtatim ſubnectenda ſunt nulla interpoſita τελείᾳ diſtinctione, hoc modo: ἀλλ᾽ αὐτή γε ἡ ὁρμὴ ἔνδοθέν ἐστιν ὅλη, οὐχ ὡς οἱ κατὰ ὠθισμὸν ἑτεροκινήτως κινούμενοι, ἔξωθεν ἔχουσι τὴν ἑαυτῶν κίνησιν, ἀλλὰ μᾶλλον, ὡς οἱ κατὰ τὴν ἑαυτῶν ζωὴν διεγειρόμενοι. Oſtendit, qualis ſit motus quo intrinſecus illa ὁρμὴ noſtra movetur, cui initium dederit aliqua ἀφορμὴ ſine cauſa extranea. Nam licet illa ἀφορμὴ extrinſecus oblata ὁρμὴν noſtram provocaverit, ea nihilominus tamen extrinſecus movetur, non ut ſolent qui alieno impulſu incitantur aliorſum, quam ire velint, quibus hic motus totus extrinſecus accidit, ſed potius ut illi moveri ſolent, quos intus agitat atq; incitat ſpiritus vitalis. Perperam in Editione Veneta poſt ἡ ὁρμὴ ἔνδοθεν ὅλη, ponitur τελεία στιγμή, quod non debuit ſequi iſta melior. Male etiam Wolfius in verſione, qui ita locum expreſſit quaſi legiſſet, οὐ γὰρ ὡς οἱ κατ᾽ ὠθισμόν. Idem ὁρμὴν hoc loco reddit *appetitionem.* Et tamen paulo poſt ὄρεξιν ſimiliter vertit. Atqui ὁρμὴ & ὄρεξις diverſæ, ut clare hic Epictetus diſtinguit: ἐφ᾽ ἡμῖν μὲν, ὑπόληψις, ὁρμὴ, ὄρεξις, ἔκκλισις. In ipſo textu idem Wolfius ὁρμὴν *appetitionem* interpretatur, ὄρεξιν *deſiderium.* Aliud tamen Latinis *deſiderium* quam ὄρεξις. Quæ habuimus, nec amplius habemus, ſi ea nobis fuere voluptati aut uſui cum haberemus, ea proprie deſideramus, & quærimus. Græci id, πόθον vocant & ἐπιπόθησιν. Optimæ Gloſſæ: *Deſiderium*, πόθος, ζήτησις. Ipſi Stoici πόθον definiebant, ἐπιθυμίαν τοῦ ἀπόντος. Quod Cicero in Tuſculanis ita vertit: *Deſiderium, libido eius qui nondum adſit videndi.* Scio tamen hæc ab aliis confundi, & ipſum Ciceronem alibi *deſiderium* pro qualibet cupiditate & appetitione uſurpare, ut & Græcos πόθον & πόθησιν. Gloſſæ: *Cupido*, πόθος, ἐπιθυμία. Metopus Pythagoricus: τὸ δ᾽ οἷον ὀρεκτικὸν καὶ ποθητικὸν τᾶς τοῦ σώματος συστάσεως, ἐπιθυμητικόν. Ipſum Græcum ποθέω, Latinorum *Cupio* formavit, unde *Cupido* & *cupiditas*, ἡ ἐπιθυμία. Aeoles ac

Dores

Dores π in κ commutabant, ut κοιὸς ποιὸς, & κοτὲ pro ποτὲ. Iidem θ in φ vertebant, & ε in ι. Ut σιὸς pro θεός. Ita, ergo κοφίω pro ποθέω. Inde Latinum *Cupio*. Sed Stoici qui verborum erant ſubtiliores diſquiſitores hæc diſtinguebant. Et nos in eorum regno nunc ſumus. Ab eo tamen quod *deſiderium* proprie ſit eorum quæ habuimus nec amplius habemus, inde & ad illa tranſlatum eſt quæ nunquam habuimus, & habere cupimus. Ὄρεξις itaque, nec aliter verti poteſt Latine, proprie *appetitio*. Aliter igitur debet reddi ὁρμή. Quæ appetimus, non alio modo ſecundum Stoicos ea ſolemus adpetere quam ut ſtomachus cibum. Huius proprie eſt ὄρεξις. Quo vocabulo uſus eſt Satyricus: ------ *rabidam facturus orexim*. Inde ἀνορεξία ſtomachi vitium nihil adpetentis, & ab omnibus cibis averſi. Doctiſſimus vir Politianus, ὁρμὴν hic reddidit *conatum*, infelici ſane conatu. Nam *conatus* proprie eſt, quam Græci atque etiam ipſi Stoici ἐπιχείρησιν vocarunt, genus ὁρμῆς πρακτικῆς, cum res ipſa in manibus, quam aggredi paramus. Sic enim definiunt ἐπιχείρησιν, ὁρμὴν ἐπί τινος ἤδη ἐν χερσὶν ὄντος. Gloſſæ: *conatus*, ἐπιχείρησις. Eadem & ἐγχείρησις. Utrumque & *conatum* & *affectionem* earumdem Gloſſarum auctor exponit. Ὁρμὴ eſt etiam *impetus*. Sed videndũ an ei hic locus. *Impetus* eſt ὁρμή. Vertimus ὁρμὴν *impetum tendentis aliquo*. *Tendere* hoc ſenſu eſt omnino ὁρμᾶν. Perſius:

Eſt aliquid quo tendis, & in quo dirigis arcum?

Ἐφ' ὃ ὁρμᾶς. Motio animi qua ad aliquid fertur ſive ſponte, ſive aliunde incitatus, ὁρμὴ vocatur Stoicis. Nam & quæ præcedit συγκατάθεσιν & quæ ſequitur, illis ὁρμὴ dicitur. Aliud proprie ὄρεξις. Hæc *appetitio* verti debet, illa *impetus*. Atque ita ſemper Seneca. Dicunt Stoici, quod ὁρμὴ eſt animalibus brutis, quæ κατὰ τὴν ὁρμὴν διοικοῦνται, hoc homini eſſe λόγον. Seneca *impetum* reddit lib. II. de ira, de animalibus: *Errat, qui ea in exemplum hominis adducit, quibus pro ratione eſt impetus. Homini pro impetu ratio, &c.* Ὁρμὴ illa quæ ὄρεξιν penes Stoicos præcedit, & qui primus animi motus eſt quo impellitur, etiam *impetus* eidem vocatur. Ipſa etiam συγκατάθεσις ſive aſſenſio quæ quaſi ſecunda poſt primam ὁρμὴ eſt, nam & ὁρμὴν eam quoque vocant iidem Stoici, *impetus ſequens* Senecæ appellatur in lib. II. de ira, cap. III. *Ergo prima illa agitatio animi, quam ſpecies iniuriæ incuſſit, non magis ira eſt quam ipſa iniuriæ ſpecies, ſed ille ſequens impetus qui ſpeciem iniuriæ non tantum accepit, ſed approbavit.* Hæc eſt ὁρμή, quæ

quæ συγκατάθεσις Stoicis dicitur. Idem paulo ante: *Ira non moveri tantum, ſed excurrere debet. Eſt enim impetus. Nunquam autem impetus ſine aſſenſu mentis eſt.* Inde *impetum* vocat, id eſt, ὁρμὴν, quia & ipſa ὄρεξις Stoicis genus eſt ὁρμῆς. Idem tamen philoſophus alibi *impetum* vocat illam primam ὁρμὴν quæ ab aſſenſione diverſa eſt, utpote quam ſubſequitur aſſenſio; *Omne rationale animal nihil agit, niſi primum ſpecie alicuius rei inritatum eſt. Deinde impetum cepit, deinde aſſenſio confirmavit hunc impetum.* Epiſtola LXXXIX ex Ariſtone Chio qui moralem philoſophiam in tres partes diviſerat, εἰς θεωρίαν, ὁρμὴν & πρᾶξιν, ſecundam partem vertit *impetum. Prima,* inquit, *eſt inſpectio, ſecunda de impetu, tertia de actionibus.* Et impetum illum qui actionem debet præcedere, capi vult *ordinatum temperatumque.* De quo nos infra. Alio loco *impetum* ab *habitu* diſtinguit. Epiſt. XVI. *Ne patiaris animi tui impetum dilabi ac refrigeſcere. Conſtitue illum, & contine, ut habitus fiat quod eſt impetus.* Senecam igitur ſequamur, & ὁρμὴν vertamus *impetum*, ὄρεξιν *appetitionem*. Gloſſæ: *impetus*, ὁρμὴ, *impete*, ὁρμηδόν. Cicero tamen ὁρμὴν Stoicorum *appetitionem* fere ſemper vocat, eam dico ὁρμὴν quæ ſecundum ipſos prima viſa ſubſequitur, ac τὴν ὄρεξιν præcedit. In Lucullo: *Quæ vis eſſet in ſenſibus, quemadmodum prima viſa nos pellerent, deinde appetitio ab his pulſa ſequeretur, tum ut ſenſus ad res percipiendas intenderemus.* Paulo ante dixerat adpetitionem ſe eam eſſe velle quam Stoici ὁρμὴν appellarent: *Nam aliter appetitio. eam enim eſſe volumus ὁρμὴν, qua ad agendum impellimur, & id adpetimus quod eſt viſum, moveri non poteſt.* Atqui non aliter poteſt verti ὄρεξις quam *adpetitio.* Optimæ Philoxeni Gloſſæ: *Adpetitio*, ὄρεξις. *Adpetit*, ὀρέγεται. Vox *impetus*, ut Latine ſonat, eam ὁρμὴν potius ſignificaret, quæ ſine ratione fit & conſideratione, ut primi impetus ſolent eſſe in homine, ut impetus ſunt animalium ratione carentium naturales. Sed ὁρμὴ Stoicorum quæ ὑπόληψιν ſequitur *appetitionem* potius ſignificat, cum aliqua ratiocinatione. Verum de his adhuc infra.

Κἂν γὰρ ἀφορμή τις γίνηται τῇ ὁρμῇ.] Hic ἀφορμῆς voce utitur ut apud Græcos vulgo accipitur. Apud Stoicos aliud eſt, nempe contrarium τῆς ὁρμῆς. Quomodo & paulo poſt id nomen uſurpat: οἱ μὲν τοι Στωικοὶ τὴν ὁρμὴν καὶ ἀφορμὴν προτίθεσαν τῆς ἐκκλίσεως, τὰ περὶ τῆς ὀρέξεως καὶ ἐκκλίσεως κινήματα τῆς ψυχῆς θεασάμενοι. Verbo ἀφορμᾶν quod eſt contrarium τῷ ὁρμᾶν non raro Arrianum uſum memini, nomine autem ἀφορμῆς eo ſenſu, niſi me fallit memoria, rarius. Hic ſane ſi

ea uti voluiſſet, opportune videtur uſurus, ubi adprime ex Stoicorum ſcito conveniebat, ad hæc nempe verba huius primi capitis: ἐφ' ἡμῖν μὲν ὑπόληψις, ὁρμὴ, ὄρεξις, ἔκκλισις. Nam ut ὁρμὴ præcedit ſecundum Stoicos ὄρεξιν, ita ἀφορμὴ debet omnino ἔκκλισιν præcedere. Putavi aliquando vitio librariorum eam hinc abeſſe. Quam ſuſpicionem mihi maxime adauxerunt hæc verba Simplicii quæ paulo poſt ita legi debent: οἱ μέντοι Στωικοὶ τὴν ὁρμὴν καὶ ἀφορμὴν προτιθέασιν τῆς ὀρέξεως καὶ ἐκκλίσεως. Nam vulgo deeſt, etiam in hac editione, τῆς ὀρέξεως. Diogenes in Zenone de eo indifferentium genere, quæ ſecundum eum philoſophum, μήτε ὁρμῆς μήτε ἀφορμῆς κινητικά. Nam alia ſunt ἀδιάφορα, quæ ὁρμῆς & ἀφορμῆς κινητικά. De quibus infra. Illud autem vocabulum ἀφορμὴ quod contrarium τῇ ὁρμῇ motum habet, ex iis eſt quæ confiꝗa ſunt à Zenone, ut ἀπεκλογὴ quæ opponitur τῇ ἐκλογῇ, & ἀπαξία quæ τῇ ἀξίᾳ, ut infra pluribus ſumus dicturi. Verum ut dictum eſt, obſervavi Arrianum illa ἀφορμῆς dictione eo ſignificatu nuſquam eſſe uſum in hoc Enchiridio, qua utitur in diſſertationibus lib. I. cap. IV. καὶ ἀπερίπτωτος ἐν ὁρμαῖς καὶ ἀφορμαῖς. Unde ὁρμητικὴ & ἀφορμητικὴ δύναμις eodem lib. cap. I. Sed de his infra.

Καὶ ἡ ὄρεξις δὲ τοιοῦτόν ἐστιν, ἔκτασις οὖσα τῆς ψυχῆς ἐπὶ τὸ ὀρεκτόν.] De ὑπολήψει primũ dixit totam eam internam eſſe, ac proinde noſtram, noſtrique arbitrii. Idem de ὁρμῇ. Nunc & de ὀρέξει, quam ἔκτασιν definit ψυχῆς ἐπὶ τὸ ὀρεκτὸν, alludens ad proprietatem verbi ὀρέγει, quod eſt porrigere aliquid, & in porrigendo manum extendere. Unde ὀρεκταὶ μελίαι apud Homerum, quas alii μακρὰς interpretantur ex Grammaticis, alii αἷς ὀρέγδην, καὶ οὐκ ἐκ διαστήματος χρῶνται, συνιστάμενοι καὶ ἐκτείνοντες τὰ δόρατα. Euſtathus ὀρεκτὸν δόρυ exponit, τὸ ἐκ χειρὸς ὀρεγομένης οὐτάζον, quod ex manu vulnerat: eoque diſtinguitur ab illis telis quæ iaciuntur, ac manu emittuntur. Ὀρέγειν τὴν χεῖρα eſt ἐκτείνειν καὶ τὸ παρέχειν. At ὀρέγεσθαι ut Grammatici obſervant, οὐ δόσιν ſignificat, ἀλλὰ μόνην τὴν ἔκτασιν. Inde ὀρέγειν δῶρον eſt manu protenſa munus alicui offerre ac porrigere, ὀρέγεσθαι vero pro aliquid appetere, cum mens veluti extenditur ac porrigitur ad id quod appetit.

Δῆλον δὲ ὅτι προηγεῖται μὲν ὑπόληψις.] Præcedit utique ὑπόληψις τὴν ὁρμὴν, ut ὁρμὴ τὴν ὄρεξιν, ſecundum Stoicos. Eadem ἀφορμὴν quoque antecedit, ut ἀφορμὴ τὴν ἔκκλισιν. Hæc opinio præconcepta eſt de

bono vel malo quod appetendum aut fugiendum nobis ab ea opinione iudicamus. Simplicius, λογικὴν τινὰ γνῶσιν eam interpretatur, ἀνθρώπῳ πεέπυσαν. Et ſanè melius hic legeretur, quemadmodum & Wolfius cenſuit: δῆλον δ' ὅτι προηγεῖται μὲν ἡ ὑπόληψις, ἡ λογική τις οὖσα γνῶσις καὶ ἀνθρώπῳ πρέπουσα. Vocat λογικὴν γνῶσιν, quam & Pythagorici modo λόγον, modo γνῶσιν appellant. Nam Metopus omnem virtutem tribus his omnino conſtare dicit, λόγῳ καὶ δυνάμει καὶ προαιρέσει. Definit λόγον, ᾧ κρίνει καὶ θεωρεῖ. Iudicare enim & contemplari eſſe proprias intelligentis animi partes, τῶ διανοητικῶ μέρεος τᾶς ψυχᾶς. Ex rationali anima hanc γνῶσιν procedere aiunt. Theages ſimiliter Pythagoricus omnis virtutis cauſas tres aſſignat, γνῶσιν καὶ δύναμιν καὶ προαίρεσιν. Et γνῶσιν vocat quam Metopus λόγον, quæ λογικὴ γνῶσις hic Simplicio dicitur, eamque eſſe qua θεωροῦμεν καὶ κρίνομεν. At δύναμιν illam omnes Pythagorei volunt eſſe propriam animę partem ratione carentis, quę facultas eſt qua ſuſtinemus & ſubſiſtimus, & firmi conſtanteſque in rebus permanemus. Δύναμιν, ᾇ ἀντέχει καὶ κρατεῖ. Ὁρμὴν autem & ὄρεξιν ex parte animæ irrationali iidem quoque contendunt naſci, ut & hanc ipſam δύναμιν. Ἄλογον δὲ, inquiunt, ᾧ ὁρμῶμεν καὶ ὀρεγόμεθα. Ergo διάνοια cuius γνῶσις propria eſt, in anima rationali ſedem habet, ὁρμὴ καὶ ὄρεξις in irrationali. Πρόαιρεσις autem ex utroque conſtat, ac perficitur ἐκ διανοίας καὶ ὀρέξεως. Sed de προαιρέσει nos infra, ubi rationem reddemus, cur ex rationali ſimul & irrationali animæ parte dicatur oriri. Ὑπόληψιν autem quam hic λογικὴν γνῶσιν definit Simplicius, non abſolute quidem, ſed λογικήν τινα οὖσαν γνῶσιν, & hominis propriam facit, alii inſtrumentum τῆς γνώσεως conſtituunt, cum aliis ſeptem. Ea ſic memorant numerantque, αἴσθησιν, φαντασίαν, τέχνην, δόξαν, φρόνησιν, ἐπιστήμην, σοφίαν, νοῦν. Ex his quinque nobis eſſe cum Deo communia volunt, *artem, prudentiam, ſcientiam, ſapientiam* atque *intellectum*, duo cum brutis, *ſenſum*, & *imaginationem*. Octavum reſtat τῆς γνώσεως ὄργανον, quod hominis proprium faciunt. Hæc eſt, δόξα, quæ hic ὑπόληψις Epicteto vocatur, & à Simplicio finitur, λογική τις οὖσα γνῶσις, καὶ ἀνθρώπῳ πρέπουσα. Eamdē eſſe porro δόξαν & ὑπόληψιν apud Græcos, & τὸ δοξαστὸν καὶ ὑπόληπτον, Ariſtoteles docet, apud quem δοξάζειν & ὑπόληψιν ἔχειν idem eſt. Videtur tamen generalius quid eſſe apud eumdem δόξα quam ὑπόληψις. Nam in Topicis primo, θέσιν definit, ὑπόληψιν παράδοξον

τῶν

τῶν γνωρίμων τινὸς κατὰ φιλοσοφίαν. Ergo illa ὑπόληψις opinio ſpecialis eſt alicuius celebris in philoſophia viri præter δόξαν plurium. Ut enim παράδοξος illa ὑπόληψις philoſophi cuiuſdam quæ παρὰ δόξαν eſt ceterorum, appellatur, non è contrario quod aliquis contra ceterorum opiniones pronuntiaret, id παρ' ὑπόληψιν eorum eſſe diceretur. Δόξα itaque plurium, ὑπολήψεις particulares ſunt ſingulorum philoſophorum opiniones ſuper certis dogmatibus, quas ὑπολήψεις δογματικὰς vocat Sextus philoſophus in Pyrrhoneis Hypot. lib. 1. Δογματικὰς δέ, inquit, ὑπολήψεις ἀλλήλαις ἀντιτίθεμεν ὅταν λέγωμεν τοῦ μὲν ἓν εἶναι στοιχεῖον ἀποφαίνεσθαι, τοῦ δὲ ἄπειρα. Ita Ariſtoteli ὑπόληψις δογματικὴ eſt παράδοξος in Topicis. Exempli gratia, ὅτι ἔστιν ἀντιλέγειν, καθάπερ ἔφη Ἀντισθένης, ἢ ὅτι πάντα κινεῖται καθ' Ἡράκλειτον. Ceterum δόξαν eſſe plurium, ut univerſæ alicuius ſectæ, oſtendit idem Sextus, cum Στωικὴν δόξαν eſſe dicit quod omnes Stoici aut pleriq; communi conſenſu tenerent. Adverſus Mathemathicos: ὑπολειπομένης δ' ἔτι τῆς Στωικῆς δόξης, προκειμένως καὶ περὶ ταύτης λέγωμεν. Hinc Epictetus ὑπόληψιν potius dixit quam δόξαν, quod quiſque de variis rebus ſentit & opinatur quæ bonæ aut malæ hominibus videntur, ut de morte, de dolore, de voluptate & ſimilibus. Hanc tamen δόξαν etiam appellat idem Sextus adverſus Mathematicos: τὸ τελευταῖον, ἄφωνος καταπίπτει, οὐ διὰ τὸν πόνον, οὐδὲ διὰ τὴν πάρεσιν αὐτοῦ, διὰ δὲ τὴν περὶ τοῦ κακὸν εἶναι τὸν πόνον δόξαν. Οὕτω μείζων ἐστὶν ἐνίοτε ἡ διὰ τὴν περὶ τινος κακοῦ ὡς κακοῦ δόξαν ταραχή, τοῦ δι' αὐτὸ τὸ λεγόμενον εἶναι κακὸν συμβαινούσης. Hanc ὑπόληψιν ubique vocat Epictetus, atque etiam aliquando δόξαν. Eam δόξαν ita fieri dicique idem Sextus docet, ὅταν εἴξῃ ἡ ψυχὴ τῇ ἀπὸ τῆς αἰσθήσεως ἐγγινομένῃ φαντασίᾳ, καὶ τῷ φανέντι προσθῆται καὶ συγκατάθηται. Ita ὑπόληψις & δόξα omnino idem. Nam & illi ipſi philoſophi qui peculiares habent opiniones circa quædam dogmata, δοξάζειν dicuntur, quamvis id ſit contra omnium opinionem. Ariſtoteles illo ipſo capite quo ὑπολήψεις vocabat celebrium philoſophorum παραδόξους opiniones, ita ſcribit, & πρόβλημα ſic definit Dialecticum, θεώρημα τὸ συντεῖνον ἢ πρὸς αἵρεσιν καὶ φυγήν, ἢ πρὸς ἀλήθειαν καὶ γνῶσιν ἢ αὐτό, ἢ ὡς συνεργὸν πρὸς τι ἕτερον τῶν τοιούτων περὶ οὗ ἢ οὐδετέρως δοξάζουσιν, ἢ ἐναντίως οἱ πολλοὶ τοῖς σοφοῖς, ἢ οἱ σοφοὶ τοῖς πολλοῖς, ἢ ἑκάτεροι αὐτοὶ ἑαυτοῖς. Paulo ante dicebamus, ὑπόληψιν eſſe peculiarem alicuius philoſophi opinionem, δόξαν vero de pluribus in unam eamdemque opinatio-

nem conſentientibus, ut de univerſa aliqua ſecta: contrarium probatur ex eo quod & ὑπόληψις non minus ſumitur & de opinione totius populi. Ita certe poſuit & ille Sextus Empiricus lib. III. Hypotypoſeon, cap. XXIV. Ὅθεν καὶ τῶν κατὰ τὸν βίον οἱ μὲν ἕνα φασὶν εἶναι θεόν, οἱ δὲ πολλοὺς καὶ διαφόρους ταῖς μορφαῖς, ὡς καὶ εἰς τὰς τῶν Αἰγυπτίων ὑπολήψεις ἐκπίπτειν. Quinimo & quidam ὑπόληψιν generis eſſe nomen, δόξαν ſpeciem tradiderunt. Ἀριστοτέλης δὲ λέγει ἐν τοῖς τόποις, εἰ ἡ ὑπόληψίς ἐστι ψευδὴς καὶ ἀληθής, εἴη ἂν καὶ δόξα. εἶδος γὰρ ὑπολήψεως ἡ δόξα. Sane & apud eumdem Ariſtotelem in lib. I. priorum Ἀναλυτικῶν huius etiam opinionis extat veſtigium, ὑπόληψιν eſſe γένος τῆς δόξας, ut, τὸ ὑποληπτὸν τοῦ δοξαστοῦ. Οἷον, inquit, εἰ μηδὲν διαφέρει εἰπεῖν, τὸ ὑποληπτὸν τοῦ δοξαστοῦ μὴ εἶναι γένος, ἢ μὴ εἶναι ὅπερ ὑποληπτόν τι τὸ δοξαστόν, ταὐτὸν γὰρ τὸ σημαινόμενον, ἀντὶ τοῦ λόγου τοῦ λεχθέντος, τὸ ὑποληπτὸν καὶ δοξαστὸν ὅρους θετέον. Miratus ſum nuper virum quemdam eruditiſſimum ex Suida locum Polybii citantem, ὑπόληψιν pro exiſtimatione in verbis eius accepiſſe: quæ nihil minus quã hoc ibi ſignificant: Τῶν δὲ ἀρχόντων κατεγίνωσκε ῥαθυμίαν ὡς οὐ προνοούντων τῆς αὐτοῦ ὑπολήψεως. Quæ ſic vertit: *Principum autem ſocordiam condemnabat, quod ſuæ exiſtimationis nullam rationem haberent.* Atqui ὑπόληψιν Suidas ἀντίπραξιν ibi interpretatur. Sic enim habet: ὑπόληψις, νόησις, ἀντίπραξις. Deinde protinus ſubiicit ea verba quæ paulo ante attulimus, in quibus ὑπόληψις eſt ἀντίπραξις. *Magiſtratuum autem ſupinitatem condemnabat qui non providerent ſe ipſis contrarium futurum.* Ὑπόληψις hoc ſenſu proprie eſt *reſponſio*. Nam ὑπολαβεῖν Græci interpretantur τὸ φθέγγεσθαι πρὸ τοῦ λαβεῖν τέλος τὰ προλαλούμενα, ὃ καὶ ὑποβαλεῖν λέγεται. Qui priuſquam is cum quo loquitur ſermonem abſolverit, reſponſum ſubiicere occupat, is ὑπολαβεῖν dicitur, quod aliis etiam ὑποβαλεῖν. Qui tam præcipites ſunt in reſpondendo ut non expectent finem ſermonis qui ad ipſos dirigitur, id faciunt plerumque rixandi ac iurgandi gratia, ut interpellent dicentem, & contrarios ſe ei oſtendant. Quod ὑποβλήδην reſpondere Homerus dicit. Hinc ὑποβάλλειν Grammatici exponunt, τὸ ὑποκόπτειν τὸν λόγον τινός. Inde *reſponſare* Latinis, pro contrarium eſſe & ἀντιπράττεσθαι vel ἀντιμάχεσθαι, ut ancillæ vel ſervi qui iurgantur cum dominis, nec dicto ſunt iis audientes, *reſponſare* iis dicuntur. Quod & ad alia traducitur, ut cibus qui dentibus reſponſat, nimis durus & non ſatis coctus. Apud Horatiũ: *Reſponſare libidinibus; contemnere honores.*

Ἀν-

Ἀντιπαρατίθεσθαι. Inde ergo & ὑπόληψις, quæ eſt reſponſatio, pro ἀντιπαράξει. Non ſolum autem quam de rebus habemus, ſed & quam de hominibus facimus, exiſtimatio, ὑπόληψις Græcis, & δόξα appellatur. Hinc *bona & mala exiſtimatio* Latinis. Stephanus cognomento Gobarus apud Photium: Καὶ ποίας ἔχει δόξας Ἀττικὸς καὶ Κύριλλος περὶ τοῦ αὐτοῦ ἁγιωτάτου Ἰωάννου Κωνσταντινουπόλεως. Item: ἢ οἵας ἔσχεν ὑπολήψεις διελαβέσατος Ἰσίδωρος ὁ ἐκ Πηλουσίου περὶ Θεοφίλου καὶ Κυρίλλου τῶν Ἀλεξανδρείας ἱεραρχῶν. Ubi ὑπόληψις & δόξα idem. *Fama* plerumque pro eodem accipitur apud Romanos, ut vir *cui fama eſt integra*. Sic ἀγαθὴ ὑπόληψις pro bona exiſtimatione, quam & *opinionem* non ſolum recentiores Latini dixere, ſed etiam idonei auctores. Iulianus Anteceſſor in Novella XXXVI. *Si preces imperatori porrexerit, & divino principis nutu priori opinioni reſtituta fuerit*. Id eſt, priori famæ & exiſtimationi. Nam & de rebus quæ celebres ſunt in ore hominum, eas *in fama eſſe, in opinione, in nomine*, συνωνύμως dicitur. *Opinionem* pro ὑπολήψει & exiſtimatione perſonæ etiam Quintilianus lib. I. cap. II. *Corrumpi mores in ſcholis putant, nam & corrumpuntur interim, ſed domi quoque. Et ſunt multa huius rei exempla, tam læſæ hercle quam conſervatæ utrobique opinionis.* Id eſt, ὑπολήψεως. Apud Iuſtinianum οἱ μοναχοὶ καλλίονος ὑπολήψεως, *bonæ exiſtimationis & famæ.* Opinionis etiam liceat dicere. In can. XXI. concilii Chalcedonenſis, Κληρικοὺς ἢ Λαϊκοὺς κατηγοροῦντας ἐπισκόπων ἢ Κληρικῶν ἁπλῶς καὶ ἀδοκιμάστως μὴ προσδέχεσθαι εἰς κατηγορίαν, εἰ μὴ πρότερον ἐξετασθείη αὐτῶν ἡ ὑπόληψις. Verſio quædam vetus hæc poſtrema ſic reddidit: *Niſi prius eorum exiſtimatio fuerit diſcuſſa.* In alia æque vetuſta vertitur: *Niſi prius eorum opinio fuerit diſcuſſa.* Dionyſius Exiguus utrumque expreſſit in ſua verſione: *Niſi prius eorum diſcutiatur exiſtimationis opinio.* Hinc ὁ ἐν ὑπολήψει dicitur cuius eſt recta exiſtimatio ſive opinio, qui etiam διαπρεπὴς vocatur, Latinis recentioribus *opinatus*, nempe pro probatæ ac ſpectatæ exiſtimationis viro. Inde explicandus can. XI. Concilii Chalcedonenſis, quo ſancitur συστατικὰς, id eſt, commendaticias Epiſtolas, dandas eſſe τοῖς οὖσιν ἐν ὑπολήψει μόνοις προσώποις. Quod peſſimè quidam vertunt: *iis ſolis perſonis quæ in aliquam ſuſpicionem venerunt.* Immo, quæ ſine ſuſpicione ſunt, & in bona exiſtimatione & opinione verſantur. Rectius Dionyſius Exiguus: *propter quod commendaticias litteras honoratioribus tantummodo perſonis præſtari conveniat.* Alii *opinatis* dixiſſent. Unde *opinatiſſimus* ὁ ἐνυπο-

ἀνυποληπτότατος, δοκιμαστότατος. Vetuſtiſſima illius ſynodi verſio quæ nondum edita eſt, ſic reddit: *Quoniam ſynodicas litteras his tantum dari convenit qui bonæ eſſe opinionis videntur.* Sed ad ὑπόληψιν redeamus quæ de rebus eſt. Ea γνῶσις definitur Simplicio. Verum non eſt ſimpliciter γνῶσις, ſed ea γνῶσις qua ὑπολαμβάνομεν, à qua differt γνῶσις qua κρίνομεν καὶ θεωροῦμεν, ut ex Pythagoricis ſupra attulimus. Ea γνῶσις ad ſcientiam pertinet, & tantum differt ab iſta γνώσει ὑπολήψεως, quantum ἐπιστήμη ἀπὸ τῆς δόξας. Nam ut ἐπιστήμη de rebus eſt certis, ita δόξα de his quæ aliter eſſe poſſunt. Archytas in libro περὶ νοῦ καὶ αἰσθήσεως, ſenſus opinionis principia eſſe dixerat, mentem autem ſcientiæ: καὶ ὁ μὲν νόος ἐστὶν ἀρχὰ τᾶς ἐπιστήμας, ἁ δ' αἴσθησις τᾶς δόξας. Ergo τὸ θεωρητικὸν & τὰ θεωρήματα ad ἐπιστήμην referuntur. Ut autẽ ὑπόληψιν ſequuntur ὁρμὴ & ὄρεξις, ita eam præcedit φαντασία. Ea non eſt voluntaria, nec intus naſcitur ut ὑπόληψις, quæ in noſtra eſt poteſtate, & interna tota. Cũ enim aliqua viſio animo obiicitur, ſi ex illis ſit quas τραχείας vocat Epictetus, repente illa abripitur animus & concutitur, niſi ſpatium ſibi dederit ad conſiderandum quale illud ſit quo externatur. Ubi ſe collegit, atque intellexit, non tantum eſſe malum, quantum primo intuitu apparuit, rectè utitur φαντασίᾳ, dum iudicat non eſſe conſentiendum viſis illis quibus ad primam ſpeciem obiecti conterritus eſt, ac loco ſuo veluti motus. Si mens aſſentiatur τῇ φαντασίᾳ, tum fit συγκατάθεσις, & ipſe animus προσεπιδοξάζει, & ſibi perſuadet id verum eſſe quod ipſi ſuggeſtum eſt ab illis viſis primo veluti impulſu. Agellius lib. XIX. cap. I. ex diſſertationibus Arriani quod hodie caput in editis deſideratur: *Viſa animi, quas φαντασίας philoſophi appellant, quibus mens hominis prima ſtatim ſpecie accidentis rei pellitur, non voluntatis ſunt neque arbitraria, ſed vi quadam ſua inferunt ſeſe hominibus noſcitanda. Probationes autem, quas συγκαταθέσεις vocant, quibus eadem viſa noſcuntur ac diiudicantur, voluntariæ ſunt, fiuntque hominum arbitratu.* Ita hæc diſtinguenda, quæ vulgo depravatiſſima ſunt, hoc modo interpuncta: *ſed vi quadam ſua inferunt ſeſe hominibus. Noſcitandæ probationes autem.* Notandum eſt, Epictetum ſive Arrianum ore Agellii dicere, *viſa illa vi quadam ſua ſeſe hominibus inferre noſcitanda*, & paulo poſt, *probationes quæ συγκαταθέσεις dicuntur à Stoicis, eas eſſe quibus hæc viſa noſcuntur ac diiudicantur.* Ergo γνῶσις eſt iſta συγκατάθεσις, atque etiam δόξα ſive ὑπόληψις. Nam & Sextus Empiricus ſcribit,

fieri

fieri δόξαν cùm viſis quæ à ſenſibus obiiciuntur, mens aſſentitur & accedit, iiſdemque cedit: Ὅταν γὰρ εἴξῃ ἡ ψυχὴ τῇ ἀπὸ τῆς αἰσθήσεως ἐγγινομένῃ φαντασίᾳ, καὶ τῷ φανέντι προσθῆται καὶ συγκαταθῆται, λέγεται δόξα. At cum mens eadem viſa aſpernatur ac refutat, an non tum quoque δοξάζει? Immo certum eſt eam tum quoque δοξάζειν. Quando enim ſpatium ſumit ad ſe colligendum atque ea viſa noſcitanda ac diiudicanda qualia ſint, ſi talia non eſſe iudicet, ut ſe primo obtulerant, hoc eſt, aſpera ac metuenda, hoc ipſum quod ita ſentit ac de his pronuntiat, δόξα eſt, & ὑπόληψις, ſi non firma & conſtanti aſſenſione ita eſſe credat. Nam ſi ſtabili & inconcuſſo iudicio in his noſcendis ac firmiter, ubi noverit, tenendis uratur ac nitatur, tum non δόξα eſt, ſed κατάληψις. Stoici enim negabant ſuum ſapientem δοξάσειν, opinaturum eſſe. Errorem quippe, ac temeritatem, & ignorantiam, & opinationem, & ſuſpicionem, & uno nomine omnia quæ eſſent aliena firmæ & conſtantis aſſenſionis, à virtute ſapientiaque ea removebant. Simplicius in his commentariis quomodocunque de rebus quæ ſeſe offerũt, bene an male ſentiamus ac iudicemus, δοξάζειν id vocat, etiamſi ab aliis talẽ opinionem mutuemur, non à nobis ipſis intus accipiamus. Τοιόνδε ἐστὶν, inquit, τὸ ποιάνδε ἢ ποιάνδε ὑπόληψιν ἔχειν περὶ τῶν πραγμάτων, οἷον ὅτι ὁ πλοῦτος ἢ ὁ θάνατος ἤ τι τῶν ἄλλων ἀγαθὸν ἢ κακὸν ἢ ἀδιάφορόν ἐστιν, κἂν παρ᾽ ἄλλου τινὸς ἀκούσαντες δοξάσωμεν, δοξάζομεν γὰρ ὅμως. Ergo quacunque de re iudicium ferens animus, malam eſſe pronuntiet, aut bonã, aut indifferentem, ἐπιδοξάζει, hoc eſt, ἐπὶ τούτου τοῦ πράγματος δοξάζει. Cum vero ea quæ ipſi terribilia primo adſpectu viſa ſunt, talia quoque eſſe concedit, eaque ſuo conſenſu adprobat, ex illa συγκαταθέσει, dum ſe his accommodat, aſſenſumque ſuum commodat; tum προσεπιδοξάζει. Id eſt, opinionem ſuam illi φαντασίᾳ adplicat, eamq; adprobat. Agellius eodem libro & capite: *Atque hoc inter inſipientis ſapientiſque animum differre dicunt, quod inſipiens, qualia ſibi eſſe primo animi ſui pulſu viſa ſunt, ſæva & aſpera, talia eſſe vero putat, & eadem incepta quæ tanquam ſi iure metuenda ſint, ſua quoque aſſenſione adprobat, καὶ προσεπιδόξαζει. Hoc enim verbo Stoici, cum ſuper iſta re diſſerunt, utuntur.* Hæc ὑπόληψις ſive δόξα qua προσεπιδοξάζουσι eadem ferme cum ipſa φαντασίᾳ eſt, quatenus non diſcedit ab ipſa, nec aliam ſententiam de ea fert, aut opinionem ſuper ea induit aliam, quam talem omnino eſſe qualem ſe oſtendit cum animum primo impetu impulit. Ubi vero aliter de illa iudicat, &

non malam eſſe viſionem quæ mala apparuit, opinatur, aut contra non bonam quæ tanquam bona ſeſe inſinuavit, tum ſimpliciter δοξάζει. Quam & ipſam δόξαν aliquando φαντασίαν etiam appellant, contrariam nempe viſionem, quæ illi priori opponitur, ut ea refutetur & expellatur. Nam ut ait Ariſtoteles lib. III. de anima cap. X. prava quædam eſt φαντασία, & quædam recta: ὄρεξίς τε καὶ φαντασία, ὀρθή τε καὶ οὐκ ὀρθή. Arrianus lib. II. cap. XVIII. πῶς ἀγωνιστέον πρὸς τὰς φαντασίας· ἀλλὰ μᾶλλον ἄλλην τινὰ ἀντείσαγε καλὴν καὶ γενναίαν φαντασίαν, καὶ ταύτην τὴν ῥυπαρὰν ἔκβαλε. Hinc tam ſæpe inculcat noſter in hoc Enchiridio ne nos abripi ſinamus ὑπὸ τῶν φαντασιῶν. Quod facit ſapiens, cum huiuſmodi motibus rapidis & inconſultis officium mentis atque rationis prævertentibus non auſcultat, ſed huiuſmodi φαντασίας, hoc eſt, viſa iſthæc animi terrifica non adprobat, hoc eſt, οὐ συγκατατίθεται, οὐδὲ προσεπιδοξάζει. Non omnis autem φαντασία reſpuenda & abiicienda, ſed pleræque etiam καταληπτικαὶ, ut vocant, quæ ſtatim id quod verum eſt, conſequuntur, & comprehendunt. Epictetus cap. LX. οὕτως οὖν συμβήσεταί σοι, ἄλλας μὲν φαντασίας καταληπτικὰς λαμβάνειν, ἄλλαις ἢ συγκατατίθεσθαι. Unde colligere eſt, συγκατάθεσιν non pro omni δόξα eos accepiſſe, ut Sextus videtur dicere, ſed de ea ſola qua quis προσεπιδοξάζει, & viſa talia qualia ſe ingeſſerunt adſenſione ſua adprobat. Certum tamen eſt, Stoicos nullam δόξαν in ſapientem ſuum cadere paradoxo ſanxiſſe, οὐ δοξάσειν τὸν σοφὸν, *non opinaturum eſſe ſapientem*. Id Laertius interpretatur, ψευδεῖ μὴ συγκαταθήσεσθαι μηδενί· *Nulli rei falſæ aſſenſum ſuum eſſe commodaturum.* Ergo συγκατάθεσιν de aſſenſione quæ rebus falſis, vel non uſquequaque certis, nec rectè comprehenſis, commodatur, ſolebant uſurpare. Volebant igitur ſcire, non opinari ſuum ſapientem. Ἐπιστήμη itaque propria ſapientis, non δόξα. Duplicem hanc ſtatuebant, ſi Stobæo credimus: Unam quæ prorſus nihil perciperet, alteram quæ non certò nec firmè opinaretur, quam συγκατάθεσιν proprie videntur appellaſſe. Ad priorem ἄγνοια pertinet, ad poſteriorem *aſſenſio*, quæ eſt imbecilla opinio. Per primam nihil comprehendebat ὁ δοξάζων, per ſecundam imbecilla opinatione comprehendebat. Prior δόξα eſt, ἀκατάληπτος φαντασία, viſio incomprehenſibilis, quam inſcientia ſequitur. Poſterior συγκατάθεσις, quæ eſt imbecilla opinio, qua quis aſſenſum præbet rei non ſatis cognitæ, nec exploratæ. Verba Stobæi quibus hoc docet, in Eclogis moralibus ita legenda

ſunt:

ſunt: ψεῦδος δὲ ὑπολαμβάνειν οὐδέποτέ φασι τὸν σοφὸν, καὶ οὐδέποτε παράπαν ἀκαταλήπτῳ τινὶ συγκατατίθεσθαι, διὰ τὸ μηδὲ δοξάζειν αὐτὸν, μηδ' ἀγνοεῖν μηδέν. Duo hic diſtinguit tanquam diverſa, δοξάζειν & ἀγνοεῖν, *neſcire, & opinari.* Qui falſum opinatur, inſcitus eſt, atque ignarus. Qui rei quam non percepit, aſſentitur, præceps ac temerarius. Sequitur: τὴν γὰρ ἄγνοιαν μεταπτωτὴν εἶναι, συγκατάθεσιν δὲ ἀσθενῆ. μηδὲν δ' ὑπολαμβάνειν ἀσθενῶς, ἀλλὰ μᾶλλον ἀσφαλῶς καὶ βεβαίως. Vides & ἄγνοιαν hic ab eo ſeparari ab aſſenſione, id eſt, συγκαταθέσει. Illa quod falſum eſt plane opinatur, & veri inſcitia in totum laborat, hæc aſſenſum præbet rei incognitæ. Ita igitur legendum: τὴν γὰρ ἄγνοιαν μεταπτωτὴν εἶναι, τὴν συγκατάθεσιν δὲ ἀσθενῆ, non ut vulgo eſt, τὴν γὰρ ἄγνοιαν μεταπτωτὴν εἶναι ἀσθενῆ. Nihil ergo opinaturum eſſe ſapientem imbecilla perſuaſione adductum, ſed conſtanti ac firma aſſenſione: διὸ καὶ, inquit, μηδὲ δοξάζειν σοφόν. Subiungit: διττὰς γὰρ εἶναι δόξας· τὴν μὲν ἀκατάληπτον συγκατάθεσιν, τὴν δ' ὑπόληψιν ἀσθενῆ. Diximus ſuperius videri eum diſtinguere inter συγκατάθεσιν, quam interpretatur ὑπόληψιν ἀσθενῆ, & ἄγνοιαν. Nam ἄγνοια falſum prorſus opinatur, συγκατάθεσις imbecilla eſt aſſenſio. Hic contrarium videtur innuere, ubi ἀκατάληπτον συγκατάθεσιν diſcernit ab ὑπολήψει ἀσθενεῖ, incomprehenſibilem aſſenſionem ab imbecilli opinione. Superiorem diviſionem adſtruunt ea quibus mox ſeſe explicat, quæ & ſic legenda ſunt: Ταύτας ἀλλοτρίους εἶναι τῆς τοῦ σοφοῦ διαθέσεως, διὸ καὶ προπίπτειν πρὸ καταλήψεως, καὶ συγκατατίθεσθαι κατὰ τὸν προπετῆ φαύλου εἶναι. *Quapropter & excidere ante comprehenſionem, & temere aſſentiri, inſipientis eſt.* Qui προπίπτει πρὸ τῆς καταλήψεως, is eſt, quem paulo ante ψεῦδος ὑπολαμβάνειν dixit, & cui ἄγνοιαν attribuit. Qui vero aſſentitur temere imbecilla opinione adductus, viſum adprobat. Et tamen de illo priore etiam συγκατάθεσιν ἀκατάληπτον uſurpant. Mirè hæc intricata ſunt, & vitio quidem Stobæi, qui has ἐκλογὰς è ſcriptis Stoicorum concinnavit, ex quibus non potuit ſeſe extricare. Ἀκατάληπτος συγκατάθεσις male forſan dicatur, cum potius debeat legi, τὴν τῷ ἀκαταλήπτῳ συγκατάθεσιν. Non enim ipſa συγκατάθεσις ἀκατάληπτος, ſed ipſa viſio, cui non comprehenſæ aſſenſio commodatur. Sextus Empiricus adverſus Mathematicos lib. VII. μηδενὸς γὰρ ὄντος καταληπτοῦ, ἢ συγκατατίθεται τινι, ἢ τῷ ἀκαταλήπτῳ συγκαταθήσεται. ἡ δὲ τῷ ἀκαταλήπτῳ συγκατάθεσις δόξα ἐστί. Nulla igitur ἀκατάληπτος συγκατάθεσις, ut apud Stobæum in illis Eclogis legitur, ſed ἀκαταλήπτῳ

λήπτῳ συγκατάθεσις. Ferri tamen poſſe ἀκατάληπτον συγκατάθεσιν, paulo poſt docebo. Quod autem in illis Excerptis Stobæus duo genera opinationum facit, unam qua falſum quis opinatur, alteram qua imbecilli opinatione ducitur ad aſſentiendum viſioni non ſatis exploratæ, ſciendum, non hanc fuiſſe Stoicorum ſententiam. Nam unum tantum δόξης genus conſtituebant, ſcientiæ, τῇ ἐπιστήμῃ contrarium, mediamque inter utramque locabant τὴν κατάληψιν, comprehenſionem, ſive perceptionem. Δόξαν definiebant, τὴν ἀσθενῆ καὶ ψευδῆ συγκατάθεσιν, imbecillam & falſam aſſenſionem, quam & ψευδῆ καὶ ἀσθενῆ ὑπόληψιν vocabant. Stobæus ex hac falſa & imbecilla aſſenſione vel opinione duas opiniones vel aſſenſiones condere voluit, *falſam & imbecillam*. Falſam qua falſum quis opinatur, cum ante comprehenſionem aliquis aſſentitur, quam & ἀκαταλήπτῳ συγκατάθεσιν vel ἀκατάληπτον συγκατάθεσιν videtur appellare. Ἄγνοια etiam eidem indigetatur. Et ex hac diviſione ſapientem μηδὲ ἀγνοεῖν μηδὲ δοξάζειν ait, neque quidquam ignorare, neque opinari. Mox tamen illud ipſum δοξάζειν in duas tribuit opinationes, ſive δόξας, quarum alteram ἀκατάληπτον συγκατάθεσιν vocat, alteram ὑπόληψιν ἀσθενῆ. Quaſi συγκατάθεσις in his differat ἀπὸ τῆς ὑπολήψεως. Atqui συγκατάθεσις etiam ὑπόληψις. Nemo enim aſſentitur quin iudicet aut exiſtimet ſe aſſentiri oportere. Idem mox συγκατάθεσιν videtur propriam facere temere iudicantis & adprobantis viſum non ſatis ſibi compertum & exploratum, idque infirma aſſenſione. Nullo modo ſibi conſtat in tradendis illis Stoicorum parodoxis. Cicero facit cum Sexto Empirico. Ita enim ſcribit lib. I. Academicorum: *Si quid eſſet ita comprehenſum, ut convelli ratione non poſſet, ſcientiam: ſin aliter, inſcientiam appellabant, ex qua exiſteret etiam opinio quæ eſſet imbecilla, & cum falſa incognitaque communis*. Vides *inſcientiam* vocare quæ ἄγνοια Stobæo, quæque ἐπιστήμῃ opponitur. Ex qua inſcientia exiſtere dicit opinionem imbecillam, & *cum falſa incognitaque communem*. ita melius forſitan ſcribatur apud Ciceronem, & *cùm falſa incognitaque cernimus:* non ut vulgo excuſum eſt, *& cum falſo incognitoque communis*. Quod tamen poteſt commode explicari. Sic imbecilla opinio, quæ & ὑπόληψις, & συγκατάθεσις ἀσθενὴς vocatur, etiam ψευδὴς & ἀκατάληπτος nominatur, id eſt, *falſa* & *incognita*. Certè illa ἀσθενὴς συγκατάθεσις communis eſt falſæ & incognitæ. Ita tres fuerint συγκαταθέσεις, prima ἀσθενὴς, ſecunda ψευδὴς, & tertia ἀκατάληπτος.

ληπτος. Sed prima illa ἀσθενὴς communis eſt ſecundum Ciceronem falſæ & incognitæ. Nam qui falſum opinatur, id etiam facit imbecilla aſſenſione, non enim firma nec inconcuſſa. Poteſt enim mutari & veris cedere. Rurſus qui incognito aſſentitur, etiam habet δόξαν ἀσθενῆ, & imbecilla aſſenſione eam adprobat. Ita imbecilla aſſenſio vel opinio communis eſt falſo & incognito. Poteſt tamen quis etiam rei veræ imbecilla opinione aſſentiri, ut ſolent inſipientes, qui cito deturbantur à recta opinione quam conceperint. Quod non eſt ſapientis, qui firmiter, & ex ſcientia credit. Tres ergo propriè συγκαταθέσεις ſive δόξαι, una ψευδὴς, altera ἀκατάληπτος, & ἀσθενής, tertia utrique communis. Hinc Cicero in Lucullo cum ex Stoicorum dogmate ſapientem nihil opinari dicit, id exponit, *nunquam aſſentiri rei vel falſæ vel incognitæ*. Utraque enim aſſenſio plane imbecillis: *Mihi porro non tam certum eſt, eſſe aliquid quod comprehendi poſſit, de quo iam nimium diu etiam diſputo, quam ſapientem nihil opinari, id eſt, nunquam aſſentiri rei falſæ vel incognitæ.* Has tres tamen unius δόξης nomine Stoici vocant, quam ἐπιστήμῃ opponunt. Hæc eadem etiam dicta συγκατάθεσις, quæ licet in falſam & incomprehenſibilem, & utrique communem imbecillem dividatur, in genere tamen eſt una eademque cum δόξα. Nihil autem prohibet ἀκατάληπτον συγκατάθεσιν dici quæ συγκατατίθεται τῷ ἀκαταλήπτῳ. Sic Zeno apud Ciceronem, *quod erat ſenſu comprehenſum, id ipſum ſenſum appellabat.* Sic καταληπτικὴ φαντασία, & κατάληψις, & συγκατάθεσις καταληπτικῆς φαντασίας, Stoicis res eadem: Duplex porro Stoicis συγκατάθεσις, ut initio dicebamus, hæc συγκατάθεσις ἀκατάληπτος vel ἀκαταλήπτῳ, quæ & ψευδὴς, cum utrique communi, quæ ἀσθενὴς vocitatur. Hæc ex inſcientia oritur, vel ex ea potius, inſcientia, & nomen habet δόξα. Altera eſt συγκατάθεσις καταληπτικῆς φαντασίας, quam & κατάληψιν appellabant, id eſt, *comprehenſionem*, & eam inter δόξαν & ἐπιστήμην locabant, nec in pravis nec in rectis numerantes. Sextus: κατάληψιν ἣ τὴν μεταξὺ τούτων, ἥτις ἐστὶ καταληπτικῆς φαντασίας συγκατάθεσις. Hoc viſum quod καταληπτικὸν nominabant, ita evidens erat ut per ſe cerneretur, & propriam haberet declarationem quæ nunquam poſſet fallere, ideo tuto huic fides adiungi poterat, & aſſenſus dari. Quæ aſſenſio vel συγκατάθεσις, vocatur ipſis τῆς καταληπτικῆς φαντασίας συγκατάθεσις. Sextus de hac καταληπτικῇ φαντασίᾳ, quæ aſſenſionem ſibi præberi fidemque adjungi iure ſuo vult:

καταληπτικὴ δὲ φαντασία κατὰ τούτους ἐτύγχανεν ἡ ἀληθὴς καὶ τοιαύτη οἵα οὐκ ἂν γένοιτο ψευδής. Si talis eſſet hæc comprehenſio ut falſa eſſe non poſſet, cur non eam ſcientiæ quoque nomine dignabantur, & in ſapientibus ſolis ineſſe ſtatuebant? Immo ſtultorum ſapientumque eſſe communem volebant. Sextus idem de Stoicis: τὴν ἐπιστήμην ἐν μόνοις ὑφίστασθαι λέγουσι τοῖς σοφοῖς, τὴν δὲ δόξαν ἐν μόνοις τοῖς φαύλοις, τὴν δὲ κατάληψιν, κοινὴν ἀμφοτέρων εἶναι. Eadem ferme Cicero habet in Quæſtionibus Academicis: *Sed inter ſcientiam & inſcientiam, comprehenſionẽ illam quam dixi, collocabat, eamq; neque in rectis nec in pravis numerabat, ſed ſoli credendum eſſe dicebat.* Et notandum, Ciceronẽ ſcientiam & inſcientiam dicere, quæ Sexto ἐπιστήμη καὶ δόξα. Ergo δόξα eadem cum inſcientia ſive ἄγνοια. Eam κατάληψιν, normam ſcientiæ, dicebant eſſe Stoici. Contra eos ita diſputabat Arceſilas, & docebat nihil eſſe inter δόξαν & ἐπιστήμην, inſcientiam & ſcientiam, medium, quod κριτήριον & norma ſcientiæ videri poſſet. Hæc, inquiebat, συγκατάθεσις, quam & κατάληψιν, & καταληπτικὴν φαντασίαν vocant, aut in ſapiente eſt aut in ſtulto. Si ſit in ſtulto, δόξα eſt & inſcientia; ſi in ſapiente, ſcientia dicenda eſt. Nihil tertium. Vide apud Sextum argumenta quibus eam Stoicorum καταληπτικὴν φαντασίαν eiuſque συγκαλάθεσιν deſtruebat. Sed quidquid dicat Arceſilas, quædam ſunt viſa ſive φαντασίαι quarum comprehenſio æque certa ac vera incurrit animum inſipientis atque ſapientis. Tales ſunt quæ propriam, ut ait Cicero, habent declarationem earum rerum quæ videntur. Cuiuſmodi eſſe volebat Zeno comprehenſionem factam ſenſibus, quæ vera eſſe ac fidelis ei videbatur, & propterea ſenſibus fidem tribuendam cenſebat. Quæ diiudicantur itaque ac dignoſcuntur ſenſibus, eorum κατάληψις æque facilis & fidelis ſtulto ac ſapienti. Et ſophiſticum eſt, quod contra afferebat Arceſilas, eamdem φαντασίαν æque bene comprehenſam huic quam illi, in ſtulto nomen debere habere δόξης, in ſapiente ἐπιστήμης. Sic duo cum facerent idem, non eſſet idem. Quod in aliis quidem rebus ut poſſit eſſe verum, hic non eſt. Non magis quippe conſtans ac firma eſt aſſenſio quæ à ſtulto καταληπτικῇ φαντασίᾳ præbetur, quam quæ à ſapiente. Atqui ea ſola ratio dividit δόξαν ἀπὸ τῆς ἐπιστήμης. Quæ quis enim ſcit, ea adprobat conſtanti ac firma aſſenſione: quæ opinatur, incertum habet an ſic ſe habeant, ut in opinione ejus habentur. At in his quæ per καταληπτικὴν φαντασίαν

tenentur, tam ſunt certa & indubitata inſipienti, quam ſapienti. Si hoc non eſt, dicendum, nihil veri eſſe in ſenſibus. Si nulla in ſenſibus veritas, ea ἀκαταληψία ſenſuum communis erit ſapienti & inſipienti. Si detur aliqua κατάληψις vel φαντασία καταληπτική, fatendum eſt quoque, æque communem futuram ſtulto & ſapienti. Pyrrhonii cum in omnibus aſſenſum ſuſtinerent, non tollebant tamen τὰ φαινόμενα, hoc eſt, τὰ κατὰ φαντασίαν παθητικά, quæ nos invitos ad aſſenſionem adigunt, ἀβουλήτως ἡμᾶς ἄγοντα εἰς συγκατάθεσιν. Hæ ſunt καταληπτικαὶ φαντασίαι Stoicorum. In eo tamen diſſidebant Stoici à Pyrrhoniis, quod Pyrrhonii ne in his quidem viſis quæ homines ſibi aſſentiri cogunt, ſe certo ſcire an vera eſſent fatebantur, quia ſenſibus fidem derogabant, cum Stoici vera eſſe pertenderent, nec poſſe eſſe falſa, quia fidem ſenſibus arbitrabantur. Ideo & iis vice normæ utebantur ad reliqua diiudicanda, quod κριτήριον dicebant, ideſt, iudicium falſi ac veri. Arceſilas cui placet nihil non eſſe ἀκατάληπτον contra ea ita diſputabat. Si comprehenſio vel comprehenſibile viſum, aſſenſio eſt vel συγκατάθεσις ut Stoici eſſe volunt, hæc prorſum non poteſt ſubſiſtere, nec eſſe, propter duas rationes. Prima, quod συγκατάθεσις non fit ad viſa, ſed ad rationem, πρῶτον μὲν, ὅτι συγκατάθεσις οὐ πρὸς φαντασίαν γίνεται, ἀλλὰ πρὸς λόγον. Quid ita? quia τῶν ἀξιωμάτων εἰσὶ συγκαταθέσεις. Hoc & ipſum adſtruebant Stoici, τῶν ἀξιωμάτων eſſe συγκαταθέσεις, ut infra dicturi ſumus. Virtus bonum eſt, mors eſt malum, ἀξιώματα ſunt quibus συγκαταθέσεις accommodantur. Sed & συγκατάθεσιν etiam locum habere ſtatuebant in his viſis quæ animo incidunt. Si certa eſſent viſa, ut in καταληπτικαῖς φαντασίαις, earum comprehenſionem, κατάληψιν, eamdem cum συγκαταθέσει eſſe volebant, quia in continenti cum ipſa comprehenſione ſequebatur συγκατάθεσις, immo vel ipſi comprehenſioni inerat. Hoc enim ipſum quod comprehendebatur, de veritate ipſius dubitationem tollebat, & aſſenſionem provocabat. Secunda ratio Arceſilæ qua κατάληψιν τῆς καταληπτικῆς φαντασίας negabat, hæc erat, quod nullam talem dari poſſe affirmabat φαντασίαν quæ non poſſet eſſe falſa. Quod variis argumentis probare conabatur. Si non ſit καταληπτικὴ φαντασία, nec erit κατάληψις, & nulla proinde συγκατάθεσις. Hæc altera igitur ex duabus Stoicorum συγκαταθέσεσι, quę differt ab opinione quatenus eſt φαντασίας καταληπτικῆς συγκατάθεσις, quæ vera quidem eſt, ac fidelis, non tamen omnia quæ in re ſunt comprehendit.

hendit. Hac re diſtat à ſcientia: firma autem ac conſtanti aſſenſione ab opinione, quæ incertum & infirmum habet aſſenſum. Non omnia quidem comprehendit quæ in ipſa re ſunt, ἡ καταληπτικὴ φαντασία eiuſque συγκατάθεσις, ſed nihil quod cadere in eam poteſt relinquit. Δόξα vero, & eius συγκατάθεσις, nihil omnino comprehendit cum aliqua firmitate & conſtantia. Scientia vero, eſt inconcuſſa & ſtabilis, immutabiliſque à ratione comprehenſio, quæ omnia quæ in re ſunt comprehendit. Quod omnia comprehendit quæ ad rem pertinent, eo diſtat à comprehenſione καταληπτικῆς φαντασίας: quod inconcuſſa firmitate & conſtantia ea comprehendit, ἀπὸ τῆς δόξης diſcernitur. Ita enim ἐπιστήμην definiebant noſtri Stoici, τὴν ἀσφαλῆ καὶ βεβαίαν καὶ ἀμετάθετον ὑπὸ λόγου κατάληψιν. Opinionem, τὴν ἀσθενῆ καὶ ψευδῆ συγκατάθεσιν. Horum in confinio κατάληψις, quæ eſt, ex definitione eorumdem Stoicorum, καταληπτικῆς φαντασίας συγκατάθεσις. Quæ quod certa ſit, & quod eam natura dedit quaſi normam ſcientiæ & principium ſui, eam pro κριτηρίῳ habebant, eaque nota verum à falſo diſcernebant, ac propterea *regula veri ac falſi* ab his vocabatur. Nam quamvis, ut dixi, non omnia comprehendat quæ in re ſunt, inde tamen notiones rerum in animis imprimuntur, *è quibus*, ut ait Cicero, ex Stoicis, *non principia ſolum ſed latiores quædam ad rationem inveniendam viæ reperiuntur.* Hæc differentia itaque maxima eſt huius συγκαταθέσεως quæ & καταληπτικὴ φαντασία dicitur Stoicis, & illius quæ δόξα ab iiſdem nominatur, quod per illam ad ſcientiam tandem pervenitur, per iſtam nunquam, utpote quæ ſit ſcientiæ maxime contraria, & in ſapientem non cadat. Quibus autem gradibus ad ſcientiam perveniatur ab illis καταληπτικαῖς φαντασίαις, ita Cicero idem exponit in Lucullo. Ubi enim ex Stoicis explicavit, quæ vis eſſet in ſenſibus, & quomodo prima viſa nos pellerent, deinde appetitio ab his pulſa ſequeretur, tum ut ſenſus ad res percipiendas intenderemus, hæc verba quæ eo quo dixi pertinent, ſic poſuit: *Mens enim ipſa quæ ſenſuum fons eſt, atque etiam ipſa ſenſus eſt, naturalem vim habet, quam intendit ad ea quibus movetur. Itaque alia viſa ſic arripit, ut his ſtatim utatur, aliqua ſic recondit, è quibus memoria oritur. Cetera autem ſimilitudinibus conſtruit, ex quibus efficiuntur notitiæ rerum, quas tum* ἐννοίας, *tum* προλήψεις *vocant. Eo quum acceſſit ratio, argumentique concluſio, rerumque innumerabilium multitudo, tum & perceptio omnium eorum apparet, & eadem ratio perfecta his gradibus*

ad

ad ſapientiam pervenit. Nunc ut familiari exemplo oſtendamus quid interſit inter καταληπτικὴν φαντασίαν vel eius συγκατάθεσιν, & illam alteram quæ rem falſam vel incognitam adprobat imbecilli & infirma aſſenſione, hac imagine utamur, quam ex Stoicorum ſcriptis hauſimus. Aliquis per viam alium currentem concitato gradu videt. Certum eſt per φαντασίαν καταληπτικὴν percipi eum ire, non ſtare nec ſedere. Quæ καταληπτικὴ φαντασία, eadem eſt & συγκατάθεσις. Nam ab illa obiecta currentis ſpecie, ſtatim aſſentimur eum currere, & veram eſſe quam de currente comprehenſionem fecimus, oculis noſtris credimus. Quo currat, aut qua de cauſa, nondum tenemus, nec hoc nobis ſuggerere poteſt ἡ καταληπτικὴ currentis φαντασία. Pro inſano poterit aliquis habere, qui neſcierit, aut ad incendium reſtinguendum eum currere, aut ad viſendum & alloquendũ amicum qui in extremis eſt. Hæc eius opinatio qui pro inſano talem habet, cum aliud ſit cauſæ, cur ita currat, eſt ψευδὴς δόξα vel ὑπόληψις, vel etiam συγκατάθεσις. Si quis autem ita currentem videns aliud atque aliud opinetur de illius curſura, & ſuſpicetur tantum ad hoc vel ad illud curriculo properare, hæc ἀσθενὴς eſt ὑπόληψις, eademque συγκατάθεσις. De huiuſmodi συγκαταθέσει intellexit Sextus cum δόξαν, συγκατάθεσιν interpretatus eſt. Nam qui rei falſæ & incognitæ adſentitur, συγκατάθεσιν ψευδῆ, & ἀκατάληπτον, & ἄδηλον habet: qui vero aſſenſionem dat, ſed cum fluctuatione & inconſtantia, hęc eius aſſenſio ὑπόληψις eſt ἀσθενὴς, vel συγκατάθεσις ἀσθενής. Utramque συγκατάθεσιν rei falſæ & non perceptæ, cum ea quæ utrique communis eſt inconſtanti & imbecilla aſſenſione pro eadem habent Stoici, & δόξης nomine utramq; indigetant, quæ τῇ ἐπιστήμῃ opponitur. Hinc ergo explicandus Stobæus, qui διττὰς εἶναι δόξας ſecundum Stoicos in Eclogis ſuis moralibus dixit. His duobus verbis quibus Stoici μηδὲ ἀγνοεῖν, μηδὲ δοξάζειν τὸν σοφὸν ſuum dixerunt, errorem, ignorantiam, temeritatem, opinionem, ſuſpicionem, & quidquid à ſcientia alienum eſt, ab eo alienarunt ac ſegregarunt. Ut in exemplo maneamus quod ante adduximus, qui aliquem videt currentem, & ſcit quamobrem currat, non iam opinatur falſum, ut ille qui pro inſano id eum facere iudicabat, nec inconſtanti & infirma perſuaſione id facit, ut ille qui hoc vel illud eſſe ſuſpicabatur. Ita exponendum eſſe caput L X. Enchiridii, infrà pluribus ad locum oſtendemus: Λούεταί τις ταχέως, μὴ εἴπῃς ὅτι κακῶς. πρὶν γὰρ διαγνῶναι τὸ δόγμα, πόθεν

οἶσθα

εἴωθα εἰ καλῶς; ὄντως ἐν συμβήσεταί σοι ἄλλας μὲν φαντασίας καταληπτικὰς καταλαμβάνειν, ἄλλαις δὲ συγκατατίθεσθαι. *Sic tibi continget alia quidem viſa comprehenſibilia percipere, aliis vero aſſentiri.* Cum enim videt quis alium qui cito lavetur; per καταληπτικὴν φαντασίαν comprehendit, quod cito lavatur. Atque hæc συγκατάθεσις eſt καταληπτικῆς φαντασίας. Quod autem ex eo quod cito lavetur, iudicat male lavari, hæc δοξαστικὴ συγκατάθεσις, in iudicando præceps ac temeraria. Unde enim, inquit, ſcis male eum lavari priuſquam teneas cauſam cur cito lavetur? Sed hæc ad ipſum locum pluribus. Δόγμα autem ſæpe nominat idem Epictetus vel Arrianus, quod idem videtur cum δόξα, cum nimirum dicit, non πράγματα, hoc eſt, res ipſas nos perturbare, ſed τὰ δόγματα περὶ τῶν πραγμάτων, hoc eſt, τὴν δόξαν ſive ὑπόληψιν quam de rebus ipſis præcepimus.. Hanc ὑπόληψιν & γνωστικὴν & κριτικὴν atque adeo etiam λογικὴν eſſe dicebant Stoici, ut & ipſam ὄρεξιν. At Simplicius infrà τὸ γνωστικὸν τῆς ψυχῆς μέρος & τὸ ὀρεκτικὸν diſtinguit. Ubi τὸ γνωστικὸν appellat eam animæ facultatem quæ viſa diiudicat. Quæ Pythagoricis ea pars eſt animi qua θεωροῦμες καὶ κρίνομες. Sed Stoicis τὸ ὀρεκτικὸν, non eſt abſque τῷ γνωστικῷ & κριτικῷ. Nam & ipſa πάθη ipſis κρίσεις ſunt. Hæc ergo differentia inter Stoicos & Peripateticos. Et hos potius ſequitur quam illos Simplicius, cum dividit τὸ γνωστικὸν, & τὸ ὀρεκτικόν. Nam ſecundum Peripateticos τὸ γνωστικὸν vel κριτικὸν in rationali animæ parte ponitur, τὸ ὀρεκτικὸν in parte rationis vacua. Stobæus ex Peripateticis: λογικὸν μὲν τὸ κριτικόν, ἄλογον δὲ τὸ ὁρμητικόν. Apud Stoicos vero tam ὀρεκτικὸν ſive ὁρμητικὸν, quam γνωστικὸν ac κριτικὸν in parte animæ quæ rationem habet poſitum eſt. De quo infra plura.

Οἱ μέντοι Στωικοὶ τὴν ὁρμὴν καὶ ἀφορμὴν προετίθεσαν τῆς ἐκκλίσεως.] Deeſſe τῆς ὀρέξεως iam olim viderat Wolfius, cuius coniecturam confirmat vetus liber Voſſii, in quo ita ſcriptum eſt; οἱ μέντοι Στωικοὶ τὴν ὁρμὴν καὶ ἀφορμὴν προετίθεσαν τῆς τε ὀρέξεως καὶ τῆς ἐκκλίσεως, τὰ πρὸ τῆς ὀρέξεως καὶ ἐκκλίσεως κινήματα τῆς ψυχῆς θεασάμενοι. Idem Wolfius ingenue hic fatetur ſe nec Stoicorum nec Simplicii rationem ſatis intelligere, tam parvo diſcrimine lethi. *Quodſi, inquit, ὄρεξις καὶ ἔκκλισις τὴν ὁρμὴν καὶ ἀφορμὴν antecedit, qui poſſunt ὁρμὴ καὶ ἀφορμὴ primi eſſe animorum motus?* Non attendit vir bonus, & optime de Epicteto ac Simplicio meritus, Simplicium hîc à Stoicis diſſentire. Hoc igitur ex ſua opinione dixit Simplicius, quæ & Peripateticorũ eſt atque Academi-

demicorum, immo etiam Pythagoreorum, ὑπόληψιν præcedere, tum omnino ſequi ἀμέσως declinationem, & appetitum. Nam ubi præcepta eſt opinio de malo aliquo aut bono quod ita eſſe nobis videatur, neceſſario commovetur declinatio ad illud fugiendum quod eſſe malum animo ſemel concepimus, aut appetitio ad illud conſequendum quod bonum eſſe nobis perſuaſimus. Adiicit Simplicius: ὀρεχθῆναι γὰρ δεῖ πρῶτον, ἢ ἀπαρεσθῆναι, καὶ οὕτως ὁρμῆσαι προσεχθὲν τῷ ὀρεκτῷ, ἢ ἀποστραφῆναι τὸ ἐκκλιτόν. Oportet, inquit, ut prius rem aliquam adpetere incipiamus quam feramur ad eam adipiſcendam. Ergo prior eſt ὄρεξις qua aliquid concupiſcimus, quam ὁρμὴ, id eſt, motus animi, quo impellimur ad eam conſequendam. Rurſus è contrario neceſſe eſt ante nobis averſationem alicuius rei atque odium incidere, quam declinatione conemur eam evitare. Sic ἡ ἔκκλισις prior eſt tempore quam ἀφορμὴ, motus quo rem aliquam quæ nobis diſplicet averſamur, quam motus quo ferimur ad eam declinandam ac vitandam. Hæc Simplicii ſententia eſt, qui ſtatim ſubiicit aliter cenſere Stoicos, quibus placet τὴν ὁρμὴν & ἀφορμὴν præcedere τὴν ὄρεξιν καὶ τὴν ἔκκλισιν. Cur hoc illi? Quia, inquit, primos animi motus vel impetus, ut Seneca vocat, iſtis nominibus ὁρμῆς & ἀφορμῆς indigetant. Tum ſequi faciunt ὄρεξιν καὶ ἔκκλισιν. Stoici certe ὁρμὴν & ἀφορμὴν vocant, primos animi impetus illos quibus aliquid concupiſcimus & averſamur. Hinc de certo genere indifferentium dicunt, μήτε ὁρμῆς μήτε ἀφορμῆς ἄξια εἶναι, ut, parem aut imparem eſſe capillorum in capite numerum, aut in cœlo ſtellarum. Aliud indifferentium genus, ad quod ὁρμὴ datur aut ἀφορμὴ, quod illa habere velimus aut recuſemus, non tamen iſtud magis quam illud, ut in duobus nummis pari forma percuſſis, & æque aſperis, cum optio datur alterius eligendi. Ὁρμὴ μὲν, inquiunt, γίνεται πρὸς τὸ αἱρεῖσθαι τὸ ἕτερον αὐτῶν, οὐ μᾶλλον δὲ πρὸς τόδε ἢ τόδε. Ex quibus perſpicuum eſt, ὁρμῆς & ἀφορμῆς nomine τὰ πρόπερα τῆς ψυχῆς, ut hic Simplicius exponit, κινήματα intelligere. At ſecundũ Peripateticos φαντασία ὄρεξιν movet, ὄρεξις vero cauſa eſt τῆς κατὰ τόπον κινήσεως, quæ eſt ὁρμὴ, vel ἀφορμή. Sic iuxta eorum ſententiam prior eſt ἡ ὄρεξις τῆς ὁρμῆς, ut contra apud Stoicos, ἡ ὁρμὴ τῆς ὀρέξεως. Quæ Stoicis ὁρμὴ & ἀφορμὴ, Peripateticis δίωξις & φυγή. At quod in mente eſt, iuxta Ariſtotelem, κατάφασις καὶ ἀπόφασις, affirmatio & negatio, hoc ἐν τῇ ὀρέξει, δίωξις καὶ φυγή. Ergo ὄρεξις prior, ut pote quæ ipſa moveat δίωξιν, & φυγήν.

Nam ut ait idem Ariſtoteles, ὄρεξις medium eſt moventium. Prius mota, deinde movet & ipſa. Movetur à phantaſia ſive à viſis ipſis, & poſtea movet τὴν ὁρμὴν, hoc eſt, τὴν κίνησιν πρὸς τὸ ὀρεκτὸν, ſive τὴν δίωξιν τοῦ ὀρεκτοῦ. Appetitioni vero ſive ὀρέξει contraria eſt ἔκκλισις, quæ & ipſa pariter à phantaſia motum accipit, & mota cauſam dat τῇ φυγῇ, quæ eſt κίνησις ἀπὸ τοῦ φευκτοῦ. Stoici vero φαντασίαν eſſe volunt, quæ primum movet τὴν ὁρμὴν, deinde ὁρμὴ movet τὴν ὄρεξιν. Ita enim dicunt, τὸ δὲ κινοῦν τὴν ὁρμὴν οὐδὲν, ἀλλ' ἢ φαντασία ὁρμητικὴ τοῦ καθήκοντος αὐτῷ. Sic Ariſtoteli in III. de Anima cap. x. φαίνεται δύο ταῦτά γε κινοῦντα, ὄρεξις ἢ νοῦς, εἴ τις τιθείη φαντασίαν ὡς νόησίν τινα. Ariſtoteli qui ὄρεξιν præponit τῇ ὁρμῇ, φαντασία eſt ὀρεκτικὴ, at Stoicis qui ὁρμὴν priorem faciunt, φαντασία eſt ὁρμητική. Ipſam vero ὁρμὴν definiunt, εἶναι φορὰν τῆς ψυχῆς ἐπί τι, animæ motum & impulſum ad aliquid. Hæc eſt ὄρεξις Peripateticorum, quæ prima movetur à phantaſia, cui phantaſiæ primam motus originem dedit τὸ ὀρεκτόν. Ipſa ergo φαντασία movetur & impellitur ὑπὸ τοῦ ὀρεκτοῦ, ab expetibili. ideo Ariſtoteles τὸ κινοῦν πρώτως τὸ ὀρεκτὸν eſſe definit. Hoc movet phantaſiam, phantaſia deinde appetitum, qui generat ὁρμὴν, id eſt, impetum animi ad ea conſequenda quæ expetivit. Quin & φαντασία Ariſtoteli cum movet non movere abſque adpetitione videtur. Καὶ ἡ φαντασία δὲ ὅταν κινῇ, οὐ κινεῖ ἄνευ ὀρέξεως. Ne mens quidem movet abſque adpetitione, ut idem philoſophus affirmat. Nam βούλησις, ideſt, voluntas, eſt etiam ὄρεξις, quæ cum ratione aliquid deſiderat, quam in ſolo ſapiente eſſe Stoici volunt. Sed has ὀρέξεις, tam pravam quam φαντασία excitat, quam rectam quam mens, Stoici ὁρμῆς nomine appellant, licet ὁρμὴν ante ὄρεξιν ire cenſeant. Nam ὄρεξιν dicunt non quidem eſſe λογικὴν ὁρμὴν, ſed λογικῆς ὁρμῆς εἶδος, non rationalem animi motum, ſed genus rationalis motus. Latiſſime igitur apud eos patet ὁρμῆς appellatio. In genere duas conſtituunt ὁρμῆς ſpecies, unam quæ cernitur in rationalibus animantibus, alteram quæ in rationis expertibus, quas nomine carere aiunt. Κατὰ τὸ γένος δὲ διττῶς θεωρεῖσθαι, τήν τε ἐν τοῖς λογικοῖς γιγνομένην ὁρμὴν, καὶ τὴν ἐν τοῖς ἀλόγοις ζώοις, οὐ κατωνομασμένας δ' εἰσίν. Nam ὄρεξις, inquiunt, quæ id nomen habet, non eſt ipſa λογικὴ ὁρμὴ, ſed ſpecies λογικῆς ὁρμῆς. Ita enim ſcribendum apud Stobæum: Ἡ γὰρ ὄρεξις οὐκ ἔστι λογικὴ ὁρμὴ, ἀλλὰ λογικῆς ὁρμῆς εἶδος. Hæc eſt ratio cur ὁρμὴν præcedere velint τὴν ὄρεξιν. In univerſum duo eius genera, altera hominum propria, altera

tera beſtiarum, quæ ὁρμὴ in utroque abſolute ac ſimpliciter appellatur, haud alio nomine nota. Hæc ὁρμὴ in homine primus animi impetus ab illis conſtituitur, quæ & λογικὴ ὁρμὴ vocatur. Eam ſic definiunt: φορὰ διανοίας ἐπί τι τῶν ἐν τῷ πράττειν. *Motus animi ad aliquid eorum quæ in agendo verſantur.* Huic contraria eſt ἀφορμὴ, quæ pariter his definitur, φορά τις διανοίας ἀπό τινος τῶν ἐν τῷ φεύγειν. Hæc duo ſequuntur τὴν ὄρεξιν καὶ τὴν ἔκκλισιν apud Peripateticos, Stoicis præcedunt. Nam ὄρεξις eſt φορὰ διανοίας Ariſtoteli, Stoici volunt id eſſe ὁρμὴν, & huius ſpeciem ὄρεξιν. Verba Stobæi quibus hoc exponit vulgo depravatiſſima, ſic ſcribenda ſunt: τὴν δὲ λογικὴν ὁρμὴν δεόντως ἄν τις ἀφορίζοιτο εἶναι φορὰν διανοίας ἐπί τι τῶν ἐν τῷ πράττειν, ταύτῃ δὲ ἀντιτίθεσθαι ἀφορμὴν, φοράν τινα διανοίας ἀπό τινος τῶν ἐν τῷ φεύγειν. Eſt & aliud ὁρμῆς genus quam ὄρουσιν appellant, quæ ſpecies eſt motus agentis, quam definiunt animi motum ad aliquid quod futurum eſt. Stobæus ſic emendandus: ἰδίως δὲ καὶ τὴν ὄρουσιν, ὁρμὴν λέγουσιν, τοῦ πρακτικῆς ὁρμῆς οὖσαν εἶδος. εἶναι δὲ τὴν ὄρουσιν φορὰν διανοίας ἐπί τι μέλλον. Nimis ſubtiles verborum aucupes iſti Stoici. Ὄρουσις quippe nihil aliud quam ὁρμή. Nam ὀρούειν idem quod ὁρμᾶν. Heſychius: Ὀροῦσαι, ὁρμῆσαι. λέγεται δὲ αὐτὸ ὀρούειν καὶ ὁρμαίνειν. Idem Grammaticus: ὀρούματα, ὁρμήματα. Suidas: ὀρούω, τὸ ὁρμῶ. Inde ὀρούβω inſerto digammo κατὰ γλῶσσαν idem quod ὀρούω apud Euſtathium, ut φάβος pro φάος apud Æoles. Ab illo igitur ὀρούω poëtico quod eſt ὁρμῶ, illam ſuam ὄρουσιν fecerunt Stoici de certo ὁρμῆς genere qua ad aliquid futurum animus fertur, & agentis motus ſpeciem proprie eſſe volunt. Quattuor hæc igitur ipſis ὁρμῆς genera ſtatuuntur, ὁρμὴ λογικὴ, ὁρμὴ ἄλογος, ὄρεξις & ὄρουσις. Sic enim interpretanda verba ſunt quæ apud Stobæum leguntur, ὥστε μέχρι μὲν τούτων τετραχῶς ὁρμὴν λέγεσθαι, διχῶς δὲ ἀφορμήν. De ὁρμῇ quadrifariam dicta nos id explicavimus. Sed de ἀφορμῇ nuſquam in præcedentibus dictum eſt dupliciter eam intelligi. Semel quippe ἀφορμὴν oppoſuit τῇ ὁρμῇ, quæ λογικὴ ipſi appellata eſt. Verum enimvero ita forſitan intelligebant: ut λογικὴ ὁρμὴ ſuam habet ſibi contrariam ἀφορμὴν, quæ declinat ab his malis quæ cum ratione metuuntur, ita & ἄλογος ὁρμὴ ſuam pariter ἀφορμὴν ἄλογον, quæ vitare ſatagit quæ ſine ratione formidantur. Non puto tamen eos hoc voluiſſe, nec auctorem illum cuius ea verba ſunt quæ Stobæus adduxit. Sed ut ὁρμῇ λογικῇ ſua eſt oppoſita λογικὴ ἀφορμὴ, ita ὀρέξει,

quæ eſt ὁρμῆς λογικῆς ſpecies, opponitur ἔκκλισις, quæ ſimiliter eſt ἀφορμῆς εἶδος. Si enim ὄρεξις una eſt ex illis quattuor motibus quos ὁρμῆς nomine indigetant, certe & ἔκκλισις quæ ὀρέξει contraria eſt ut ὁρμῇ λογικῇ ἡ ἀφορμή, erit & ipſa ἀφορμῆς ſpecies. Sic ut quadrifariam ipſis dicitur ὁρμή, ita & ἀφορμή bifariam. Præter hæc, ὁρμῆς etiam nomine peculiariter donarunt τὴν ἕξιν ὁρμητικήν, *appetitivum*, ut ita dicam, *habitum*, quo ad omnia quæ vult, & quando vult, ut feratur & impellatur, animo contingit: προστιθείσης καὶ τῆς ἕξεως τῆς ὁρμητικῆς ἣν δὴ καὶ ἰδίως ὁρμὴν λέγουσιν, ἀφ' ἧς συμβαίνει ὁρμᾶν πανταχοῦ. Generaliter ad omnes animi motus extenditur illa ἕξις ὁρμητική, quæ non videtur eſſe eadem cum ἕξει προαιρετικῇ Ariſtotelis, cum virtus moralis ita ab eo appelletur, quamvis Stoici etiam προαίρεσιν inter ὁρμῆς πρακτικῆς genera recenſeant. Ceterum ἕξις προαιρετικὴ in bono tantum ſumitur, at ἕξις ὁρμητικὴ Stoicorum latius ſe porrigit, atque etiam in malo ſumitur, ad vitia æque ut ad virtutes animum impellens. Ὁρμῆς porro πρακτικῆς, hoc eſt, *activi appetitus* plura genera memorantur à Stoicis, in quibus & iſta ſunt, πρόθεσις, ἐπιβολή, παρασκευή, ἐγχείρησις, αἵρεσις, προαίρεσις, βούλησις, θέλησις. Primum πρόθεσιν definiunt, σημείωσιν ἐπιτελέσεως, *deſignationem perfectionis*, quæ propoſitio eſt de re aliqua perficienda, quam quidam cum προαιρέσει eamdem faciunt, ſed Stoici iſta ſubtilius diſtinguunt. Heſychius: πρόθεσις, προαίρεσις. Ita porro ſcribendum, non ut eſt apud Stobæum, σημείωσιν, ἐπιτελέως. Quo nihil corruptius. Ἐπιβολὴν interpretantur ὁρμὴν πρὸ ὁρμῆς. Qui aliquid incepturus eſt, ipſa quidem inceptio ὁρμή eſt, hoc eſt ipſa actio: qui illam præcedit actionem motus qui ad inceptionem fertur, ἐπιβολή, quam & nonnulli cum προθέσει confundunt. Nam ἐπιβάλλεσθαι hoc ipſum eſt, propoſitum nempe habere alicuius rei inceptandæ. Heſychius: Ἐπιβαλλόμενος, ἐπιβολὴν καὶ πρόθεσιν ἔχων, ἐπιθυμῶν. Idem Grammaticus ἐπιβολήν, ὁρμήν exponit. Quidam ἔννοιαν interpretantur. Alii etiam ἐγχείρησιν, & προκατάρξιν. Quo ſenſu & apud Polybium reperitur. Cogitatio eſt, quo aliquis animo aliquid agere deſtinat, atque etiam aliquando ipſa inceptio & ἐγχείρησις. Sequitur παρασκευή, quam eleganter iidem Stoici definitum ibant, πρᾶξιν πρὸ πράξεως, actionem præ actione. Eſt enim præparatio, nempe actio prior, quæ principali actioni præmittitur. Immediate ſubſequitur ἐγχείρησις, quam exponebant ὁρμὴν ἐπί τινος ἐν χερσὶν ἤδη ὄντος. Ita corrigendum in verbis Stobæi, ubi

ubi editiones vulgares ſcribunt, ἐγχείρησιν ἤδη ὄντος. Cum agere conamur & adgredimur id quod præ manibus eſt, ἐγχείρησις dicitur, idemque etiam ἐπιχείρησις. Veteres *conatum, adſectationem* interpretantur. Quidam etiam ex Græcis, eamdem ἐγχείρησιν cum ἐπιβολῇ faciunt, atque indifferenter utraque utuntur in eadem ſignificatione. Sequitur apud Stobæum: αἵρεσιν δὲ, βούλησιν ἐξ ἀναλογισμοῦ: *voluntatem ex ratiocinatione.* Non enim ſimpliciter eſt voluntas, ſed ea quæ ratiocinatur ac deliberat de optanda re aliqua. Unde & pro optione ipſa ſumitur, atque electione. Quod ſubiicitur, id oſtendit, προαίρεσις δὲ, αἵρεσις πρὸ αἱρέσεως. Duplici quippe modo hic accipi neceſſe eſt αἵρεσιν, quandoquidem eſt aliqua αἵρεσις quæ altera prior ſit, unde nomen προαιρέσεως. Nam ut ſupra cum ἐπιβολὴν definiunt ὁρμὴν πρὸ ὁρμῆς, ὁρμὴ illa prior non poteſt eadem eſſe cum poſteriore, neque πρᾶξις quæ πρᾶξιν aliam antecedit, quæ παρασκευὴν efficit, eadem eſt cum ipſa, ita nec hîc αἵρεσις quæ præcedit αἵρεσιν eadem poteſt eſſe cum ſequente. Αἵρεσιν eſſe βούλησιν, id eſt, voluntatem, modo dixit, ſed ἐξ ἀναλογισμοῦ, quæ deliberat nimirum ac ratiocinatur. Unde & αἵρεσις etiam de electione uſurpatur. Ergo hæc αἵρεσις quæ antecedit αἵρεσιν, voluntas eſt quæ præit electionem. Atque hæc ſecundum Stoicos προαίρεσις appellatur, quam & eamdem cum βουλήσει eſſe quidam ſcribunt. *Propoſitum, & voluntatem* Gloſſæ veteres interpretantur. Nonnulli tamen & pro ipſa optione atque electione accipiunt. Heſychius: Προαίρεσις, ἐπιλογὴ καλοῦ ἢ κακοῦ. Apud Ariſtotelem βούλευσις eſt quæ anteit, hoc eſt, deliberatio, tum ſequitur electio, id eſt, προαίρεσις. Eam ὄρεξις præcedit, ſive ὄρεξις βουλευτική, poſtea ubi ad eligendum quod iudicavit procedit, fit προαίρεσις. Andronicus lib. VI. cap. III. ὥστε ἀνάγκην εἶναι, τὴν μὲν βούλευσιν ἀληθῆ λέγειν, τὴν δὲ προαίρεσιν ἑλέσθαι. At Stoicis προαίρεσις videtur potius eſſe βούλευσις, vel βούλησις, ut ita dicam, βουλευτική, hoc eſt, deliberatio de eligendo, quam ipſa electio. Atticis vero προαίρεσις electio eſt, quæ ex multis hoc potius quam illud ſumit. Hoc enim προελέσθαι. Ita accipit Simplicius infra: Καὶ εἴπερ ἡ αἵρεσις ἀντ' ἄλλου τινός ἐστιν αἵρεσις, τάχα οὐκ ἂν εἴη προαίρεσις ἐκείνοις, εἰ μή τις αὐτὴν προαίρεσιν, ὡς τὰ πρῶτα ἀγαθὰ αἱρουμένην, καλοῖ. Sed de hac voce προαίρεσις nos plura in ſequentibus. Stobæus ſtatim ſubiicit: βούλησιν δὲ, εὔλογον ὄρεξιν. Cicero lib. IV. Tuſcul. *Id cum conſtanter prudenterque fit, eiuſmodi adpetitionem Stoici βούλησιν appellant, nos appellamus volun-*

voluntatem. Eam illi putant in ſolo eſſe ſapiente: quam ſic definiunt, Voluntas eſt quæ quid cum ratione deſiderat. Subiungitur mox apud eumdem, θέλησιν δὲ, ἑκουσίαν βούλησιν. *Volentiam* aliquis dixerit Latine, cum *voluntas* ſit βούλησις. Sic ἐθελοντὴς idem quod *ſpontaneus* & *ultroneus*. Ergo & θέλησις, *ſpontanea voluntas*. Quæ ſequuntur in verbis Stobæi intepunctione & lectione vitioſa, ſic reſtituenda ſunt: Πάσας δὲ τὰς ὁρμὰς, συγκαταθέσεις εἶναι, τὰς δὲ πρακτικὰς καὶ τὸ κινητικὸν περιέχειν. Ἤδη δὲ ἄλλων μὲν συγκαταθέσεις εἶναι, ἐπ' ἄλλα δὲ ὁρμάς. καὶ συγκαταθέσεις μὲν ἀξιώμασί τισιν, ὁρμὰς δὲ ἐπὶ κατηγορήματα, τὰ περιεχόμενά πως ἐν τοῖς ἀξιώμασιν. Horum hic ſenſus eſt, omnes ὁρμὰς ſive motus animi atque adpetitiones eſſe συγκαταθέσεις, id eſt, aſſenſiones. Quæ vero ex his πρακτικαὶ ſunt, ſive activi motus, motionem in ſe etiam continere qua animus fertur & impellitur ad id agendum quod adpetit. Illæ autem ὁρμαὶ quæ ſunt συγκαταθέσεις, non habent aliquid κινητικὸν ut πρακτικαὶ, ſed ſimpliciter aſſentiuntur effatis quibuſdam quæ opinio ſibi formaverit. Exempli gratia, *mortem malum eſſe, voluptatem bonum.* Hæc ἀξιώματα ſunt quibus ὁρμαὶ συγκαταθετικαὶ, vel συγκαταθέσεις aſſenſum ſuum commodant. At ὁρμαὶ πρακτικαὶ feruntur ad ipſa κατηγορήματα. Stoicis κατηγορήματα dicuntur, ut πλουτεῖν, φρονεῖν, ut infrà explicabimus ex Stobæo, ubi dicit, τῶν κατηγορημάτων τάς τε αἱρέσεις καὶ ὀρέξεις καὶ βουλήσεις γίγνεσθαι ὥσπερ καὶ τὰς ὁρμάς. Quæ ſequuntur an corrupta ſunt? τὰ περιεχόμενά πως τοῖς ἀξιώμασι. *Diteſcere*, κατηγόρημα eſt, ut *Sapere*. At ἀξίωμα, *divitias bonum eſſe*, aut *ſapientiam.* Ὁρμὴ fertur ad κατηγόρημα. Axioma vero, divitias bonum eſſe affirmat. Infra dixit, κατηγορήματα προσκείμενα τοῖς ἀγαθοῖς. Si divitiæ bonum, huic bono προσάκειται τὸ κατηγόρημα, τὸ πλουτεῖν. Ad hoc igitur ferimur quia ὀρεκτέον. Ipſum bonum quod axioma tale eſſe pronuntiat eſt ὀρεκτὸν, at τὸ κατηγόρημα ὀρεκτέον. Ergo τῷ ἀξιώματι vel bono ipſi quod tale eſſe aſſeritur in axiomate, hoc προσάκειται ut optandum ſit diteſcere, quod eſt κατηγόρημα. Idem tamen ſenſus efficitur ex vulgatis, τὰ κατηγορήματα περιεχόμενά πως τοῖς ἀξιώμασι. Nam τὸ πλουτεῖν quadamtenus comprehenditur τῷ ἀξιώματι, quatenus ubi quid bonum eſſe dicitur, ut id poſſidere velimus, conſequitur. Nam τὸ πλουτεῖν ὀρεκτέον, ut ipſe πλοῦτος, ſi bonum eſt, eſt bonum ὀρεκτόν. Ut hæc veriſimilia ſint, mihi tamen verior videtur lectio ſi ſcribamus: καὶ συγκαταθέσεις μὲν ἀξίωμασιν, ὁρμὰς δὲ ἐπὶ κατηγορήματα, περιεχομένας δὲ πως τοῖς

ἀξιώ-

ἀξιώμασιν αἱ συγκαταθέσεις. Dicit, quodamodo contineri aſſenſiones axiomatibus. Sequitur enim ex axiomate boni aut mali, ut συγκατάθεσις, id eſt, aſſenſio, ad id appetendum aut fugiendum in ipſo pæne axiomate comprehendatur. Statim enim ac bonum aliquid eſſe pronuntiavit effatum, ita eſſe aſſentietur. Sextus: τῶν δὲ ἀξιωμάτων αἱ συγκαταθέσεις. Qui dicit virtutem eſſe ſummum bonum, ἀξίωμα pronuntiat, & cum ita eſſe credit, συγκατάθεσιν illi effato ac pronuntiato præbet. Ὁρμὴ autem πρακτικὴ movet animum & impellit ad illud ipſum bonum conſequendum. Bonum eſt κατηγόρημα virtutis, ad quam ὁρμὴ πρακτικὴ fertur. Quod κατηγόρημα continetur quadamtenus ipſo axiomate, quo virtus bonum eſſe prædicatur. *Virtus* enim ſubiectum eſt, *bonum* prædicatum, hoc eſt, κατηγόρημα. Ex utroque virtute & bono fit ἀξίωμα, cuius eſt ἡ συγκατάθεσις. Adeo autem late patebat hæc vox ὁρμὴ apud Stoicos, ut etiam animi perturbationes, quæ Græcis πάθη dicuntur, ὁρμὰς eſſe dixerint. Πάθος quippe definiunt ὁρμὴν πλεονάζουσαν καὶ ἀπειθῆ τῷ αἱροῦντι λόγῳ. Cum autem συγκατάθεσιν etiam ὁρμὴν eſſe velint, proprie tamen loquendo eam ὁρμὴν intelligunt, quæ πρακτικὴ cenſetur, & ἀπὸ τῆς συγκαταθέσεως diſtinguunt. Sic apud Sextum Empiricum adverſus Mathematicos, ἡ ὁρμὴ, καὶ ἡ συγκατάθεσις, καὶ ἡ κατάληψις, ἑτεροιώσεις quidem dicuntur eſſe τοῦ ἡγεμονικοῦ, ſed aliud quid eſſe omnes ἀπὸ τῆς φαντασίας. Quod ad ὁρμὴν & ὄρεξιν attinet, quam diverſa inter ſe ſententia Peripatetici & Stoici, hanc illa vel hac illam priorem vel poſteriorem faciunt, ſciendum eſt, de nomine tantum videri eſſe pugnam. Nam & ὄρεξιν genus ὁρμῆς ſtatuunt Stoici, & in illa ὁρμῇ, quam motum animi ante omnia ponunt, ineſt & vis appetitionis, ſive ὀρέξεως, & appetitionẽ quoque illam, ὁρμὴν, vocat Cicero. Quin & ὀρέξασθαι apud poëtam eodem ſenſu aliquando uſurpatur quo ὁρμήσασθαι, ut in illis,

Τρὶς μὲν ὀρέξατ' ἰών, τὸ δὲ τέτρατον ἵκετο τέκμωρ.

Ubi ὀρέξατο idem quod ὡρμήσατο. Sed & ὀρέγεσθαι ποσὶν apud eumdem poëtam equi dicuntur, συντόνως τρέχοντες, ut interpretantur Grammatici in hoc verſu:

—— Τάων δὲ προσθ' Ἕκτορος ὠκέες ἵπποι
Ποσσὶν ὀρωρέχαται πολεμίζειν.

Heſychius: ὀρέξατο, ὥρμησε, διέβη. Et certe cum Simplicius ὄρεξιν definiat ἔκτασιν τῆς ψυχῆς ἐπὶ τὸ ὀρεκτὸν, quam ſtatim poſt ἀπόληψιν

vel *συγκατάθεσιν* naſci vult, quid aliud *ὁρμὴ* eſt Stoicorum quam *ἔκτασις* quoque *ψυχῆς*, vel *διάβασις*, ut ita dicam, & progreſſus ac motio ad id quod ei videtur expetendum? Ipſe quoque diſcurſus mentis, *ὁρμὴ* non ſolum ipſis appellatur, ſed etiam poëtis, qui *ὁρμαίνειν* verbum inde fecerunt, *ἀντὶ τοῦ διαλογίζεσθαι*. Grammatici: *ὁρμαίνειν*, *τὸ ὁρμᾶν ἢ διαλογίζεσθαι*. Heſychius: *ὁρμαίνειν, ὁρμᾶν*. *Ὁρμαίνοντα, διανοούμενον*. *Ὁρμαίνων, φροντίζων, ἐν διανοίᾳ ἔχων*. Ita Homerus hoc verbum uſurpavit, & Apollonius, aliique poëtæ.

Ἀλλ' αἱ μὲν ἄλογοι ὀρέξεις.] Cum *ὄρεξιν*, ut & *ὁρμὴν*, & *ὑπόληψιν* in noſtra poteſtate eſſe dixerit Epictetus, hic Simplicius quaſdam *ὀρέξεις* extra noſtram poteſtatem ponit, quæ non ex toto in noſtro arbitrio ſitæ ſint, etiamſi intrinſecus moveantur, ſed multum ex alieno trahant. Geminas eas facit, *θυμὸν καὶ ἐπιθυμίαν*, quæ ſunt *ἄλογοι ὀρέξεις*. Ariſtoteles in Ethicis *ὀρέξεις* in tria dividit, *εἰς βούλησιν, καὶ θυμὸν, καὶ ἐπιθυμίαν*. Sed Simplicius ideo *τὴν θυμὸν καὶ ἐπιθυμίαν* inter appetitus ratione carentes nominavit, quia *βούλησις* ſecundum Stoicos etſi *ὄρεξις* ſit, non tamen inter *ἀλόγους* numeratur, ſed ab his definitur, *εὔλογος ὄρεξις*. Quinimmo Stoici *ὄρεξιν* per ſe & abſolute ſumptam, eſſe *λογικῆς ὁρμῆς*, ideſt, motionis rationalis ſpeciem ſtatuunt. Ergo *ὀρέξεις* iſtæ *ἄλογοι* quas hoc loco duas numero recenſet Simplicius, *θυμὸν* nempe *καὶ ἐπιθυμίαν*, non ſunt *ὀρέξεις* Stoicis, ſed *ὁρμαὶ ἄλογοι*. Conſtat tamen, & *ὀρέξεις* eſſe *ἀλόγους* penes Stoicos. Nam cum *ἐπιθυμία* ſit unum ex quattuor generalibus ac principalibus *πάθεσιν*, eam definiunt, *ὄρεξιν ἀπειθῆ λόγῳ*. Quod idem eſt Stoicis ac *ὄρεξις ἄλογος*. Et cum ab iiſdem definitur *βούλησις*, *ὄρεξις εὔλογος*, eo ipſo indicant, eſſe quaſdam *ὀρέξεις ἀλόγους*. Profecto *ὁρμὴ* cum abſolute ponitur, de ea appetitione ut plurimum intelligitur, quæ caret ratione, qualis eſt in beſtiis. *Impetum* à Seneca verti ſuperius docuimus. *Ὄρεξις* per ſe poſita appetitionem cum ratione deſignat, qualis in homine rationali eſt, cum appetit quæ ſuæ naturæ conveniunt. Sed cum Ciceronem antea docuerimus ubique *ὁρμὴν* *appetitionem* Latine reddere, quomodo *ὄρεξις* quæ ab *ὁρμῇ* differt, erit reddenda? Si quis enim *appetitionem* verteret, neſciretur utrum de *ὁρμῇ* an de *ὀρέξει* eſſet capiendum. Certe ille qui *ὁρμὴν* verterit *adpetitionem*, *ὄρεξιν* non aliter Latine exprimeret quam per *deſiderium*. Sic Celſo optimo Latinitatis auctori, *deſiderium potionis*, *deſiderium cibi*, quæ Græce eſt, *ὄρεξις ποτοῦ καὶ βρώματος*. Quæ & *ὁρμὴ ἐπὶ βρῶμα*

καὶ

καὶ ποτὸν dici poſſet, & melius ſic diceretur de beſtia quam de homine. Nam ὁρμὴ, ut dixi, proprie beſtiarum, quas τῇ ὁρμῇ διοικεῖσθαι dicunt, ὄρεξις hominis. Eum vero qui ὁρμὴν *impetum* Latine vertat, ut Seneca, ὄρεξιν *appetitionem* vel *appetitum* poſſe vocare, certum eſt. Ciceroni tamen ὁρμὴ ubique eſt *appetitus*, vel *appetitio*. Nam πάθος, quod ex Stoicorum definitione dicitur ὁρμὴ πλεονάζουσα, Ciceroni eſt *appetitus vehementior*. Eſt ubi tamen ὄρεξιν appellavit *appetentiā*. Ut in definitione ἐπιθυμίας, quæ libido ipſi vel cupiditas Latine vocatur, eam definit eſſe *appetentiā*, quæ Stoicis ἐπιθυμία, quæ una eſt ex quattuor principalibus & cardinalibus, ita dixerim, perturbationibus. Zenoni ἐπιθυμία definitur, ὄρεξις ἀπειθὴς λόγῳ. Ubi ὄρεξις effectus eſt τῆς ἐπιθυμίας, vel quod efficitur ex libidinis ſive cupiditatis perturbatione. Hoc enim habent omnes Zenoniæ τῶν παθῶν definitiones, ut affectus ex opinionibus pravis conſequentes ipſi ſint pro perturbationibus. Sic motum, συστολὴν ψυχῆς vocat, ἡδονὴν, ἔπαρσιν ψυχῆς. Quia metus eam in animo contractionem efficit, lætitia eam elationem. Ita & ἐπιθυμία eſt ὄρεξις, quia ὄρεξιν in animo efficit. Hæc ὄρεξις Ciceroni appellatur *appetentia*, his verbis: *ut ægritudo quaſi morſum quemdam doloris efficiat: metus receſſum quemdam animi & fugam: lætitia profuſam hilaritatem: libido effrenatam appetentiam.* Id eſt, ὄρεξιν ἀπειθῆ λόγῳ. Ubi videtur *appetentiam* poſuiſſe pro appetitu vitioſo. Nam appetitus vel appetitio etiam honeſtæ rei poteſt dici, ut notant Grammatici. Nonius: *Libidinem & appetitum vel æmulationem etiam honeſtæ rei poſſumus dicere.* Mens eius eſt, *libidinem* etiam uſurpari pro appetitu vel æmulatione bonæ rei. Citatque verba Salluſtii qui ſic eam vocem uſurpaverit, de bello Catilinæ: *Magiſq; in decoris armis & militaribus equis, quam in ſcortis atque conviviis libidinem habent.* Ἐπιθυμία quod Stoicis unum eſt ex præcipuis πάθεσι, *libido* vocatur Ciceroni. Quæ libido ὄρεξις ἀπειθὴς λόγῳ definitur, quem appetitum rationi contrarium potuit vertere Cicero. Hæc vitioſa ὄρεξις, proprie ὁρμὴ Stoicis. Nam omne πάθος ipſis vocatur ὁρμὴ πλεονάζουσα, καὶ ἀπειθὴς τῷ αἱροῦντι λόγῳ. Cum ἐπιθυμία ſit πάθος, & quidem principalium unum, æque ὁρμὴ ἀπειθὴς λόγῳ poteſt definiri, ut ὄρεξις ἀπειθὴς λόγῳ. Sed ὁρμὴ nomen generale eſt ad omnes perturbationes. Itaque in genere poteſt quidem definiri πάθος ὁρμὴ ἀπειθὴς λόγῳ, ſed in definiendis ſingulis in ſpecie, debet finitione comprehendi quod unicuique ſpeciatim convenit. Ut ἡδονὴ,

lætitia, quod unum eſt ex quattuor perturbationibus, non definitur, ὁρμὴ ἀπειθὴς λόγῳ, cum tamen ὁρμὴ ſit ψυχῆς, id eſt, κίνησις, ſed ἔπαρσις ψυχῆς, animi elatio. Ita enim motus ille animi quam efficit lætitia proprie vocatur. Ita de ceteris. Cum ergo ἐπιθυμία ab iiſdem definitur ὄρεξις ἀπειθὴς λόγῳ, ſpecialis motus illi perturbationi proprie conveniens, ſic appellatur. Qui motus etiam ὁρμὴ ψυχῆς dici poteſt, ac dictus eſt, quatenus omne πάθος animi motus eſt turbidus & concitatus, vel ὁρμὴ πλεονάζουσα καὶ ἀπειθὴς λόγῳ. Hanc ergo ὄρεξιν quæ efficitur libidine Ciceroni libuit *appetentiam* vocare, cum alibi ὁρμὴν *appetitum* & *appetitionem* ſemper reddiderit. Atqui ſic ab *appetitu appetentiam* Latine diſtingui debere dici poſſet, ut *invidentiam* ab *invidia*. Ipſo autem Cicerone auctore *invidia* tum eſt cum invidetur. Quod ad πάθος refertur. At *invidentia*, habitum deſignat, & proclivitatem ad invidendum, quam Stoici φθονερίαν appellabant, id eſt, εὐκαταφορίαν εἰς τὸν φθόνον. Sic ergo *appetitus* vel *appetitio* tum fit cum aliquid appetitur. At *appetentia*, ὀρεκτικὴ ἕξις. Sed quis cum Cicerone de proprietate linguę Latinę ſanus contendat? Ipſe ſane alio loco quam hic vocat *appetentiam*, appellavit *appetitionem*, lib. III. Tuſculanarum: *Altera cupiditas quæ recte vel libido dici poteſt, quæ eſt immoderata appetitio opinati magni boni rationi non obtemperans.* Ubi *appetitio immoderata* dicitur, quam hoc loco dixit *appetentiam effrænatam.* Ita tam ὁρμὴ quam ὄρεξις Ciceroni uno eodemque *appetitionis* nomine vocatur. Hoc inculcaſſe hic ſufficiat, quod ſæpe uſui erit, ὄρεξιν eſſe ὁρμῆς ſpeciem, ὁρμὴν appellationem generalem de omni ſive appetitu ſive appetentia, cupiditate, libidine, deſiderio, concupiſcentia, aſſenſione, impetu, vitatione, declinatione, opinatione, cogitatione, & quacunque animi vel mentis motione, rationi conſentanea vel adverſa. At cum proprie & ſtricte ſumitur, impetum eum inſtinctumque in beſtiis naturalem ſignificat, quæ tum καθ' ὁρμὴν duci ac dirigi dicuntur. Primi etiam in homine motus, quos non habet in poteſtate, ὁρμαὶ ſunt, id eſt, *impetus* potius, quam *adpetitiones.* Nam ὀρέξεις quibus cum ratione quod ſibi neceſſarium eſt homo rationalis appetit, magis *appetitiones* reddi conveniat. In ſumma, omnis ὄρεξις, eſt etiam ὁρμὴ, non omnis ὁρμὴ eſt ὄρεξις. Quas autem hic vocat ἀλόγους ὀρέξεις Simplicius, eæ potius ex diſciplina & nomenclatura Stoicorum ὁρμαὶ ἄλογοι appellandæ. Sed quamvis Stoicum auctorem hîc Simplicius explicet, non tamen Stoicos ſequitur. Quod latius

in

in ſequenti obſervatione docebimus. Stoici enim ἀλόγους ὁρμὰς æque in noſtra poteſtate eſſe pronuntiant, atque εὐλόγους, quibus placet πάθη eſſe κρίσεις, hoc eſt, iudicio ac voluntate ſuſcipi. Ἄλογοι autem ὁρμαὶ Stoicis τὰ πάθη appellantur, quæ cum ex opinione prava naſcantur boni malive, venturi aut præſentis, quod ex ea opinione conſequitur, ad fugiendum aut adpetendum illud malum bonumve, Peripateticis ὄρεξις & ἔκκλισις vocatur, Stoicis ὁρμὴ & ἀφορμή. Ita penes Peripateticos ὄρεξις pręcedit ὁρμὴν, ἔκκλισις ἀφορμήν. Contra in ſchola Stoicorũ, ὁρμὴ pręcedit ὄρεξιν, ἀφορμὴ ἔκκλισιν. Exempli gratia ἐπιθυμία Stoicis perturbatio eſt, & ὁρμὴ ἄλογος, vel ἀπειθὴς λόγῳ, impetus ratione adverſante concitatus. Ex eo impetu quem opinio boni cõcitavit, ſequitur ὄρεξις, id eſt, *appetentia* Ciceroni ſic dicta, quę efficitur ab illa perturbatione quæ ὁρμὴ eſt ἄλογος. Contra Peripatetici ſtatim poſt opinionẽ de bono aut malo inductam ſubſequi faciunt ὄρεξιν & ἔκκλισιν, quas deinde in ordine ſubſequitur ὁρμή. Id iam ſupra attigimus, & alio loco fuſius tractabimus. Θυμὸς & ἐπιθυμία, ἄλογοι ὀρέξεις hic vocantur à Simplicio. Stoicis θυμὸς ſpeciale nomen eſt perturbationis, quod ſubiicitur ἐπιθυμίᾳ, quæ perturbatio eſt ſive πάθος ex quattuor, quæ ponunt, principalibus unum. Quattuor enim illis ſunt genericæ perturbationes principales ac præcipuæ, quæ ipſis vocantur πρῶτα καὶ ἀρχικὰ πάθη. Reliquas omnes perturbationum partes ad has, veluti principes ac cardinales, referendas cenſent. Sic eas nominant, ἐπιθυμίαν, φόβον, λύπην, ἡδονήν. *Cupiditatem vel libidinem, metum, ægritudinem, & lætitiam.* Ita enim malo cum Cicerone vertere, quam *dolorem*, & *voluptatem*. Ex his duas volunt antecedere, *cupiditatem*, ac *metum:* illam ex opinione natam boni alicuius futuri quod ita eſſe videtur, alteram ex opinione mali pariter futuri, quod ſpeciem hanc præ ſe fert. Duas reliquas *lætitiam* & *ægritudinem* ſubſequi & ἐπιγίνεσθαι, illam in bono, hanc in malo iam præſente. Stobæus: Ἐπιθυμίαν μὲν οὖν καὶ φόβον προηγεῖσθαι, τὴν μὲν πρὸς τὸ φαινόμενον ἀγαθὸν, τὸν δὲ πρὸς τὸ φαινόμενον κακόν· ἐπιγίνεσθαι δὲ τούτοις ἡδονὴν καὶ λύπην, ἡδονὴν μὲν ὅταν τυγχάνωμεν ὧν ἐπεθυμοῦμεν, λύπην δὲ, ὅταν περιπέσωμεν οἷς ἐφοβούμεθα. Nempe cupimus bonum opinatum dum abeſt, ubi adeſt, lætamur. E contrario cum metuimus malum opinatũ dum abeſt, ubi adeſt, dolemus & ægre ferimus. Ideo ἡδονὴν ἐπιγέννημα vocabant, & eos reprehendebant, qui putarent, primam & naturalem animalis ὁρμὴν, ipſum πρὸς ἡδονὴν impellere, id eſt, ad voluptatem

ſive lætitiam. Nam primo illo naturali motu, ſive adpetitu, ferri animal ad id quod naturæ ſuæ conveniens eſſe duxerit, ubi id aſſequutum ſit, tum ἡδονὴν habere, quod eſt ἐπιγέννημα adeptionis illius boni. Diogenes Laertius in Zenone: Ὃ δὲ λέγουσί τινες, πρὸς ἡδονὴν γίγνεσθαι τὴν πρώτην ὁρμὴν τοῖς ζώοις, ψεῦδος ἀποφαίνουσιν. ἐπιγέννημα γάρ φασιν, εἰ ἄρα ἐστὶν, τὴν ἡδονὴν εἶναι, ὅταν αὐτὴ καθ' αὑτὴν ἡ φύσις ἐπιζητήσασα τὰ ἐναρμόζοντα τῇ συστάσει ἀπολάβῃ, ὃν τρόπον ἀφιλαρύνεται τὰ ζῶα, καὶ θάλλει τὰ φυτά. Qui locus vulgo depravatiſſimus circumfertur, quem nullo negotio ſanamus, mutata diſtinctione, & αὐτὴ καθ' αὑτὴν legendo, pro eo quod erat in editis, αὐτὴν καθ' αὑτὴν, quod referebant ad ἡδονὴν, contra ſententiam Stoicorum, qui negabant animal primo illo ac naturali appetitu, qui ei eſt inſitus, ad voluptatem tendere, ſed ad ea quæ conſervationi ipſius conducunt, perſequenda. Cum igitur natura ipſa per ſe quæſierit & acceperit quod ad ſui conſervationem facit, tum ἐπιγίνεται, id eſt, ſubſequitur, ex eo adepto voluptas & lætitia, non ad eam principaliter ac primario obtinendam fertur, & impellitur. Eo modo exhilareſcunt animalia, & vireſcunt plantæ. Senſum enim quendam tunc præ ſe ferunt lætitiæ, ad quam tamen nullo à natura proprio primarioque impetu dato feruntur. Nam in animalibus, ut & in plantis, nonnulla ſine impetu & ſenſu diſpenſat natura. Et multa, inquiunt, in nobis qui ratione præditi ſumus, φυτοειδῶς fiunt. Ex abundanti tamen ὁρμὴ, hoc eſt, *appetitus*, datus eſt animalibus, quo ſe movent ad ea quæ ſibi apta, & convenientia naturæ inſtinctu noverint. Ideo in illis, quod κατὰ φύσιν fit & agitur, idem dici poteſt κατὰ τὴν ὁρμὴν fieri & agi. Nam hæc ipſis natura, eſt τὸ κατὰ τὴν ὁρμὴν impelli. Quæ vero eſt ὁρμὴ in animalibus rationis expertibus, id eſt in hominibus ratio, ὁ λόγος. Ideo ſecundum rationem vivere, hoc illis eſt idem ac ſecundum naturam. Diogenes in Zenone: Τοῦ δὲ λόγου τοῖς λογικοῖς κατὰ τελειοτέραν προστασίαν διδομένου, τὸ κατὰ λόγον ζῆν, ὀρθῶς γίνεσθαι τὸ κατὰ φύσιν. Ita legendum, non ut vulgo excuſum eſt, γίνεσθαι τοῖς κατὰ φύσιν. Ut in animalibus rationis expertibus dixit, τὸ κατὰ τὴν ὁρμὴν ζῆν idem eſſe quod κατὰ φύσιν, ita in homine rationis capace, τὸ κατὰ λόγον ζῆν, idem plane eſt, quod κατὰ φύσιν. Inde Zenoni τὸ τέλος hominis definitur, τὸ ὁμολογουμένως τῇ φύσει ζῆν. De quo inferius erit dicendum. Ita illis τὸ ἄλογον, & τὸ παρὰ φύσιν idem ferme eſt. Sic πάθος definiunt quidam ex illis ὁρμὴν πλεονάζουσαν καὶ ἀπειθῆ λόγῳ, *appetitum vehementiorem & rationi inobedien-*

obedientem. Alii κίνησιν ψυχῆς παρὰ φύσιν, *commotionem animi præter naturam*. Paulo aliter Cicero ex Zenone lib. IV. Tuſculanarum: *Eſt igitur Zenonis hæc definitio, uti perturbatio ſit, quod* πάθος *ille dicit, averſa à recta ratione contra naturam animi commotio. Quidam vero brevius, perturbationem eſſe appetitum vehementiorem dicunt.* Iſtis verbis, *appetitum vehementiorem eſſe dicunt*, voluit exprimere, τὴν πλεονάζουσαν ὁρμήν. Sed dum ex Zenone definit, *perturbationem eſſe averſam à recta ratione contra naturam animi commotionem*, Græca Zenonis quæ apud Diogenem leguntur, ad verbum reddidit: Ἔστι δὲ αὐτὸ τὸ πάθος κατὰ Ζήνωνα ἡ ἄλογος καὶ παρὰ φύσιν ψυχῆς κίνησις, ἢ ὁρμὴ πλεονάζουσα. Paulo aliter concepta extant apud Stobæum, & niſi fallor, perturbatius, hoc modo: Πάθος δὲ εἶναί φασιν ὁρμὴν πλεονάζουσαν καὶ ἀπειθῆ τῷ αἱροῦντι λόγῳ, ἢ καὶ κίνησιν ψυχῆς παρὰ φύσιν. Ut vides, τὸ ἄλογον vel τὸ ἀπειθὲς τῷ λόγῳ in ea definitione coniunxit, & comprehendit, quæ πάθος πλεονάζουσαν ὁρμὴν eſſe dicit, hoc eſt, *vehementiorem & modum excedentem appetitum, rationique non obtemperantem*. At Zeno conjunxerat ἄλογον cum animi commotione quæ fit præter naturam, ut nimirum perturbatio ſive πάθος, ſit *averſa à rectâ ratione contra naturam animi commotio.* Græca poſtulant ut legatur: *Averſa à recta ratione, & contra naturam animi commotio*, ἡ ἄλογος καὶ παρὰ φύσιν ψυχῆς κίνησις. Inde ἄλογα πάθη paſſim toto hoc opere à Simplicio appellantur. Sed ἄλογον Stoici aliter paulo ſolebant appellare quam reliquum vulgus Græciæ. Stobæus: τὸ δὲ ἄλογον, καὶ τὸ παρὰ φύσιν. ἀλλὰ τὸ μὲν ἄλογον ὅσον τὸ ἀπειθὲς τῷ λόγῳ. Ergo ἄλογον non eſt Stoicis id quod prorſus rationis expers habetur, ut ἄλογα ζῶα dicuntur, quæ omnino carent ratione, ſed ἄλογον ipſi vocant, quod rationi non obtemperat. Ideo Cicero hoc Stoicorum ἄλογον non ſolet Latine reddere, *rationis expers*, ſed *à recta ratione averſum*, aut *rationi non obtemperans*, aut etiam *ratione adverſa incitatum.* Ita cum Stoici ἐπιθυμίαν definiunt, ἐπιθυμίαν eſſe ὄρεξιν ἀπειθῆ λόγῳ, hoc eſt, ἄλογον, Cicero vertit, *Libidinē vel cupiditatem eſſe quæ adverſa ratione incitata eſt vehementius.* Ergo ἄλογον Stoicis idem eſt quod ἀπειθὲς τῷ λόγῳ, hoc eſt, *rationi inobediens*, non, *rationis vacuum.* Ita ἄλογα πάθη ſunt. quare? quia omnes perturbationes rationi inobedientes ſunt, & violenter animū quo volunt abducunt. Stobæus cuius verba ita ſcribenda ſunt in editionibus inquinatiſſima: Πᾶν γὰρ πάθος βιαστικόν ἐστιν, ὡς καὶ πολλάκις ὁρῶντας τοὺς ἐν τοῖς πάθεσιν ὄντας ὅτι συμφέρει τόδε, οὐ ποιεῖν ὑπὸ τῆς σφοδρότητος ἐκφερομένους, καθάπερ ὑπό

τινος

τινος ἀπειθοῦς ἵππου ἀνάγεσθαι πρὸς τὸ ποιεῖν ἐναντίον, παρὸ καὶ πολλάκις τινὰς ἐξομολογεῖσθαι λέγοντας τὸ θρυλλούμενον τοῦτο;

Γνώμην ἔχοντα μ' ἡ φύσις βιάζεται.

Γνώμην γὰρ λέγει νῦν τὴν εἴδησιν καὶ γνῶσιν τῶν ὀρθῶν πραγμάτων. Hoc igitur τὸ ἄλογον ſignificat in definitione τοῦ πάθους. At illud quod etiam eadem πάθους definitione comprehenditur, καὶ παρὰ φύσιν, id interpretantur quia perturbatio accidit contra rectam & naturæ convenientem rationem. Stobæus iterum corrigendus in hunc modum: Καὶ τὸ παρὰ φύσιν εἴληπται ἐν τῇ τοῦ πάθους ὑπογραφῇ, ὡς συμβαίνοντος παρὰ τοῦ ὀρθοῦ καὶ κατὰ φύσιν λόγου. Verum proinde eſt, quod ſupra dicebamus, non multum inter hæc duo pænes Stoicos intereſſe, τὸ ἄλογον, καὶ τὸ παρὰ φύσιν, cum Zeno definiret πάθος, ἄλογον καὶ παρὰ φύσιν ψυχοῖς κίνησιν. Ita enim Chryſippus in homine τὸ κατὰ λόγον ζῆν, *ſecundum rationem vivere*, idem eſſe interpretabatur ac κατὰ φύσιν ζῆν, hoc eſt, *ſecundum naturam*. Quia per φύσιν intelligebat τὸν ὀρθὸν καὶ κατὰ φύσιν λόγον. Cæterum ſi omne πάθος ſecundum Stoicos βιαστικὸν eſt, & vim adfert noſtræ voluntati, ita ut quæ nolumus faciamus, ab eo impulſi, contra quæ volumus facere nequeamus, quid eſt quod iidem aſſerunt, non ſolum ὑπόληψιν, hoc eſt, opinionem de omnibus quæ nobis accidere poſſunt, in noſtra eſſe poteſtate, ſed etiam ὁρμὴν & ὄρεξιν, ἀφορμὴν & ἔκκλισιν? Contrarium hic videtur velle adſtruere Simplicius, qui ἀλόγους ὀρέξεις, hoc eſt, appetitus rationi non obtemperantes, ut eſt θυμὸς & ἐπιθυμία, ira & libido, non plane αὐτεξουσίους eſſe dicit, neque propriè ἐπὶ τοῖς ὀρεγομένοις εἶναι, in arbitrio ac poteſtate eſſe appetentium, ſed aliovorſum rapi, quaſi quæ alienis nervis mobilia ſunt, quæ νευρόσπαστα Græci dicunt. Atqui hæc etiam videntur ab eo dici ſecundum decreta Stoicorum, qui omne πάθος ἄλογον eſſe adfirmant, & rationi non dicto audiens, ſed violentũ, & rapidum, & præter animi voluntatẽ, more equi infrænis, quo non vult vectorem abripientis iturum. Si vim eo modo inferunt τὰ πάθη noſtræ voluntati ac rationi, ut eam ſuæ ſpontis eſſe non patiantur, qui poterit dici ὁρμὴν & ὄρεξιν eſſe ἐφ' ἡμῖν, id eſt, in noſtra poteſtate, ut Epictetus in hoc Enchiridio toties inculcat? Quæ res nos vi cogit invitos id admittere quod nollemus, ubi quid expediat videmus, quomodo illa in noſtra poterit eſſe poteſtate? An & hoc debebimus referre inter ἐναντιώματα Στωικῶν δογμάτων, de quibus peculiarem librum compoſuit Plutarchus? Certè niſi eorum rationes

audiamus quibus hæc conciliare nituntur, ſuum illud vix hic tenebunt, quod mordicus defendunt, iudicio fieri omnes perturbationes. Cicero lib. IV. Tuſculanarum, de Stoicis: *Sed omnes perturbationes iudicio cenſent fieri & opinione. Itaque eas definiunt preſſius, ut intelligatur, non modo quam vitioſæ, ſed etiam quam in noſtra ſint poteſtate.* Ex ipſa illorum definitione, qua ſingulas perturbationes deſcribunt, colligi poſſe monſtrat Cicero, non ſolum quam vitioſas illas eſſe intelligant Stoici, ſed etiam quam in noſtra ſint poteſtate. *Eſt ergo*, inquit, ex definitione Stoica, *ægritudo opinio recens mali præſentis, in quo demitti contrahique animo rectum eſſe videatur.* Ea opinio de malo præſente, qua iudicamus, rectum eſſe animo contrahi ac demitti, prorſus ex ſententia Stoicorum in noſtra eſt poteſtate. Ergo & ipſa demiſſio animi & contractio quæ nobis in ægritudine recta eſſe videtur, plane voluntaria eſt, quoniam ex opinione naſcitur, quam nulla vi coacti, ſed voluntate noſtra impulſi imbibimus. Si hoc ita ſit, unde illud βιαςικὸν quod perturbationibus adtribuunt? Diogenes Laërtius in Zenone: Δοκεῖ δὲ αὐτοῖς τὰ πάθη κρίσεις εἶναι, καθά φησι Χρύσιππος ἐν τῷ περὶ παθῶν. Ἥτε γὰρ φιλαργυρία ὑπόληψίς ἐςι τοῦ τὸ ἀργύριον καλὸν εἶναι, καὶ ἡ μέθη δὲ καὶ ἡ ἀκολασία ὁμοίως. Idem omnino dicit quod Cicero, & eodem argumento utitur, ut oſtendat perturbationes Stoicis iudicia eſſe ac iudicio ſumi, quia in ſuis τῶν παθῶν definitionibus, ex opinione oriri ea faciunt, quæ opinio in noſtra eſt poteſtate, dum iudicamus utile aut honeſtum nobis eſſe hanc vel illam perturbationem aſſumere, & in ea morari. Nemo igitur peccat apud Stoicos niſi aſſenſione: quæ aſſenſio eadem cum opinatione, in voluntate noſtra poſita eſt. Ergo & malum quod ex ea aſſenſione contrahitur, & committitur. *Additum*, inquit Cicero in III. Tuſculana, *ad hanc definitionem à Zenone recte, ut illa opinio præſentis mali ſit recens.* Ita certe eſt in definitione ipſa qualis à Cicerone poſita eſt: *Eſt ægritudo, opinio recens mali præſentis.* Utrum opinio iſta recens dicenda, an malum ipſum recens de quo opinio? Certe in definitione Zenonis Græca quæ habetur apud Stobæum, dicitur ex correctione noſtra, λύπην εἶναι συςολὴν ψυχῆς ἀπειθῆ λόγῳ, αἴτιον δ' αὐτῆς τὸ δοξάζειν πρόσφατον κακὸν παρεῖναι, *ægritudinem eſſe contractionem animi adverſantem rationi, & cauſam eius quod opinetur malum recens adeſſe, vel præſens eſſe.* Ubi πρόσφατον κακὸν vocatur, recens malum, non opinio. Adiici debet ſtatim, τὸ δοξάζειν πρόσφατον κακὸν παρεῖναι ἐφ' ᾧ

καθήκει συστέλλεσθαι. ἡδονὴν δὲ εἶναι ἔπαρσιν ψυχῆς ἀπειθῆ λόγῳ, αἴτιον δὲ αὐτῆς τὸ δοξάζειν πρόσφατον ἀγαθὸν παρεῖναι ἐφ' ᾧ καθήκει ἐπαίρεσθαι. *Lætitiam eſſe elationem animi adverſam rationi, cuius cauſa ſit opinio boni recentis ac præſentis, in quo efferri rectum eſſe videatur.* Hæc vulgo deſunt apud Stobæum. In illis definitionibus non τὸ πρόσφατον cum δοξάζειν iungendum eſt, ſed cum καλὸν aut ἀγαθὸν, quod ſit recens malum aut bonum quo elatio illa aut contractio moveatur. Nam illi Stoici τὸ πρόσφατον in his definiendis, interpretabantur τὸ κινητικὸν συστολῆς ἀλόγου, ἢ ἐπάρσεως. Sic enim ſcribendum apud Stobæum: Τὸ δὲ πρόσφατον, ἀντὶ τοῦ κινητικοῦ συστολῆς ἀλόγου, ἢ ἐπάρσεως. Quinimo ipſe Cicero illud recens ex Zenone ita exponit, ut ipſius vis ſit in ipſo malo, non in opinione: *Additur ad hanc definitionem à Zenone recte, ut illa opinio præſentis mali ſit recens. Hoc autem verbum ſic interpretantur, ut non tantum illud recens eſſe velint quod paulo ante acciderit, ſed quamdiu in illo opinato malo vis quædam inſit ac vigeat, & habeat quamdam viriditatem, tamdiu appelletur recens.* Vides malum ipſum appellari recens quamdiu vis quædam in eo inſit ac vigeat, ac veluti viriditas quædam, qua prohibetur veluti matureſcere, ſemperque ſe tale ſiſtit & exhibet, ac ſi nuperrime accidiſſet. Δόξα quidem ſive opinio habet illud πρόσφατον quo movetur ad contractionem ac demiſſionem animi, ſed à malo hauſit, quod præſens recenſque ſibi ſemper imaginatur. Stobæus: τὴν μὲν ἐπιθυμίαν λέγουσιν εἶναι ἀπειθῆ λόγῳ. αἴτιον δὲ αὐτῆς τὸ δοξάζειν ἀγαθὸν ἐπιφέρεσθαι οὗ παρόντος εὖ ἀπαλλάξομεν, τῆς δόξης αὐτῆς ἐχούσης τὸ κινητικὸν καὶ πρόσφατον τοῦ οὕτως ὀρεκτὸν εἶναι. φόβον δὲ εἶναι ἔκκλισιν ἀπειθῆ λόγῳ, αἴτιον δὲ αὐτοῦ τὸ δοξάζειν κακὸν ἐπιφέρεσθαι οὗ παρόντος κακῶς ἀπαλλάξομεν, τῆς δόξης τὸ κινητικὸν καὶ πρόσφατον ἐχούσης τοῦ οὕτως αὐτὸ φευκτὸν εἶναι. Quæ nec ſana ſunt nec integra in vulgatis Stobæi Editionibus. Hæc igitur ſic diſtinguenda. quod non fecit Cicero. In opinione mali aut boni impendentis, ipſa opinio quæ metum aut cupiditatem incitat, τὸ κινητικὸν habet & πρόσφατον. Ea quippe opinio quamdiu recens eſt, & malum impendens bonumve imaginatur, ad libidinem aut metum animum impellit. At malum tunc, aut bonum, quia non eſt præſens, nec recens dici queat. Ceterum in ægritudine & lætitia cum iam malum bonumve adeſt, dici recens poteſt, quamdiu in illo vigor ille viriditatis manet, quod contractionem aut elationem animi ex opinione movet. Illud tamen πρόσφατον, ſive in opinione ſit ipſa, ſive in malo

vel

vel bono, ad præſens utrumque potius videtur accommodandum quam ad id quod abeſt. Quomodo enim recens bonũ aut malum dici poteſt quod nondum adeſt? Ad opinionem quidem, ut diximus, commodius poteſt referri, quæ & recens & inveterata æque malo impendente dici poſſe videatur, atque in eo quod adeſt. Sed apud Galenum tamen ubi opiniones Chryſippi carpit, nuſquam hoc πρόσφατον de bono aut malo futuro ad definitionem additum eſt, ſed tantum in definitione præſentis utriuſvis memoratur. Sed nec apud Ciceronem illud *recens* niſi de præſentis boni opinione dicitur. Ita enim ſcribit lib. III. Tuſculanarum. *Nam & metus opinio magni mali impendentis, & ægritudo eſt opinio magni mali præſentis. Et quidem recens opinio talis mali ut in eo rectum videatur eſſe angi.* Hæc enim recens opinio ad malum propter quod aliquis eſt in ægritudine debet tantum referri, non ad illud quod malum impendens facit. Verum de his adhuc infrà. Non ſolum autem voluntarias eſſe perturbationes animi, & affectus opinioneſque eorum iudicio ſuſcipi, Stoici putabant, ſed etiam illa quæ efficiuntur perturbationibus, ut *contractionem, demiſſionemque* animi, quæ ex ægritudine conſequitur: *receſſum* & *fugam* ſive ἔκκλισιν ψυχῆς, quæ ex metu: & *profuſam hilaritatem*, ſive elationem quæ ex lætitia exſurgit, & ſimilia. Cicero lib. IV. Tuſculanarum: *Sed quæ iudicia quaſque opiniones perturbationum eſſe dixi, non in eis perturbationes ſolum poſitas eſſe dicunt, verum illa etiam quæ efficiuntur perturbationibus: ut ægritudo quaſi morſum aliquem doloris efficiat, metus receſſum quemdam animi & fugam, lætitia profuſam hilaritatem.* Quod ſane quis miretur. Si enim ipſæ perturbationes iudicia ſunt ac iudicio ſuſcipiuntur; cum ex opinione voluntaria naſcantur, quidni & quod ex his efficitur ex voluntate noſtra pariter oriatur? Ut contractio ex ægritudine, receſſus animi ac fuga ſive ἔκκλισις ex metu, & ſimilia. Cum igitur Stoici definiunt φόβον eſſe ἔκκλισιν ἀπειθῆ λόγῳ, id eſt, *declinationem ſive receſſum animi ac fugam* à re quæ videtur fugienda, illa ἔκκλισις non eſt definitio proprie dicenda τοῦ φόβου, ſed effectus. Atque ita de ceteris. Vereor tamen ne perperam hæc intellexerit Cicero. Aliud enim videtur dixiſſe Zenon, ut arguunt hæc verba Galeni, quibus notat non idem ſenſiſſe Chryſippum cum Zenone in iſtis perturbationum iudiciis atque opinionibus. Chryſippus enim iudicia cenſuit eſſe perturbationes, hoc eſt, in iudiciis eſſe eas poſitas. Zenon vero non ipſa iudicia perturbationes eſſe ſanxit, ſed quæ ex iudiciis conſe-

querentur, τὰ ἐπιγινόμενα κρίσεσι. Quæ ſunt τὰ ἐπιγινόμενα κρίσεσι? Nempe contractiones, demiſſiones, morſus, elationes ac diffuſiones. Ea omnia perturbationes eſſe, τὰ πάθη, exiſtimavit Zeno, non ipſa iudicia, οὐ τὰς κρίσεις αὐτὰς τῆς ψυχῆς. Verba Galeni ex lib. IV. De dogmatis Hippocratis & Platonis, ubi de Chryſippo ita loquitur: καὶ γὰρ Ζήνωνι κατά γε τοῦτο καὶ ἑαυτῷ καὶ πολλοῖς ἄλλοις μάχεται τῶν Στωϊκῶν, οἳ οὐ τὰς κρίσεις αὐτὰς τῆς ψυχῆς, ἀλλὰ καὶ τὰς ἐπὶ ταύταις ἀλόγους συστολὰς καὶ ταπεινώσεις καὶ δήξεις, ἐπάρσεις τε καὶ διαχύσεις ὑπολαμβάνουσιν εἶναι τὰ τῆς ψυχῆς πάθη. In verbis Græcis Galeni perperam legitur, δείξεις. Nam δῆξις eſt morſus doloris quem ægritudo efficit. Hæc igitur Chryſippi ſententia, perturbationes ipſa eſſe iudicia. Zenonis, quod ex iudiciis ſubſequitur, τὸ ἐπιγινόμενον κρίσεσιν. Exempli gratia, ἐπιθυμία, libido, eſt quæ iudicat appeti debere futurum bonum, quod ſit ex uſu, iam præſens eſſe, atque adeſſe. Zenoni hæc ἐπιθυμία non πάθος eſt, quia eſt κρίσις, ſed τὸ ἐπιγινόμενον κρίσει, quod ex iudicio illo efficitur, ipſam nimirum appetentiam, habet pro πάθει, hoc eſt, ὄρεξιν illam ἀπειθῆ λόγῳ, & effrænatam. Sic metus Chryſippo πάθος eſt, atque etiam iudicium, quo videtur animo metuentis impendens malum eſſe intoralerabile. Zenoni hic metus non eſt πάθος, ſed eſt iudicium. At quod efficitur illo metu, nempe receſſus & fuga mali imminentis, pro perturbatione eſt, ac proinde à iudicio diverſum. Nam Chryſippus πάθος κρίσιν eſſe exiſtimat, Zeno aliud πάθος, aliud κρίσιν. Quippe cum κρίσις illi ſit quod eſt Chryſippo πάθος, & quod Chryſippo eſt ἐπιγινόμενον κρίσει, vel ἐπιγέννημα κρίσεως, id Zenoni πάθος habetur. At Poſidonius quamvis & ipſe Stoicus ab utriuſque ſententia diſceſſit, & πάθη neque τὰς κρίσεις eſſe, neque τὰ ἐπιγεννήματα τῶν κρίσεων, neque iudicia, neque effectus iudiciorum, ſed fieri ab ea facultate animæ, in qua τὸ θυμοειδὲς, & τὸ ἐπιθυμητικὸν ponitur, quæ pars animæ eſt rationis expers. Ceteri Stoici opinionem Chryſippi magis ſequuti ſunt, quamvis omnium peſſimam, qua pronuntiavit, perturbationes eſſe iudicia & opiniones, & in parte animæ rationali ſitas eſſe. Qui tamen non ubique in ea re definienda ſibi conſtitit. Nam alicubi dixit, ut Galenus tradit, eſſe aliquam in anima facultatem rationis expertem quæ cauſa ſit perturbationum, τινὰ δύναμιν ἄλογον ἐν τῇ ψυχῇ τῶν παθῶν αἰτίαν ὑπάρχειν. Cum ſic loquitur, planè cum Platone convenit. Ubi vero quærit, πότερον κρίσεσιν ἐπιγίνεται τὰ πάθη; utrum perturbationes ſubſequantur

animi

animi iudicium, prorſus abit a ſententia Platonis. Nam ſive quis ſtatuat ipſas κρίσεις perturbationes eſſe, ſive τὰ κρίσεων ἐπιγιγνόμενα, quod ex iudiciis & opinionibus conſequitur, æque aberrat à Platonis mente. De his igitur duobus anquirendum putabat Chryſippus, utrum perturbatio ſit κρίσις, id eſt, iudiciũ ipſum animi, an τὸ ἐπιγινόμενον τῇ κρίσει, id quod efficitur ex iudicio, vel iudicium ſequitur. Prius maluit Chryſippus, alterum Zeno. At in illa diviſione tertium addendum fuit, ἡ κίνησις ἔκφορος τῆς ἀλόγου δυνάμεως τῆς ψυχῆς. Hoc modo. Amor aut iudicium eſt, aut affectus irrationalis qui iudicium ſequitur, aut motus animi impotens ex concupiſcibili animæ facultate. Ἔρως ἡ κρίσις τίς ἐστιν, ἡ ἑπόμενόν τι ταύτῃ πάθος ἄλογον, ἡ κίνησις ἔκφορος τῆς ἐπιθυμητικῆς δυνάμεως. Ita & de ira, χόλος ἤτοι κρίσις, ἡ ἑπόμενον τὸ ταύτῃ πάθος ἄλογον, ἡ κίνησις σφοδρὰ τῆς θυμοειδοῦς δυνάμεως. *Ira aut iudicium eſt, aut iudicium ſubſequens affectus ſine ratione, aut motus vehemens partis animæ iraſcibilis.* Hoc quod ultimum eſt in hac diviſione, Platonis & Platonicorum ſententiæ adſtipulatur. Quam & alibi viſus erat adſtruere Chryſippus, cum in libro de anima ſcriberet, amorem τῆς ἐπιθυμητικῆς eſſe δυνάμεως, τὸν δὲ χόλον τῆς θυμοειδοῦς. Idem porro in definitionibus generalium perturbationũ prorſus recedebat à veterum philoſophorũ ſcitis, dum in his definiendis ſolam animi partem rationalem commemoraret, nec ullam de concupiſcibili & iraſcibili animæ facultate mentionem faceret. Ita definiebat dolorem, δόξαν πρόσφατον κακοῦ παρουσίας, *opinionem recentem mali præſentis.* Item voluptatem, δόξαν πρόσφατον ἀγαθοῦ παρουσίας, *opinionem recentem boni præſentis.* Ubi vides τὸ πάθος Chryſippi eſſe κρίσιν, cum δόξαν eſſe definit. Nec meminit facultatis animæ irrationalis, nec earum quibus conſtat partium, τοῦ ἐπιθυμητικοῦ, καὶ τοῦ θυμοειδοῦς. Nam δόξα, & κρίσις, & γνῶσις in rationali ſunt animæ parte. Sic ergo colligit Galenus, parum ſibi conſtare ipſum Chryſippum, qui in libro de anima, cum amorem τῆς ἐπιθυμητικῆς δυνάμεως eſſe dixiſſet, iram τῆς θυμοειδοῦς, mox eorum quæ ibi ſcripſerat, oblitus, ſine illa τοῦ θυμοειδοῦς aut ἐπιθυμητικοῦ mentione, perturbationes definivit eſſe opiniones & iudicia. Sic cum metum definivit, eſſe προσδοκίαν κακοῦ, eam etiam paſſionem poſuit in parte animæ rationali: Καὶ γὰρ τὴν δόξαν καὶ τὴν προσδοκίαν ἐν τῷ λογικῷ μόνῳ συνίστασθαι νομίζει. Opinionem & expectationem in ſola rationali animæ parte conſiſtere arbitratur. Προσδοκίαν Cicero etiam

opinionem vertit lib. IV. Tuſculanarum, ubi metum ex Stoicis eſſe dicit, *Opinionem impendentis mali*, ſed ſubiicitur, *quod intolerabile eſſe videatur.* Qua in definitione, *opinionis* vox rectè convenit, quia iudicat qui in metu eſt, malum illud quod impendit intolerabile eſſe. Nam in alia definitione metus Stoica apud Stobæum, cauſa eius affertur, τὸ δοξάζειν κακὸν ἐπιφέρεσθαι, *opinio mali impendentis, quod ita fugiendum eſſe videatur.* In quo metu definiendo non προσδοκίαν κακοῦ, ſed ἔκκλισιν ἀπειθῆ λόγῳ dixit eſſe auctor. Quæ definitio opinioni Zenonis magis conſentanea eſt, quam Chryſippi. Nam ἔκκλισις illa qua in definitione metus utitur, potius eſt τὸ ἐπιγινόμενον κρίσει quam κρίσις. Ex opinione præſumpta malum eſſe id quod timetur, ſequitur illud eſſe fugiendum. Ex eo fit illa ἔκκλισις, hoc eſt, receſſus & fuga animi ab re quæ ipſi timenda viſa eſt. At προσδοκία κακοῦ, quomodo metus definiebatur à Chryſippo, ipſa eſt opinio expectantis malum, propter quod quia impendet, aliquis in metu eſt. Immo προσδοκία, ipſa eſt opinio. Nam in hac definitione Chryſippea, φόβος ἐστὶ προσδοκία κακοῦ, ſi *expectationem mali* redderemus, vulgaris eſſet & plebeia, non philoſopho digna definitio. Non aliud igitur eſt quam δόξα de malo impendente ac futuro. Nam qui opinatur aliquid ſibi eſſe eventurum mali, aut boni, in προσδοκίᾳ proprie illius boni aut mali eſſe dicitur. Denique ut δόξης dictione uſus eſt Chryſippus in definienda ægritudine & lætitia, quia hæc de præſenti bono opinatur, illa de præſenti malo, eodem ſenſu προσδοκίαν, hoc eſt, opinionem de malo quod abeſt, poſuit, qui metus ipſi eſt. Hoc ſenſu προσδοκίαν pro opinione vel opinatione uſurpavit Theophraſtus in definitione ἀλαζονείας. Cum enim ἀλαζὼν is proprie dicatur qui de ſe ac ſuis bonis ea opinatur quæ non ſunt, definivit ἀλαζονείαν, προσδοκίαν τινῶν ἀγαθῶν οὐκ ὄντων. Hoc eſt, opinionem bonorum quorumdam quæ non adſunt illi qui ſic de ſe ipſo opinatur. Ἀλαζονεία ἂν δόξειεν εἶναι προσδοκία τινῶν ἀγαθῶν οὐκ ὄντων. Non eſt *prædicatio*, ut doctiſſimus interpres vertit, non *oſtentatio*, ut vulgo redditur, ſed, ut dixi, *opinatio*, qua quiſquis eſt ἀλαζὼν, ſibi adrogat ſuo ipſius iudicio & exiſtimatione ea bona quæ non habet. Ita ergo προσδοκία in definitione metus Chryſippea, opinio eſt de malo quod non adeſt. Gloſſæ veteres: προσδόκιμος, *opinatus, expectatus*. Certè προσδόκιμος εἶναι πόλεμος dicitur qui putatur futurus. Alias προσδοκία opponitur ἐλπίδι, quæ ut eſt bonorum quæ nondum venerunt,

ita

ita illa malorum quæ eventura ſunt. Quæ tamen invicem ſtationes ſuas permutant. Nam ut προσδοκία ἀγαθῶν etiam vocatur, ita & ἐλπὶς κακῶν. Unde illud: *Si tantum potui ſperare dolorem.* Sed hæc hactenus. Quod obiicit Chryſippo Galenus, eum à ſemetipſo diſſentire, dum amorem τῆς ἐπιθυμητικῆς δυνάμεως, & iram τῆς θυμοειδοῦς eſſe dixerat in libro de anima, non ipſe aſſentiri poſſum Galeno ita eſſe. Nam quamvis θυμοειδῆ & ἐπιθυμητικὴν δύναμιν ibi nominaverit Chryſippus, non tamen eas facultates animæ ab eius rationali ſeparat, ut Plato & Academici fecere, itemque Peripatetici. Cum enim ubique prædicet, & ἐπιθυμίαν & θυμὸν in anima rationali conſiſtere, eam animæ δύναμιν quam θυμοειδῆ & ἐπιθυμητικὴν appellat, non diſcernit ἀπὸ τοῦ λογικοῦ τῆς ψυχῆς. Immo δυνάμεις illas quas alii extra partem animæ rationalem collocant ipſe partes facit τῆς λογικῆς ψυχῆς, atque ita omnes perturbationes ἀλόγους in anima rationali conſtituit. Et fruſtra conatur Galenus oſtendere, aliquatenus eum agnoſcere partem illam animæ irrationalem à rationali diſtinctam, quod cupiditatem definiat, appetitum eſſe ἄλογον. Longe quippe aliter illud ἄλογον accipiebat, quã Platonici. Verba Galeni ex lib. IV. de Platonis & Hippocratis dogmatibus: κατὰ μέντοι τὸν τῆς ἐπιθυμίας ὅρον, ἣν ὄρεξιν ἄλογον εἶναί φησιν, ἐφάπτεται μέν πως ὅσον ἐπὶ τῇ λέξει τῆς ἀλόγου κατὰ τὴν ψυχὴν δυνάμεως. Fruſtra hæc Galenus iniicit, cum de rebus, non de verbis eſſe quæſtionem ſciat. Quo enim pertinet, cum pro Chryſippi inconſtantia hoc memorare, quod nomine tenus videatur agnoſcere τὴν ἄλογον ψυχῆς δύναμιν, cum re ipſa nihil minus quam hoc ſenſerit? Idque mox ipſe fatetur Galenus, qui ex Chryſippi expoſitione conſtare ait, longe aliud ἄλογον ab eo accipi quam ut putetur ſtatuere aliquam animæ partem eſſe rationis expertem. Nam ἄλογος ὄρεξις in illa cupiditatis finitione, non eſt rationis expers appetitus intelligendus ex mente Chryſippi, ſed rationi non obtemperans, ἀπειθὴς τῷ λόγῳ. Ab illa rurſus ſententia qua ἄλογον ὄρεξιν appellans videbatur eam conſtituere in parte animæ irrationali, diſceſſiſſe Chryſippum dicit Galenus, cum in ea orexi exponenda vindicat illam parti rationali, & λογικὴν eſſe ὁρμὴν interpretatur quam prius ἄλογον ὄρεξιν vocaverat. Ἀποχωρεῖ δὲ, inquit, κἀνταῦθα κατὰ τὴν ἐξήγησιν αὐτῆς, εἴγε καὶ ἡ ὄρεξις ἣν μετὰ τὸν ὁρισμὸν παρέλαβε τῆς λογικῆς ἐστι δυνάμεως, ὁρίζεται γοῦν αὐτὴν ὁρμὴν λογικὴν ἐπί τι ὅσον ἥδον. Atque ita Galenus. Non puto tamen hanc definitionem Chryſippi;

qua

qua ὄρεξιν dixit eſſe rationi conſentaneum impetum,qui ad aliquid tendit quod cum modo eum lætitia afficiat , eamdem eſſe cum illa qua ἐπιθυμίαν definivit, ἄλογον ὄρεξιν. Etſi enim πάθη ponat ἐν τῷ λογιστικῷ, aliud tamen λογικὸν,aliud ἄλογον decernit. Et ὁρμὴ illa λογικὴ,quæ fertur ad aliquid,ut,quantum convenit ac decet, voluptate in eo fruendo afficiatur,non poteſt eſſe eadē cum effrænata & rationi reſponſante appetentia quam efficit libido vel cupiditas. Hæc finitio ὁρμῆς λογικῆς ἐπί τι ὅσον χρὴ ἧδον convenit potius cum βουλήσει, quæ ipſis definitur εὔλογος ὄρεξις, quæ aliquid cum ratione deſiderat. Nam ut ἄλογον Stoicis non eſt quod prorſus ratione caret,ſed id quod aſpernatur rationem, ita ei opponunt τὸ εὔλογον,quod etiam λογικὸν appellant, non ut alteram animæ facultatem ἄλογον ſtatuant, alteram λογικήν. Urget hoc tamen adhuc in ſequentibus, inſtatque Chryſippum maxime in eo invicem pugnantia ſcribere , quod ἐπιθυμίαν cum definiſſet ὄρεξιν ἄλογον, alio loco ὄρεξιν definiat eſſe ὁρμὴν λογικήν. Ex quo efficit abſurdam iſtam definitionem ex contrariis conſtantem: ἐπιθυμία ἐστὶν ὁρμὴ λογικὴ ἐπί τι ὅσον χρὴ ἧδον αὐτῷ ἄλογος. *Cupiditas eſt impetus rationalis, tendens ad aliquid, quantum conveniat ſibi placitum, irrationalis.* Sed ſophiſtam hic agit Galenus,non bona fide contra Chryſippū argumentatur. Nam argutatur potius. In primo libro περὶ παθῶν hanc cupiditatis definitionem attulerat Chryſippus, qua ὄρεξιν ἄλογον eam eſſe dixit, *appetitum non obtemperantem rationi.* Idem in libro ſexto περὶ τῶν κατὰ γένος ὅρων,quo de definitionibus in genere tractabat, ὄρεξιν definivit, ὁρμὴν λογικὴν ἐπί τι ὅσον χρὴ ἧδον αὐτῷ. *Appetitionem eſſe impetum rationalem tendentis ad aliquid quod ſibi volupe ſit, quatenus oportet.* Si dixiſſet Stoicus uno quidem in loco ἐπιθυμίαν eſſe ὄρεξιν ἄλογον, in alio autem ὁρμὴν λογικήν, tum rationem haberet Galenus huius repugnantiæ dictorum ipſi obiiciendæ. Nunc cum alibi ἐπιθυμίαν definiat ὄρεξιν ἄλογον, alibi ipſam ὄρεξιν definiat ὁρμὴν λογικήν , quis niſi cavillator improbus, utrumque coniungens ex eo efficiat, ἐπιθυμίαν eſſe ὄρεξιν ἄλογον pariter, & ὁρμὴν λογικήν? Si quis equum *animal eſſe irrationale* diceret,& poſtea in alio libro ac tractatu poneret , *animal eſſe rationale quid,* quis ex eo poſſet inferre & concludere, ab illo homine hoc dici, equum eſſe animal irrationale pariter, & rationale ? Ὄρεξις nomen generis eſt apud Stoicos, quo tam λογικὰς quam ἀλόγους comprehendunt. Sunt quippe quædam ὀρέξεις ἄλογοι, ſunt quædam εὔλογοι. Ut

enim

enim ἐπιθυμίαν ὄρεξιν ἄλογον definiunt, ità βούλησις ab iiſdem definitur, εὔλογος ὄρεξις. At cum ὄρεξιν per ſe & abſolute ſumunt, de rationali intelligunt κατ' ἐξοχήν. Nam cum ſint ὀρέξεις λογικαὶ, ſint & ἄλογοι, ſi abſolutè ὄρεξις ſumatur, rationabilius eſt ut de rationali accipiatur. Apud Stobæum ὄρεξις non quidem λογικὴ ὁρμὴ definitur, ſed λογικῆς ὁρμῆς εἶδος. Clemens prorſus ex Chryſippi mente, quam ſophiſticis cavillationibus oppugnat Galenus, ita ὄρεξιν abſolute ſumptam ab ἐπιθυμίᾳ diſtinguit in IV. Stromateo: ὄρεξιν οὖν ἐπιθυμίας διακρίνουσιν οἱ περὶ ταῦτα δεινοί. καὶ τὴν μὲν ἐπὶ ἡδοναῖς καὶ ἀκολασίᾳ τάττουσιν, ἄλογον οὖσαν, τὴν δ' ὄρεξιν ἐπὶ τῶν κατὰ φύσιν ἀναγκαίων, λογικὴν ὑπάρχουσαν κίνησιν. Mirum ni hæc ex Stoicorum penu promſerit. Vides ὄρεξιν proprie dici motionem animi rationalem, qua ferimur ac tendimus ad ea petenda quæ vitæ ac naturæ noſtræ ſunt neceſſaria, ἐπιθυμίαν vero ad ſuperflua rapi præter rationem. Nihil nos falſo imputare Galeno, ſed ipſum ſuis verbis revinci, & pro cavillatore & ſophiſta convinci, ea allata fidem facient: τὴν τοίνυν ἐπιθυμίαν ἐν τῷ πρώτῳ περὶ παθῶν ὁρισάμενος ὄρεξιν ἄλογον, αὐτὴν πάλιν τὴν ὄρεξιν ἐν ἑτέρῳ τῶν κατὰ γένος ὅρων, ὁρμὴν λογικὴν εἶναί φησιν ἐπί τι ὅσον χρὴ ἧδον αὐτῷ. οὕτω δὲ αὐτὴν ὁρίζεται κἀν τοῖς περὶ τῆς ὁρμῆς. Ita ὄρεξιν nimirum definit in tractatu περὶ τῆς ὁρμῆς, non ἐπιθυμίαν. Non igitur ex utriſque tam diverſis, ſimul iunctis, ἐπιθυμίᾳ atque ὀρέξει, poteſt illa confici definitio quam Galenus Chryſippo ſophiſtice attribuit, ἐπιθυμία ἐστὶν ὁρμὴ λογικὴ ἐπί τι, καὶ ἄλογος. Quæ eſt ineptiſſima cavillatio. Dixit Stoicus ἐπιθυμίαν eſſe ἄλογον ὄρεξιν. Quomodo eadem poterit dici, & in eadem quidem definitione, ὁρμὴ λογική? Eſt quidem ὄρεξις abſolute ſumpta ὁρμὴ λογικὴ, ſed non talis eſt in definitione ἐπιθυμίας, ubi diſerte ἄλογος ὄρεξις vocatur. Ceterum ſi verum eſt quod mox ſubiicit Galenus, Chryſippum in definienda perturbatione, hoc eſt, πάθει, quam ἄλογόν τε καὶ παρὰ φύσιν ψυχῆς κίνησιν eſſe dixit, τὸ ἄλογον ibi expoſuiſſe τὸ χωρὶς λόγου τε καὶ κρίσεως, quod ſine ratione fit & iudicio, videtur in eo ſibi contradixiſſe. Aliquo modo tamen dici poteſt πάθος quod adverſatur rationi & iudicio, eo ipſo ratione ac iudicio vacuum eſſe. Quis enim aliquid dicat id in ſe habere, cui reluctatur ac reſiſtit, cuique omnino contrarium eſt? Non effugiet tamen Chryſippus quin pugnantia ſecum ſcripſerit, & ſuo dogmati contraria, cum in alia finitione doloris, vel ægritudinis, id eſt, λύπης, cum dixit eſſe μείωσιν ψυχῆς ἐπὶ

φευκτῷ δοκοῦντι ὑπάρχειν, hoc eſt, *demiſſionem animi ad aliquid quod fugiendum eſſe videatur.* Lætitiam autem ſive voluptatem, ἡδονὴν, ἔπαρσιν ψυχῆς ἐφ' αἱρετῷ δοκοῦντι ὑπάρχειν, *elationem animi propter aliquid quod optandum eſſe videatur.* In illis enim finitionibus delabi videtur in Zenonis opinionem, qui, perturbationem non eſſe iudicium, ſed, id quod ex iudicio conſequitur, voluerat. Καὶ γὰρ, inquit, Galenus, αἱ μειώσεις, καὶ αἱ ἐπάρσεις, καὶ αἱ συστολαὶ, καὶ αἱ διαχύσεις τῆς ἀλόγου δυνάμεώς ἐστι παθήματα, ταῖς δόξαις ἐπιγινόμενα. *Nam demiſſiones & elationes, contractiones & diffuſiones, paſſiones ſunt facultatis irrationabilis, quæ opiniones ſubſequuntur.* Quæ ſententia Zenonis fuit. At Chryſippus determinavit ac pronuntiavit, πάθη eſſe κρίσεις, non τὰ κρίσεσιν ἐπιγινόμενα. Ideo & λύπην, ægritudinem, alio loco definierat δόξαν πρόσφατον κακοῦ παρουσίας, hoc eſt, *opinionem recentem mali præſentis.* Item ἡδονὴν, δόξαν πρόσφατον ἀγαθοῦ παρουσίας, *opinionem recentem boni præſentis.* Definitio igitur illa quæ ſtatuit lætitiam eſſe opinionem, alia eſt ab illa quæ eam definit eſſe elationem. Nam iſta elatio vel ἔπαρσις in lætitia, vel demiſſio contractiove in ægritudine, effectus ſunt opinionis & iudicii. Ubi enim opinio iudicavit malum eſſe quod adeſt, contrahitur ac demittitur. Si contra de eo quod præſens eſt opinatur tanquam de bono, tum aſſurgit, & effertur. Hoc igitur eſt τὸ ἐπιγινόμενον τῇ κρίσει, καὶ τῇ δόξῃ, non ipſa κρίσις καὶ δόξα. Chryſippo ipſa δόξα eſt πάθος, hoc eſt, opinio de bono aut malo præſente. Zenoni contra πάθος eſt demiſſio illa vel elatio quæ ex opinione conſequitur. Diverſa hæc fuere inter ſe dogmata, unum Chryſippi, alterum Zenonis. Quæ tamen temere confudit Cicero, & indiſcreta protulit in Tuſculanis, quaſi iidem Stoici ſenſerint ac docuerint, non ſolum in opinionibus ac iudiciis perturbationes eſſe poſitas, verum etiam quæ efficiuntur perturbationibus. *Sed quæ iudicia,* inquit, *quaſque opiniones perturbationum eſſe dixi, non in eis perturbationes ſolum poſitas eſſe dicunt, verum illa etiam quæ efficiuntur perturbationibus, ut ægritudo quaſi morſum aliquem doloris efficiat, metus receſſum quemdam animi & fugam.* Quibus verbis ne recte quidem expreſſiſſe videtur differentiam utriuſque ſententiæ, Chryſippeæ & Zenonianæ, quam nec omnino aſſequutus eſt. Non enim morſus doloris, & animi contractio in ægritudine effectus eſt perturbationis, ſed opinionis. Eſt enim τὸ ἐπιγινόμενον τῇ δόξῃ, vel τῇ κρίσει, vel ut etiam loquuti ſunt, τὸ ἐπιγέννημα τῆς δόξης. Hoc

eſt,

eſt, ut medici loquerentur, ſi de morbo corporis ſermo eſſet, τὸ σύμπτωμα τῆς δόξης. Idem & de receſſu animi & fuga in metu. Non ea efficitur & gignitur ex perturbatione, ſed ex opinione ipſa quæ iudicat, rectum eſſe, hoc quod malum ipſi videtur & impendet, fugere, & quam longiſſime ab eo recedere, aut in eo malo, quod præſens eſt, demitti animo & contrahi, rectum eſſe. Si perturbationum ipſarum, hoc eſt, παθῶν, hos effectus eſſe putaſſent, nulla inter Chryſippum & Zenonem dogmatis ſuper ea re dividia fuiſſet. Facile quippe inter eos conveniſſet, tam perturbationes ipſas, quam effectus perturbationum eſſe in iudicio & opinione poſitas. Nam ſi perturbatio iudicio & opinione ſuſcipitur, quod ex ea perturbatione conſequitur, vel morſus animi ex malo præſente, vel receſſus & fuga ab impendente, cum ex eadem cauſa proveniant, ex opinione nimirum, quæ ipſam peperit perturbationem, in eadem verſari ſede cum ipſa perturbatione, dici poſſet. Sed hic quæſtionis ſtatus inter duos illos Stoicorum coryphæos non fuit, quem Cicero proponit. Et recte quidem, ut rem intellexit, unius hominis hæc eſſe dixit, perturbationes, & quod ex perturbationibus ſubſequitur vel his efficitur, in iudicio & opinione eſſe poſitum. Verum non hæc erat eorum controverſia. De ipſa vero animi motione rationi non obtemperante, quam πάθος nominarunt, dubitatum eſt ab his, utrum ipſa δόξα vel opinio qua movetur animus, nomine πάθους eſſet appellanda, an vero illius opinionis effectus. Chryſippo placuit, ipſam δόξαν quæ animum impellit ac movet eſſe πάθος, Zenoni contra id πάθος debere dici quod conſequitur ex illa opinione. Exempli gratia. Mors mihi ex morbo impendet. Si iudicem, mortem eſſe malum, & metuere illam incipiam, opinio illa quam de morte habeo impendente, tanquam de malo aliquo, πάθος à Chryſippo ſtatuitur, & metus vocatur hoc πάθος, idemque eſt cum δόξῃ. Ideo φόβον definiebat, προσδοκίαν κακοῦ, id eſt, ut vertendum ſupra oſtendimus, *opinionem mali impendentis.* Sic ægritudo, ipſi etiam δόξα eſt, nimirum *opinio mali præſentis*. Quid ſequitur ex illa opinione, aut quid ea efficitur? Cum malum eſſe opinatus fuero quod mihi impendet, aut quod iam adeſt, ab illo refugiam & recedam quantum potero: in hoc contrahar animo ac demittar. Effectus opinionis in malo quod venturum ſperatur, ἔκκλισις eſt, in iam præſente, μείωσις ψυχῆς, & συστολή. Hanc ἔκκλισιν, & hanc συστολὴν Zeno πάθος

eſſe proprie voluit, non ipſam opinionem quæ eam ἔκκλισιν & συστολὴν in metu & ægritudine efficeret. Ideo φόβον, quod eſt πάθος, non προσδοκίαν κακοῦ, aut δόξαν κακοῦ, eſſe definivit, ſed ἔκκλισιν ἀπειθῆ λόγῳ, quia πάθος φόβου non in ipſa δόξῃ conſtituit, hoc eſt, in opinione ac iudicio, ſed in ipſo effectu qui ſubſequitur opinionem, hoc eſt, in ἐκκλίσει, *in animi receſſu & fuga*, ut reddidit Cicero. Quam ἔκκλισιν ἀπειθῆ λόγῳ vocat, quia πάθος eſt, & omne πάθος ἄλογον. Præter rationem ea ſtudet evitare quæ mala revera non ſunt, etſi ea pro malis habeat. Sic πάθος λύπης non ab ipſo Zenone definitur δόξα παρόντος κακοῦ, ut à Chryſippo, quia perturbationes non ponit in opinione & iudicio, nec eaſdem facit cum iudicio, ſed συστολὴ ψυχῆς, vel μείωσις, qui effectus illius δόξης quæ malum eſſe ſine ratione iudicat, ad cuius præſentiam animus contrahitur & demittitur. Quia in effectu πάθος Zenoni conſiſtit, non in ipſa opinione. Modò μείωσιν autē, modo συστολὴν ψυχῆς pro eodem uſurpavit Zeno in definitione ægritudinis. Cicero utrumque ſimul Latine dixit, demiſſionem & contractionem. *Eſt igitur*, inquit, *ægritudo opinio recens mali præſentis, in quo demitti contrahique animo rectum eſſe videatur.* Ubi *demitti* eſt μειοῦσθαι, *contrahi* συστέλλεσθαι. Sic in definienda lætitia, modo ἔπαρσιν, modo διάχυσιν dicebant. Ut ille affectus ægritudini contrarius eſt, ita ἔπαρσις opponitur μειώσει, & διάχυσις συστολῇ. Sed & quæ συστέλλονται, id eſt, contrahuntur, etiam minui videntur, ut contra quæ ἐπαίρονται & effetuntur, diffundi ſolent, & plus ſpatii occupare quam ante habebant, quemadmodum quæ contrahuntur, minus. Aliquando & πτώσεις vocant, quas opponant ἐπάρσεσι, quia animi concidunt in ægritudine. Item ταπεινώσεις, quibus ſubmittuntur, & diverſum habitum ſumunt quam in lætitia, quo aſſurgunt, & effetuntur. Galenus lib. v. de Hippocratis & Platonis dogmatibus, ubi de Chryſippi opinione cum Zenonea pugnante iterum: καὶ γὰρ Ζήνωνι κατά γε τοῦτο καὶ ἑαυτῷ καὶ πολλοῖς ἄλλοις μάχεται τῶν Στωικῶν, οἳ οὐ τὰς κρίσεις αὐτὰς τῆς ψυχῆς, ἀλλὰ τὰς ἐπὶ ταύταις ἀλόγους συστολὰς, καὶ ταπεινώσεις, καὶ δήξεις, ἐπάρσεις τε καὶ διαχύσεις ὑπολαμβάνουσιν εἶναι τὰ τῆς ψυχῆς πάθη. Harum duarum opinionum differentiam Chryſippi & Zenonis circa affectuum ſedem, utrum poſiti ſint in iudicio an in iudicii conſequentia & effectu, parum etiam percepiſſe viſus eſt doctiſſimus vir Lipſius in introductione ad Stoicam philoſophiam libro III. diſſertat. VII. Quod *leve diſcrimen illud fuiſſe* notat *inter*

duos

duos ſectæ apices, id falſo putavit. Nam non leve fuit. Sed nec in eo verſatur illud diſcrimen, *quod alteri iudicium cauſa affectuum, alteri effectus.* Immo, alteri affectus & iudicium idem, alteri effectus iudicii & affectus idem. Falſum & illud quod ſubiungit, communiter Chryſippi ſententiam obtinuiſſe, quam & Ciceronem ut receptam proferre. Contrarium ex Galeno adſtruxeris, vel ex paulo citatis verbis, quibus affirmat, Chryſippi ſententiam de affectibus qui cum opinionibus iidem ſint, non ſolum pugnare cum reliquis Stoicis, ſed etiam cum ſe ipſo. Ergo illa receptior opinio quæ plurium eſt, quamque adeo ipſe auctor contrarii dogmatis interdum ſoleat amplecti & aſſerere, in eam vi veritatis delapſus. Quod ad Ciceronem attinet, iam notavimus, utriuſque philoſophi ſententiam pro una habuiſſe, & in definitionibus perturbationum miſcere Zenonem cum Chryſippo, & alibi Chryſippi decretum pro Zenoneo nobis obtrudere. Ut cum Tuſculana IV. ægritudinem definit, *opinionem recentem mali præſentis, in quo demitti contrahique animo rectum eſſe videatur*, hæc definitio qua ægritudo definitur *opinio recens mali præſentis*, ad Chryſippum referenda auctorem. Non enim ad Zenonem, cui πάθος non erat opinio, ſed quod ex opinione conſectaneum. Præterea Galenus & Laërtius has definitiones Chryſippo attribuunt, quæ opinionibus perturbationes adiudicant. Hic in vita Zenonis: δοκεῖ δ' αὐτοῖς τὰ πάθη κρίσεις εἶναι, καθά φησι Χρύσιππος ἐν τῷ περὶ παθῶν. Exemplum ſubiicit: ἥ τε γὰρ φιλαργυρία ὑπόληψίς ἐστι τοῦ τὸ ἀργύριον καλὸν εἶναι. Atque ita de ceteris. Primum itaque membrum definitionis Ciceronianæ de ægritudine Chryſippeum eſt, alterum Zenonis, *in quo demitti contrahique animo rectum eſſe videatur.* Nam illud *demitti contrahique* effectus eſt opinionis in perturbatione, non ipſa opinio, nec id quod illa opinatur. Nam opinio in perturbatione non rectum eſſe iudicat demitti animo & concidere, ſed malum id eſſe opinatur quod adeſt, ideo Chryſippo tantum definiebatur, δόξα πρόσφατος κακοῦ παρουσίας. Zenoni autem ſic eam definiri placuit his verbis: λύπη ἐστὶ συστολὴ ψυχῆς ἀπειθὴς λόγῳ, ἐπὶ τῷ δοκοῦντι κακῷ. Illud δοκοῦν Chryſippo πάθος eſt, Zenoni quod ex illo δοκοῦντι ſubſequitur, nempe συστολὴ ψυχῆς. Ergo Zenoni contractionis animi in ægritudine cauſa, eſt opinio. Nam ita apud Stobæum hæc quæ refertur ægritudinis definitio, Zenonem habet auctorem, λύπη ἐστὶ συστολὴ ψυχῆς ἀπειθὴς λόγῳ, αἴτιον δ' αὐτῆς τὸ δοξάζειν

πρόσφατον κακὸν παρεῖναι, ἐφ' ᾧ καθήκει συστέλλεσθαι. Hoc eſt, quod Cicero adtexuit primo membro definitionis Chryſippeæ, *ægritudo, opinio recens mali præſentis, in quo demitti contrahique animo rectum eſſe videatur*, ἐφ' ᾧ καθήκει συστέλλεσθαι καὶ ταπεινοῦσθαι. Ita etiam habet Zenonea lætitiæ definitio: Ἡδονή ἐστιν ἔπαρσις ψυχῆς ἀπειθὴς λόγῳ. Chryſippea: ἡδονή ἐστι δόξα πρόσφατος ἀγαθοῦ παρουσίας. Hic opinionem habet pro ipſa perturbatione, ille effectum opinionis. Addebat Zeno, cauſam illius effectus eſſe opinionem, quæ rectum iudicabat, ita efferri, αἴτιον δ' ἦ τὸ δοξάζειν πρόσφατον ἀγαθὸν παρεῖναι ἐφ' ᾧ καθήκει ἐπαίρεσθαι. Utrumque iunxit Cicero, & ex parte Zenoneæ definitionis, & ex parte Chryſippeæ, integram ac ſuam dedit. *Lætitia opinio recens boni præſentis, in quo efferri rectum eſſe videatur.* Zenoni opinio, τὸ δοξάζειν, cauſa eſt illius effectus, quo effertur animus in lætitia boni præſentis. At penes Chryſippum ipſa opinio perturbatio eſt, cum effectus opinionis penes Zenonem pro perturbatione ſit. Idem Cicero in Tuſculana tertia Zenoni affingit quod Chryſippi eſſe liquet: *Satis dictum eſſe arbitror, ægritudinem eſſe mali præſentis, in qua opinione illud inſit, ut ægritudinem ſuſcipere oporteat.* Nemo Galeni quartum legerit de dogmatibus Hippocratis & Platonis quin protinus intelligat, hanc fuiſſe Chryſippi, non Zenonis ſententiam. Subiungit ſtatim: *Additur ad hanc definitionem à Zenone rectè, ut illa opinio præſentis mali ſit recens.* Et hoc plane Chryſippi fuit, qui ægritudinem ita definivit, λύπη ἐστὶ δόξα πρόσφατος κακοῦ παρουσίας. Non contentus dixiſſe δόξαν eſſe κακοῦ παρόντος, adiecit, πρόσφατον, ad definitionem, ut nimirum illa opinio præſentis mali ſit recens. Hoc perperam Zenoni tribuitur à Cicerone, quod Chryſippo debuit. Multum fuiſſe Chryſippum in ea voce πρόσφατος hoc ſenſu, notant veteres, cum Grammatici dubitarent an πρόσφατον dici oporteret in alia re quam in cadavere recente, vel προσφάτῳ νεκρῷ, qui recens eſt occiſus. Nam φατὸς eſt mortuus. Inde πρόσφατος, qui recens animam exhalavit. Heſychius: φατοὶ, τεθνεῶτες, ῥητοί. φατὸς, τεθνεὼς, ῥητός. Idem: πρόσφατον, τὸ ἀρτίως γενόμενον, νέον, νεαρόν. *Novum, ac recens.* Πέφασθαι eſt occidi, φονεύεσθαι. Et πεφασμένος poëtæ, interfectus. Unde πρόσφατος, à cæde qua periit, recens. Quod ad alia tranſlatum eſt. Et πρόσφατον πρᾶγμα quod nuper accidit, & πρόσφατον ὕδωρ aqua recens & pura. Quod νεαρὸν ὕδωρ melius dici quidam volebant. Ammonius: Νεαρὸν νεα-

λοῦς

λοῦς καὶ προσφάτου διαφέρει. νεαρὸν μὲν γάρ ἐστι τὸ νεωστὶ κομισθὲν ὕδωρ, ἔγκειται γὰρ λέξει τὸ ἀρύειν, πρόσφατον δὲ τὸ κρέας, ἔγκειται γὰρ ἀπὸ τῆς φάσεως, ὅ ἐστι τὸ φονεῦσαι, ὅθεν καὶ τὸ φάσγανον. Νεαλὲς δὲ τὸ νεωστὶ ἑαλωκός, οἷον ἰχθύς. Quidquid recens factum eſt, πρόσφατον ſine diſcrimine auctores vocant. Hinc apud Sophoclem πρόσφατοι ἐπιστολαὶ, recens allatæ litteræ. Sic certe & Zeno πρόσφατον κακὸν dixerat, & πρόσφατον ἀγαθὸν cum cauſam aſſignaret contractionis in ægritudine, & elationis in lætitia, opinionem mali recentis aut boni. Αἴτιον, inquit, τὸ δοξάζειν ἀγαθὸν ἢ κακὸν παρεῖναι. At Chryſippus qui ipſam opinionem perturbationem eſſe volebat, δόξαν πρόσφατον dixit ἀγαθοῦ παρουσίας aut κακοῦ, quia quamdiu recens eſt opinio, mali præſentis, tamdiu perturbatio eſt recens, eoque maior, cum ipſa opinio perturbatio ſit. Zenoni autem malum illud aut bonum quod ex opinione deſcendit, à quo contractio vel elatio efficitur in ægritudine & lætitia, hoc eſt perturbatio in utroque, πρόσφατον κακὸν & ἀγαθὸν appellatur. Nam cum effectus ipſe, hoc eſt, malum quod ex opinione generatur, ſit ipſi perturbatio, quamdiu malum illud aut bonum, recens eſt, animus in ægritudine verſatur aut lætitia. Cicero utrumque confudit, & δόξαν πρόσφατον Chryſippi,& κακὸν aut ἀγαθὸν πρόσφατον Zenonis. Quod ex his eius verbis planiſſimè perſpicuum eſt: *Additur ad hanc definitionem à Zenone rectè, ut illa opinio præſentis mali ſit recens.* Hoc, ut dixi, ad Chryſippum referri oportet. Quod ſequitur, ad Zenonem: *Hoc autem verbum ſic interpretatur, ut non tantum recens eſſe velit quod paulo ante acciderit, ſed quamdiu in illo opinato malo vis quædam inſit, & vigeat, & habeat quamdam viriditatem, tamdiu appelletur recens.* Apparet, non ad πρόσφατον δόξαν Chryſippi referri debere, ſed ad πρόσφατον κακὸν Zenonis. Definitionem autem illam ægritudinis, *eam eſſe opinionem recentem mali præſentis*, Chryſippum auctorem habere, clare oſtendit Galenus his verbis ex lib. I V. de Hippocratis & Platonis decretis: κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐν τοῖς ὁρισμοῖς τῶν γενικῶν παθῶν οὓς πρώτους ἐξέθετο, τελέως ἀποχωρεῖ τῆς γνώμης τῶν παλαιῶν, τὴν λύπην ὁριζόμενος δόξαν πρόσφατον κακοῦ παρουσίας. Non poſſe eam Zenoni tribui, vel illud argumento eſt, quod in alia fuit ſententia, nec perturbationes eſſe δόξας probavit, ſed τὰ ἐπιγινόμενα ταῖς δόξαις, contractiones nimirum elationeſque animi ex opinione boni aut mali recentis. Ut utriuſque autem ſententia promiſcua haberetur & ſine diſcrimine, à Cicerone aliiſque ſcriptoribus, qui non

non exactè hæc diſcreverunt, ipſe Chryſippus cauſam præbuit ab inconſtantia ſua. Non enim ſemper manſit in ea ſententia, qua voluit τὰ πάθη κρίσεις εἶναι, ſed aliquando ad Zenonis ſcita revolutus, eaſdem cum ipſo perturbationum definitiones probavit. Quarum & illa de ægritudine, ut in exemplo maneamus, prorſus Zenoneæ conſentanea, λύπη μείωσίς ἐστι ψυχῆς ἐπὶ τῷ φευκτῷ δοκοῦντι ὑπάρχειν. Certè hæc definitio qua metus dicitur eſſe μείωσις τῆς ψυχῆς diverſa eſt ab illa qua finitur δόξα κακοῦ παρόντος. Illa enim cauſam perturbationis ad opinionem refert: iſta opinionem habet pro perturbatione ipſa, cuius aliam cauſam dat. Ut brevius dicamus, alterius finitionis auctori perturbatio eſt opinio, alteri perturbatio eſt effectus opinionis, quæ cauſa eſt perturbationis. Sed dicat aliquis, nihil referre utrum opinio recens, an malum quod opinionem ſuſcitavit, recens appelletur. Fateor hoc equidem, dum conſtet, definitionem Zenonis eam non eſſe qua metus definitur *opinio recens mali præſentis, vel mali recentis*. Quæram tamen cur in definitionibus Chryſippi quas profert Galenus nuſquam πρόσφατον κακὸν dicatur, ſed ſemper ἡ δόξα πρόσφατος, vel τὸ δοξάζειν πρόσφατον. Atqui æque illi erat facile ac rectum, dixiſſe, metum eſſe δόξαν προσφάτου κακοῦ παρόντος, quam δόξαν πρόσφατον, *opinionem mali præſentis quam opinionem recentem*. Recentem potius opinionem quam malum recens, in definitione ſua poſuiſſe crediderim Chryſippum, quod in malo recenti ſemper quidem opinio ſit recens, ſed malo iam inveterato ſæpe fit ut opinio adhuc recens vigeat. Quid enim, ſi poſt aliquod tempus quam malum acciderit, opinio demum de eo excitetur quæ primo non turbaverat mentem? Quid ſi denique etiam poſt longas moras non conſeneſcat opinio, ſed ſemper recrudeſcat, & æque recens ſit quam fuerat malo etiamtunc recenti? Sed πρόσφατον de tempore quo recens malum accidit videntur tantum intellixiſſe, ſi Galeno credimus, qui hæc ex Poſidonio contra Chryſippum refert, quæ mendoſa ſunt in editionibus Galeni: ὁ γοῦν ὅρος οὗτος, φησὶν, ὁ τῆς λύπης, ὥσπερ οὖν καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν παθῶν ὑπό τε Ζήνωνος εἰρημένοι καὶ πρὸς τοῦ Χρυσίππου γεγραμμένοι, σαφῶς ἐξελέγχουσι τὴν γνώμην αὐτοῦ, δόξαν γὰρ εἶναι πρόσφατον τοῦ κακὸν αὐτῷ παρεῖναί φησι τὴν λύπην. *Hæc definitio, inquit, ægritudinis, quemadmodum & multa alia quas poſuit Zeno, quæque à Chryſippo ſcripta ſunt, manifeſto eius ſententiam revincunt. Nam ægritudinem ait eſſe opinionem recentem*

tem

tem qua quis ſibi malum adeſſe exiſtimat. Ex his verbis colligi poſſit eamdem eſſe Zenonis & Chryſippi de ægritudine definitionem. Quod tamen falſum eſt. Nunquam enim Zeno λύπην definininivit eſſe opinionem, ſed contractionem ſive demiſſionem animi, quam opinio efficeret. Opinio itaque illi τὸ αἴτιον τῆς λύπης, non τὸ αἰτιατὸν ipſum. Addit Galenus: ἐν ᾧ καὶ συντομώτερον ἐνίοτε λέγοντες, οὕτω πως προφέρονται, λύπη ἐστὶ δόξα πρόσφατος κακοῦ παρουσίας. *Aliquando & brevius definiunt, dicentes, dolorem eſſe recentem opinionem mali præſentis*. Cum numero pluralitatis loquatur, videtur tam Zenonem quam Chryſippum eiuſdem definitionis auctorem facere. Quod à veritate longe abeſt. Nam & ſuprà in principio eiuſdem libri hanc ſoli Chryſippo definitionem addicit, qua dixerit λύπην eſſe δόξαν πρόσφατον κακοῦ παρουσίας, τὸν δὲ φόβον προσδοκίαν κακοῦ, τὴν δ' ἡδονὴν δόξαν πρόσφατον ἀγαθοῦ παρουσίας. Sed & idem Galenus in eodem libro IV. de decretis Hippocratis & Platonis, apertè ac diſertè tradit, Chryſippum à Zenonis ſententia diverſum abiiſſe in definiendis perturbationibus, quas opiniones ac iudicia eſſe voluit, cum Zeno effectus & conſequentias opinionum eas definiret. Ipſa eius hæc verba ſunt: Καὶ Ζήνωνι κατά γε τοῦτο καὶ ἑαυτῷ καὶ πολλοῖς ἄλλοις μάχεται τῶν Στωικῶν, οἳ οὐ τὰς κρίσεις αὐτὰς τῆς ψυχῆς, ἀλλὰ καὶ τὰς ἐπὶ ταύταις ἀλόγους συστολὰς, καὶ ταπεινώσεις καὶ δήξεις, ἐπάρσεις τε καὶ διαχύσεις ὑπολαμβάνουσιν εἶναι τὰ τῆς ψυχῆς πάθη. Quomodo igitur nunc ſecum ipſe pugnantia ſcribit Galenus, dum Zenoni communem facit hanc definitionem, qua ægritudinem decrevit eſſe *opinionem recentē mali præſentis*, quam Zeno apud eundem Galenum & apud Stobæum definivit, eſſe συστολὴν ψυχῆς ἀπειθῆ λόγῳ, cuius cauſam aſſignat, τὸ δοξάζειν πρόσφατον κακὸν παρεῖναι. Si eadem eſt finitio ægritudinis, δόξα πρόσφατος, & συστολὴ ψυχῆς cuius cauſa δόξα πρόσφατος, non renuo quin idem ſenſerit in definienda ægritudine Chryſippus & Zenon. Quo ſenſu illud πρόσφατον intellexerint, docet Galenus ex Poſidonio, εἶναι μὲν δὴ τὸ πρόσφατόν φησι τὸ ὑπόγυον κατὰ τὸν χρόνον, ἀξιοῖ δὲ τὴν αἰτίαν αὐτῶν ῥηθῆναι δι' ἣν ἡ τοῦ κακοῦ δόξα πρόσφατος μὲν οὖσα συστέλλει τε τὴν ψυχὴν, καὶ λύπην ἐργάζεται, χρονισθεῖσα δ' ἢ οὐδ' ὅλως, ἢ οὐκ ἔθ' ὁμοίως συστέλλει. De Poſidonio loquitur, qui contra Chryſippum ſcribens petebat reddi ſibi rationem, cur opinio mali recens quidem animum contraheret, & ægritudinē efficeret, quæ inveterata vel ex toto non, vel non æque eum contractione afficeret. His verbis Poſido-

nius non quidem eamdem eſſe definitionem Zenonis & Chryſippi volebat, ſed tamen utramque hac petitione oppugnabat. In definitione Zenonea ægritudinis non poterat Zeno interrogari quam cauſam putaret animi contractionis in ægritudine. Nam ipſe occurrebat, ac dicebat, opinionem recentem mali præſentis eam contractionem efficere. Sed nec quærendum ulla ratione videbatur, quæ cauſa eſſet illius cauſæ. Hoc enim prorſus abſurdum & in infinitum uſque iret. Ubi reddita eſſet cauſa cauſæ, quæri poſſet etiam num illius cauſæ cauſa, nec finis daretur donec ad primam omnium cauſarum foret perventum. Hoc igitur quærebat Poſidonius, cur opinio recens contractionem in animo ægritudinemque efficeret, quæ inveterata non idem præſtaret. At contra Chryſippum hæc eadem interrogatio valebat, qui ipſam opinionem mali præſentis pro ægritudine qua animus erat perturbatus habebat, idque in ſua definitione ægritudinis expreſſerat. Aeque enim quæri poteſt, cur hæc opinio recens mali præſentis perturbatio ſit, quam cur perturbationem efficiat. Quæ ſequuntur apud Galenum, proprie ac ſpeciatim Chryſippum impetunt, non Zenonem, ſimulque oſtendunt, idem eſſe definire dolorem δόξαν πρόσφατον κακοῦ, vel δόξαν προσφάτου κακοῦ. Sic enim ſcribit verbis, ut apparet, Poſidonii: Καίτοι οὐδὲ τὸ πρόσφατον ἐχρῆν ἐγκεῖσθαι κατὰ τὸν ὅρον, εἴπερ ἀληθῆ τὰ Χρυσίππου. κατὰ γὰρ τὴν γνώμην αὐτοῦ μᾶλλον ἔδει τοῦ μεγάλου κακοῦ, ἢ ἀνυπομονήτου ἢ ἀκαρτερήτου, καθάπερ αὐτὸς εἴωθεν ὀνομάζειν, εἰρῆσθαι δόξαν, οὐ προσφάτου. *Atqui neque recentis nomen addi oportebat in definitione, ſi vera ſunt quæ Chryſippus docet. Nam ex ipſius ſententia magis definiri debuit ægritudo opinio magni mali, aut intolerabilis, & non ſuſtinendi, ut ipſe conſuevit appellare, quam recentis.* Non video cur dicat debuiſſe magis Chryſippum in definitione ſua ægritudinis opinionem dicere magni & intolerabilis mali quam recentis. Nam & hoc ipſum poſuerat in definienda ea perturbatione. Cicero lib. III. Tuſculanarum: *Nam & metus opinio magni mali impendentis, & ægritudo eſt opinio magni mali præſentis, & quidem recens opinio talis mali, ut in eo rectum videatur eſſe angi.* Ubi vides utrumque expreſſiſſe in definitione ægritudinis Chryſippum, & opinionem recentem eſſe, & magni quidem mali præſentis. Alio loco *intolerabile* is dixit pro Græco Chryſippi ἀνυπομόνητον & ἀκαρτέρητον, ut cum metum definit Tuſculana quarta, *opinionem impendentis mali quod intolerabile eſſe videatur.* Nec enim

dubium

dubium quin & ægritudo ſimiliter poſſit definiri, *opinio præſentis mali quod intolerabile eſſe videatur.* Pro eo tamen Cicero hanc habet definitionem: *Eſt ergo ægritudo, opinio recens mali præſentis in quo demitti contrahique animo rectum eſſe videatur.* Quæ omnes definitiones Chryſippeæ ſunt, non Zenoniæ. Quæri tamen dignum eſt, cur eo loco cum quattuor principalium perturbationum definitiones ibi Cicero ex Chryſippo afferat, ægritudinis, lætitiæ, metus ac libidinis, in duabus quæ mali aut boni venturi opinione laborant, aliam definitionum poſuerit quam in duabus alteris quas malum bonumve opinatum iam præſens ſollicitat ac divexat. Ut ecce ægritudinem definit, *opinionem recentem mali præſentis in quo demitti contrahique animo rectum eſſe videatur.* Notabis tibi, non dici, *eſſe opinionem mali præſentis quod intolerabile eſſe videatur.* Similiter & de lætitia, ſic eam definit: *Eſſe opinionem recentem boni præſentis, in quo efferri rectum eſſe videatur.* In metu autem qui eventuri boni opinione cruciatur, ita eius propoſuit ex Chryſippo definitionem: *Metus opinio impendentis mali quod intolerabile eſſe videatur.* Libidinis vero definitio talis ſubiicitur: *Libido opinio venturi boni quod ſit ex uſu iam præſens eſſe atque adeſſe.* Attendi in his & illud debet, in utraque perturbatione quæ opinio eſt præſentis mali aut boni, *recentem* eam tantum vocari, non in aliis duabus, quas venturi boni malive expectatio ſuſpenſas & anxias habet. Et ſane apud Galenum & Chryſippum in duabus tantum perturbationibus ob præſens malum bonumve opinatum concitatis, δόξα πρόσφατος ἀγαθοῦ παρουσίας de lætitia dicitur, & δόξα πρόσφατος κακοῦ παρουσίας de ægritudine. Apud Stobæum tamen in Zenoniis definitionibus, opiniones, quas pro cauſis efficientibus ponit quattuor primarum ac principalium perturbationum, τὸ πρόσφατον habent, & quidem cum κινητικῷ iunctum, τῆς δόξας τὸ πρόσφατον καὶ κινητικὸν ἐχούσης. Et tamen idem Stobæus paulo ante illud πρόσφατον interpretatur κινητικὸν, & in duabus tantum perturbationibus illud agnoſcit, quæ præſentibus bonis aut malis opinatis afficiuntur. Τὸ δὲ πρόσφατον, inquit, ἀντὶ τοῦ κινητικοῦ συστολῆς ἀλόγου, ἢ ἐπάρσεως. Ergo ægritudini & lætitiæ tantum convenit illud πρόσφατον. Nam ægritudo eſt συστολὴ, lætitia ἔπαρσις. Ut ut ſit, illud πρόσφατον cum opinione iunctum in definitione ægritudinis & lætitiæ, videtur eſſe cauſa perturbationis utriuſque. Si enim demas, recentem eſſe illam opinionem quæ ægritudinem facit & lætitiam, accedente tempore ſenſim exo-

leſcit atque interit effuſa illa vis lætitiæ, itemque ægtitudinis morſus. Habet igitur utraque perturbatio quam præſentia bona malave concitant, ſuum tempus, dum adhuc recens malum bonumve illud eſt, quod turbidi motus in animi cauſa extitit. In perturbationibus autem illis duabus quas futuri ſpes vel metus torquet, ideo illud πρόσφατον non habere videatur locum, quia longius trahit ſpes illa vel anxietudo, quæ bonum quod in expectatione eſt deſiderat, aut malum quod timetur expectat. Quamdiu enim malum illud aut bonum pendet, & in dubio eſt quando eventurum ſit, per id omne ſpatium opinio quoque ipſa durat. Nec dici poteſt *recens*, cui tantum temporis à primo momento, quo timere aliquid aut cupere cœpit, fluxerit. Non additur autem *intolerabile* in definitione ægritudinis ad malum quod iam adeſt ac ſentitur, ut adiectum eſt in definitione metus. Nam non eſſe intolerabile, res ipſa indicat, atque ipſa patientia quæ vel ab invito commodatur dum ſubitur. At intolerabile illud ſibi finxerat opinio dum venturum ſperabatur, quod tolerabile eſſe ubi advenit, experientia monſtravit. Idcirco autem recens præſentis mali opinio quæ ægritudini intervenit, vel eam facit, malum acerbat & auget, quia adſuetudine ipſa & uſu ſolet fieri levius. In malo vero impendente nihil uſus valet aut conſuetudo ad id minuendum quod nondum venit. Immo in dies creſcit opinio ipſa, maiuſque ſubinde ſibi malum imaginatur, quo magis propinquat. Adeo ut dici poſſit, non recentem opinionem in malo quod futurum timetur, graviorem eſſe, ſed inveteratam. Quo propius enim fit malum quod in metu eſt, tanto de illo iam inſtante aſperior inſurgit opinio, quia maius illud ſibi fingit, quæ tamen minus recens eſt quam cum primum animo cœpit incidere. Non habet igitur πρόσφατον opinio in malis & bonis venturis, ſed in præſentibus tantummodo. Et Stobæus de ſuo hæc inrruſit in definitionibus metus & cupiditatis. Comparemus igitur definitiones metus & ægritudinis Chryſippeas, quales eas Cicero propoſuit, ut intelligi melius poſſit, *recentis* appellationem non convenire opinioni quæ metum facit, ut rectè quadrat in opinionem qua efficitur ægritudo. *Aegritudo*, inquit, *opinio recens mali præſentis in quo demitti contrahique animo rectum eſſe videatur*. Hoc verbum *recens* opinioni mali præſentis adiectum idem præſtat ad mali, quod adeſt, acerbitatem intendendam, quod *intolerabile* adpoſitum opinioni de malo ventu-

venturo. Nam malum præſens tunc maximùm & maxime intolerabile cum recens eſt. Quod additur in definitione, *in quo demitti contrahique animo rectum eſſe videatur*, id neutiquam conveniret definitioni metus. Hoc enim etiam debet habere opinio præſentis mali, ut rectum illi videatur in hoc malo animo contrahi ac demitti. Exempli gratia, aliquis amiſit filium. Dum luctus eſt recens, & doloris primus urget incurſus, longe tum acerbiſſimum eum eſſe conſtat. Sed hoc etiam adiungit opinio ad mali aſperitatem, ut ſibi blandiatur, rectum eſſe in tali iacturaanimo contrahi ac demitti. In metu impendentis mali non ita procederet hæc opinionis vis, ſi rectum videri vellet eandem animi demiſſionem ac contractionem, ob malum quod nondum accidiſſet, ſed venturum timeretur. Non enim æquè rectum videretur, in morbo nati unici ancipiti, animo contrahi ac demitti, quam in eius morte quæ iam ex illo morbo contigiſſet. Metum rurſus ita definit ex Chryſippo, *opinionem eſſe impendentis mali quod intolerabile videatur*. Metus omnia ſolet ſibi maiora fingere. Videtur illi malum intolerabile quod nondum venit. Neſcit quippe quale ſit futurum. Quæ ignorantur antequam evenerint, ſi putantur ventura, cum bona ſperantur, meliora ea ſpes eius qui illa concupiſcit hariolatur, ut è contra quæ timentur, peiora eadem auguratur qui metuit. Ita eſt ingenii humani natura. Scientia res quales ſunt in veritate magis repræſentat. Præſens itaque malum cum ſentitur, ſcitur. Primo impetu magis percellit, quia nondum plene quale ſit cognoſcitur. Tempus & uſus cognitionem dant maiorem, quæ experientia eſt. Ita fiunt conſuetudine mala minora, minuſque gravia. Hæc eſt ratio cur recens malum magis contrahat animum ſecundum Zenonem, aut recens opinio ſecundum Chryſippum minor ſit perturbatio. Ideo monent, ut leviora ingruant mala, opinione ante ea præcipere. Nam præviſa minus feriunt. Quæ ex improviſo veniunt, magis. Proviſio enim illa eſt quaſi præſcientia mali, quæ idem operatur quod ſcientia, ut ita dicam, ac ſenſus iam præſentis. Hoc appellabat Poſidonius προενδημεῖν τοῖς πράγμασι, hoc eſt, in rebus ipſis in anteceſſum verſari, & præſentes eas animo ſibi fingere, & non præſentibus quaſi præſentibus uti Nam ἐνδημία, eſt præſentia. Heſychius: ἐνδημία, παρουσία. Προενδημεῖν itaque πράγμασιν, eſt proprie ſe præſentem quaſi ſiſtere in rebus quæ nondum adſunt. Galenus interpretatur illis

rebus Poſidonii verbum, τὸ οἷον προαναπλάττειν τε καὶ προτυποῦν τὸ πρᾶγμα παρ' ἑαυτῷ τὸ μέλλον γενήσεσθαι καὶ ὡς ἤδη γενόμενον, ἐθισμόν τινα ποιεῖσθαι κατὰ βραχύ. Ita legendum in verbis Galeni, non προσαναπλάττειν, ut vulgo legitur. Hoc eſt, quod ille apud poëtam dicit,

Omnia pracepi, atque animo prius ante peregi.

Hæc eſt ratio: nec quærenda alia, cur πρόσφατος δόξα mali præſentis, vel πρόσφατον κακὸν vehementius animum percellat quam ubi uſu & conſuetudine familiarius redditum eſt. Nam ut ibidem dicitur, πᾶν τὸ ἀμέτρητον καὶ ξένον ἀθρόως προσπίπτον, ἐκπλήττει τε καὶ τῶν παλαιῶν ἐξίστησι κρίσεων, ἀσκηθὲν δὲ, καὶ συνεθισθὲν, καὶ χρονίσαν ἢ οὐδ' ὅλως ἐξίστησιν ὡς κατὰ πάθος κινεῖν, ἢ ἐπὶ μικρὸν κομιδῇ. Hoc ſibi etiam reſpondere debuit Poſidonius dum ſciſcitatur, cur in magnis æque bonis maliſque opinatis ſapientes non æque moveantur ac turbentur, quam ſtulti. Illi enim præterquam quod habent ſcientiam rerum fugiendarum & expetendarum, qua carent ſtulti, continua meditatione & exercitatione mentis, priuſquam adſint, qualia vere ea futura ſint, ſive bona ſive mala, vident, & ubi venerunt, in his ferendis ſeſe exercent. Quantum denique veteranus miles à tirone differt, vel ab eo qui non eſt miles, tantum ſapiens ab inſipiente diſtat, à ſtulto intelligens. Ad exploſæ bombardæ ſonum ita exterretur novus miles, ut caput demittat & toto corpore concutiatur, cum tonitrum illud veteranus, & paulo exercitatior rideat. Hæc cum vera ſint, miror Poſidonium Chryſippo contradicentem quærere, cur pro *recenti* in definitione ægritudinis non potius poſuiſſet aut *magni* aut *intolerabilis*. Nam in ægritudine definienda, *magni mali eam opinionem eſſe* poſuerat: cum metum definiret, *opinionem eſſe* dixerat *mali impendentis quod intolerabile videretur.* Utriuſque definitionis rationem iam reddidimus. Quod autem idem Poſidonius contra eumdem Chryſippum, ad eius evertendam ſententiam de bonorum ac malorum opinione, argumento utebatur à ſapientibus ſumpto, qui neque in magnis malis opinatis æque dolerent ac ſtulti, neque in bonis æque efferrentur, id quanti ſit momenti, iam diximus, & adhuc alio loco examinabitur. Hæc enim obſervatio iam nimium excrevit. *Recentis* porro κατηγόρημα convenire tantummodo opinioni malorum bonorumve præſentium, non futurorum, præter illa quæ iam ſupra attulimus, hæ definitiones Chryſippi apud Galenum oſtendunt:

dant: καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐν τοῖς ὁρισμοῖς τῶν γενικῶν παθῶν οὓς πρώτους ἐξέθετο, τελέως ἀποχωρεῖ τῆς γνώμης αὐτοῦ, τὴν λύπην ὁριζόμενος δόξαν πρόσφατον κακοῦ παρουσίας, τὸν δὲ φόβον προσδοκίαν κακοῦ, τὴν δὲ ἡδονὴν δόξαν πρόσφατον ἀγαθοῦ παρουσίας, τὴν δὲ ἐπιθυμίαν προσδοκίαν ἀγαθοῦ. Ita hæc legenda, & ſupplendum quod in vulgatis deeſt. Sic in definitionibus Platonis, ἐλπὶς exponitur προσδοκία ἀγαθοῦ. Ergo φόβος qui eſt contrarius ſpei, rectè definitur προσδοκία κακοῦ. Ita etiam ἐπιθυμία definiri poteſt. Nam cupiditas quod concupiſcit, etiam ſperat. Galenus in verbis citatis, de Chryſippo loquitur. Δόξα πρόσφατος, opinio recens, tam dè malo quam de bono præſente dicitur, προσδοκία vero κακοῦ & ἀγαθοῦ, de opinione venturi boni aut mali. Nam προσδοκία eſt opinio cum expectatione, vel opinio boni aut mali quod in expectatione eſt, dum illud ſperatur, hoc timetur. Cicero *opinionem* ſimpliciter vertit, quæ Chryſippo προσδοκία, ut iam ante obſervare memini: *Metus opinio impendentis mali.* Quod Chryſippus duobus verbis dixit, προσδοκία κακοῦ. Nam προσδοκία, opinio eſt impendentis rei alicuius, quæ non poteſt dici recens, quia tamdiu durat quamdiu id quod ſperatur vel timetur impendet. Si diutius hoc trahat, ut ſæpe fit, dum in longum ducitur ea ſpes vel metus, *recentis* appellationem nullo iure retinet. Latini autem *opinionis* nomen abſolutè interdum pro ſpe vel expectatione, quæ eſt Græcorum προσδοκία, ſæpe uſurparunt, ut contra προσδοκία Græcis pro ſimplici opinione aliquando ſumitur. Cicero de officiis ſecundo: *opinionem afferunt populo, eòrum ſe ſimiles fore quos ſibi delegerint ad imitandum.* Siſenna apud Nonium: *Popedius opinione fruſtrata.* Id eſt, ſpe, vel expectatione. Sic *opinione citius aut tardius aliquid fieri* auctores dicunt, quod ſpe & expectatione alicuius tardius fit, aut citius. In quibus loquendi modis opinio eſt προσδοκία. Unde & *opinatus* προσδόκιμος in Gloſſis exponitur, & προσδοκίμως *opinato*. Sed & Græci eodem ſenſu videntur aliquando uſurpaſſe vocem δόξα, pro προσδοκία. Quod compoſitum ἐπίδοξον oſtendit, cuius eadem ſignificatio eſt cum προσδοκίμῳ, de eo quod in ſpe & expectatione eſt, hoc eſt, ἐπὶ δόξης. Phrynichus: Ἐπίδοξον, τὸν προσδοκώμενον καὶ ἐλπιζόμενον ἐρεῖς, οὐχ ὡς οἱ ἀμαθεῖς, τὸν ἐπίσημον. Inſcitos pronuntiat qui ἐπίδοξον ponerent pro illuſtri ac celebri, cum proprie ſit quod in expectatione eſt. Sane cum δόξα etiam nomen, & famam, gloriamque & laudem, ut & Latinis *opinio*, ſignificet, non

mirum

mirum ſi & ἐπίδοξον, ut & ἔνδοξον, quidam poſuerunt pro re vel perſona quæ in fama eſt, & nomen ac decus habet. Hinc *bona opinio* pro bona fama Latinis, ut ſupra docuimus. Et *opinatum* pro famigerabili & glorioſo, non ſolum pro προσδοκίμου. Ergo ἐπίδοξον vel ἔνδοξον quidquid ἐν δόξῃ eſt, ſive δόξαν pro expectatione ſumas, ſive pro laude & gloria. Ideo utrumque ſignificabat. Sed qui famam rectè loquendi affectabant, malebant ἐπίδοξον ἀντὶ τοῦ προσδοκίμου poni. Heſychius: Ἐπίδοξος, προσδόκιμος. Ἐπίδοξα, προσδοκώμενα. Item: ἐπιδοκὶς, προσδοκία. Et, ἐπιδοκίδες, προσδοκίαι. Utramque ſignificationem huius vocis adfert Suidas: Ἐπίδοξος, ἔνδοξος ἢ προσδόκιμος. Procopius: ὁ δὲ ἐπήγγελλεν ὡς Πέρσαι ἐπίδοξοι ἦσαν εἰς τὴν Ῥωμαίων γῆν εἰσβάλλειν. *Sperabantur Perſæ in Romanam ditionem irruptionem facturi.* Citat in eodem ſignificatu ex illo ipſo Procipio ἔνδοξον cum ἐπιδόξῳ, cum eum qui expectatur deſignat: ἐάσαι τὴν ὁδὸν ᾗ ἔνδοξοι ἦσαν ἐπιθήσεσθαι οἱ Πέρσαι. *Viam omittere qua ſperabantur Perſæ impreſſionem facturi.* Ergo ἔνδοξον quod ἐν δόξῃ eſt, id eſt, expectatione & ſpe. In quibus tamen loquutionibus pro ſimplici opinione, & exiſtimatione id verbum δόξα, unde ἐπίδοξος, ſumi poteſt. Ἐπίδοξοι ἦσαν εἰσβάλλειν, *putabantur irrupturi*. Nam & ipſa ſpes vel expectatio quid aliud quam opinio de re, quę futura putatur, ſive metum habeat, ſive ſpem? Unde & προσδοκία ſimiliter pro ſimplici δόξῃ non raro uſurpatur. Ne quis porro miretur his nos immorari, & hoc Stoicum eſſe ſciat, proprietates rationeſque verborum ſubtilius indagare ac rimari.

Ἄλογοι ὀρέξεις, τουτέστι, θυμὸς καὶ ἐπιθυμία προσεχεῖς οὖσαι τοῖς σώμασι.] Dum ἄλογα πάθη & σωματικὰ eadem vocat Simplicius, non diſcedit à ſuis Peripatecis, ſed à Stoicis abit longius in huius vocis ἄλογον interpretatione, qua πάθη ἄλογα dicuntur & ἄλογοι ὁρμαὶ vel ὀρέξεις apud Porticus ſapientes colonos. Non enim volebant eſſe σωματικὰ τὰ πάθη, ſed λογικὰ, quatenus in ea parte qua ratio eſſet naſcerentur, cæterum ἄλογα, quod illi rationi, cui ſedem communem occuparent, parum eſſent morigera. Ariſtoteles autem medium videtur tenuiſſe inter Platonicos ac Stoicos. Cum Stoicis ſenſit, dum in una eademque ſede πάθη ponit cum ratione, quæ tamen ex alia animi facultate quam rationali naſci putavit, cum Plato etiam ex diverſa parte oriri voluerit. Rurſus cum Plato τὰ πάθη prorſum ratione vacare crediderit, Stoici iudicia & opiniones eſſe perturbationes mordicus

dicus tenuerint, Ariſtoteles inter utramque viam ſibi ſecuit ſemitam, & putavit non ex toto rationis expertia τὰ πάθη, ſed eam ſaltem habere qua ſubiici poſſunt rationi, quam ὑποτακτικὸν λόγον appellat, & diſtinguit ἀπὸ τοῦ ἀρχικοῦ. Ita enim πάθος definiebat, ut apud Stobæum legitur: Πάθος ἐστὶν ἄλογος ψυχῆς κίνησις πλεοναστική. Τὸ μὲν οὖν ἄλογον κατὰ τοῦ μὴ ἔχοντος ἀρχικὸν λόγον τάττει. Τὸν γὰρ ὑποτακτικὸν λόγον ἔχει, καθ᾽ ὃν ὑπακούειν πέφυκε τῷ λόγῳ. Principalis illa ratio, quæ eſt homini οὐσιώδης, non reperitur in perturbationibus, ſed quædam facultas rationalis qua poſſunt obedire ac parere rationi. Non multum diverſi ab hac opinione fuerunt Platonici recentiores, qui Ariſtotelem cùm Platone quaſi in uno larario habebant, & iiſdem ſacris colebant. Nam & hanc ἤθους definitionem ex illis producit idem Stobæus: ἦθος ἐστὶ ψυχῆς τοῦ ἀλόγου μέρους ποιότης καθ᾽ ὑποτακτικὸν λόγον δυναμένη τῷ λογικῷ ἐπακολουθεῖν. *Morem eſſe qualitatem irrationalis animæ partis quæ per modum ſubiectionis poteſt rationali obtemperare.* Alias etiam affert, quæ eodem tendunt: Ἦθος ἐστὶ ποιότης τοῦ ἀλόγου μέρους τῆς ψυχῆς ὑποτακτικῶς ἔχειν ἐθιζομένη τοῦ λόγου. *Qualitas animæ partis ratione carentis, quæ rationi ſubiici conſuevit.* Inconſtantiam obiiciebant Chryſippo contrariæ ſectæ auctores, quod cum πάθος, ἄλογόν τε καὶ παρὰ φύσιν ψυχῆς κίνησιν dixiſſet, & interpretatus eſſet ἄλογον illam κίνησιν, non expertem rationis motionem, ſed rationi parum obtemperantem, poſtea alio loco expoſuerit ἄλογον, τὸ χωρὶς λόγου καὶ κρίσεως, ſine ratione & iudicio. In his omnibus eius qua definitionibus, qua interpretationibus nihil diſſentaneum eſſe à Platonis & reliquorum philoſophorum decretis conſentiunt, ut fuſe diſputat Galenus initio lib. IV. De Platone & Hippocrate. Nam vel Plato ipſe potuiſſet τὸ πάθος ita definire, eſſe ἄλογον καὶ παρὰ φύσιν τῆς ψυχῆς κίνησιν, hoc eſt, χωρὶς λόγου καὶ κρίσεως. Ipſe quinetiam Ariſtoteles, ut modo dicebam, ita πάθος definivit ἄλογον ψυχῆς κίνησιν. πλεοναστικήν. Sed cum idem Chryſippus ſanxit τὰ πάθη κρίσεις eſſe, & rurſus πάθος definit eſſe motum animi qui fit χωρὶς λόγου καὶ κρίσεως, maximam eius id arguere inconſtantiam & diſcrepantiam à ſuis dictatis dicunt, νυνὶ μὲν γίνεσθαι νομίζειν τὰ πάθη ἄνευ λόγου καὶ κρίσεως, νυνὶ δὲ οὐ μόνον κρίσεσιν ἕπεσθαι φάσκειν, ἀλλ᾽ αὐτὸ δὴ τοῦτο κρίσεις εἶναι. Parum certè ſibi conſtitiſſe fatendum eſt Chryſippum ſi κρίσιν in eadem notione accepit, cum πάθη κρίσεις eſſe pronuntiavit, & cum πάθος motum animi definivit præter naturam, & citra rationem & iudicium. Cum

πάθος dixit eſſe κρίσιν, ibi per κρίσιν intellexit δόξαν & ὑπόληψιν. Nam in definitionibus παθῶν utraque voce indifferenter utebatur, aut δόξαν eſſe hoc vel illud πάθος, aut ὑπόληψιν. Ut apud Laërtium ex Chryſippi definito, φιλαργυρία eſt ὑπόληψις τοῦ τὸ ἀργύριον καλὸν εἶναι.. Rurſus idem, ægritudinem decernit eſſe δόξαν πρόσφατον κακοῦ παρουσίας. Cum ergo ſciſceret πάθη eſſe κρίσεις, non receſſit à termino ſuarum definitionum, ſed per κρίσεις intellexit δόξας, & ὑπολήψεις. Huiuſmodi δόξας & ὑπολήψεις à ſapiente ſuo ſegregabat ac ſpernebat longe Stoicus, quem neque δοξάζειν, neque ψεύδει συγκατατίθεσθαι dignum ducebat, à quo proinde & πάθη ſubmovebat quæ αὐτόχρημα δόξαι ſunt, & ὑπολήψεις. Ubi autem πάθος exiſtere dixit ἄνευ λόγου καὶ κρίσεως, quis omnino eſt cui fieri poſſit veriſimile, Chryſippum qui πάθος eſſe κρίσιν definivit, nunc eundem κρίσει carere πάθος omne cenſere? Primum ſi κρίσιν hic accipimus ut in illo decreto quo πάθος κρίσιν eſſe ſancivit, hoc prorſus falſum eſt. Nam cum κρίσις ibi δόξα ſit, & ὑπόληψις, certum eſt nulla πάθη dari quin præcedat δόξα & ὑπόληψις, ex qua oriuntur. Quod nec ipſi abnuant Peripatetici, qui etiam πάθος definiunt, κίνησιν ἄλογον τῆς ψυχῆς δι' ὑπόληψιν καλοῦ ἢ κακοῦ, *motum animi irrationalem ob opinionem boni aut mali.* Cum igitur Chryſippus πάθος definiret, motum eſſe animi qui fieret χωρὶς λόγου καὶ κρίσεως, per κρίσιν nullo modo δόξαν aut ὑπόληψιν intellexiſſe putandum eſt, ſed eam κρίσιν quæ cum ratione coniuncta eſt. Ideo non ſimpliciter dixit, ἄνευ κρίσεως, ſed ἄνευ λόγου καὶ κρίσεως, ut indicaret, ſe loqui velle de κρίσει λογικῇ, non de ea quæ eadem eſt cum δόξῃ & ὑπολήψει. Illa eſt, κρίσις vel κριτικὴ δύναμις, qua, ut aiebat ille Pythagoricus, θεωροῦμες καὶ κρίνομες. Non enim ſolum menti & intellectui κρίσιν adſignant, ſed etiam imaginationi. Κρίσις qua ex viſis non perceptis temere iudicamus, ea eſt ἀκατάληπτος συγκατάθεσις, quæ & προπετὴς dicitur, ut ante docebamus. Aſt ea κρίσις qua ita res diiudicamus ut convelli non poſſint, nec aliter ſe habere quam iudicat animus, λογικὴ plane eſt, & naturæ, ut eam accipiunt Stoici, rationique conſentanea. Inde exiſtit κατάληψις & καταληπτικὴ συγκατάθεσις, quam κριτήριον ſtatuebant, hoc eſt, normam ac regulam diiudicandi, & falſi à vero diſcernendi. Sin aliter aliquid eſſet comprehenſum quod convelli poterat, *inſcientiam* appellabant, *ex qua etiam exiſteret opinio*, ut inquit Cicero, *quæ eſſet imbecilla & cum falſo incognitoque communis.* Per illam κρίσιν quæ rationi iuncta eſt, fiunt

ἄλο-

εὔλογοι ὁρμαὶ & ὀρέξεις, impetus & appetitus rationales. Ea, θεωρία dicitur, & ἐπιστήμη, & περίσκεψις, & ἐπίκρισις. De ea ita dicebant Academici, οὐχ οἷόν τε γίνεσθαι τὴν ὁρμὴν εὔλογον εἰ μὴ μετὰ τὴν θεωρίαν. Ἡ θεωρία δ᾽ ἐστὶ περίσκεψις τοῦ πράγματος, καὶ οἷον ἐπίκρισις κατὰ τὸν περὶ αὐτοῦ λογισμόν. *Nulla appetentia ratione nititur niſi poſt contemplationem. Contemplatio autem eſt conſideratio rei qua agenda eſt, & veluti diiudicatio ſecundum ratiocinationem de ea adhibitam.* Hæc θεωρία ad τὸ νοητικὸν, cuius propria eſt, referri debet. Illa vero κρίσις quæ ſimplex eſt δόξα vel ὑπόληψις, quæ ex viſis male comprehenſis efficitur, eaque temeraria ac præcipiti aſſenſione adprobat, imbecillis eſt συγκατάθεσις, & κρίσις quidem, ſed prava ac falſa. Per hanc ἄλογοι ὁρμαὶ & ὀρέξεις exiſtunt, & omnia πάθη, quæ κρίσεις eſſe Chryſippus dictitabat, hoc eſt, δόξας & ὑπολήψεις, vel κρίσεις ἡμαρτημένας. Ut enim regula diſtorta, nihilominus dicitur regula, ita & κρίσις vocatur, quamvis corrupta ſit ac vitioſa. Nullum itaque dubium eſt quin Chryſippi, quę ei obiectatur, repugnantia atque opinionum diſſidentia, ita conciliari debeat, & in ſolidò locari. Nam per κρίσιν quam iungit cum ratione, ut utramque perturbationibus adimat, intellexit περίσκεψιν, & conſiderationem quæ ex ratiocinatione fit: at κρίσεις quas eaſdem facit cum perturbationibus, ipſas nimirum δόξας & ὑπολήψεις. Hoc vidit Galenus, & quaſi malignę dubitans, proponit ita forte defendi poſſe Chryſippum. Εἰ μὴ νὴ Δία βοηθῶν τις αὐτοῦ φαίη πλείω σημαίνειν τὸ τῆς κρίσεως ὄνομα, καὶ κατὰ μὲν τὴν ἐξήγησιν τοῦ ὅρου, τὴν οἷον περίσκεψιν εἰρῆσθαι κρίσιν, ὡς εἶναι τὸ ἄνευ κρίσεως, ἴσον τῷ ἄνευ περισκέψεως, ἔνθα δὲ κρίσεις εἶναί φησι τὰ πάθη, τὰς ὁρμάς τε καὶ τὰς συγκαταθέσεις ὀνομάζεσθαι κρίσεις. Quod fieri poſſe oſtendit, ut ſic defendatur Chryſippus ex polyſemo vocis κρίσις, fieri debere prorſus certum eſt. Nihil enim verius. Ὁρμὰς autem & συγκαταθέσεις vocat, quæ ſunt δόξαι & ὑπολήψεις. Nam & δόξας Stoici, ὁρμὰς & συγκαταθέσεις nominabant. Omnis quippe δόξα & ὑπόληψις etiam ὁρμὴ ipſis dicitur. Sed & συγκατάθεσις proprie δόξα eſt. Sextus Empiricus: ὅταν εἴξῃ ἡ ψυχὴ τῇ ἀπὸ τῆς αἰσθήσεως ἐγγινομένῃ φαντασίᾳ, καὶ τῷ φανέντι πρόσθηται καὶ συγκατάθηται, λέγεται δόξα. Ubi vides συγκατάθεσιν eſſe δόξαν, cum nimirum animus viſioni obiectæ cedit, & viſo conſentit. Iniqui certe fuere Chryſippo ſequentes Philoſophi, qui dum perperam eius dicta accipiunt, animi eiuſdem ſenſa non aſſequuti, occaſionem captarunt eum exagitandi & carpendi.

 Cum

Cum λόγος Stoicis longiſſime diſtet ab ea κρίσει, quam δόξαν & συγκατάθεσιν eſſe diximus, iungique debeat cum illa κρίσει quæ θεωρία eſt ac περίσκεψις, ſequens ætas philoſophorum utramque κρίσιν confudit, & Chryſippo ex ea confuſione attribuerunt eam ſententiam de qua ipſi nunquam in mentem venit. Plutarchus de generatione animæ, τῶ φιλοσόφων οἱ μὲν τὰ πάθη λόγους ποιοῦσιν, ὡς πᾶσαν ἐπιθυμίαν, ἢ λύπην, καὶ ὀργὴν κρίσεις οὔσας. Certe Chryſippus putavit ac ſcripſit, πάθη, κρίσεις eſſe, hoc eſt, δόξας καὶ ὑπολήψεις, nuſquam vero λόγους nominavit, niſi cum πάθος motum eſſe dixit χωρὶς λόγου καὶ κρίσεως. In qua interpretatione τοῦ ἀλόγου, ut iam docuimus, κρίσις aliud omnino ſignificat, aliud cum πάθη κρίσεις eſſe dicuntur. Idem Plutarchus alibi: Ἔνιοι δέ φασιν, οὐχ ἕτερον εἶναι λόγου τὸ πάθος, οὐδὲ δυοῖν διαφορὰν καὶ στάσιν, ἀλλ' ἑνὸς λόγου τροπὴν ἐπ' ἀμφότερα, λανθάνουσαν ἡμᾶς ὀξύτητι καὶ τάχει μεταβολῆς. Hæc falſiſſima ſunt. Nuſquam enim Chryſippus nec quiſquam Stoicorum dixit, idem eſſe πάθος ac λόγον. Nec ſane Galenus, qui omni vi ac ſtudio cum Chryſippo hunc funem contentionis ducit, uſpiam meminit, hoc ab illo eſſe dictum, τὰ πάθη λόγους eſſe. Κρίσεις eſſe ubique ſcribit, nullibi λόγους. Et ſane magna eſt differentia. Non omiſiſſet porro Galenus hoc in illo reprehendere quod magnopere faceret ad eius redarguendam inconſtantiam, ac levitatem. Quo enim colore defendi poſſet, ſi λόγους πάθη eſſe ſcripſiſſet, & πάθη χωρὶς λόγου exiſtere perhibuiſſet? Nam ut fatetur Galenus poſſe eum excuſari ex varia ſignificatione vocis κρίσις, cum dixit πάθη eſſe κρίσεις, & eſſe χωρὶς κρίσεως, non hic ea defenſio locum habere potuiſſet. Λόγος quippe, præcipue Stoicis, non duo ſignificat rationis genera, ſed unum, quæ recta eſt. Sed nec Seneca favet Plutarcho, ut ſibi perſuaſit Lipſius, quem lucem facere illis Plutarchi quæ attulimus, & viciſſim inde capere putat. Verba Senecæ ex lib. I. de ira cap. VIII. vel ex eius correctione hæc ſunt: *Non enim, ut dixi, ſeparatas iſta diductaſque ſuas ſedes habent, ſed affectus & ratio, in melius peiuſque mutatio animi eſt.* Quomodo hæc, ut viſum Lipſio, cum Plutarcho concordant, qui οὐχ ἕτερον εἶναι λόγου τὸ πάθος, *non aliam eſſe rationem ab affectu*, Stoicos facit dicere? Contra Seneca rationem ita ab affectu diſtinguit, τὸν λόγον ἀπὸ τοῦ πάθους, ut velit mutationem animi in melius, *rationem* dici, hoc eſt, λόγον, mutationem in peius, *affectum*, hoc eſt, πάθος. At Plutarchus plane tradit, quaſi ex ſententia & mente Stoicorum,

πάθος

πάθ☉ eſſe λόγον. Et alio loco, τὰ πάθη λόγους ποιοῦσι. Immo Plutarche, τὰ πάθη κρίσεις ποιοῦσιν Stoici, & maxime Chryſippus, non λόγους. Non ſeparatas quidē habent ſedes affectus & ratio, atq; in eadem animæ parte morantur ſecundū Stoicos, nunquam tamen illi ſenſerunt aut ſanxerunt, affectus eſſe *rationes*, aut cum ratione fieri, ſed κρίσεις, hoc eſt, δόξας & ὑπολήψεις, *opiniones imbecillas*, & *aſſenſiones temerarias*. Quomodo enim illi πάθ☉ & λόγον rem eandem conſtituerent, cum πάθ☉ tam Zeno quam Chryſippus definiant, κίνησιν ἄλογον τῆς ψυχῆς καὶ παρὰ φύσιν? Illud ἄλογον variis modis interpretabantur, qui omnes tamen longiſſime nos abducunt ab ea cogitatione, ut τὸ πάθ☉ putarint eſſe λόγον, & οὐχ ἕτερον τοῦ λόγου. Primum hoc ἄλογον exponebant, ἀπειθὲς τῷ λόγῳ, *rationi non obtemperans*. Deinde τὸ ἀπεστραμμένον τὸν λόγον, quod *averſatur rationem*. Cicero vertit, *adverſa ratione*, aut *adverſante ratione*. Exponunt etiam τὸ ἄλογον, τὸ ἄνευ λόγου καὶ κρίσεως, quod ſine ratione fit, & iudicio. Τὸ ἄλογον Græcis duo ſignificat. aut quod prorſus caret ratione, ut ſunt bruta animantia, quæ ἄλογα inde proprie dicuntur, quo diſcernantur ab homine, quod eſt animal λογικόν: aut quod *rationi non obtemperat*, ſed eam averſatur, eique adverſatur, & proinde ſine ratione eſſe dici poteſt. Quod enim repugnat ac reluctatur rationi, non eam in ſe habet. Hac altera notione ἄλογα πάθη appellantur Stoicis. Ea πάθη cum in hominem cadant, quod eſt λογικὸν animal, non cadant autem in bruta quæ rationis ſunt expertia, ex eo adducti ſunt perturbationes adſcribere ei parti animæ in qua λογιστικὸν eſt. Quoniam illæ perturbationes ſunt propriæ hominis, quibus carent prorſus ceteræ animantes quæcunque uſum rationis non habent, homini propterea eas convenire quatenus eſt λογικός, hoc eſt, rationis particeps, crediderunt. Quod non habet animal ἄλογον, ſed habet λογικόν, neceſſe eſt id habeat quatenus eſt λογικόν. Ergo & in eadem animi parte in qua τὸ λογικὸν ſitum eſt, ſedem ea πάθη habere, exiſtimandum eſt, nempe ἐν τῷ ἡγεμονικῷ. Stoicos porro, & in his Chryſippum, λόγον non alio ſenſu unquam poſuiſſe quam pro recta ratione, ea res maximè oſtendit quod ἄλογον inde nominarunt, quod ab illa recta ratione deflecteret; vel ei adverſum eſſet. At ſi λόγον etiam pro prava poſuiſſent, quæ opinio dicitur, ἄλογον ea notione id diceretur quod opinioni adverſaretur, id eſt, pravæ rationi. Sic ἄλογον in hoc ſignificatu idem foret quod ἄλογον in alio, ubi λόγ☉ pro recta ratione accipitur.

Quod prorſus caret ratione. Inde & κατὰ φύσιν ζῆν homini qui rationis capax eſt, idem eſſe voluerunt, quod κατὰ λόγον ζῆν. Quia quod brutis eſt ὁρμὴ, hoc hominibus eſt λόγος. Quibus nimirum æque naturale eſt ſecundum rationem vivere, quam brutis impetu moveri. Sed ille λόγος in homine, ὀρθὸς λόγος ſemper intelligitur, ut & φύσις hominis de recta natura accipienda. *Nam convenienter naturæ vivere* homo dicitur, qui κατὰ λόγον vivit, quod idem eſſe interpretabantur, ac κατ᾽ ἀρετὴν ζῆν. Nam ἡ φύσις, ut loquebantur, ἀφορμὰς δίδωσιν ἀδιαστρόφους. Hinc & πάθος quemadmodum ἄλογον ab ipſis dicitur quia rationi adverſatur, ita etiam κίνησιν eſſe παρὰ φύσιν definiebant, *motum animi præter naturam*, non ſolum κίνησιν ἄλογον. Ergo ἄλογος κίνησις in ea perturbationis Stoica definitione idem eſt quod κίνησις παρὰ φύσιν. Ita enim Chryſippus τὸ πάθος definiebat, ἄλογόν τε καὶ παρὰ φύσιν ψυχῆς κίνησιν, *contra rationem, præterque naturam animi motionem.* Eam Zenoni tribuit Cicero, Chryſippo Galenus. Nunquam igitur Chryſippo venit in mentem quod Plutarchus ipſi affingit, πάθος eſſe λόγον, ſed dixit τὸ πάθος eſſe κρίσιν, id eſt, δόξαν, opinionem imbecillam, viſioni falſæ, aut non ſatis perceptæ conſentientem. Galenus in eadem ὁμωνυμίᾳ vocis κρίσις cavillatur, eamque etiam ἀντὶ λόγου accipit, ut lectoribus perſuadeat, Chryſippo eamdem eſſe ὁρμὴν λογικὴν, & ὁρμὴν κατὰ πάθος ἄλογον. *Rationalem impetum, & impetum irrationalem perturbationum.* Τοιοῦτον, inquit, γάρ τι καὶ ὁ Χρύσιππος ἀξιώσει, ἐπειδὰν μὲν ἄνευ κρίσεως λέγῃ τις γίνεσθαι τὰ πάθη τῆς ψυχῆς, ἀκούειν ἡμᾶς ἀξιῶν ὅτι μετὰ κρίσεώς τε γίνεται, καὶ κρίσεις εἰσὶν, ἐπειδὰν δ᾽ ἄνευ λόγου καὶ ἄλογα, μήτ᾽ ἐν ἀλόγῳ τινὶ δυνάμει τῆς ψυχῆς, ἀλλ᾽ ἐν τῇ λογιζομένῃ καὶ λογικά. Tragulam iniicit in Chryſippum, quod cum dixerit perturbationes fieri ſine iudicio & ratione, velit nos tamen intelligere, quod non ſolum fiant cum iudicio, ſed etiam ipſamet ſint iudicia. Sed hoc iam ſatis refutatum eſt, & pro Chryſippo reſponſum, aliud eſſe κρίσιν cum πάθη carere κρίσει dicuntur, aliud cum κρίσεις definiuntur. Galenus tamen inſtat, & ſaltem ait debuiſſe Chryſippum ſuos lectores admonere ſuper vocis κρίσεως ὁμωνυμίᾳ, quam diſtinctam ab eo oportuit. Aio contra, ſatis eam diſtinxiſſe Chryſippum, cum πάθη χωρὶς λόγου καὶ κρίσεως exiſtere dixit. Nam adiunctio vocis λόγος planiſſime teſtatur, de qua κρίσει intelligendum ſit, nempe de ea quæ cum ratione recta coniuncta eſt. Nec enim aliter λόγον accipiunt Stoici quam de recta ratione. At contra Galenus

lenus & Plutarchus ex ὁμωνυμίας κρίσεως, homonymiam etiam λόγου traxerunt, & Chryſippo imputarunt, quaſi & duo genera λόγου introduceret, rectum & pravum, aut quaſi pugnantia loqueretur, rem eamdem appellando λογικὴν & ἄλογον. Quid enim aliud volunt hæc Galeni? ἐπειδὰν δ᾽ αὐτὰ λόγου καὶ ἄλογα, μήτ᾽ ἄλογα μήτ᾽ ἐν ἀλόγῳ τινὶ δυνάμει τῆς ψυχῆς, ἀλλ᾽ ἐν τῇ λογιζομένῃ καὶ λογικά. Verum quidem eſt, Chryſippum, & alios Stoicos, excepto Poſidonio, perturbationum ſedem in parte animi rationali collocare, quia animam tantum unicam in homine agnoſcunt, hominis propriam cæteris animantibus negatam, nempe rationalem. Sed falſiſſimum eſt, quod ibi adſtruere tendit Galenus, eos λογικὰ τὰ πάθη conſtituere, eademque & ἄλογα. Non enim hoc cadere poſſet in hominem niſi ἀλογώτατον. Nullam quippe in voce λόγος ὁμωνυμίαν poſſunt prætendere, qua ut in voce κρίσις, excuſent contrarium in eodem ſubiecto. Si ἄλογα ipſis τὰ πάθη, quomodo erunt λογικά? Quis ſanus ita eos unquam ſenſiſſe aut ſcripſiſſe iudicabit? Quod enim ἐν τῷ λογικῷ τῆς ψυχῆς ea conſiſtere faciunt, non inde ſequitur, etiam λογικὰ haberi debere, cum è contra plane ἄλογα eſſe pronuntient. Homo animal natura ſociale eſt. Quam multi tamen homines contra illam naturam faciunt? Plerique Timones ſunt. Nonnulli etiam ἀνθρωποφάγοι reperiuntur populi. An propterea duæ ſunt hominis naturæ conſtituendæ, una ſocialis, altera ſocietatis inimica? Minime. Stoicis natura & ratio in homine idem eſt: Nam & Chryſippus apud Galenum, ubi ſtatuit, rectam eſſe definitionem τοῦ πάθους quæ κίνησιν παρὰ φύσιν eſſe decernit, exemplo id confirmat quarundum perturbationum, ut metus, & cupiditatis, ſimiliumque. Nam, Πᾶσαι γὰρ, inquit, αἱ τοιαῦται κινήσεις τε καὶ καταστάσεις ἀπειθεῖς τε τῷ λόγῳ εἰσὶ καὶ ἀπεστραμμέναι. *Nam omnes huiuſmodi motiones animæ conſtitutioneſque rationi inobedientes ſunt, eamque averſantur.* Quod in finitione παρὰ φύσιν dixit, hic ἄλογον & ἀπειθὲς λόγῳ. Ergo quod contra naturam propriam & humanam homo molitur, id etiam contra rationem, quæ ipſi à natura inſita eſt. Si quis quid agat contra aut præter eam naturam rationemque quæ omnibus hominibus communis eſt, non ideo duabus partibus inter ſe oppoſitis vel contrariis hominem conſtare dicendum eſt, altera naturali, altera, ut ita dicam, innaturali. Ita ergo nec duæ animæ partes Stoicis conſtituendæ viſæ ſunt, altera rationalis, altera irrationalis, quod homo λογικὸς præter λόγον ipſi à

natura

natura datum multa agat aliquando, dicatve. Ἀνθρωποφαγεῖν non eſt homini naturale. Qui hoc utuntur, exuunt hominis naturam, & ab ea recedunt quam longiſſimè. Stoici, qui hominis naturam in perfecto gradu locant, quatenus rationem rectam naturamque eius in eodem ordine ponunt, non cenſent naturale eſſe homini, lætitia præter modum efferri, ira effervеſcere, libidine incitari, metu conſternari. Qui his perturbationibus agitantur, & concitantur, præter naturam hominis agunt, præterque rationem, quæ eadem eſt cum ipſius natura. Exuunt igitur eam naturam rationemque, cum aliquid conantur, ut in perturbationibus, quod ei rationi conſentaneum non eſt. Non ea gratia conſtituenda eſt aliqua pars animæ quæ habeatur rationis expers, ut in ea tanquam in propria ſede conſiſtant perturbationes. Hæc Stoici, qui unicam animæ humanæ σύστασιν admittunt, quam λογικὴν σύστασιν appellant, & λογικὴν φύσιν, atque etiam σύστασιν φυσικὴν, quam excedunt, immo exuunt, qui in perturbationes incidunt. Idcirco & ἄλογοι κινήσεις, irrationales motus & impetus earum ſunt perturbationum quæ hominem è gradu deiiciunt, & extra convenientē naturali ſuæ & rationali συστάσει ſtatum relegant. Chryſippus apud Galenum: Διὸ καὶ αἱ οὕτως ἄλογοι κινήσεις πάθη τε λέγονται, καὶ παρὰ φύσιν εἶναι, ἅτε ἐκβαίνουσαι τὴν λογικὴν σύστασιν. *Idcirco omnes hi irrationabiles motus atque impetus, perturbationes dicuntur, & præter naturam exiſtere, quia excedant rationalem conſtitutionem.* Alius igitur homo eſt Stoicis ὁ κατὰ λόγον κινούμενος, alius ὁ κατὰ πάθος. Ille rationem ducem ſequitur, quæ regere ac dirigere debet omnes actiones hominis ſecundum ſuam naturam viventis: nam ad hoc nobis data: hic non ſequitur. Non alium tamen λόγον, qui proprie hoc nomine ſit dignus, agnoverunt Stoici, præter ὀρθὸν λόγον, qui homines à beſtiis diſcernit. Veteres ſane Stoicos & ſectæ ipſius, quæ à porticu nominatur, conditores, ut Zeno, Cleanthes, & Chryſippus, nunquam aliter vocem hanc λόγος intellexerunt cum πάθη ἄλογα vocarunt. Si aliter acciperetur, idem eſſet λογικὸν & ἄλογον in uno eodemque ſubiecto, ſed diverſo reſpectu. Nam ſi λογικὰ πάθη ſunt quia ſunt κρίσεις, & tamen ἄλογα eadem appellantur quia rationi adverſantur, neceſſe eſt, ut κρίσις alia eſt δοξαστικὴ, alia διανοητικὴ; alia ψευδὴς, alia ἀληθὴς; alia denique ὀρθὴ, alia ἡμαρτημένη; ita etiam diſtingui debere inter λόγον, qui eſt homini eſſentialis, & λόγον δοξαστικόν. Hic λόγος proprie loquendo non eſt ratio illa οὐσιώδης

hominis naturalis, ſed δύναμις quædam ſive facultas opinabilis, quæ diſtinguitur à ratione principali qua præditi ſunt homines, carent beſtiæ. Hunc λόγον οὐσιώδη appellat Iamblichus in libro de anima, alterum illum λόγον δοξαστικὸν, quæ nihil aliud eſt quam δύναμις δοξαστικὴ, vel ipſa δόξα. Verba hæc eius ſunt, de Platonicis: ἔνιοι δὲ καὶ τούτων πολλάκις ἀποφαίνονται περὶ τὴν ἄλογον ψυχὴν καὶ τὸν δοξαστικὸν λόγον ἐμφύεσθαι τὴν κάθαρσιν, τὸν δὲ λόγον αὐτὸν τὸν οὐσιώδη, καὶ τὸν νοῦν τῆς ψυχῆς ἀεὶ ὑπερέχειν τοῦ κόσμου καὶ συνῆφθαι τοῖς νοητοῖς. Hic λόγος δοξαστικὸς in parte animæ irrationalis ponitur à Platonicis pariter & Peripateticis, vocaturque, ut ex Ariſtotele ſupra docuimus, ὑποτακτικὸς λόγος. Hic ut in alia parte animæ ponitur Platonicis quam quæ eſt rationalis, ita plurimum differt ab illo λόγῳ οὐσιώδει quem ἀρχικὸν vocat Ariſtoteles, quia idem cum ἡγεμονικῷ. Nihil aliud enim eſt quam facultas quædam animæ irrationalis quæ poteſt ſubiici & obſequi rationi illi dominanti, & ἀρχικῇ. Et ὁρμαὶ, & φαντασίαι, atque etiam δόξαι iuxta illos Platonicos in eadem illa animæ parte irrationali ſedem habent. Ergo & λόγος iſte δοξαστικὸς, & ὑποτακτικὸς in eadem animæ parte ſitus eſt. Stoici qui non bipertitam neque tripertitam animam hominis faciebant, ſed ſingularem & unicam, quæ tamen in varias facultates divideretur, δοξαστικὴν iſtam δύναμιν in eadem ſede locabant cum ipſo λόγῳ οὐσιώδει, & utrumque in ἡγεμονικῷ, cui ſedem in corde aſſignabant. Ita enim interpretabantur, ἡγεμονικὸν eſſe νοῦν, ἢ τὸ κυριώτατον τῆς ψυχῆς, ἐν ᾧ αἱ φαντασίαι καὶ ὁρμαὶ γίνονται, καὶ ὅθεν ὁ λόγος ἀναπέμπεται, ὅπερ ἐστὶν ἐν τῇ καρδίᾳ. At φαντασίαι & ὁρμαὶ etiam beſtiis cum homine communes, quas proinde & in parte animæ ratione vacantis conſtituebant alii philoſophi, aliter quam ipſi Stoici. Hos λόγον non lego, ut dixi, alio ſenſu uſurpaſſe quam pro οὐσιώδει & ἀρχικῷ. Si tamen aliquando aliqui ita uſi ſunt ut etiam δοξαστικὴν δύναμιν animæ nomine λόγου nuncuparint, non propterea tamen ex ea λόγων ὁμωνυμίᾳ ſtatuendum, ut facit Galenus, Chryſippum à ſe ipſo diſcrepare, & ſecum pugnare, dum modo πάθη ἄλογα vocat quod rationi adverſantur, modo λόγους eſſe πάθη definit. Nam ſi λόγους eſſe dixit τὰ πάθη, de illo λόγῳ δοξαστικῷ planum eſt eum intellexiſſe. Cum vero ἄλογα πάθη appellat, contraria eſſe intelligit τῷ οὐσιώδει & ἀρχικῷ λόγῳ, quæ ratio eſt qua homines cenſentur, & à beſtiarum cenſu ſegregantur. Sic cum σπερματικὸν λόγον iidem Stoici appellant, quæ eſt δύναμις σπερματικὴ, ſi quis vellet accipi eum

λόγον eſſe eumdẽ cũ ratione eſſentiali hominis, nihil niſi cavillaretur. Ita ergo cum πάθη λόγους eſſe definiunt, ſi modo unquam ita loquuti ſunt, per λόγους intelligunt τοὺς δοξαστικοὺς, quas & κρίσεις vocant, & δόξας, & ὑπολήψεις. Eodem modo & προφορικὸς λόγος iiſdem dicitur, oratio quæ alia eſt à ratione.

Ἄλογοι ὀρέξεις.] Quæ cauſa ſit τῆς ἀλογίας τῶν παθῶν, in ſequentibus explicat Simplicius, non ex Stoicorum placitis, ſed Platonicorum potius. De quibus infra viderimus. Nunc Stoicorum δόξας exponamus, & videamus quam cauſam huius ἀλογότητος ponant. Tota quippe in eo difficultas verſari videtur, quænam cauſa dari debeat appetitionum illarum quæ ultra rationem, & contra rationem feruntur. Nam πλεοναστικαὶ ſunt, quod extra præſcriptum & imperium rationis tendunt: ἄλογοι ſunt, quod eidem immorigeræ & inobſequentes deprehendantur. Ut huius rei explicetur τὸ αἴτιον, non ſatis eſſe aiunt diverſæ ſectæ ſapientes quod à Stoicis adfertur, non λόγον eſſe qui dici queat illos immoderatos appetitus gignere, ſed debere cauſam dici & aſſignari, quæ eos producat. Alioquin niſi eorum cauſam aliquam comminiſcantur, in illud incident quo nihil turpius philoſopho, quodque ipſi Stoicæ profeſſores in Epicuro maxime reprehenderunt, motum nimirum aliquem ἀναίτιον concedi ſibi poſtulante. Quæ igitur αἰτία Stoicis τῆς κατὰ πάθη κινήσεως? Nam nullam eſſe non auſint dicere. Zeno facillime videbatur rem expedire, qui hanc cauſam eorum noverat, qua affectum, opinionis eſſe effectum decernebat. Ergo opinio cauſa efficiens affectuum Zenoni. Chryſippi impeditior ratio, qui affectus opiniones ipſas eſſe ſtatuebat. Quippe ſi affectus ipſa opinio eſt, non poteſt definiri cauſa affectus. Quis enim vidit definiri τὸ αἴτιον per αἰτιατόν? Sol lucis cauſa eſt. Nemo itaque ſolem definiens dixerit eſſe lucem. Ergo in Chryſippum ſolum, non in Zenonem illa Galeni intentantur, quæ ubique ingerit contra Stoicos, ἀποκρινάσθωσαν ἡμῖν ἥτις ποτ᾽ ἐστὶν αἰτία τῆς κατὰ πάθη κινήσεως. *Reſpondeant nobis quænam cauſa ſit motionis animi ſecundum affectus.* Zenoni igitur qui cauſam aliquam conſtituebat affectuum, melius cum Platonicis conveniebat. Ideo & Poſidonius eum conciliare cum Platonicis conabatur, ut & ſe ipſum, qui tamen erat Stoicus, ſed aliam quam vel Chryſippus vel Zeno, ſequebatur opinionem in aſſignanda affectuum cauſa, dum eos oriri vult, & fieri à parte animæ quæ concupiſcit, & ab illa quæ iraſci-

iraſcitur. Ὁ μὲν οὖν Ποσειδώνιος, ὡς ἂν οἶμαι τεθραμμένος ἐν γεωμετρίᾳ, καὶ μᾶλλον τῶν ἄλλων Στωικῶν ἀποδείξεσιν ἕπεσθαι συνειθισμένος, ᾐδέσθη τήν τε πρὸς τὰ σαφῶς φαινόμενα μάχην, καὶ τὴν αὐτοῦ πρὸς αὑτὸν ἐναντιολογίαν τοῦ Χρυσίππου, καὶ πειρᾶται μὴ μόνον ἑαυτὸν τοῖς Πλατωνικοῖς, ἀλλὰ καὶ τὸν Κιτιέα Ζήνωνα προσάγειν. *Poſidonius autem, ut innutritus Geometriæ diſciplinis, & magis aſſuetus uti demonſtrationibus, veritus contra adeo manifeſta pugnare, & pudore diſſenſionis à propriis ſcitis ipſius Chryſippi, non ſolum ſe Platonicis conciliare nititur, ſed etiam Zenonem Citienſem.* Alio tamen loco æque contra Zenonem videtur diſputare, dum quærit, non quæ cauſa ſit illius cauſæ qua Zeno perturbationes ex opinione corrupta effici dixit, hoc enim ineptum eſſet, & ad infinitum uſque progrederetur, ſed petit Poſidonius ſibi dici, cur hoc ita fiat, ut opinio recens mali recentis, magis animum perturbet, quam inveterati. Non rogatur cauſa cauſæ, ſed cur eadem cauſa, id eſt, opinio, ſi recens ſit, aliter animum afficiat, quam ſi malum pridem acciderit, quo recente animi magna ſolet contingere contractio ac demiſſio. Hoc enim prorſus contra Zenonem dirigitur, qui cauſam demiſſionis huius & contractionis in animo ex ægritudine allegabat eſſe, τὸ δοξάζειν πρόσφατον κακὸν παρεῖναι. Eadem ratio de recenti ac non recenti vel opinione vel malo petebat etiam Chryſippum, qui opinionem illam mali præſentis recentem ipſam eſſe perturbationem aiebat, ut iam in ſuperioribus attigimus. Idem Galenus eodem lib. IV. de dogmatibus Hippocratis refert, plures à ſe interrogatos eſſe, qui magnæ celebritatis, & plurimi nominis erant in Stoica diſciplina, viros, quamnam oporteat cauſam ſtatui affectuum: quos nihil ſibi certi dicit reſpondiſſe, ſed modo hoc, modo aliud, cum magna fluctuatione & inconſtantia. Nam modo, inquit, rationem depravatam cauſam affectuum exiſtere aſſerebant, & opinionem falſam; rurſus Chryſippi ſcita reverenter habentes, cui contradicere eos ſuppudebat, neſcio quos ἀναιτίους motus fingebant. Iterum ab his depulſi eo tranſibant, uti affirmarent, λογικὰς εἶναι τὰς κινήσεις τῶν παθῶν. Hoc tertium falſum eſt. Nunquam enim Chryſippus ſcripſit: neque quiſquam antiquorum Stoicorum, κινήσεις paſſionum λογικὰς eſſe dixit. Quinimo contra, ἄλογον κίνησιν τὸ πάθος, eſſe definiunt. Si λογικὴ eſſet κίνησις, non longe quærenda ipſis eſſet cauſa affectuum. Nam λόγον eſſe, planè fatendum haberent. Atqui ipſe Galenus paulo ante confeſſus eſt, Stoicos affirmare, λόγον non eſſe cauſam affectuum, ne-

que ullam aliam animæ facultatem. Οὐ γὰρ δὴ, inquit, ἀποχρήσει αὐτοῖς εἰπεῖν ὡς οὔτε λόγος οὔτε ἄλλη δύναμις οὐδεμία, nempe αἰτία τῶν παθῶν. Nunc videndum an ſecundum ſit verius, quod ipſis Galenus attribuit, quaſi ἀναίτιον κίνησιν, πάθος eſſe ſupponant. Ne id quidem Galeno concedemus, Chryſippo hanc fuiſſe mentem, ut motum animi in affectibus ἀναίτιον, & nulla præcedente cauſa fieri cenſuerit. Id ille verbis Chryſippi allatis probare nititur, quæ ſic habebant: Οἰκείως δὲ τῷ τῶν παθῶν γένει ἀποδίδοται καὶ ἡ πτοία, κατὰ τὸ ἐνσεσοβημένον τοῦτο καὶ φερόμενον εἰκῇ. Quod εἰκῇ φέρεσθαι, hoc eſt, temere ferri animum in conſternatione ſubita, dicit, quã πτοίαν vocant Græci, ex eo adſtruere vult Galenus, τῆς πτοίας motum, ut & reliquarum perturbationũ, ἀναίτιον à Chryſippo poni. Ἀλλ' εἰ μὲν τὸ ἀναιτίως εἰκῇ λέγεις, ὦ Χρύσιππε, καὶ σεαυτῷ μάχῃ, καὶ Ἀριστοτέλει καὶ Πλάτωνι. Recte ſane ait, Chyſippum, ſi εἰκῇ pro ἀναιτίως poſuit, ſecum ipſum pugnare. Et bene etiam, quod quaſi dubitans hoc dicit Galenus, non affirmans, ſi ita accepit Chryſippus. Atqui paulo ante, eam vocem non aliter interpretandam eſſe, ſi quis recte æſtimaret, & exactè eius ſignificationem penderet, aſſeverabat. Ἐμπίπτει δέ ποτε, inquit, καὶ εἰς τὸ φάσκειν εἰκῇ γίνεσθαι τὰς κατὰ πάθη κινήσεις, ὅπερ οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ ἀναιτίως, εἴ τις ἀκριβῶς ἐξετάζοι τὸ ῥῆμα. Immo miror, Galenum præ reprehendendi Chryſippi cupiditate eo prolapſum fuiſſe, ut temere iudicaret de huius vocis εἰκῇ ſignificatione in verbis Chryſippi. Non enim εἰκῇ eſt ἀναιτίως, ſed temere & inconſiderate. Idemque, quod alibi dixit Chryſippus, motus animorum in perturbationibus, χωρὶς λόγου καὶ κρίσεως exiſtere, ſine ratione & iudicio, affirmat. Quod ſine ratione fit, non tamen ſine cauſa fit. Temerarii, cæci, inconſulti, inconſideratique motus, quibus animus impellitur & fertur, ubi aliquo affectu perturbatus eſt, non ſunt fortuiti, nec ſine cauſa præcedente fiunt. Εἰκῇ eſt μάτην, non ἀναιτίως. Ab eo nomen εἰκαῖος, de vano, levi & futili. Inde εἰκαιοβουλία, non conſilium ſine cauſa captum, ſed ſine ratione. Nec ex nulla, ſed ex levi & frivola inanique cauſa conſultum. Manet adhuc quæſtio, & urget Galenus, τὴν παράλογον ταύτην κίνησιν ὑπὸ λόγου μὲν μὴ γινομένην, ὑπ' αἰτίας δέ τινος γινομένην, ἐρωτῶμέν σε, τίς ἐδημιούργησεν αἰτία. *Hunc præter rationem motum, qui ex aliqua prodiit cauſa, petimus à te qua cauſa produxerit?* Ita Chryſippum interrogat. Deinde ſubiungit: Nam nos, inquit, interim, τὴν θυμοειδῆ facultatem, interim τὴν ἐπιθυμητικὴν, eos motus perturbationum progignere affirmamus:

mamus: tu vero quid? qui nec fateri hoc audes, nec rationalem facultatem eorum eſſe productricem prodere ſuſtines, ἀλλ' εἰκῆ γίνεσθαι φήσας, ἀπηλλάχθαι νομίζεις τοῦ ζητήματος, ſed temere exiſtere ubi dixiſti, tum putas te quæſtionis ſolutione probe eſſe defunctum. Hæc ἄνω τε καὶ κάτω contra Chryſippum Galenus ad nauſeam inculcat. Si extarent hodie integra Chryſippi ſcripta, facile ex his conſtaret, non ἀναίτιον conſtituiſſe motum perturbationum. Nam ex paucis quæ adducunt illi à quibus reprehenditur, non difficulter colligitur quænam eius ſententia fuerit circa cauſam motuum in perturbationibus. Non ille quidem, ut iam docuimus, ullam aliam in anima hominis facultatem agnoſcit, præter rationalem, nec admittit τὴν θυμοειδῆ, aut ἐπιθυμητικὴν δύναμιν, quas ſedes affectuum alii philoſophi volebant eſſe, ut ex his quaſi fontibus deducantur & oriantur. Totam animæ σύστασιν eſſe λογικὴν cenſuit, & proinde cum nulla alia ſit pars quæ iſtam σύστασιν componat, præter rationem, in illa ipſa λογικῇ συστάσει perturbationes exiſtere, non quidem à ratione ipſa productas & generatas, quippe quæ contra rationem potius ſint, ſed ex imbecillate & infirmitate rationis. Cum enim illa ad regendum totum corpus, corporiſque paſſiones homini indita ſit, ubi ſatis virium non habet, ut hoc faciat, regitur ipſa potius quam regit, ubi ſe perturbationibus corporeis quaſi valentioribus permiſit. Ut enim infirmus vel imperitus auriga ſi nactus ſit equos tenaciores, & freni impatientiores, tum ipſe ab his quos regere debebat, abripitur, & aliquando etiam effunditur.

Fertur equis auriga, nec audit currus habenas.

Quos non quit continere præ imperitia regendi, aut virium infirmitate, dare ſe illis cogitur, & ferri ſe ſinere quo ferunt. In quo ſimul duo hæc exiſtunt, ἀπόστασις à recto curſu, & ἔνδοσις in pravum, ubi rectus curſus teneri non poteſt. Hæc eſt ἀκράτεια quam Stoici ſtatuebant omnium eſſe perturbationum cauſam & fontem. Cicero in IV. Tuſculana: *Omnium perturbationum fontem eſſe dicunt intemperantiam, quæ eſt à recta ratione defectio, ſic averſa à præſcriptione rationis, ut nullo modo appetitiones animi nec regi nec contineri queant. Quemadmodum igitur temperantia ſedat appetitiones, & efficit, ut eæ rectæ rationi pareant, conferuntque conſiderata iudicia mentis, ſic huic inimica intemperantia omnem animi ſtatum inflammat, conturbat, incitat. Itaque & ægritudines & metus & reliquæ perturbationes omnes gignuntur ex ea.* Ex his colligere

gere eſt, an verum ſit, perturbationes apud Stoicos cauſam fontemque, non habere ex qua oriantur. Non igitur, penes eos ratio cauſa eſt perturbationum, ſed rationis defectio, quam ἀκράτεια ſive intemperantia conciliat. Cui ἀκρατεία porro cauſam dat, animi imbecillitas infirmitaſque, quam ἀτονίαν καὶ ἀσθένειαν ψυχῆς vocabant. Cum enim ſatis firmitatis animus non habet, ut his quæ recta eſſe iudicaverit, ſe teneat, rationiſque præceptis obſequatur, tum remiſſo rigore, & quaſi nervis relaxatis deficere ſuevit ac deſciſcere à recta ratione. Ab ea ἀτονίᾳ animæ, ratio quæ amplius imperium non habet, domina non eſt actionum noſtrarum, nec præit motionibus affectuum, ſed per vim violentiamque quo ipſa non vult, efferuntur. Εἰ γὰρ ἡ μὲν λογικὴ τοῦ ζώου σύστασις ἡγεμόνα κέκτηται τὸν λόγον, οὐ κρατεῖ δὲ οὗτος, οὐδ' ἡγεῖται τῶν κατὰ τὸ πάθος κινήσεων, ἐκβέβηκε τὴν λογικὴν φύσιν ὁ κατὰ πάθος κινούμενος. Fit igitur ἀκράτεια cum ratio non κρατεῖ. At vero quod non κρατεῖ, nec continet appetitiones animi, id vitio fit ἀτονίας animæ. Huius tamen ἀτονίας argumento, quam cauſam ἀκρατείας in perturbationibus ſtatuebat Chryſippus, efficere adniſus eſt Galenus, eum aliquam animæ facultatem agnoviſſe vel invitum præternaturalem, idque multis locis ſcriptorum ſuorum confiteri Chryſippum tradit: ὅτι δὲ ὁ Χρύσιππος οὐχ ἅπαξ ἢ δὶς ἀλλὰ πολλάκις αὐτὸς ὁμολογεῖ, δυνάμιν τινα ἑτέραν τῆς λογικῆς ἐν ταῖς ψυχαῖς τῶν ἀνθρώπων αἰτίαν τῶν παθῶν ἐνεῖναι ἡμῖν, ἐκ τῶν τοιούτων καταμαθεῖν ἐν οἷς αἰτιᾶται τῶν πραττομένων οὐκ ὀρθῶς ἀτονίαν τε καὶ ἀσθένειαν της ψυχῆς. *Quod Chryſippus non ſemel nec bis ſed ſæpius ipſe fateatur, aliquam facultatem ineſſe animis hominum, quæ perturbationum cauſa ſit, colligere eſt ex illis locis in quibus cauſam eorum quæ à nobis prave geruntur, in defectum virium animæ confert.* Bene eſt quod tandem hic Galenus ipſe fatetur, aliquam perturbationum cauſam ponere Stoicos, & præcipuè Chryſippum, quem ſuprà arguebat, docere, nullam cauſam dari perturbationum. Ut pote quæ ſine cauſa & fortuito exiſterent. Multis quoque locis iactat, nullibi à Stoicis ullius cauſæ mentionem fieri ex qua giguerentur perturbationes. Nunc quantum mutatus ab illo, qui iam agnoſcat à Chryſippo aliquam conſtitui αἰτίαν τῶν ἐν ἡμῖν παθῶν? An non eſt hoc, ſibi ipſum contradicere, quod toties Chryſippo pro magno obiecit peccato? Dum ſtudio carpendi illius philoſophi provehitur, & undique conquirit teſtimonia quibus eum ἐναντιολογίας coarguat, parum cavit ne in idem incideret vitium. Conatur

tur hic igitur oſtendere, contraria Chryſippum ſibi dicere. Qui enim ubique negavit, ullam aliam in anima hominis facultatem reperiri præter rationalem, novit admittere aliquam, quæ ſit à rationali diverſa. Quomodo id probat? Ex eo quod Chryſippus non ſemel nec bis, ſed ſæpius cauſam perturbationum in homine ſtatuat eſſe *ἀτονίαν*, hoc eſt, imbecillitatem humanæ animæ. Illi *ἀτονίᾳ* ſive *ἀσθενείᾳ τῆς ψυχῆς*, contraria eſt *εὐτονία καὶ ἰσχύς*. Ut vires imbecillitati, & nervorum robur, eorundem infirmitati. Quæcunque enim non rectè agunt homines, eorum cauſam aut in pravum de rebus ipſis quas ſibi agendas proponunt iudicium coniiciebat Chryſippus, aut in imbecillitatem animi & *ἀτονίαν*. Et contra rectis & honeſtis actionibus præire ac præeſſe iudicium rectum, robore & conſtantia mentis comite, *ὥσπερ γε καὶ ὧν κατορθοῦσιν, ἡ ὀρθὴ κρίσις ἡγεῖται μετὰ τῆς κατὰ τὴν ψυχὴν εὐτονίας*. Ita ergo princeps Stoicus ſentiebat. Galenus hinc conatur oſtendere, agnitam quoque ab eo philoſopho animæ facultatem quæ alia ſit à rationali. Unde iſtud? Quoniam, inquit, in his ut iudicium opus eſt & effectus rationalis facultatis, ita illa *εὐτονία*, robur, & vigor animi ad aliam animæ pertinet facultatem, quam Chryſippus appellat *τόνον*. Idem quippe dicit, plerumque nos recedere ab his quæ recta iudicaverimus, animæ vigore ſe remittente, nec perdurante ad extremum, nec obtemperante imperiis rationis, *ἐνδόντος τοῦ τόνου τῆς ψυχῆς καὶ μὴ παραμείναντος ἕως παντός, μήτ' ἐξυπηρετήσαντος τοῖς τοῦ λόγου προστάγμασιν*. Manifeſtè, inquit, Galenus, per hæc oſtendit, quale ſit *πάθος*. Deinde affert locum eiuſdem Chryſippi, qui quia in Græcis eſt valde corruptus, eum hic correctum exhibebo: *Ἔτι δὲ καὶ ὡς κατὰ τὸν οἱ ἐπὶ τοῦ σώματος λέγονται τόνοι, ἄτονοι καὶ ἔντονοί ἐσμεν κατὰ τὸ νευρῶδες, τῷ δύνασθαι ἡμᾶς ἢ ἀδυνατεῖν ἐν τοῖς διὰ τούτων ἐπιτελουμένοις ἔργοις, καὶ ὁ ἐν τῇ ψυχῇ λέγεται τόνος, ὡς εὐτονία, καὶ ἀτονία*. Cur hunc animæ *τόνον* vel *εὐτονίαν* ad aliam animæ facultatem referri velit Galenus, quam quæ eſt rationis capax, & ex eo probari, diverſam quoque animæ facultatem quæ non ſit rationalis Chryſippum agnoviſſe, ego ſane non video. Contrarium ipſe voluit Chryſippus. Nempe ut in corpore ex nervorum firmitate, aut eorundem infirmitate, *εὐτονία* dicitur & *ἀτονία*, quæ corpus aut validum reddit aut invalidum ad aliquid ſuſtinendum vel retinendum, ita & in anima, per analogiam quandam & ſimilitudinem, illum ipſum animum cuius *σύστασις* eſt tota *λογική*, habet *εὐτονίαν*

&

& ἀτονίαν, qua potens vel impos efficitur ſtandi iis quæ ſemel recta eſſe viderit, & ea ad finem uſque perſequendi. Ut enim cum aliquid eſt firmiter tenendum, aut aliud agendum quod nervorum opera perficitur, eſt alia conſtitutio ἐπιτελεστική quæ conſummat quod aggreſſa eſt, aut ἐνδοτική, quæ remittit ac ſe relaxat impotentia victa; idem & in anima ἀναλόγως uſu venit. Quod ipſum idem Stoicus explicabat his verbis quæ apud Galenum mendoſa ſunt: ὁ μὲν δεινῶν ἐπιγινομένων ἀφίσταται, ὁ δὲ κέρδους ἢ ζημίας ἐπιφερομένης ἐξελύθη καὶ ἐνέδωκεν, ὁ δὲ καθ᾽ ἕτερα τοιαῦτα οὐκ ὀλίγα. Alius, inquit, adverſis & aſperis ingruentibus deſciſcit, alius ſpe lucri oblata aut metu damni iniecto, quaſi nervis laxatis, deficiens cedit. Sequuntur apud Galenum ex eodem Chryſippo, quæ etiam corruptiſſima, ſic ſunt emenda: ἕκαστον γὰρ τῶν τοιούτων τρέπεταί τε καὶ δουλοῦται ἡμᾶς ὡς ἐνδιδόντας αὐτοῖς, ὡς πολλοὺς καὶ πόλεις προδιδόναι, καὶ ἑαυτοὺς εἰς πολλὰς καὶ ἀσχήμονας πράξεις ἐπιδιδόναι τῆς πρὸς τὰ ὀρθὰ φορᾶς ἐκλυθείσης. Legitur in editis prodigioſe: τῆς πρὸς τὰ θέατρα φορᾶς ἐκλυθείσης. Unde ineptiſſima Cornarii interpretatio, *Theatrali illo impetu reſoluto.* Immo, *reſoluto impetu, quo ferebantur ad recta.* Scribi etiam poſſet: τῆς πρὸς τὰ ἄριστα φορᾶς ἐκλυθείσης. Exemplum ex Euripide afferebat Chryſippus, quo certus occidendi Helenam gladio diſtricto in eam irruebat, ſed repente obſtupefactus ad conſpectum tantæ pulcritudinis, enſem manibus dimiſit, & ultro ad eam amplectendam & oſculandam proceſſit Menelaus. Quod illi exprobratur his verſiculis:

Σὺ δ᾽ ὡς ἐσεῖδες μαστὸν, ἐκβαλὼν ξίφος,
Φίλημ᾽ ἐδέξω, προδότιν αἰκάλλων κύνα.
Enſe, ut papillas videras, poſito, ſtatim
In oſculum ibas, diram adulatus canem.

Hæc omnia recte à Chryſippo dici fatetur inibi Galenus, ſed pugnare cum illo ſcito quo τὰ πάθη κρίσεις εἶναι pronuntiavit. Cum enim decreviſſet Menelaus Helenam interficere, & cum hoc propoſito ad eam veniſſet, ubi enſe ſtricto propius acceſſit, formam eius admiratus, ab illa animæ infirmitate & ἀτονίᾳ quam tota illa diſputatione adſtruit Chryſippus, victus, non ſolum gladium abiecit, ſed in amplexum eius, & oſcula effuſus eſt. Non ab aliqua ratione impulſus & mutatus hoc fecit, quæ iudicium ipſi aliud ſuggeſſerit, ſed plane ſine iudicio ac ratione ad id motus fuit, ut contraria recte prius radicatis ac deſtinatis capeſſeret. Verum nulla ex his ἐναντιο-

λογία

λογία Chryſippi, quantum ipſe iudico, argui poteſt. Recto animi iudicio prius cædem Helenæ apud ſe decreverat Menelaus. Si ſatis virium ac τόνε ipſius animus habuiſſet, in propoſito perſtitiſſet. Obiectu admirandæ pulcritudinis mulieris olim amatæ & ſuæ, deſubito in aliam tranſivit ſententiam. Nec enim hoc ſine iudicio ab illo factum, ſed pravo. Quippe cum rectum iudicium quod ante ſumpſerat, retinere non poſſet ob animi infirmitatẽ, & mollitiam, eo dimiſſo alterum illud pravum de non occidenda ſed oſculanda, in locum eius ſucceſſit. Viſa quæ primo mentem animi feriunt, non ſinunt eam eſſe in ſua poteſtate, & vim ipſi adferunt, & ſine iudicio præter ipſius voluntatem incidunt, eamque turbant. Si quis ea reſpuat ſtatim, animumque ab illorum impulſu colligat, tectumque præſtet, recta opinione ac iudicio id facit. Sin autem admittat, iiſque aſſentiatur & obſequatur, tum fit illa συγκατάθεσις decantata Stoicis, quæ imbecilla eſt opinio, ac ſæpe etiam falſa. Interdum ſtatim à viſorum obiectu, quibus mens hominis percellitur, ſuſcipi & accipi ſolet, interdum etiam poſtquam meliora recto iudicio probavit, in contrarium, alia obiecta viſione magis violenta & forti, præ animi imbecillitate & ἀτονίᾳ, diſcedit. Quod & ipſum iudicio ſuſcipitur ſed corrupto, quo rectum & prius ſuſceptũ expellitur, ac ſede quam occuparat, velut ab hoſte valentiore de præſidio ſuo deiectum, proturbatur. In ſenatum venerat Cæſar condemnaturus Ligarium. Hoc enim apud ſe conſtituerat, ab hac ſententia ſe dimoveri non poſſe ratus. Obiter Ciceronem audivit, quaſi non conceſſurus iis rationibus, quibus inſtructus ad defendendum Ligarium acceſſerat. Quid factum ? Tantum potuit diſertiſſimi nepotum Romuli eloquentia in animo Cæſaris, ut abiectis condemnatoriis tabellis eum abſolveret, mutata ſententia. Iudicium in Cæſare altero iudicio commutatum eſt. Utrũ rectum pravo, an pravum rectiore, nunc non diſputo. Illud certum eſt, & πάθη quæ κρίσεις ſunt, hoc eſt, iudicia vel opiniones Chryſippo, idem ſæpenumero præſtare in hominum mentibus quod tunc præſtitit oratio Ciceronis in animo Cæſaris. Plerumque ex animi imbecillitate & ἀτονίᾳ Chryſippea, pravæ opiniones ſuccedunt bonis, iiſque prævalent. Alias cum animus τόνον ſuum vigoremque exerit, rectas opiniones in locum pravarum ſummutat ac ſubrogat. Phædrias ille apud Comicum mira de animi ſui firmitate ac robore ad hunc modum prædicat apud ſervulum:

Egone illam? quæ illum? quæ me? quæ non? ſine modo.
Mori me malim. Sentiet qui vir ſiem.

Quid à ſervulo contrà audit?

Hæc verba una mehercule falſa lacrimula
Reſtinguet, & te ultro accuſabis, & dabis ei
Vltro ſupplicium.

Quid Phædrias ad hæc? Fatetur eſſe vera: --- *nunc ego*
Et illam ſceleſtam eſſe & me miſerum ſentio,
Et tædet, & amore ardeo, & prudens ſciens,
Vivuſque pereo.

Hæc omnia pro Chryſippo faciunt, ac clamant, πάθη eſſe κρίσεις quæ rationi ſæpe vim faciunt, ita ut cum videat & probet meliora, per imbecillitatem & malaciam quandam animi, atque ἀτονίαν, tenere propoſitum non queat. Hinc illæ mutationes in animæ parte rationali tam frequentes de bono in malum, de malo rurſus in bonum, prout ſtatus animæ ad hæc aut illa capeſſenda vel repellenda rigidus aut mollis, conſtans aut ambiguus, fortis denique aut imbecillis extiterit. Alternantes invicem has in bonum malumque animæ rationalis inclinationes, & variationes optime ex Stoicorum ſententia explicat Plutarchus in libro περὶ ἠθικῆς ἀρετῆς, his verbis: Ἔνιοι δέ φασιν, οὐχ ἕτερον εἶναι λόγου τὸ πάθος, οὐδὲ δυοῖν διαφορὰν καὶ στάσιν, ἀλλ᾽ ἑνὸς λόγου τροπὴν ἐπ᾽ ἀμφότερα λανθάνουσαν ἡμᾶς ὀξύτητι καὶ τάχει μεταβολῆς, οὐ συνορῶντας ὅτι ταὐτόν ἐστι τῆς ψυχῆς ὃ πέφυκεν ἐπιθυμεῖν καὶ μετανοεῖν, ὀργίζεσθαι καὶ ἀνιέναι, φέρεσθαι πρὸς τὸ αἰσχρὸν ὑφ᾽ ἡδονῆς, καὶ φερομένης πάλιν αὐτῆς ἐπιλαμβάνεσθαι. Non illud tamen rectè, quod ipſius rationis immutationẽ hanc velit, quæ modo concupiſcat, modo pœnitentiam agat: interdum iraſcatur, interdum remittat: quæ feratur ad turpia ex animi geſtiente elatione, mox ſe ipſam retrahat, ac reprimat. Nec Chryſippus aut Zeno tale quid unquam à ſe dictum aut aſſertum conſentient. Nulla quippe τροπὴ λόγου fit in iſtis perturbationibus quæ animos invadunt, earumdemque caſtigationibus quæ ſuccedunt. Iſtæ quidem alternationes & mutationes in anima exiſtunt rationali, ſed ratione nihil variante. Cedit illa quaſi fortiori affectui, quæ mox ſi contingat ipſi eſſe valentiori, ſe in gradum ac ſtatum reponit quo deturbata fuerat, & inſeſſorem affectum rurſus veluti furca expellit. Ut in mari ventus mutari dicitur, non quia idem ventus qui à puppi antea flabat, nunc flare inci-

incipiat à prora contrarius, ſed alio regnante vento & ab ortu ſpirante, pro eo qui ab occaſu ſpirans navē in orientem impellebat. Sæpe & duobus ſimul ventis in diverſa anhelantibus, ubi alter evicit, ſolus unus dominatur. Sic in pugna rationis cum affectu, quaſi duorum inter ſe ventorum, modo illa vincit, modo vincitur. Non mutatur enim, etſi vincatur, ſed fortiori locum dat. Ut nec idem ventus ex Euro fit Zephyrus, ſed Eurus Zephyro cedit. Certe ipſe animæ ſtatus quodammodo invertitur ac mutatur, aliuſque fit, regnante ratione, & dominante affectu, ſed ratio eadem manet, quamvis oppreſſa ac veluti ſub iugum miſſa ab affectibus. Nam, ut inquit Chryſippus, ἕκαστον τῶν τοιούτων παθῶν τρέπεταί τε καὶ δουλοῦται ἡμᾶς ὡς ἐνδιδόντας αὐτοῖς. *Vnuſquiſque horum affectuum nos ſubiugat, ac in ſervitutem abducit tanquam captivos, ac dediticios.* Ipſa igitur ψυχὴ hanc τροπὴν recipit, non λόγος. Et melius idem Plutarchus εἴξεις vocat & συγκαταθέσεις, quibus πάθη in animo fiunt. Καὶ γὰρ ἐπιθυμίαν, καὶ φόβον, καὶ τὰ τοιαῦτα, πάντα δόξας εἶναι καὶ κρίσεις πονηράς, οὐ περὶ ἕν τι γινομένας ψυχῆς μέρος, ἀλλ' ὅλου τοῦ ἡγεμονικοῦ ῥοπὰς, καὶ εἴξεις, καὶ συγκαταθέσεις, καὶ ὁρμὰς, καὶ ὅλως ἐνεργείας ἐν ὀλίγῳ μεταπτωτὰς, ὥσπερ αἱ τῶν παίδων ἐπιδρομαὶ τὸ ῥαγδαῖον, καὶ τὸ σφοδρὸν ἐπισφαλὲς ὑπὸ ἀσθενείας καὶ ἀβέβαιον ἔχουσι. Non circa propriam quamdam & peculiarem animæ partem perturbationes exiſtunt, ſed totius principalis, id eſt, rationalis animæ ſtatus inclinationes, converſiones, conſenſioneſque ſunt. Cedit ratio interim vi victa ut à potentiore & validiore adverſario, quod ei in perturbationibus accidit: interim ſeducta pravis opinionibus, quibus ultro aſſentitur. Illud πάθημα, hoc ἁμάρτημα, paſſio & peccatum. Utrumque non ſine iudicio ipſius contingit, id eſt, opinione, κρίσει, non ἐπικρίσει: neque λόγῳ, niſi τὸ δοξαστικὸν intelligas. Nam in perturbationibus cedendum ſuperiori opinatur, immo rectum eſſe putat, ita dolere, ita lætari. In peccatis ac vitiis ſponte aſſenſum iis præbet, ex corrupto ac depravato falſis viſionibus iudicio. Sic πάθη ſunt κρίσεις, non ἐπικρίσεις. Multum enim inter utrumque intereſt. Hæc enim eſt κρίσις τοῦ νοητικοῦ, non τοῦ δοξαστικοῦ. At πάθος eſt κρίσις τοῦ δοξαστικοῦ. Quod concitatur viſioni conſentiens, non expectato τοῦ νοητικοῦ iudicio. Plotinus lib. 1. Enneade 1. ψευδὴς γὰρ δόξα καὶ πολλὰ κατ' αὐτὴν περιέπεται τῶν κακῶν, ἢ περιέπεται μὲν τὰ κακὰ ἡττωμένων ἡμῶν ὑπὸ τοῦ χείρονος. πολλὰ γὰρ ἡμεῖς δι' ἐπιθυμίας ἢ θυμοῦ, ἢ εἰδώλου κακοῦ. ἡ δὲ τῶν ψευδῶν λεγομένη διάνοια, φαντασία οὖσα, οὐκ ἀνέμεινε τὴν τοῦ νοη-

νοητικοῦ κρίσιν. Multo minus dixeris τὰ πάθη eſſe λόγους, ut vult Plutarchus, qui Stoicis id tribuit. Hoc modo τὰ πάθη eadem eſſent cum virtutibus. Nam & Socrates τὰς ἀρετὰς λόγους eſſe cenſebat. Eſſe enim ſcientias. Quo nomine eum reprehendit Ariſtoteles, qui potius putat μετὰ λόγου eſſe, quam λόγους. At perturbationes Stoici neque λόγους eſſe neque μετὰ λόγου fieri dixerunt. Immo contra χωρὶς λόγου καὶ κρίσεως. Id eſt, ἄνευ ἐπικρίσεως. Cum autẽ κρίσεις τὰ πάθη eſſe docuit Chryſippus, diceret Ariſtoteles, non κρίσεις, ſed μετὰ κρίσεως. Quæ κρίσις hoc ſenſu eſt κριτικὴ δόξα. Ut λόγος interdum & pro δόξῃ ſumitur, cum ἡμαρτημένος λόγος appellatur, ſic *prava ratio* apud Ciceronem aliquoties legitur in libris de Finibus. Stoicis tamen ratio φαῦλος nulla eſt niſi recta ſit. Sed de his infra. Quod docet Plutarchus, quaſi ex Stoicis, illas ἕξεις & συγκαταθέσεις eſſe ἡγεμονικοῦ, iiſque dicit τὸ ἡγεμονικὸν, hoc eſt, ſedem principalem rationis, τρέπεσθαι καὶ μεταβάλλειν, verti & mutare in perturbationibus, certè non dubium eſt quin aliam formam accipiat, aliumque habitum cum in ea ratio domina eſt, alium cum πάθη eam regunt. Non tamen τρέπεται aut μεταβάλλει ipſe λόγος, nec ex bona rectaque improba & perverſa evadit, ut ibidem dicitur, tanquam à Stoicis hæc definitio profecta ſit, τὸ πάθος εἶναι λόγον πονηρὸν καὶ ἀκόλαστον ἐκ φαύλης καὶ διημαρτημένης κρίσεως σφοδρότητα καὶ ῥώμην προσλαβόντα. Quando ratio pravis appetitionibus locum dat, non ipſa prava exiſtit, ſed premitur & laborat ſub imperio potentioris heri cui cedere coacta eſt. Alias ſi quando iugum ſtatim excutiat, ut ſæpe fit, tum & ex prava iterum fieret recta. Quas tot ac tantas paulo momento in bonum ac malum mutationes rationi, quæ divina eſt, hominique præter cæteras animantes peculiariter divinitus data, & immortalis, convenire vix cenſeo. Nec ſane hæc fuit ſententia Stoicorum. Apud Plutarchum quod ibidem præcedit longe melius Stoicorum opinioni conſentaneum eſt, τὸ ἡγεμονικὸν, nempe, μηδὲν ἔχειν ἄλογον ἐν ἑαυτῷ, λέγεσθαι δὲ ἄλογον ὅταν τῷ πλεονάζοντι τῆς ὁρμῆς ἰσχυρῷ γενομένῳ καὶ κρατήσαντι πρός τι τῶν ἀτόπων παρὰ τὸν αἱροῦντα λόγον ἐκφέρηται. *Quod in homine* ἡγεμονικὸν *vocatur, & ſedes eſt rationis, nihil in ſe habet irrationale, ſed ita appellatur, cum violentia appetitus modum excedentis & imperium obtinentis, præter rationis dictatum, ad aliquid inhoneſtum ac turpe tendit ac effertur.* Ergo πάθος non eſt λόγος πονηρὸς, ſed motus παρὰ λόγον, & ἄλογος, qui ſæpe rationi imperitat, cum ſatis valida non

eſt

eſt ad ei reſiſtendum. Mala ratio, ratio non eſt, niſi imbecillam & infirmam, paſſionibuſque cedentem ſic lubeat vocare. Quod ad εὐτονίαν illam attinet qua Chryſippus animam rationalem præditam eſſe affirmat, & in eius defectu ἀτονίαν, falſum eſt ad aliam animæ facultatem referri utramque oportere, ut opinatur Galenus, qui & Chryſippum ita ſenſiſſe ſibi perſuadet, aut nobis vult perſuadere. Saltem nobis explicaſſet quænam illa ſit animæ facultas, & quo nomine appellanda, cuius propriam eſſe voluit eam εὐτονίαν. Non enim, ut exiſtimo, τῷ θυμοειδεῖ, aut ἐπιθυμητικῷ animæ facultati illam εὐτονίαν adiudicaverit. An ipſam εὐτονίαν credidit eſſe animæ facultatem diverſam à rationali? Ita certe videtur, imputatque Chryſippo quaſi hoc ei viſum fuerit. Quod abſurdum. Quaſi εὐτονία in corpore, per cuius ἀναλογίαν & in anima dicitur, ſeparata ſit facultas & ſui generis, & aliter conſiſtens quam in toto corpore. Nam ut hæc εὐτονία per totum diffuſa eſt corpus miniſterio nervorum, quibus contextum eſt, ita per totam animæ rationalem σύστασιν illa εὐτονία tributa eſt, nec in aliqua hæret parte aut facultate ab rationali diſſita ac diverſa. Non per ſe autem, quod εὔτονον aut ἄτονον tam in corpore quam in animo ἀναλόγως dicitur, ſed comparative videtur accipiendum. Corpus εὔτονον eſt & ſolidum robuſtumque, ſi comparetur cum aliqua re quæ minores ad ipſum collata oſtendat vires. Si ab aliquo onere quod ipſius fortitudini prævaleat opprimatur, tum ἄτονον exiſtit, & ſuccumbere neceſſe habet. Sic in comparatione imbecillioris hoſtis, valentior alius intelligitur qui per ſe talis non haberetur, ſuperiorem viribus nactus adverſarium. Idem eſt & de animæ robore, & τόνῳ. Quamdiu nulla in illam incidunt viſa quæ valentiores ac violentiores quam ut ferre queat, impreſſiones faciant, εὐτονίαν ſuam ſervat, non cedit ingruentibus, & in ſuo vigore perſtat, iis quæ ſemel recta iudicaverit ac probaverit, acquieſcens. Si maior vis irruat, cui par eſſe non poſſit cum illo robore quo naturaliter eſt prædita, tum labaſcit, quaſi nervis reſolutis, & ſe vincendam ſubiugandamque dat. Ut dux qui arcem munitam cum præſidio militum tenet, ſi hoſtes numero impares & virtute, eam obſeſſuri accedant, aſſultus eorum irridebit. Plures veniant, fortioreſque, dedere tum ſe cogetur, & arcem illis tradere. Aliquis rationem ſuam tutam tectamque poteſt ab iræ motu præſtare, quem impetus libidinis debilitabit. Quem nec ira nec libido vincet, eum metus

franget. Indomitum his affectibus, ægritudo ſuperveniens minorem, ac facile proſternendum deprehendit. Et natura quidem his potius quam illis perturbationibus obnoxios procreavit multos, nonnullos vero forſitan nullis, ſi ſingulæ adgrederentur, & ſolæ. Metus incipiat tales impetere, repellent. Cauſa ægritudinis magna incumbat, non ſuccumbent. Lætitia in his, & cupiditas, ſi impetum ſeparatim ſolæque faciant, ſuas vires perdent, & fruſtra irruent. Fac omnes unam poſt aliam incidere, qui à primis ſtrenue ſe vindicaverit, in ultima fortaſſe concidet. Quod ſæpe & multis vidi evenire. Non luctus aut dolor toto ſuo impetu eos quaſſaverat, fatigatos tamen eo congreſſu ac debiliores mollioreſque factos, ſi altera aut altera perturbatio continenter ſequeretur, ſuperabat, quæ ſi primæ ingruiſſent irritæ diſceſſiſſent. Sic comparativè εὐτονία illa animæ accipitur, non per ſe. Nam perinde ut ſunt violentæ forteſque perturbationes, aut minus validæ & impetibiles, ita animum molliorem ad reſiſtendum aut firmiorem inveniunt. Atqui cur in aliis ſint valentiores, & robuſtiores, ut ita dicam, appetitus, in aliis invalidiores & dilutiores, corporis conſtitutio, & partium compoſitio in quibus illi ſedes habent, planè facit. Naturalis homini edendi & bibendi eſt appetitus. Negari non poteſt quin ex ipſa κράσει corporis, ex iecoris conformatione, & ſtomachi habitu ac διαθέσει appetitus ille in multis vehementior ſit, in aliis minor. Pone, pares, quod neceſſe eſt videri, duas animas, & æquali robore præditas, diſparia corpora accepiſſe informanda. Ratio utriuſque etſi par, & æqualibus inſtructa viribus, non æque vim ſuam exeret, nec tam facile dominatum obtinebit ad reprimendum appetitum bibendi edendive ſi modum excedat, in corpore ad maiorem & incitatiorem ciborum orexin facto, quam in eo cui ſtimuli naturales in eam rem minus acres fuerint inditi. Idem dici debet & de aliis appetitibus. Cum Stoici σπερματικὸν λόγον inter animæ partes reponant, quem ὀκτωμερῆ faciebant, quis dubitat, quin natura corporis in quo vis & copia maior ſeminis, & proinde proritatior ad libidinem fuerit, ex partium unde genitalis ille humor profluit, affectione, difficiliorem rationi ad eius impetum cohibendum præſtet viam, quam illa in qua virus iſtud genitabile minus abundabit? Frigidi & ſicci hominis corpus, rationem ad hunc appetitum refrænandum exuperantiorem habebit, quam calidæ ſiccæque temperiei homo. Nec ſecus

in

in ceteris quattuor paſſionibus, quas γενικὰς vocant Stoici, & eo numero recenſent. Hoc etiã ex diſtinctione ſexus clarius apparet, nempe prout fuerit corpus, quod anima eſt ſortita, ita fortiorem fore & aptiorẽ domandis & comprimendis perturbationibus modũ exituris, aut imbecilliorẽ. In animabus per ſe ſubſiſtentibus, ante quam corpus inierint, ut Platoni placet, & poſtquam eo exſolutę fuerint, nullam ſexus dari diſcretionem, inter omnes fere convenit. Pares igitur quantum ad hoc, priuſquam corpori inſinuatæ ſint, ubi altera corpus fœmineum induerit, altera maſculum, magnam ex eo differentiam virium oſtendent, & rationis diſparitatem in domandis affectibus. Imbecillior ratio fœminæ ex corporis ſui natura, intemperantiam, quæ omnium affectuum Stoicis origo & mater eſt, longè maiorem exhibebit. Robuſtior viri, difficilius perturbationibus cedit, & facilius reſiſtit. Magnum & inter ipſas fœminas diſcrimen eſt, ut inter viros, ſed maius eſt illud quod viros à fœminis ex ſexus differentia diſtinguit. Appetitus illi quos plurimæ habent fœminæ incientes, quas κιτ7ᾶν Græci dicunt, quam violenti ſunt, & quam parum rationi morigerabiles! Carent iis viri omnes, & nonnullæ etiam fœminæ. Aliæ non tam vehementes habent. Quod diximus, appetituum modum immoderatiorem aut modeſtiorem ex partium naturali compoſitione & conformatione unde proveniunt, & in quibus ſiti ſunt, deſcendere, & per hoc animam quæ talis corporis conditionem nacta eſt, aut εὐπειθέστερον aut ἀπειθέστερον reddi, nunc videndum an poſſit etiam hoc attribui animæ rationalis facultati per ſe, non comparative, ut ad pares affectus in aliis par ſit, in aliis impar. Nam ſi vehementior & validior appetitus, apparere rationem faciet invalidiorem, ut pote quæ non poſſit ei reſiſtere: pari modo imbecillis, & virium remiſſarum affectus eamdem animam, ut fortior ex comparatione & oppoſitione videatur, præſtabit. Sed quid ſi ἡγεμονικὸν ipſum ratione partis corporis in quo collocatum eſt, plus aut minus in his quam illis virium à natura accepit ex partis habitu in qua ſedes habet? Platonici in cerebro id collocant. Prout ſicciore aut humidiore hoc temperatura compoſitum fuerit, calidiore aut frigidiore, quis dubitet, quin ex ea diverſitate temperiei alias atque alias vires, minores maioreſve ad affectus continendos, iiſque imperandum, acquirat τὸ ἡγεμονικόν? Quinimo non ex propria tantum conformatione ac conſtitutione varias conditiones nanciſci-

nanciſcitur cerebrum, ſed etiam aliter atque aliter afficitur ab exhalationibus diverſis quæ ex inferioribus partibus aſcendunt, & ad illud ipſum animi domicilium pervenientes,non uno modo ſolent immutare,atque etiam aliquando pervertere. Non ex cerebri conſtitutione id patiuntur mulieres,cũ ex uteri vaporibus in eas incidunt paſſiones, quæ modò riſum illis excutiunt, modo lacrimas eliciunt, & utrumque levi de cauſa, aut prorſus nulla? Stomachus ipſe aliter atque aliter affectus, etiam cerebrum variis afficit modis, mittendo ſurſum halitus, quibus inficitur. Quod alii autẽ hebetes,alii acuti,alii mentis commotioris, alii ſedatioris naſcuntur, quis negat, ex cerebri nimia humiditate aut nimia ſiccitate, vel temperata qualitate id effici? Ad quod etiam cœli inclinationem ſolique habitum multum facere certum eſt. Unde enim niſi inde, acutiores Attici quamBœotii,cum hi obtuſum ſuum ingenium craſſo in quo nati ſunt aëri acceptum referre debeant, ut illi acumen ſuum ſubtiliori cœlo ſoloque Attici territorii? Ab illa differentia acuti obtuſique ingenii,etiamſi nulla eſſet alia, exploratum eſt, latum diſcrimen exiſtere inter huius aut illius animæ robur, in reiiciendis affectibus aut ſuſcipiendis. Tardiores qui ſunt, difficilius moventur ad omnia. Τὸ αἰσθητικὸν eorum, ut non ita eſt acutum ad ſentiendum,ſic nec φανταστικὸν tam celeres habet viſiones, quam eorum quos animo vegetiore natura beavit. Rurſus hi ut concitatiores habent viſionum motiones & impreſſiones, ita citius eas tranſmittunt. In hebetioribus tardius acceptæ & impreſſæ,diutius etiam durant. Quæ omnia magni ſunt momenti ad appetitus & perturbationes in officio & intra modum continendas, aut laxis habenis qua ire velint admittendas. Perinde ut ſolet eſſe in aliquo τὸ αἰσθητικὸν & τὸ φανταστικὸν, ita & τὸ κριτικὸν & τὸ νοητικὸν ut plurimum ab iiſdem cauſis aut impeditur, aut proficit in melius. Ita τὸ λογικὸν per ſe prout eſt ſedes in qua moratur,ut ſic dicam, morata & temperata, ita plus aut minus virium habet ad reſiſtendum perturbationibus. Hæc ex ſententia Platonicorum dici poſſunt, contra ipſos. Cum enim tres animæ facultates faciant, τὸ θυμοειδὲς, τὸ ἐπιθυμητικὸν & τὸ λογικὸν, huic ſedes in cerebro aſſignant, τῷ ἐπιθυμητικῷ circa umbilicum, τῷ θυμοειδεῖ in corde. Ab his duobus appetitus oriri volunt, qui nihil commune habeant, quoad locum ex quo veniunt, cum rationali animæ parte. Nullam inde cauſam affectuum aliam conſtituunt

quam

quam quod ab iraſcibili & concupiſcibili animæ parte fiant. Hoc eſt dicere unde proficiſcantur, & oriantur, non docere quæ cauſa eos efficiat. Certum eſt frumenta oriri è terra. Non tamen terra cauſa eſt efficiens frumentorum. Oportet vim eſſe aliquam in ſemine illo frumenti, quod in terram iactum, & humore terræ extractum, radices concipiat, quibus alimentum è terra ipſa trahat, & ſubinde augeatur, donec ad modum creſcendi ſtatum, maturitatemque perveniat. Ponamus ſecundum Platonicos, τὰ πάθη fluere ex aliqua parte animæ diverſa ac diſſita à rationali, reſtabit ſemper quærendum, cur in aliis magis evagentur, & modum neſciant, in aliis ſtatim exorta comprimantur. Si ratio homini nulla eſſet data, profectò appetitus omnes haberet à natura compoſitos ſtatoſque, quemadmodum habent aliæ animantes, quæ rationis expertes ſunt. Perinde ut incitantur à natura ad bibendum, edendum, coeundum, ita feruntur ad illos appetitus ſatiandos, nec alium eorum modum noverunt, quam naturalem. Non excedunt limites ab ea præſcriptos. Cur homo excedit, & in eas abripitur affectuum furias, & perturbationum non abſimiles maniacis impetus impellitur, quos beſtiæ ignorant, quæ ſola ὁρμῇ naturali moventur? Quod enim in homine eſt πάθος, id eſt, ὁρμὴ πλεονάζουσα, *appetitus modum excedens*, hoc in bruta animante ὁρμὴ eſt ſimplex. Unde ille igitur ὁρμῆς πλεονασμὸς in homine, qui non eſt in bellua? Nempe quia homo animal eſt quod opinionibus movetur. Opiniones illæ in eadem parte animæ exiſtunt in qua ratio ſita eſt. Ideo & ἐν τοῖς ἀλόγοις ζώοις, ut aiebat Chryſippus, οὐ συνίσταται τὰ πάθη, quia & ipſa ſunt τῆς λογικῆς δυνάμεως, *non conſiſtunt in animalibus brutis perturbationes, qui ſunt impetus & appetitus immoderati, quia & ipſæ ſunt rationalis facultatis.* Præter iſtam, aliam nullam animæ agnoſcunt facultatem Stoici, ex qua oriri, & in qua ſedem habere poſſint τὰ πάθη, quæ aut opiniones ſunt, aut opinionum effectus. Inde & Græci philoſophi διεδοξοποιημένον animal hominem eſſe dicunt, quem opiniones ad πάθη, & πλεοναζούσας ὁρμὰς impellunt. Nam ut dixit rectè Polybius, τὰ μὲν ἄλλα ζῶα ταῖς τοῦ σώματος ἐπιθυμίαις δουλεύει, τὸ δὲ τῶν ἀνθρώπων γένος καὶ προσδεδοξασμένον οὐχ ἧττον διὰ τὴν ἀλογιστίαν ἢ διὰ τὴν φύσιν ἁμαρτάνει. *Cetera enim animalia naturalibus obediunt cupiditatibus, hominum vero genus & adſcitis opinionibus præditum, non minus peccat propter rationis imparentiam quam per naturam.* Ubi eſt λογισμὸς, ibi eſt ἀλογιστία. Per ἀλογιστίαν peccare non poſſunt

belluæ, quia λογισμὸν non habent. Natura in ipſis cupiditates finivit, in hominibus modum earum ponere debet ratio. Quarum cum naturalem terminum tranſgrediuntur homines, opinionibus pravis ſeducti hoc faciunt, quas ratio non poteſt pervincere, utpote ipſi maximè contrarias. Hinc ἀλογισία eſt. Idcirco Zeno cauſam huiuſmodi fines excedentium naturales paſſionum, opinionẽ conſtituebat. At Chryſippus ipſam illam opinionem eſſe πάθος volebat, cuius cauſa exiſteret in animæ ἀσθενείᾳ, & ἀτονίᾳ, ex qua intẽperantia naſceretur, quę eſt omnium perturbationũ, & affectuũ ſine modo, origo. Et velint nolint, eo deſcendere cogentur Platonici, ſi quis recte & exactè rem examinet. Quamlibet ſeparatas animæ facultates ſtatuant, ex quibus πάθη progenerentur, debet & cauſa alia ſubeſſe, qua extra modum eant, & limites à natura poſitos in homine tranſiliant. Cur enim finita in ceteris animantibus ad naturæ præſcriptum deſideria ſunt, & appetitus, in hominibus infinita? Τὸ θυμοειδὲς habent bruta animalia, & cor etiam ipſis adeſt, quod eſt θυμοῦ cauſa, & ſedes. Cur ira in illis moderata eſt & circumſcripta naturæ gyris, nec unquam ut in homine eo uſque in illis exardeſcit, ut inde concitentur ad prolem interficiendam, ut Philomela & Medea fecerunt? De reliquis appetitionibus quæ ex τοῦ ἐπιθυμητικοῦ promanant, ſimiliter dicendum ipſis eſt, cur in beſtiis ultra ſtatutos à natura terminos nunquam evehantur, in humano genere inſanum in modum tam ſæpe naturales egrediantur fines. Non enim ſatis eſt dicere, τὴν ἐπιθυμητικὴν δύναμιν cauſam eſſe in homine cupiditatis, τὴν θυμοειδῆ iræ, cum & animalia bruta utraque δυνάμει pariter ſint inſtructa. Niſi effrænis huiuſmodi & immoderati paſſionum exceſſus, qui non poteſt à ratione conſtringi, cauſam aſſignent aut δόξαν cum Zenone, aut ἀσθένειαν ψυχῆς cum Chryſippo, non video, quid aliud poſſit pro cauſa huius πλεοναζούσης ὁρμῆς afferri, quæ in homine ſit, in beſtiis non ſit. Quod enim ſtatuunt partem animæ irrationalem à rationali diverſam, à qua oriantur perturbationes, hoc nihil ad quæſtionem ſolvendam facit, immo magis intricat. Ea pars animæ irrationalis dividitur à Platone in θυμικὴν & ἐπιθυμητικὴν, & utramque beſtiæ quæ ratione carent, habent. Hoc igitur quæritur, cur in brutis illud θυμικὸν & ἐπιθυμητικὸν, appetitus & impetus à natura finitos producat, in homine immoderatos, & in exceſſum naturalis modi ſæpiſſime vergentes? Quod enim ad has animæ facultates, concupiſcibilem

& iraſcibilem, quas habet cum beſtiis homo communes, addita eſt illi altera facultas rationalis, ſi eam loco ac ſede ab irrationali diduxeris, nihil plus extricaveris. · Cauſa eſt, inquit Galenus, perturbationum animæ, pars eius irrationalis, ex qua oriuntur, & in qua ſedem habent. At cur iis obnoxia non ſunt animalia cetera quibus illa anima, quæ pars eſt hominis animæ, pro tota eſt, non dimidiata? Tanto magis iis πάθεσιν deberent eſſe opportuna, quod nullā aliam habeant animam præter illam quæ πάθη in homine concitat. E contra minus homo ſubiectus huiuſmodi affectibus debere eſſe videretur, quod ei inſuper alia pars animæ adiecta eſt, qua carent beſtiæ, nempe rationalis. Cur non enim hæc ratio quæ magiſtri ac domini locum ac vicem in hominis anima gerit, non eam inferiorem frænis compeſcit, & ſub iugum mittit? Hoc quidem ſæpe facit, & in multis, ſed in aliis hoc non poteſt, quin imo ipſa deteriori ſubiicitur. Ex qua ſubiectione parentis eius animæ partis quæ imperare deberet, in eos, quaſi ruptis obicibus, exundat paſſionum æſtus qui in beſtiis ſola anima irrationali præditis non conſpiciuntur. Huius rei cauſam quæſivere philoſophi. Parum explicant qui non aliam afferunt, niſi quod ex animæ parte quæ rationis expers eſt, oriantur. Nec enim expediunt quæ ratio ſit, ut bruta quæ animam illam habent irrationalem, non incidant in eas paſſiones, quibus homo obnoxius cum ſua ſibi ratione. Immo hæc ratio quæ ipſi indita eſt, & addita præter illam communem cum beſtiis animam, has turbas in eo dat, ubi opinionibus, quæ perturbationes creant, ceſſit præ imbecillitate. Ut equus qui frænatus diu fuit, ſolet maiore impetu excurrere ubi fræna excuſſit, quam qui ſemper infrænis manſit: & canes vincti ferociores ſunt, ubi vincula ruperunt, quam qui ſoluti omni tempore vagantur: ita paſſiones quas ratio quaſi frænum conſtringere debet, ſi minus contineat, longe magis in homine hoc ipſo effervеſcunt, quam in beſtiis, quæ rationem quam ſequantur non habent, ſed ſola ducuntur natura. Ratio itaque quæ domina non poteſt eſſe præ infirmitate, magis turbidos motus pati in anima cui præeſt cogitur, quam ſi omnino non adeſſet. Ab ea cauſa impulſi ſunt Stoici, ut dicerent, perturbationes in parte animæ rationali ſedem habere, & originem. Aut enim opiniones ipſæ ſunt pro perturbationibus, & opinione ac iudicio ſuſcipiuntur, aut ex opinionibus depravatis efficiuntur. Cum imbecillior eſt ratio quam ut eas coërcere

poſſit, tum opinionibus prævalentibus, inſurgunt perturbationes, & contempto rationis imperio, qua data porta irrumpunt, eamque opprimunt. Philo in lib. II. Legis Allegoriarum: ὅτι ὁ νοῦς ἐπειδὰν μὲν ἐξάρῃ αὑτὸν ἀπὸ τῶν θνητῶν καὶ μετεωρισθῇ, ῥώννυται τῷ ὁρᾶν τὸν θεὸν, ὅπερ ἐστὶν Ἰσραὴλ, ἐπειδὰν δὲ καθῇ τοὺς ἰδίους τόνους καὶ ἐξασθενήσῃ, αὐτίκα τὸ πάθος ἰσχύσει ὁ Ἀμαλὴκ, ὃς ἑρμηνεύεται λαὸς ἐκλείχων. *Quando vero mens vigorem ſuum remittit, & imbecillior evaſit, tum prævalet perturbatio.* Inde ἀκρατὴς & ἐγκρατὴς vocatur, *continens* & *incontinens*. Nam ἐγκρατὴς qui rationem ſuam retinet, ἀκρατὴς qui ea excidit, nec illam in rigore ſuo poteſt conſervare. Ariſtoteles qui in multis Stoicorum placitis favet ac ſuffragatur, in Ethicis Nicomachiis cap. I. lib. VIII: καὶ ὁ αὐτὸς ἐγκρατὴς, ἐμμενετικὸς τῷ λογισμῷ, καὶ ἀκρατὴς καὶ ἐκστατικὸς τοῦ λογισμοῦ. καὶ ὁ μὲν ἀκρατὴς εἰδὼς ὅτι φαῦλα, πράττει διὰ πάθος, ὁ δὲ ἐγκρατὴς εἰδὼς ὅτι φαῦλαι ἐπιθυμίαι οὐκ ἀκολουθεῖ διὰ τὸν λόγον. *Et continens quidem, ſciens, non ſe recte agere, id tamen facit, per impotentiam affectus. Continens vero, ſciens quod pravæ ſunt cupiditates, iis abſtinet, propter rationem.* Hæc plane confirmant Stoicorum, & præcipue Chryſippi, ſententiam, qui πάθη iudicia eſſe, ac iudicio ſuſcipi cenſuit, & ἀκράτειαν cauſam eſſe perturbationum. Ecce enim hic incontinens iudicat, ſe non recte facere, ſed facit tamen propter πάθος, cui non poteſt imperare, & quod eum cogit rationem recte præcipientem averſari, quem τὸν αἱροῦντα λόγον appellant. Ergo ἀκράτεια illa ἐν τῷ ἀκρατεῖ ſolet per imbecillitatem animi eius contingere. Stoici perturbationes incipere ab opinione volunt, ſive illa ipſa ſit perturbatio, ſive quod ex ea opinione efficitur. Deinde ab opinione procedentẽ motum illũ turbidum in corpus tranſire, & totum animal pervadere. Plotinus lib. I. Enneade I: ἀλλ᾽ ὅταν ἡ λύπη ἀρχὴν ἀπὸ δόξης καὶ κρίσεως λάβῃ, τοῦ κακόν τι παρεῖναι, ἢ αὐτῷ ἢ τινὶ τῶν οἰκείων, εἶτα ἐντεῦθεν τροπὴ λυπηρὰ ἐπὶ τὸ σῶμα, καὶ ὅλως ἐπὶ πᾶν τὸ ζῶον γένηται. Hæc opinio Stoicorum eſt, quam dubitans eo loco proponit, utrum eo modo naſcantur in animo perturbationes, an non. Ubi etiam dicit, incertum adhuc eſſe, utrum opinio ſolius ſit animæ, an animæ ſimul & corporis. Præterea non vult conſentire, verum eſſe, quod Stoici aſſerebant, ex opinione mali ægritudinem ſemper effici, ſicut Zenoni placitum. Poſſe enim fieri, ut opinio incidat de malo præſente, non tamen ſubſequatur ægritudo. Εἶτα, inquit, ἡ μὲν δόξα ἡ περὶ τοῦ κακοῦ, τὸ τῆς λύπης οὐκ ἔχει πάθος, καὶ γὰρ δυνατὸν, τῆς δόξης παρούσης

μὴ

μὴ πάντως ἐπιγίνεσθαι τὸ λυπεῖσθαι. Sic in eius verbis legendum. Dubito tamen an ita ſit. Nam ſi nulla adſit alicui ægritudo, ut puta in morte amici, aut uxoris, aut nati, ne opinio quidem ei adeſt quaſi malum ſibi aliquod contigerit ex illa morte. Nam ſi malum illud putaret, indubitate etiam dolor ex eo conſequeretur. Quod de ægritudine dixit, hoc idem & de aliis perturbationibus ſentiendum, quas ex opinionibus pravis concitari vult Porticus. Addit Plotinus: *μηδ' αὖ τὸ ὀργίζεσθαι δόξης τοῦ ὀλιγωρεῖσθαι γινομένης, μηδ' αὖ ὑπὸ ἀγαθοῦ δόξης κινεῖσθαι τὴν ὄρεξιν.* Idem & hîc illi poteſt reſponderi. Si quis non movetur ad iram ex opinione contemptus & deſpicationis quam ab alio paſſus ſit, ſcias nec illum opinari ſe deſpicatui habitum. Difficile porro eſt ad bonum aliquod adpetendum cupiditate incitari, niſi opinio prius in animo cupidi concipiatur, bonum illud eſſe quod concupiſcendum videatur. Sed hæc alibi accuratius. Contraria huic opinioni quæ perturbationes ab opinione oriri facit, & inde in corpus permanare, ſententia illa eſt quæ ex corpore ſic affecto eas naſci, & uſque ad ſenſum inde tranſire, & per ſenſum ad animum pervenire docet. Hæc Academicorum eſt. Eam Plotinus ibidem ſic refert: *Τόδε συναμφότερον, οἷον λυπεῖσθαι, πῶς; ἆρα ὅτι τοῦ σώματος οὑτωσὶ διατεθέντος, καὶ μέχρις αἰσθήσεως διελθόντος τοῦ πάθους, τῆς αἰσθήσεως εἰς ψυχὴν τελευτώσης;* Utriuſque ſententiæ hæc differentia eſt, quod Stoici ab anima rationali perturbationes incipere volunt per opinionem, Academici ab anima irrationali initium ducere per ſenſum, & ſic ad rationalem pervenire. In utraque ſententia dici poteſt, *ἀσθένειαν* & imbecillitatem animæ rationalis cauſam eſſe mali quod inde ſentit & patitur. Si enim fortior eſſet ad repellendum motum illum turbidum qui ex parte animæ irrationalis ortus ad ipſam pervadit, non eo turbaretur. Rurſus ſi validior foret, opinioni quæ malum aut bonum aliquod, ſtatim ut obiectum eſt, ita eſſe iudicat, non temere, nec facile cederet, nec inde moveretur. Unde enim niſi ab imbecillitate, falſis & incognitis rebus minuſque perceptis aſſentitur, & in aſſentiendo turbatur & concitatur? Et hæc *ἀσθενείᾳ ψυχῆς* fieri, probare videtur ipſe Plotinus, & tam ad opiniones falſas, temerariaſque aſſenſiones ex ſententia Stoicorum, quam ad cupiditates ex Platonicorum, pertinere eam cenſet. Ita enim ſcribit lib. VIII. Ennead. I. his verbis, quæ ſic corrigenda ſunt: *εἰ δέ τις ἀσθένειαν ψυχῆς, τὴν κακίαν λέγοι, εὐπαθῆ γοῦν καὶ εὐκίνητον*

εἶναι τὴν ψυχὴν, ἀπὸ παντὸς εἰς ἅπαν κακὸν φερομένην, δὐκίνητον μὲν εἰς ἐπιθυμίας, εὐερέθιστον δὲ εἰς ὀργὰς, προπετῆ δὲ εἰς συγκαταθέσεις, καὶ τὰς ἀμυδρὰς φαντασίαις εἴκουσαν ῥαδίως, οἷα τὰ ἀσθενέστατα τῶν τέχνῃ ἢ φύσει πεποιημένων, ἃ ῥᾳδίως ἔχει ὑπό τε πνευμάτων, ὑπό τε εἰλήσεων τὴν φθορὰν, ἄξιον ἂν εἴη ζητεῖν, τίς καὶ πόθεν ἀσθένεια τῆς ψυχῆς. Ita legendus ac diſtinguendus ille locus. Diſputat deinde toto illo capite qualis illa imbecillitas animæ & ex qua cauſa veniat. Concludit tandem, ex materia ei id evenire, quæ cauſa ſit perturbationum & vitiorum quibus anima eſt obnoxia. Ὕλη τοίνυν, inquit, καὶ ἀσθενείας ψυχῇ αἰτία, καὶ κακίας αἰτία. Πρότερον ἄρα κακὴ αὐτὴ, καὶ πρῶτον κακόν. Atque hæc valde mihi probabiliter dici videntur à Stoicis de cauſa perturbationum. Nec enim magni eſt momenti quod contra illam ἀσθένειαν Chryſippi, & δόξαν Zenonis adducit Poſidonius & ipſe Stoicus, ſed qui in alleganda cauſa τῶν παθῶν à magiſtris ſuis, & auctoribus ſectæ deſciverat, ut cum Platonicis ſentiret. Nimirum cum duo ſint in eadem animæ imbecillitate conſtituti, aut qui ſimilem boni aut mali viſionem acceperint, cur, inquiebat, unus ex his in perturbatione eſt, alius non? alius magis, & alius minus? Quin & plerumque is qui infirmior eſt, & qui maius eſſe malum ſuſpicatur id quod ipſi accidit, ne movetur quidem. Idem etiam homo iiſdem accidentibus interdum nihil perturbatur, interdum maximè. Inexperti præterea magis turbantur affectibus quam adſueti. Horum omniũ quædam vera ſunt, ſed ſententiam Stoicorum de perturbationum cauſa non evertunt. Ex duobus qui iiſdem viribus animi ſunt prædici, ſi alter imperturbatus maneat, alter mentis ſede excutiatur, cum effectus in utroque in tantum ſit diſpar, unde colliget Poſidonius, parem eſſe utriuſque imbecillitatem? Immo ſcias, cum fuiſſe imbecilliorem qui ſuccubuit. Unde enim niſi ex eventu iudicare poſſis de utriuſque animi robore? Ne ex habitu quidem corporis, & adſpectu inter duos dignoſci poteſt uter ſit fortior. Qui apparebit infirmior, tota corporis id figura teſtante, ſæpe re ipſa robuſtior deprehendetur. Ille ſtatura grandior, & mole craſſior, molle fluidumque corpus habebit: hic ſtrigoſior & macilentior, quem imparem ei iurares, totus nervis conſtans, robore longè antiſtabit. Quanto minus certus eſſe queas de cuiuſquam animi fortitudine cum altero comparata, ſi citra opus aliquod amborum, æſtimationem faciendam ſuſceperis? Hic imbecillior, inquit, & qui maius, in quod incidit,

dit, aut quod impendens metuit malum, opinatur, ne movetur quidem, trepidante fortiore, & penitus concuſſo. Quis illi dixit, hunc eſſe fortiorem qui tremit, ac turbatum ſe oſtendit, quam illum qui imperterritus motus ſui cauſam excipit? Immo audacter dicendum, etſi antea videbatur conſtantior, hunc ipſum iam deprehendi infirmiorem qui perturbationi ceſſit; illum alterum, quem credebas molliorem, quia fortaſſe minus iactans ſuarum virium, nunc reapſe firmiorem comprobari. At idem homo modo minus, modo magis accidentibus turbatur, & affectibus interdum nihil, interdum ſe totum indulget. Hic habet locum quod aiebat ille olim philoſophus, nunquam hominem eundem bis in eandem fluminis aquam natandi gratia ingredi, etiamſi paula temporis intercapedine id faciat. Non eadem eſt aqua, quia iam effluxit, quam prius inierat. Non idem eſt homo, quia iam mutatus, ex continua non ſolum corporis, ſed etiam ipſius animi novatione, qui vel momentum in eodem ſtatu non poteſt permanere. Ad affectuum & cupiditatum cauſas hoc referamus. Non ſemper eædem nobis videntur, quia non ſumus iidem. Nec igitur ſimiliter omni tempore iis afficimur, quia non ipſi ſimiles. Auruginoſis lutea ſunt quæcunque vident. Tolle morbum, tolles & pravam viſionem. Quod non hodie eamdem opinionem habeam atque heri, de re quam ſpero aut metuo, non rei diverſitas facit, ſed mea, quia non ſum hodierno die, qui heſterno. Guloſus non ſemper pari aviditate cibos appetit. Aliquando & anorexia laborat, & averſum cupediis ſtomachum vix poteſt conciliare. Mulieroſus ſæpe nervos ſuos requirit, & funeratam queritur partem illam qua quondam Achilles erat. Quinimo etiamſi ad officium illi parati ſint, nec operi deſint, deſeruntur tamen ab ipſo, quem interim cepit faſtidium voluptatis tantopere alias concupitæ. Mille cauſæ poſſunt afferri cur eadem perſona uno eodemque fere momento iiſdem cauſis diverſe moveatur, aut ne moveatur quidem. Cuius rei vel maximum poteſt duci argumentum ex variis eiuſdem hominis ætatibus. Alios quippe mores, & aliam vitam non ſolum ſingulæ ætates poſtulant, ut ait Comicus, ſed etiam habent. Pueri infantes nullis tentantur perturbationibus, quia nondum uſum habent rationis, nec opinionibus, quæ perturbationes efficiunt, vexantur. Ea porro ætas in qua maxime viget paſſio, maxime in ea iacet ratio, & contra. Sic ſene-

ſenectus differt ab adoleſcentia. Hæc violentas ut habet paſſiones, ita rationem valde infirmam. Senectus contra decrepita, quo minus patet motionibus huiuſmodi vehementioribus quæ exercitam habent & inquietam iuventutem, eo rationem magis vires ſuas exerentem exhibet. Quod de aſſuetudine urget Poſidonius, nec ea ipſum multum adiuvat adverſus Stoicos diſputantem. Non enim illi negant quod ipſe adſtruit, ubi pravæ opiniones incidunt, & imbecillitas diſpar non eſt, perturbationem adſueto leviorem aut nullam adfuturam, quæ inexperto videbitur graviſſima. Ἐν οἷς αἱ μὲν ὑπολήψεις ἴσαι, πολλάκις καὶ τὰ τῆς ἀσθενείας, τὰ πάθη δ' οὐδ' ὅπως, οὔτ' ἴσα γίγνεται. Adſuetudo nempe hoc præſtat, ut in paribus opinionibus & pari animi infirmitate non ſint pares perturbationes. Verum ut dixi, de pari imbecillitate difficilius iudicium. De paribus opinionibus haud ſcio etiam an verum ſit. Non poteſt eſſe in eadem opinione de periculo maris, veſaniente vento, nauta aliquis retorridus, & vector qui tum primum mare ingreſſus eſt. Hic ad ſecundum ventum, fortiorem & vividiorem, etiamſi à puppe navem propellat, trepidabit aut nauſeabit. Ille in maxima tempeſtate ſecurus, funes tractabit ac rudentes. Ut melius quadret comparatio, vectores duos ſumamus, unum qui ſæpius mare traiecerit, alterum qui nunc primum traiiciat. Hic, nave in latus alterum paululum inclinata ex vento qui flat, & curſus, qui tenetur, ratione, expalleſcet, ille alter ridebit. Hæc in utroque diverſitas non poteſt provenire ex paribus utriuſque iudiciis, & opinionibus. Conſuetudo navigandi hunc fortiorem reddidit, illum contra pavidiorem maris, ut ita dicam, ignorantia facit. De periculo quod timetur, non idem uterque opinari poteſt. Iſte maris imprudens omnia tuta timet, & ſibi periculum, ubi non eſt, fingit, fluctuſque omnes decumanos putat. Ille contra nave iam diſſoluta metu non prohibetur tabulam, qua enatet, arripere, ubi novus vector timore prius quam aqua ſuffocatur. Hoc itaque vere dici poteſt, in duobus hominibus pari animi imbecillitate natis, ex ſola cum periculis familiaritate, unum ex his qui ſæpius ea expertus fuerit, longe fortiorem futurum, & alias opiniones de ipſo periculo habiturum, quam alterum quem idem uſus non confirmaverit. Ut in bellum ſi duo mittantur æquali animi fortitudine à natura donati, & unus ſit veteranus, alter tiro, quæ res alia illum quam hunc audentiorem factura eſt, niſi experientia, & ex ea di-

verſa

verſa de periculis exiſtimatio? Falſum igitur quod dicebat Poſidonius, ἐν ἴσαις ὑπολήψεσιν οὐκ ἴσα εἶναι τὰ πάθη, cum differentiam quam affert conſuetudo in perturbationibus, explicat. Non enim poteſt eſſe ἴση ὑπόληψις in duobus, quorum alter malo adſuetus fuerit, alter inadſuetus. Quod ferre aliquis didicit, levius exiſtimat, quam qui nunquam tulit, etiam ſi par onus utrique imponas, & pari quidem corporis robore à natura prædito. Idem eſt de illis quæ animum premunt gravantque. Gemet ſub faſce doloris qui primulum eum ſenſerit: contemnet, aut certè æquius feret, quem ſæpe idem dolor tentaverit. Unde hoc niſi ex diverſa opinione quam de eodem dolore conceperint, iſte qui ſæpius, ille qui ſemel cum eo luctatus eſt? Sed nec idem dolor putandus de quo diverſa opinio in duobus præconcepta ſit. Magnus eſt illi qui graviter fert, ideo quia gravem eſſe putat, & ideo putat quia ex imperitia ferendi graviorem ſibi imaginatur quam revera ſit. Parvus illi eſt qui levem leviter ferendo facit, quia talem ſæpius tolerando eſſe intellexit, nec aliter nunc de eo iudicat, in eam opinionem longa experientia adductus. Quam multos putamus æquales corporis viribus Miloni fuiſſe athletas, eo ipſo quo inclaruit tempore? Cur autem nemo præter eum bovem in ſtadio Olympico ferre humeris potuit? Nempe quia nemo eum vitulum ferre aſſueverat, quem poſtea bovem effectum ita facile tuliſſe viſus eſt, ut vitulum à primo ferebat. Dum ſine intermiſſione quotidie in humeros illum vitulum tollit, ſic tandem factum ut cum ſubinde creſcentem ferret, poſtea bovem tollere facillime potuerit. Hoc reſponderi poteſt & Poſidonio ad obiectionem quam facit, cur ſapiens perturbationibus non moveatur, quæ imperitum impenſiſſimè movent. Eadem quippe res quæ corpori robur acquirit, vel naturale auget, animo quoque vires vel ex nullis facit aliquas, vel aliquas à natura datas longe ampliores efficit, nempe exercitium. Hoc conſuetudinem, & quidem voluntariam, parit, ut conſuetudo in his quæ ab invitis & coactis fiunt, pro exercitio eſt. Philoſophus igitur, vel, ut verius dicamus, ſapiens, non aliter animo ſuo utitur dum in eo confirmando laborat, quam athleta corpore, cum omnibus modis id valentius reddere conatur. Ut enim ex duobus corporibus æque naturaliter validis quod exercitatum fuerit, duplo fere robuſtius apparet, eſtque revera, ita & animus ſapientis exercitatus, maiorem εὐτονίαν oſtendit quam inexercitati, in pari utriuſque naturali

vigore & robore. Quod experientia in quolibet homine præſtat, hoc ſcientia dat ſapienti, & continua meditatio, quæ ſcientiam roborat. Qui nunquam ulla afflictione tentatus fuit, primam impatientiſſime tolerat, ſecundam minus impatienter, tertiam iam paulo patientius. Si plures ordine ſuccedant, tum ſufferendis ſæpius malis patientiam induit, & diſcit non eſſe importabilia. Sapiens vero etiam non expertus, ſcit non eſſe mala quæ videntur. Quotidiana meditatione ſi ſe in ea ſcientia confirmet, præparat animum ad mala patienter toleranda ubi acceſſerint. Prævisa multo ante, atque animo præcepta levius eum feriunt, & levius etiam ab eo feruntur. Prævisa & præcepta mala, *μεμετρημένα* Stoicis, ut contra improvisa *ἀμέτρητα*, quorum menſuram & magnitudinem non æſtimavimus, nec perpendimus, ſed ex inopinato incidentia nobis maiora quam in veritate ſunt, videntur. Poſidonius apud Galenum lib. v. de decretis Hippocratis & Platonis: *πᾶν τὸ ἀμέτρητον καὶ ξένον ἀθρόως προσπῖπτον, τῶν παλαιῶν ἐξίστησι χείστων*. *Metiri* eodem ſenſu dixit Seneca in Epiſt. xxiv. dum ſuos Stoicos ſequitur, ac interpretatur: *Si vis omnem ſollicitudinem exuere, quidquid vereris ne eveniat, eventurum utique propone: & quodcunque illud eſt malum, tecum ipſe metire, ac timorem tuum taxa.* Iubet amicum præcipere animo malum eventurum, ac metiri, ne *ἀμέτρητον* accidat, & vehementius eo ipſo turbet. Non dubium porro quin ſecundum Chryſippi ſententiam *ἀσθένεια* animi cauſa *παθῶν* ſtatuenda ſit, quandoquidem qui maioribus animi viribus vel à natura ſunt inſtructi, vel has ſcientia & uſu ſibi comparaverunt, minus proclives videntur ad affectus vitioſos, quam qui neutrum habent animi *τόνον*, naturalem vel acquiſitum. Zenonis opinio media eſt inter Chryſippeam & Poſidonii Stoici, qui ſequutus eſt Platonicos in aſſerenda homini præter ceteras duas animæ facultates unde *πάθη* ipſi oriuntur, & tertia, quæ rationalis eſt. Quod idem & Pythagoram ſenſiſſe idem Poſidonius colligebat ex ſcriptis diſcipulorum eius. Zenonis ſententiam Epictetus noſter ubique amplectitur, qui perturbationes ex opinionibus effici ſanciebat, ut in ſequentibus fuſius aperiemus. De Zenone tamen videtur dubitare Galenus, utrum de perturbationum cauſa ita ſenſerit, an potius cum Chryſippo, an vero & cum Platonicis, ut eum Poſidonius iis ſtudebat conciliare. Ita enim ſcribit lib. v. de Hippocratis & Platonis dogmate: *καὶ Ζήνων μὲν εἰ τὰ αὐτὰ βούλοιτο Χρυσίππῳ, τοῖς αὐτοῖς ἐγκλήμασιν*

ὑπευ-

ὑπευθύνως καταπαθήσεται. εἰ δὲ τὸ Πλάτωνος ἀρχαῖς ἕποιτο, Κλεάνθει τε καὶ Ποσειδωνίῳ παραπλησίως, τῆς ἡμετέρας ἂν οὕτω μετέχοι φιλοσοφίας. εἰ δ', ὅπερ ἐγὼ πείθομαι, κρίσεσιν ἐπιγίνεσθαι τὰ πάθη νομίζει, μέσος ἂν εἴη τῆς χειρίστης ὑπὲρ αὐτῶν αἱρέσεως τῆς Χρυσίππου, καὶ τῆς ἀρίστης ἣν Ἱπποκράτης τε καὶ Πλάτων πρῶτος μετεχειρίσαντο. Et verum eſt, hanc fuiſſe, quam ultimo loco tangit, Zenonis de perturbationum cauſa ſententiam, quam ſtatuit eſſe meliorem Chryſippea, ſed peiorem Hippocratica, & Platonica. Quod autem Poſidonius & Pythagoram in ſuam & Platonis ſententiam trahebat, id ex Pythagoreorum ſcriptis, qui viderentur id ſuadere, quam id verum ſit, nos infra viderimus. Platonici porro, qui ſedibus, immo & ſubſtantiis, ſi Galeno credimus, diſcrevere has tres animi poteſtates, concupiſcibilem, iraſcibilem & rationalem, ideo etiam locis & ſitu eas diſcluſerunt, duabus prioribus, ex quibus τὰ πάθη naſci volunt, in pectore & ſubter præcordia ſedem aſſignantes, tertiæ rationali, in cerebro. Stoici contra, qui non tres partes animæ humanæ agnoſunt, ſed unam, in qua ratio ſimul & affectus ſedes habeant conſtitutas, non locis eas ſeparant, ſed τὸ ἡγεμονικὸν cum ipſo παθητικῷ in corde collocant. His etiam ſuffragantur communes vulgi loquutiones apud Latinos; quæ *cordatum* vocant prudentem ac ſapientem, & *corculum.* Inde & *vecors* pro inſano. Sed & ſtultos & inſcitos, *cor non habere* dicunt. Satyricus: *ſed læva in parte mamillæ Nil ſalit Arcadico iuveni.* Et apud Auſonium de imperito grammatico, qui *reminiſco* dicebat, *Reminiſcor*, inquit, *diceret, ſi cor haberet.* Aegritudines etiam in corde ab his locantur, unde *cordolium.* Plutarchus qui eam Stoicorum ſententiam irridet in libro adverſus Stoicos: Ἄτοπον γὰρ δὴ μάλα, τὰς ἀρετὰς καὶ τὰς κακίας, πρὸς δὲ τούτοις τὰς τέχνας καὶ τὰς μνήμας πάσας, ἔτι δὲ φαντασίας, καὶ πάθη, καὶ ὁρμὰς, καὶ συγκαταθέσεις, σωματοποιουμένους ἐν μηδενὶ φάναι κεῖσθαι, μηδὲ ὑπάρχειν, τόπον δὲ τούτοις ἕνα τὸν ἐν τῇ καρδίᾳ στιγμιαῖον καταλιπεῖν, ὅπου τὸ ἡγεμονικόν. Quod igitur in eadem ſede habitent ratio & πάθη, inde & forſitan dici queat, illas eſſe tam celeres reciprocationes inter rationem & affectus, quæ ſæpe in eodem homine viſuntur, & in eodem fere momento, dum altercante cupiditatibus ratione, modo hæc vincit, modo illæ vincunt, & alternis fugant fugiuntque invicem. Quæ ſi locis diviſa eſſent, non tam veloces & præcipites animi in hanc & in illam partem converſiones fierent. Hæ interdū ita ſubitariæ ſunt, ut in inſtanti, nolit ſimul & velit idem

 homo,

homo, cupiat metuatque, ſe colligat ab utroque, & rurſus in id quod refugit, relabatur, iterumque ſe inde recipiat. Quæ converſionum mutationumque ex ratione in affectus, ex affectibus in rationem momentanea celeritas, ſatis argumento eſt, in eodem loco hærere rationis & affectuum ſpiritus, & indidem naſci, qui in eadem vicinia ſurgentes, prout maiore aut minore copia ac vi ſeſe extollunt, ita alter alteri prævalet. Modo alii cedunt & ſubſidunt ab aliis oppreſſi, modo contra qui victi fuerant, maiore vi reſurgentes victores ſuos opprimunt. Certe illud Stoicorum dogma, quod nullam in anima humana διπλόην admittit, quam alii philoſophi conſtituunt qui animam ex rationali & irrationali conſtare aſſerunt, magis conſentaneum videtur doctrinę Apoſtoli, qui quoad affectus pravos & peccata quibus homo natura ſua obnoxius eſt, non duas in anima partes agnoſcit, ſed unam, quæ cum corpore hominem componit totum, *Carnem* & *ſpiritum* vocat. Et caro quidem infirma eſt, ſpiritus fortis. Sed ex contagione carnis infirmæ, trahitur & ſpiritus in eamdem imbecillitatem, qua reſiſtere non poteſt carnis cupiditatibus. Nam ut in biga equorum currum trahentium, ſi unus ex his cadat, equus alter, quamvis fortior eo qui cecidit, non poteſt tamen ſolus trahere, & impeditur caſu alterius, atque hærere cogitur. Hinc pugna illa ſpiritus adverſus carnem, & carnis adverſus ſpiritum, de qua Apoſtolus in Epiſt. ad Galatas cap. v. ἡ γὰρ σὰρξ ἐπιθυμεῖ κατὰ τοῦ πνεύματος, τὸ δὲ πνεῦμα κατὰ τῆς σαρκός. ταῦτα δὲ ἀντίκειται ἀλλήλοις, ἵνα μὴ ἃ ἂν θέλητε ταῦτα ποιῆτε. Quibus prorſus conſimilia Stoici dicunt docentque. Hanc quidem etiam pugnam contentionemque partis animæ rationalis cum irrationali & contra, Platonici agnoſcunt, ſed aliter quam Stoici. Animam enim cum anima rixari & altercari illi volunt, rationis expertem cum ratione prædita. Hi vero in una eademq; animæ ſubſtantia illud certamen rationis & appetituum rationi adverſantium fieri pertendunt. Galenus lib. v. De dogmate Hippocratis & Platonis: ἡ μὲν ἄλογος ἐν ἡμῖν δύναμις ἐφ' ἕκαστον τῶν ἐπιθυμουμένων ἕλκει τὸ δεόμενον, ὁ δὲ λογισμὸς ἀντισπᾷ καὶ κατέχει τὴν οὐκ ἐν καιρῷ φορὰν, καὶ μάχη γε πολλάκις ἑκατέρων ἰσχυρὰ γίγνεται πρὸς ἄλληλα, φανερῶς ἐνδεικνυμένη, διττὴν εἶναι φύσιν ἐν ἡμῖν τῶν στασιαζουσῶν ἀλλήλαις δυνάμεων. De hac pugna egregius eſt locus apud Iulianum Apoſtatam in oratione Solis: Διττὴ γάρ ἐστι μαχομένη φύσις εἰς ἓν κεκραμένη, ψυχῆς καὶ σώματος, τῆς μὲν θείας, τοῦ δὲ καὶ σκοτεινοῦ καὶ ζοφώδους, ἔοικέ τε

εἶναι

εἶναι μάχη τις καὶ στάσις, ἐπεὶ καὶ Ἀριστοτέλης φησί, διὰ τὸ τοιοῦτον μηδὲ τὰς ἡδονὰς ὁμολογεῖν μήτε τὰς λύπας ἀλλήλαις ἐν ἡμῖν, τὸ γὰρ θατέρα, φησί, τῆς ἐν ἡμῖν φύσεων ἡδὺ, τῇ πρὸς ταύτην ἀντικειμένῃ πέφυκεν ἀλγεινόν. Sed de mixtura corporis & animæ nos alibi. Inde enim pendet cauſa perturbationum, ut ſciatur utrum ex opinionibus oriantur: utrum opiniones animæ ſolius ſint, an utriuſque. Ex illa διπλόη & pugna colligebat Ariſtoteles, animam non eſſe ſimplicem, ſed diverſis & contrariis conſtare facultatibus. De quo inferius. Ab ea concertatione cupiditatum cum ratiocinatione, colligit cum Platonicis, duplicem eſſe animæ facultatem, non duplicem tamen ſubſtantiam, quæ invicem diſcordent ſemper, rationalem & ratione vacuam. Stoici autem in hoc affectuum certamine & rationis, quod in eadem animæ parte & ſubſtantia intervenire aiunt, appetitus illos vocant irrationales, quia rationi non obtemperant, non ſine διανοίᾳ tamen & κρίσει contra rationem ſeſe efferre eos, tradunt. Quod & Paulus Apoſtolus docet multis locis, cum θελήματα τῆς σαρκὸς, quæ ſunt cupiditates & appetitiones ἄλογοι, etiam ex διανοίᾳ procedere dicit, ut in Epiſtola ad Epheſios cap. II. Ἐν οἷς καὶ ἡμεῖς ἀνεστράφημέν ποτε ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῆς σαρκὸς ἡμῶν, ποιοῦντες τὰ θελήματα τῆς σαρκὸς καὶ τῶν διανοιῶν. Non corporis tantum, hoc eſt, partis ratione carentis, ſed etiam διανοίας opera eſſe vult omnes eiuſmodi cupiditates, quas ex ſola animæ parte quæ cenſetur rationis expers produci Platonici perhibent. Idem διαλογισμοὺς vocat in Epiſt. ad Romanos cap. I. de gentibus loquens: ἐματαιώθησαν ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν, καὶ ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία. Et paulo poſt eidem καρδίᾳ cui διαλογισμοὺς illos pravos tribuit, etiam cupiditates impuras dat: διὸ καὶ παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ θεὸς ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῶν καρδιῶν αὐτῶν εἰς ἀκαθαρσίαν, τοῦ ἀτιμάζεσθαι τὰ σώματα αὐτῶν ἐν ἑαυτοῖς. Quod Stoicum dogma ſapit, qui in corde τὸ ἡγεμονικὸν, & τὰ πάθη conſtituunt. Inde apud patres ſæpe leges λογισμοὺς κενοδοξίας, & λογισμοὺς φιλαργυρίας. Quæ non rationes ſunt, ſed opinationes, &, ut vulgo loquuntur, diſcurſus mentis rationi contrarii, & pravis affectibus indulgentes. Hinc Dominus apud Matthæum dicit cap. XV: Ἐκ γὰρ τῆς καρδίας ἐξέρχονται διαλογισμοὶ πονηροὶ, φόνοι, μοιχεῖαι, πορνεῖαι, κλοπαὶ, ψευδομαρτυρίαι, βλασφημίαι. Idem Paulus in VII. ad Romanos, ubi certamen illud carnis & ſpiritus fuſe explicat, νοῦν vocat, quod in Epiſtola ad Galatas πνεῦμα, his verbis: βλέπω δὲ ἕτερον νόμον ἐν τοῖς μέλεσίν μου ἀντιστρατευόμενον τῷ νόμῳ τοῦ νοός μου, καὶ

αἰχμαλωτίζοντά με τῷ νόμῳ τῆς ἁμαρτίας τῷ ὄντι ἐν τοῖς μέλεσί μου. Sed & quæ in eadem Epiſtola habentur, *non enim quod volo bonum, hoc facio, ſed quod nolo malum, hoc ago*, & cætera in eamdem ſententiam, quæ plura ibi legere eſt, prorſus cum illis faciunt teſtimoniis poëtarum, quibus ſuam opinionem confirmare ſatagunt Stoicæ diſciplinæ auctores, ut illud eſt Euripidis:

> Καὶ μανθάνω μὲν οἷα δρᾷν μέλλω κακά,
> Θυμὸς δὲ κρείσσων τῶν ἐμῶν βουλευμάτων.

Quod ita Ovidius Latine expreſſit: ---- *video meliora proboque*
Deteriora ſequor.

Inde hominum genus patres dividunt in σαρκικοὺς & πνευματικοὺς, hos ſecundum ſpiritum ſapientes, illos ſecundum carnem. Opera carnis Apoſtolus in ea ad Galatas recenſet, adulterium, ſcortationem, immundiciem, luxuriam, invidiam, homicidium, ebrietatem, comeſſationem, & his ſimilia: fructum vero ſpiritus, fidem, manſuetudinem, temperantiam, lenitatem, pacem, & his affinia. Stoici similiter ſuo ſapienti, quem θεωρητικὸν appellant Platonici, ἀπάθειαν & εὐπάθειαν tribuunt, qui intemperantiam omnium eſſe perturbationum & vitiorum matrem ſciſcunt. Quidam & ψυχικοὺς, quaſi medium genus inter σαρκικοὺς & πνευματικοὺς inſerunt, ut ante explicavimus. Sed nihil opus. Non enim σὰρξ niſi animata ea opera quæ ipſi attribuuntur, poteſt producere. Ergo ψυχικοὶ iidem ſunt cum σαρκικοῖς, qui ſecundum ſenſuum appetitus vivunt. Quos quinque ſenſus totidem animæ partes conſtituunt iidem Stoici, quamvis non diverſas animæ ſubſtantias admittant præter rationalem. Animam enim definiunt eſſe πνεῦμα σύμφυτον, & συνεχὲς παντὶ τῷ σώματι, ſpiritum homini conſitum, & per totum corpus uno tenore diffuſum, qui initium accipit à corde, cuius partes ad varia corporis organa pertinentes ea inſtruunt imbuuntque propria virtute ac movent. Quod ad oculos ex ea pertingit, viſum efficit. Quod ad nares, odoratum. Quod in totum corpus æqualiter diffunditur, tactum, & ſic de cæteris. Nec enim phyſicas Stoicorum rationes exponere & expendere eſt animus, niſi quatenus ad mores quoque pertinent. Olympiodorus in Iobum σαρκικοὺς & ψυχικοὺς eoſdem facit, ad cap. XII. καθολικὸν δὲ ἐκτίθεται λόγον, ὅτι οἱ σαρκικοὶ τὰ τῶν δικαίων καὶ πνευματικῶν μωρίαν ἡγοῦνται, κατὰ τὸ εἰρημένον, ψυχικὸς ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος. Quæ verba Pauli ſunt ex I. ad Corinthios cap. II. Ubi

additur

additur ab Apoſtolo, τὰ τοῦ πνεύματος θεοῦ. Olympiodorus autem, qui ψυχικὸν ibi accipit pro homine naturales appetitus ſequente, πνευματικὸν intellexit de eo qui ſola duce natura, recte per rationem conſtituta, corporis cupiditates non ſequitur, cum tamen verius ſit, ψυχικὸν ἄνθρωπον ab Apoſtolo deſignari qui ſola naturali animi luce imbutus eſt, cui opponit τὸν πνευματικὸν, ſpiritalem illum qui à Dei ſpiritu regeneratus eſt. Ideo vocat τὰ τοῦ πνεύματος θεοῦ, ut diſtinguat ab illo πνεύματι quo naturaliter homo donatus eſt. Sed de his accuratius erit tractandum ad ipſas Pauli Epiſtolas, ſi Deus vitam produxerit, ad ea, quæ paravimus, peragenda. Paulum fuiſſe ſecta Phariſæum, ex ipſo ſcimus. Phariſæos autem cum Stoicis, quoad opinionem de moribus, in plurimis conveniſſe, Ioſephus teſtatur. Maximè illud Stoicum, quod in καρδίᾳ διάνοιαν ſtatuit, & peccata paſſioneſque animi haud ſine διανοίᾳ fieri cenſet, hoc eſt, κρίσει. Hieronymus Stoicam diſciplinam ſimillimam dicit Chriſtianæ religioni. Duos certe illi gradus hominum tantum agnoſcunt, inſipientum & ſapientum: & horum quidem ſecundum naturam, id eſt, rationem virtutemque viventium, illorum præter naturam. Unam quippe animam homini, λογικὴν & νοερὰν, admittunt, ut ſupra diximus, cuius ex præſcripto & ordinatione qui vitam inſtituunt, ſolos eſſe ſapientes, reliquos omnes, ſtultos, malos & inſipientes. Tertullianus animales, hoc eſt, ψυχικοὺς, eoſdem cum carnalibus facit, & diſtinguit à ſpiritalibus, quales ſuos fuiſſe vult Montaniſtas, quaſi ſpiritum Dei reciperent ſoli, eiuſque chariſmata agnoſcerent. Verum de his adhuc infrà pluribus. Ut finiamus tandem hanc diſſertationem, quod in principio eius propoſuimus, id alibi etiam in ſequentibus examinatius exequuturi ſumus. Quomodo nimirum hoc conciliari poſſit, τὰς συγκαταθέσεις in noſtra eſſe poteſtate, τὰ πάθη autem συγκαταθέσεις à Chryſippo definiri, quæ tamen ita βιαστικὰ eſſe confitetur, ut animum invitum ad id quod nolit impellant. Rationes ex ipſo alio loco huius Enchiridii explicabimus. Hoc interim hic adponemus, videri id ſimilitudine equitis & equi optime poſſe illuſtrari, donec validiora argumenta proferamus. In ſtabulo equum continet quamdiu vult eques. In ipſius quippe poteſtate ſitum eſt, aut emittere eum, aut non emittere. Ubi vero emiſerit, & inſcenderit, plerumque non quo contendit eum valet ducere, ſed fertur ab illo ac rapitur, quo minimè deſtinarat. Idque ſæpius uſu venit, ſi imbe-

imbecillior ſit eques, equive regendi imperitior, aut equus ipſe oris durioris, & freni impatiens. Ita cum viſiones animo incidunt, noſtrum eſt, iis aſſenſionem præbere, aut non præbere. Sic *συγκαταθέσεις* in noſtra ſunt poteſtate. Ubi ſemel viſis aſſenſum quis commodaverit, ὁρμὴ & impetus qui ex eo conſequitur, quo ad rem ferimur quæ nobis bona fuerit viſa, interdum adeo violentus eſt ut non queat ſufflaminari. Sed de his adhuc in ſequentibus pluribus.

Ἀλλ' αἱ μὲν ἄλογοι ὀρέξεις, θυμὸς, καὶ ἐπιθυμία, προσεχεῖς οὖσαι τοῖς σώμασι, καὶ ζωαὶ τῶν σωμάτων οὖσαι.] Quod hic appetitus irrationales, Simplicius ζωὰς σωμάτων vocat, Platonicis potius quam Stoicis conſentanea loquitur. Primum non hæc fuit Stoicorum ſententia, ἀλόγους ὀρέξεις habere πολὺ τὸ ἑτεροκίνητον, καὶ οὐκ εἶναι ἁπλῶς αὐτεξουσίους, *magnam partem extrinſecus & alieno motu incitari, non ſimpliciter, nec abſolutè in noſtra contineri poteſtate.* Nam illi abſolute has cupiditates & paſſiones in noſtra eſſe ſitas poteſtate, & ab opinionibus effici, immo ipſaſmet eſſe opiniones, volunt. Quod ζωὰς σωμάτων has ὀρέξεις ἀλόγους, *iraſcentiam & cupiditatem*, appellat Simplicius, quo ſenſu ſic vocatas velit, incertum eſt. An τὸ θυμοειδὲς & τὴν ἐπιθυμητικὴν animæ facultates pro ſubſtantiis ſeparatis habet ac diverſis ab anima rationali, quaſi & illæ animæ ſint ſui generis? Alio loco dixit, animam cælitus delapſam, & mortali corpori coniungendam, ut unum animal cum eo conficeret, produxiſſe huiuſmodi vitas irrationales, ἀλόγους προβαλέσθαι ζωάς. Eadem pagina CLXXXI: ἡ δὲ λογικὴ ψυχὴ κρείττων οὖσα κατ' οὐσίαν τοῦ τε σώματος καὶ τῆς ἀλόγου ζωῆς, καὶ ἀρχικὴν ἔχουσα φύσιν. Item pag. CCXCVI: καθὸ κοινωνεῖ τῷ σώματι, καὶ ταῖς σωματικαῖς ζωαῖς ἡ ψυχή. Alibi tamen iſtas ζωὰς vocat δυνάμεις ἀλόγους, ut pag. CLXXXI: ἅπερ οὐκ ἂν ὑπῆρξε τῷ θνητῷ ζώῳ μὴ συμπληρωθέντι ταῖς ἀλόγοις ταύταις δυνάμεσι. Tribus lineis ante ἀλόγους ζωὰς nominavit. Si ſunt δυνάμεις tantum, non ſunt οὐσίαι, nec animæ ſpecies diverſæ ſubſtantia ab anima rationali. Clarius idem ſeſe explicat pag. XX. ubi dicit, animam triplicem habere σχέσιν, unam ad deteriorem ſua ipſius natura partem, quæ eſt corporalis & irrationalis: alteram, qua in ſemetipſam convertitur: tertiam, qua ad altiora ac meliora aſcendere & adſpirare conatur. Τριττὴν hanc σχέσιν vocat, & τριττὴν ὄρεξιν, ac τριττὴν etiam ζωὴν, triplicem habitudinem, cupiditatem ac vitam. ἡ δὲ λογικὴ, inquit, ψυχὴ τῶν ἀνθρώπων, διὰ τὴν ἑαυτῆς μεσότητα, τριττὴν ἔχουσα σχέσιν, τὴν μὲν πρὸς τὸ χεῖρον, τὸ σωματικὸν καὶ ἄλογον, τὴν δὲ πρὸς ἑαυτὴν, τὴν δὲ πρὸς

τὸ

τὸ κρεῖττον, τρίτην καὶ ζωὴν προβάλλεται, καὶ τρίτην ὄρεξιν. Una ergo eademque anima, eaq; rationalis, tres has habet facultates: unam, qua vergit ad corpus, quæ irrationalis eſt: ſecundá, qua naturæ ſuæ rationalis compos eſt, eiuſque proprietatem retinet, nec ad altiora reſpiciens, nec ad inferiora deſcendens: tertiam, qua cœlum affectat, & ad Deum, ut ipſi ſimilis evadat, contendit. Secundum hanc animæ partium diviſionem, una ζωὴ comprehendit τὸν θυμὸν, καὶ τὴν ἐπιθυμίαν, quæ duæ partes ſunt, in quas ſubdividitur pars animæ quæ eſt irrationalis. Certum eſt igitur, Simplicium animam rationalem tripertito diviſiſſe, non per ſubſtantias, ſed per facultates, licet ζωὰς eas appellet. Si quis ex huius nominis ζωὴ ſignificatione id pertinacius contendat, refelli poteſt hoc uno argumento facile, quod non tres ζωὰς haberet anima, ſi ſic acciperetur, ſed longe plures. Nam omnes cupiditates, opiniones, ſenſus, & viſiones idem Simplicius ζωὰς ſolet appellare. Sic enim ſcribit de anima: καὶ μέλλουσα θνητῷ συμπλέκεσθαι σώματι, καὶ ζῶον ἓν θνητὸν μετ' αὐτοῦ συμπληροῦν, ἄλλας προεβάλετο ζωὰς, τὰς μὲν γνωστικὰς, αἰσθήσεις τε καὶ φαντασίας, τὰς δὲ ὀρεκτικὰς, θυμὸν καὶ ἐπιθυμίαν. Eo modo in una parte animæ irrationalis non duę tantum ζωαὶ reperirentur, ſed omnino plures, quatenus & ſenſus, & viſa, quas γνωστικὰς appellat ζωὰς, etiam pertinent ad animam irrationalem iuxta Platonicos. Per ζωὰς itaque liquidum eſt, Simplicio non aliud intelligi quam δυνάμεις τοῦ ζώου, animalis facultates, quas cum vita accipit, in morte dimittit. Tres autem illas animæ facultates à Platonicis poſitas, lociſque diſtinctas, intra cor ipſum, quaſi intra præſæpem ſuam redigebat Chryſippus, & unam ex his animam conficiebat, facultatibus ſive functionibus, ſi forte, differentem, non tamen partibus; aut ſi partibus, non certe diverſis κατ' εἶδος, nec tres animas ſubſtantia diverſas conſtituentem. Cum enim ille Porticus magiſter aliquot locis ἐπιθυμητικὴν δύναμιν agnoſcere & admittere videatur, non tamen ipſe à ſe diſſentit, ut nobis perſuadere conatur Galenus. Nam quamvis unam animam in corpore humano ponat, plures tamen eius facultates, immo & partes fatetur, & ὀκταμερῆ eam plane eſſe vult, ita ut quinque ſenſus totidem animæ partes ſtatuant, non ſpecie differentes, ſed facultate. Platoni vero, ſi Galeno de eo credimus, ita anima tripertita cenſetur, ut unaquæq; pars ſpeciem animæ ſingularem componat, ab aliis duabus diverſam. Ita quot animæ in homine, totidem quaſi vitæ in eo pu-

putandæ. Ne quis tamen credat, θυμὸν & ἐπιθυμίαν hoc loco Simplicium propterea σωμάτων ζωὰς appellare. Plantarum vita vel anima ſolo τῷ ἐπιθυμητικῷ adminiſtratur. Nec enim τὸ θυμοειδὲς habent, nec τὸ λογιστικόν. Alimentum enim eas appetere naturæ propria vi, palam eſt. Eam animam plantarum θρεπτικὴν, & φυτικὴν, & γεννητικὴν Philoſophi appellant, quidam etiam, ut Plato, ἐπιθυμητικήν. *Vegetativam* vulgo Scholæ nominant. Hac eadem vita cenſentur & quædam animalia plantis ſimilia quæ ſaxis adhærent, ut ſpongiæ, quæ ſine motu ſunt. Quamvis & ſenſu non carere ex eo apparet, quod ad tactum contrahantur. Idem habent & quædam plantæ, ut illa Americana quam *Caſtam* vocant, cuius folia ſi digitulo tetigeris vel bacillo, aut alia re quacunque, repente criſpata contrahit ſe. Idem pati & folia arborum plurimarum in America tradunt. Si quis per ſilvam ambulet, & vel pileo frondes dependentes attingat, ſtatim ſeſe conglobant, ut ab tactu quaſi ſe retrahant, tanquam ſi offenſam ex tactu teſtentur. At Stoici hanc animam plantarum vegetativam, ψυχὴν nominare nolebant, ſed φύσιν, quaſi naturæ quamdam proprietatem, quæ in his vigeret. Οἱ Στωϊκοὶ δὲ οὐδὲ ψυχὴν ὅλως ὀνομάζουσι τὴν τὰ φυτὰ διοικοῦσαν, ut ait Galenus lib. VI. de dogmate Hippocratis & Platonis. Videndum tamen qua ratione vitaverint in plantis ψυχὴν nominare, & maluerint φύσιν. Quaſi plurimum interſit inter φυτικὴν δύναμιν, ut alii vocarunt animam plantarum, & φύσιν. Aut quaſi ψυχὴ in plantis non poſſit appellari, vel ſecundum analogiam, vis illa naturalis ſive facultas qua naſcuntur, creſcunt, aluntur, atque etiam propagantur. Nam & ipſe Chryſippus cum ὀκταμερῆ ψυχὴν hominis conſtitueret, unam ex his partem faciebat τὸν σπερματικὸν λόγον. Cum igitur hic σπερματικὸς λόγος in plantis reperiatur, unde & γεννητικὴν earum animam Ariſtoteles etiam appellarit, quidni & ψυχῆς nomine eam donare potuerint Stoici? Quod enim φύσιν eam appellarunt, non inde efficitur quin & ψυχὴν vocaverint, & potuerint ſic vocare. Nam ſi ex eo quod animam plantarum φύσιν appellarunt, ſequeretur, non iudicaſſe eos, ψυχὴν dici oportere, ſimiliter concludi poſſet inde, nec animã hominis rationalem illos ψυχῆς appellatione dignatos, quia & φύσιν eam ſolent nuncupare. Unde & κατὰ φύσιν ζῆν in homine idem eſſe dicunt quod κατὰ λόγον, quia natura rationem homini prærogativa quadam perfectiore & excellentiore dedit, hoc eſt, ut ipſi loquuti ſunt, κατὰ πλειοτέ-

ερον

ρὰν προστασίαν. Quod perperam interpres apud Laërtium vertit, *perfectiore præcepto.* Προστασία eſt dignitas, maieſtas, auctoritas, primatus, principatus, & prærogativa, qualis eſt in patrono ſupra clientem. Nam προστάτης eſt patronus. Inde προστασία non ſolum patronatus vel patrocinium, ſed etiam ea auctoritas maieſtaſque qualem eſſe in patrono decet. Hinc apud Polybium, ἀξιωματικὴ προστασία, hoc eſt, εἶδος ἄξιον τυραννίδος. Cum tamen natura προστάτις ſit generatim omnium animalium, præcipua cura & patrocinio hominem dignata eſt, quem ideo ſupra cætera animalia πλειοτέρα προστασία, ratione, donavit, quam ceteris negavit. Utraque ſignificatione poteſt eo loco ſumi. Nam & magnam προστασίαν homini ſupra reliquas animantes data ratio attribuit. Iidem porro Stoici brutorum animam, quæ proprie καθ' ὁρμὴν διοικεῖσθαι dicunt, etiam φύσιν nominarunt, adeo ut in illis idem ſit κατὰ φύσιν διοικεῖσθαι, & καθ' ὁρμήν. Quidni igitur & plantarum φύσιν animam, id eſt, ψυχὴν vocaverint? An dicendum, male collegiſſe Galenum, eos ψυχὴν non dare plantis, quia φύσιν hoc potius appellent, quam ψυχήν? Immo hæc eorum fuit ſententia, appetitum illum, quo res omnes animatæ requirunt quod ſuæ συστάσει eſt conveniens, non diſcreviſſe in plantis & animalibus naturam, niſi quatenus plantæ hoc ſine motu & ſenſu faciunt. Laërtius Diogenes in Zenone: Οὐδέν τι, φασὶν οἱ Στωικοὶ, διήλλαξεν ἡ φύσις ἐπὶ τῶν φυτῶν καὶ ἐπὶ τῶν ζώων, ἢ ὅτι χωρὶς ὁρμῆς καὶ αἰσθήσεως κἀκεῖνα οἰκονομεῖ, καὶ ἐφ' ἡμῶν τινα φυτοειδῶς γίνεται. Ita enim ille locus legendus, qui unius litterulæ defectu vitioſus. Interpres legit, ὅτι χωρίς. Vulgo, ὅτι χωρὶς, pro ἢ ὅτι χωρίς. Enimvero ne ſimus Galeno iniquiores, demus illi, verum eſſe quod dicit, Stoicos animam plantarum proprie φύσιν vocandam putaſſe, ſed abſtinuiſſe nomine ψυχῆς in ea appellanda. Quærendum, cur ita cenſuerint. Ratio in promptu eſt. Stoicos conſtat proprietatis verborum fuiſſe obſervantiſſimos. Si in uſu non eſſent, quibus ad ſua exprimenda recte uti poſſent, nova finxerunt. Φύσις nomen generale eſt, ad plantas, beſtias, & homines. Singula ex his ſuam ac propriam φύσιν habent, homines λόγον, beſtiæ ὁρμήν, plantis quod darent proprium, ad earum naturam exprimendam, non habuerunt vocabulum. Nomine generis ſpecialiter uſi ſunt ei rei ſignificandæ, & φύσιν vocarunt. Nec diſceſſerunt à communi loquendi more. Nam φυτὰ inde appellata. Qua appellatione ab animalibus diſtincta, quæ Græcis ζῶα. Si plantæ ani-

malia non ſunt, nec animam habent. Hæc eſt quæ iiſdem Græcis ψυχή. Hanc animalium communem tam rationalium quam irrationalium, ideo de plantis Stoici uſurpare noluerunt, quia ψυχὴν illæ proprie loquendo non habent. Ψυχὴ proprie eſt ſpiritus ille qui reciprocatur pulmonibus, quo veluti refrigeratur animal. Inde ψυχὴ dicta. Unde & ψυχάζειν Græcis, περὶ τὸ ψῦχος διατρίβειν. Reſpirationem quippe animalibus datam eſſe πρὸς κατάψυξιν ἐμφύτου θερμοῦ, nemo diſſentit. Inde ψυχὴ, quæ propriè τὴν ἀναπνευστικὴν δύναμιν ſignificat. Inde & Latinis *anima* ex Græco antiquo ἀνέμη, quæ idem eſt quod ἄνεμος. Unde etiam *animus*. Sic χολὴ & χόλος idem: ὠνὴ & ὦνος: τιμὴ & τῖμος, & ſimilia ſexcenta. *Animus* autem idem quod *anima*. Cicero in Tuſculanis: *Animum autem, alii animam, ut fere noſtri declarant nomen. Nam & agere animam, & efflare dicimus, & animoſos, & bene animatos, & ex animi ſententia. Ipſe autem animus ab anima dictus eſt.* Græci antiquiſſimi etiam θυμὸν dixerunt, quod idem eſt illis ac πνεῦμα. Nam Aeoles vocabant φυμὸν, ut φὴρ pro θὴρ, & ſimilia. Ex quo Latinum *fumus*. Hinc θυμιᾶν & θυμίαμα, *vaporare*, & *vapor*. Certe veteribus Græcis θυμὸς idem quod ψυχὴ, vel anima. Hinc θυμῆρες, τὸ ἀρέσκον τῇ ψυχῇ. Item: Θυμοβόρος, ὁ τὴν ψυχὴν κατεσθίων. Et apud poëtam, θυμὸν ἔδων, quod Grammatici interpretantur, λυπούμενος πάνυ καὶ διακνόμενος τὴν ψυχήν. Apud eumdem: θυμὸν ἀχεύων, τὴν ψυχὴν λυπούμενος. Heſychius, cui & hæc omnia quæ præcedunt ferimus accepta: θυμὸς, ψυχὴ, ἡ προαίρεσις, ὀξύτης, πνεῦμα. Cum hoc ſignificatu uſque ad ultimam Græciæ ætatem permanavit in compoſita voce λιποθυμία, quod eſt animi vel animæ deliquium. Pro qua λιποψυχεῖν quidam dixere. Hinc & εὐθυμία, *animi tranquillitas*, cui contraria δυσθυμία. Et apud Herodotum, ἐς θυμὸν βάλλειν. Item ἐνθυμεῖσθαι, *cogitare*. Ergo θυμὸς, *animus* veteribus. Qui ex poſterioribus, iraſcentiam ſic nominarunt, ei locum in corde aſſignarunt, quam & ſedem animæ principalem eſſe voluerunt. Unde & θυμικὴ Platoni ea pars ac portio animæ quæ ſic animalium ſpecialiter propria eſt, ut φυτικὴ vel φυσικὴ eſt plantarum, quam etiam vocavit ἐπιθυμητικήν. Ut vero voce θυμὸς quæ olim generaliter totam animam ſignificabat, partem eius denominarunt, in qua ſedem habet fortitudo, & ira, quæ eos fortitudinis habetur à Platonicis & Peripateticis, ita etiam Latini *animi* appellatione ad eam deſignandam uſi ſunt. Unde *animoſus*, ὁ θυμικὸς,

&

& *magnanimus*, ὁ μεγαλόψυχος. Ex quo etiam patet, Græcos ψυχῆς nomine ſic eſſe uſos. Non enim μεγαλόψυχος de tota anima dicitur, ſed de ea parte in qua ſita eſt fortitudo, & generoſitas. Inde & Græcis idem quoque μεγάθυμος, qui Heſychio exponitur μεγαλόψυχος, γενναῖος. θυμὸς γὰρ, inquit, ἡ ψυχή. Sed & *ſpiritum* Latini ſic etiam aliquando uſurparunt. Unde *magni ſpiritus* mulier, generoſa & magni animi, in Hiſtoria Auguſta. Inde, *magnos & altos ſpiritus gerere*. Proprie ergo, & ab origine θυμὸς idem quod πνεῦμα. Unde illud apud Marcum in vita ſua, hominem tribus conſtare partibus, τοῖς σαρκίοις, τῷ πνευματίῳ, & τῷ ἡγεμονικῷ, lib. I. ubi, quid ſit illud πνεῦμα, ſic interpretatur: Θέασαι δὲ καὶ τὸ πνεῦμα ὁποῖόν τι ἐστὶν, ἄνεμος, οὐδὲ ἀεὶ τὸ αὐτὸ, ἀλλὰ πάσης ὥρας ἐξεμούμενον, καὶ πάλιν ῥοφούμενον. Hæc ψυχὴ antiquitus, ventus vel. ſpiritus refrigerans. Hinc Hebræis רוח *Ruah*, & pro vento refrigerante, & pro anima. In Geneſi cap. III. verſ. VIII. Deus ambulat in paradiſo terreſtri ברוח היום, *ad ventum diei*. Quod Septuaginta reddiderunt, πρὸς τὸ δειλινόν. Quia ſerotino tempore aura frigidior. Id expreſſit Theodotion in ſua verſione, ἐν τῷ πνεύματι πρὸς κατάψυξιν τῆς ἡμέρας. Nam Aquila ad verbum ex Hebraico, ἐν ἀνέμῳ τῆς ἡμέρας. Aliter Stoici πνεῦμα accipiunt, qui animæ ſubſtantiam πνεῦμα eſſe volunt. Spiritus ille per totos artus diffuſus, eos regit, & fovet. Is eſt, ſpiritus de quo apud poëtam: *dum ſpiritus hos regit artus*. Inde etiam *animum* vocarunt Immo etiam *animum*, quatenus & ipſum ἡγεμονικὸν Stoici πνεῦμα eſſe definiunt, quibus placet, οὐσίαν ψυχῆς totius eſſe πνεῦμα. Hinc & omnes animæ partes, quas octonas faciebant, totidem eſſe πνεύματα ſtatuebant. Quinque ſenſus πνεύματα ſunt. Principalis & regia pars animæ, quam ἡγεμονικὴν dixere, πνεῦμα. Seminalis, πνεῦμα. Vocalis, πνεῦμα. Alii ſpecialiter & ex partibus animæ unam fecere, quæ πνευματικὴ diceretur. Non ea eſt quæ ἀναπνευστικὴ δύναμις vocatur, ſed ea quæ cordis palpitationem, & arteriarum pulſum efficit. Hanc πνευματικὸν κατὰ πλάσιν μέρος vocabant. Quam ſic Apuleius ex ſententia Platonis explicat, in libro de eius dogmate: *Sed è regione cordis venarum meatus oriuntur, per pulmonum ſpiracula vivacitatem transferentes, quam ex corde ſuſceperunt, & rurſus ex illo loco diviſæ per membra totum hominem iuvant ſpiritu. Hinc illæ anhelandi vices hauſtæ, redditaque alterno modo, ne mutuis impediantur occurſibus.* Quibus verbis etiam comprehendere videtur τὴν ἀναπνευστικὴν δύναμιν, quam & à

corde oriri dicit,& per venas inde profectas ad pulmonem permanare, & folles eius ſpiritu eodem animare, qui emittendo & reducendo reciprocatur. Non ea tamen Platonis fuit ſententia, reſpirationem à corde in pulmones venire, & per arterias ferri, quæ è regione cordis ortæ vivacitatem illam transferant in ſpiracula pulmonum. Dicit quidem Plato in Timæo, meatus venarum, id eſt, ὀχετοὺς,quaſi canales quoſdam è corde in pulmonem eſſe ſectos, non tamen ad hoc eſſe factos, ut pulmo inde vices illas anhelandi alternas ſuſciperet, & ſpiraculis ſuis à corde & per cor inſtrueretur, ſed contra, ut cor ipſum eo ſpiritu quẽ extrinſecus pulmones trahunt refrigeraretur. Sic enim ſcribit: τῇ δὲ πηδήσει τῆς καρδίας, ἐν τῇ τῶν δεινῶν προσδοκίᾳ, καὶ τῇ τοῦ θυμοῦ ἐγέρσει, προγιγνώσκοντες ὅτι διάπυρος ἡ τοιαύτη πᾶσα ἔμελλεν οἴδησις γίγνεσθαι τῶν θυμουμένων, ἐπικουρίαν αὐτῇ μηχανώμενοι, τὴν τοῦ πνεύμονος ἰδέαν ἐνεφύτευσαν, πρῶτον μὲν μαλακὴν καὶ ἄναιμον, εἶτα σήραγγας ἐντὸς ἔχουσαν οἷον σπόγγου κατατετρημένας, ἵνα τό τε πνεῦμα καὶ τὸ πόμα δεχομένη, ψύχουσα ἀναπνοὴν, καὶ ῥᾳστώνην ἐν τῷ καύματι παρέχοι. Vides,pulmones eſſe qui ſpiritum,ut & potum,extrinſecus recipiunt, non à corde, quem ad cor immo tranſmittunt, ut inde in ardoribus eventilari & vehementioribus motibus queat. Ad hoc & meatus illos venarum, hoc eſt, arteriarum, à corde ad pulmones apertos eſſe, ut id auxilii ſolatiique à pulmonibus cor accipiat. Nam ſubiicit ſtatim: διὸ τὰς ἀρτηρίας ὀχετοὺς ἐπὶ τὸν πνεύμονα ἔτεμον, καὶ περὶ τὴν καρδίαν αὐτὸν περιέστησαν, οἷον ἅλμα μαλακὸν, ἵνα ὁ θυμὸς ἡνίκα ἐν αὐτῇ ἀκμάζῃ, πηδῶσα εἰς ὑπεῖκον, καὶ ἀναψυχομένη, μᾶλλον τῷ λόγῳ μετὰ τοῦ θυμοῦ δύναιτο ὑπηρετεῖν. Sic ſcribendum. *Ideo & arteria meatus ad pulmonem ſecuerunt, & cordi ipſum circumpoſuerunt, tanquam mollem ſaltum, ut ſi quando ira in eo effervеſcere cœperit, ad cedendam inde proſiliens, & refrigerata, rationi magis contra excandeſcentiam inſervire queat.* Hoc ipſum ſic idem Apuleius vertit in eodem libro de dogmate Platonis: *Pulmones loco ac ſui genere pulmoni plurimum conſulunt. Cum exardeſcit ira, trepidanſque celerioribus motibus vertex cordis ipſius, madens ſanguine, pulmonum excipitur mollitia, ſiti, frigore.* Notabis,voluiſſe exprimere illa Platonis, μαλακὴν ἰδέαν πνεύμονος, quem & πνεῦμα & πόμα δέχεσθαι dixit. Frigus enim pulmonis,ſive refrigeratio,quam & ad cor tranſmittit, à ſpiritu quem admittit externi aëris. Obiter etiam advertes Platonis opinionem de potu per pulmones tranſeunte. Sed cur *ſitim pulmonũ* dixit Apuleius? Ex ſiti,pocula eum appetere & excipere,indicavit.

cavit. Ex his apertè patet, reſpirandi facultatem ſecundum Platonem commune nihil habere cum motu & palpitatione cordis arteriarumq; pulſu, quæ in totum corpus ſpiritum ſpargit. Hæc σφυγμικὴ κίνησις appellatur, & ζωτικὴ δύναμις, & κατὰ διάστασιν πνευματικὴ, quæ à corde initium & originem ſumit, maximeque ab eius ſiniſtro ventriculo, quam πνευματικὴν κοιλίαν vocant, atque inde per arterias in omnes corporis partes diſtribuitur, quæ hoc modo ſpiritu rigantur. At per nares & per os quidquid eſt in corde fuliginoſi per expirationem exhalatur. Græci medici: ὡς διὰ τοῦ σόματος καὶ τῆς ῥινὸς ἡ καρδία τὸ λιγνυῶδες ἐν ταῖς ἐκπνοαῖς ἀναθεῖται. Immo & ex ſententia Platonis etiam per εἰσπνοὰς & reſpirationem pulmonum refrigerium ſentit, non tamen reſpirationis eſt origo, aut cauſa. Certe Plato in eodem Timæo pag. LXXVIII & LXXIX editionis Serrani, quomodo reſpiratio fiat, docet. Quæ in compendium redegit Alcinous cap. XXI. de Platonis dogmate, quem vide, ut inde ſcias perperam ab Apuleio confundi τὴν πνευματικὴν κίνησιν quæ σφυγμικὴ appellatur, & κατὰ διάστασιν πνευματικὴ dicitur, cum ἀναπνευστικῇ. Hoc videtur tamen & feciſſe Varro, ſed alio modo quam Apuleius. Hic enim reſpirationis fontem cauſamque, ut & pulſivi arteriarum motus, à corde petit. Ille vero ab externo aëre utriuſque principium acceſit. Ita enim animam definit apud Lactantium de Opificio Dei cap. XVII. *Anima eſt aër conceptus ore, defervefactus in pulmone, tepefactus in corde, diffuſus in corpus.* Vides, originem & cauſam tam σφυγμικῆς κινήσεως, quam ἀναπνευστικῆς, aërem externum ab eo ſtatui, qui concipiatur ore, deferveſcat in pulmone, tepefiat in corde, atque inde per totum corpus diffundatur. Quæ Stoicorum eſt opinio, qui & ψυχὴν inde dictam volunt, ἀπὸ τῆς ψύξεως, *à refrigeratione.* Quæ nunc explicanda eſt, ut cauſa inde tanto melius pateſcat, cur ψυχὴν plantis denegarint, & ſolis animalibus conceſſerint. Non putant, ψυχὴν ſtatim concepto fœtui indi, ſed poſt partum in corpus advenire ex circumſtantis aëris, quo infans utero effuſus veluti percutitur, aura frigidiore. Ea veluti indurari & comprimi, animalemque inde vim accipere. Plutarchus de Stoicorum repugnantiis, ubi de Chryſippo loquitur: τὸ βρέφος ἐν τῇ γαστρὶ φύσει τρέφεσθαι νομίζει, καθάπερ φυτὸν, ὅταν δὲ τεχθῇ ψυχούμενον ὑπὸ τοῦ ἀέρος καὶ στομούμενον, τὸ πνεῦμα μεταλαβεῖν καὶ γίνεσθαι ζῶον, ὅθεν οὐκ ἀπὸ τρόπου τὴν ψυχὴν ὠνομάσθαι, παρὰ τὴν ψῦξιν. Ita legenda hæc verba, in editis Plutarchi inquinatiſſima

vulgo

vulgo, quæ & ſic vertenda, male Iuſto Lipſio accepta in lib. III. de Philoſophia naturali Stoicorum cap. VII. *Exiſtimat fœtum in utero ali, ſicut plantam: ubi vero editus ſit, ab aëre refrigeratum, & induratum ſpiritum recipere, & exiſtere animal, unde non abs re vocatam eſſe animam ψυχὴν, à refrigeratione.* Perperam in Editionibus, σὺν ἀποτρόμου legitur, & πνεῦμα μεταβάλλειν. Hanc Hiceſii medici ſententiam fuiſſe Tertullianus tradit libro de Anima cap. XXV. *De qua ſceleris neceſſitate nec dubitabat credo Hiceſius, iam natis animam ſuperducens ex aëris frigidi pulſu, quia & ipſum vocabulum animæ penes Græcos de refrigeratione reſpondens.* Id hauſiſſe à Stoicis, veriſimile eſt. Sed nec ille ſolus ex medicis in ea ſententia, nec Stoici inter philoſophos. Empedocles reſpirationem non dari fœtui niſi poſtquam in lucem exiiſſet credidit: πρώτως δὲ ἀναπνοὴν τοῦ ζώου γίνεσθαι κατὰ τὴν ἀποκύησιν, τῆς μὲν ἐν τοῖς βρέφεσιν ὑγρασίας ἀποχώρησιν λαμβανούσης, πρὸς δὲ τὸ παρακενωθὲν ἐπεισόδου τοῦ ἐκτὸς τοῦ ἀερώδους γινομένης εἰς τὰ παρανοιχθέντα τῶν ἀγγείων. Quid aliud teſte Plutarcho putavit Diogenes, cum infantes naſci ſine anima voluit, ſed cum calore? unde & calorem nativum ſtatim in pulmones ſpiritum attrahere, ac recipere, ſimul atque utero prodierunt. γίνεσθαι μὲν τὰ βρέφη ἄψυχα, ἐν θερμασίᾳ δὲ, ὅθεν τὸ ἔμφυτον θερμὸν εὐθέως προχυθέντος τοῦ βρέφους εἰς τὸν πνεύμονα ἐφέλκεται. Addendum omnino in Græcis vox πνεῦμα, hoc modo, πνεῦμα εἰς τὸν πνεύμονα ἐφέλκεται. Alioquin caret ſenſu hæc opinio. Puer gignitur cum calido innato. Inde & calorem nativum in pulmones ſtatim atque effuſus eſt, attrahit. Immo, calor ille nativus ſtatim effuſi partus attrahit in pulmones ſpiritum ex aëre circumſtante. Herophilus prorſus iuxta Stoicorum mentem fœtui, dum in utero eſt, motum relinquit tantum φυσικὸν, qui idem eſt ac φυτικὸς, non autem πνευματικόν. Tum vero animalem vim accipere, & animal exiſtere ubi aliquid ex aëre participaverit. Plutarchus: Ἡρόφιλος κίνησιν ἀπολείπει φυσικὴν τοῖς ἐμβρύοις, οὐ πνευματικήν. Τῆς δὲ κινήσεως αἴτια νεῦρα. Τότε δὲ ζῶα, ὅταν προχυθέντα προσλάβῃ τι τοῦ ἀέρος. Tertullianus & in hanc ſententiam trahit Platonem, qui cum Stoicis & Aeneſidemo cenſuerit animam quæ extrinſecus inſinuatur, non ante infundi & inſpirari quam utero evolutis. Verba Tertulliani: *Ceterum ſemen ex concubitu muliebribus locis ſequeſtratum, motuque naturali vegetatum compingueſcere in ſolam ſubſtantiam carnis. Eam editam, & de uteri fornace fumantem, & calore ſolutam, ut ferrum ignitum, & ibidem frigida*

gidæ immerſam, ita aëris rigore percuſſam, & vim animalem rapere, & vocalem ſonum reddere. Hoc eſt, quod Chryſippus dixit, πνεῦμα μεταλαϐεῖν ςομέμϐυον. Nam ςομῦοθαι, proprie de ferro quod è fornace candens aquæ frigidæ intingitur, ut duritiem recipiat. Unde ςόμωμα. Sequitur apud Tertullianum: *Hoc Stoici cum Aeneſidemo, & ipſe interdum Plato, quum dicit, perinde extraneam alias & extorrem uteri; prima adſpiratione infantis adduci, ſicut abſpiratione noviſſima educi.* Haud parum tamen diverſa Platonis & Stoicorum ſententia. Plato enim animam eo demum tempore cælitus inſinuari opinatus eſt, cum primum ex utero effuſi adſpirare, & aërem reſpirare cœperunt. At Stoicis non ſolum eo ipſo tempore animam accipere infantes placuit, & animalem vim, ſed eam per hoc ipſum effici, non cœlo demitti. Aëris quippe circumfuſi rigorem quo ſtatim emiſſus pulſabatur infans, animam ei ſuperducere, atque inde vocari ψυχὴν à refrigeratione. Hanc ipſam Platonicæ & Stoicæ ſive Chryſippeæ opinionis differentiam clarius idem Tertullianus paulo poſt explicat his verbis, quæ ſic ex vetuſtiſſimo codice legenda ſunt: *Et ſi ipſe animam de prima adſpiratione potabat Platonico more, aut de aëris rigore carpebat Stoica forma.* Potat recens editus infans animam cœlo delapſam & inſinuatam, ubi adſpirare incipit, more Platonico: at ſecundum Stoicam formam ex ipſo aëris rigore, illo ipſo momento factam, ac productam, trahit & carpit. *Adſpirationem* vocat Tertullianus, quæ eſt εἰσπνοὴ, eademque ἀναπνοή. Nam Ariſtoteli & Platoni ἀναπνοὴ propriè dicitur quæ opponitur ἐκπνοῇ. Ea ſpiritus intromittitur, ut per ἐκπνοὴν emittitur. Plato in Timæo: τούτῳ δὲ τῷ γένει τῆς ἐπωνυμίας θέμενον, ἀνάπνοὴν καὶ ἐκπνοὴν λέγομεν θέσθαι τοὔνομα. Ariſtoteles quoque ἀναπνοὴν & ἐκπνοὴν, ut oppoſita nominavit. Alcinous cap. XXV: εἰσπνοὴ καὶ ἐκπνοή. Ergo εἰσπνοὴ eadem cum ἀναπνοῇ. Hæc Tertulliano *adſpiratio* eadem cum *reſpiratione*, ne cum quibuſdam magnis philoſohis de *perſpiratione* accipias, qui nec mentem Tertulliani, nec ipſius Platonis aſſequuti videntur. Verum de his adhuc alio loco. Ex his quæ diximus liquet, cur ψυχὴν Stoici plantis ademerint, quam animalibus & homini dabant. Φύσιν itaque in plantis & φυλικὴν δύναμιν appellabant, non ψυχὴν, eam facultatem qua aluntur & creſcunt, non etia mvivunt. Nam ζωὴν iis ſolis concedebant, quibus & ψυχήν. Nec eſt cur aliquis occurrat, plurima animalia quæ tamen ψυχὴν habere non negarent Stoici, carere pulmoni-

R

monibus perinde & ψυχῇ, ſi ea illo ſenſu tantum ſumatur. Nam & inſecta omnia pulmones non habent, nec piſces. Sed habent aliquid ἀνάλογον, etſi non videatur. Non loquor de illo ſpiritu quem habent σύμφυτον, & quo conſtat ſecundum Stoicos animæ animalium omnium ſubſtantia, ſed de eo πνεύματι quo calor eorum nativus etiam refrigeratur. Non facit hoc in illis reſpiratio, ſed aut inſpiratio, aut circumſpiratio, vel etiam perſpiratio. Hęc in ſpirituum ac geniorum genere. Hoc enim διαπνεῖται. Aquatilium genus ἐμπνεῖται. Inſectorum, περιπνεῖται. De modo quo hæc fiant videantur illi qui dixerunt. Sic omnia hæc animalia quæ ἐμπνοὴν habent, aut περιπνοὴν, aut ἀναπνοὴν, etiam ψυχὴν habere exiſtimanda, non plantæ, quas Stoici neque in ζώων numero reponebant, neque ἐμψύχων. Clemens Alexandrinus Stromateo VIII: κατὰ δὲ τοὺς Στωικοὺς οὔτε ἔμψυχον, οὔτε ζῶόν ἐστι τὸ φυτόν. Si non eſt ἔμψυχος οὐσία planta, nec ψυχὴν habet. Præterea eo ſenſu quo ψυχὴν in animalibus gigni & confici putaverunt, non neceſſe eſt ea pulmones habere ut illam recipiant. Nam ſolo aëris frigidi pulſu quo recens nata afflantur, ſive ovis excludantur, ſive utero exeant, animam, hoc eſt, ψυχὴν omnia animalia capiunt, & vim animalem participant, tam περιπνεόμενα, quam ἐμπνεόμενα, quam ἀναπνέοντα. Philo Iudæus qui ſcripta ſua ſolet ſententiis Stoicorum conſerere, φυτικὴν δύναμιν plantarum ſeparavit ἀπὸ τῆς ψυχικῆς animalium. Immo & ψυχὴν ſic propriam animalium ratione carentium videtur facere, ut λόγον vel λογικὴν δύναμιν hominum, in Allegoria ſacrarum legum: κἀκεῖνο λεκτέον ὅτι γυμνὸς καὶ ἀνένδετος σώματι νοῦς, περὶ γὰρ τοῦ μήπω ἐνδεδεμένου ἐστὶν ὁ λόγος, πολλὰς ἔχει δυνάμεις, ἑκτικήν, φυτικήν, ψυχικήν, λογικήν, διανοητικήν, ἄλλας μυρίας κατά τε εἴδη καὶ γένη. Sed quænam illa ἑκτικὴ δύναμις quam habent animæ humanæ, una cum φυτικῇ, ψυχικῇ & λογικῇ? Ipſe ſtatim id explicat: ἡ μὲν ἕξις κοινὴ καὶ τῶν ἀψύχων ἐστίν, λίθων καὶ ξύλων, ἧς μετέχει καὶ τὰ ἐν ἡμῖν ἐοικότα, ὀστέα. Ubi ἕξιν vocat quæ aliis ὕπαρξις, de his rebus quæ habent tantum *eſſe*. Inde illa ἑκτικὴ δύναμις. Sed ἕξιν ea ſignificatione apud Græcos nunquam legi, neque puto lectum apud alium quemquam fuiſſe. An ergo mutandum id verbi in ἔστις, quod idem eſt atque ὕπαρξις, ἀπὸ τοῦ εἰμί, cuius futurum antiquatum ἔσω? Inde etiam ἐστικόν, ἀπὸ τοῦ ἔσαι. Sic enim forſitan & ibidem ſcribendum, ἐστικὴ δύναμις, pro ἑκτική. Inde etiam formata ad hoc exemplum, κακεστὼ & δεεστὼ, Demo-

Democrito uſurpata vocabula. Idem ergo mendum fuerit, ſi mendum eſt, & in libro eiuſdem περὶ ἀφθαρσίας κόσμου, ſimiliter hoc modo corrigendum: τῶν ξύλων μὲν καὶ λίθων ἕξιν, σπαρτῶν τε καὶ δένδρων φύσιν, ψυχὴν τε ζώων ἁπάντων, ἀνθρώπων δὲ νοῦν καὶ λόγον. Ubi vides, cum Stoicis φύσιν arboribus ſatiſque quaſi propriam tribuere, ut ψυχὴν animalibus cæteris præter hominem. In eadem tamen ſignificatione reperitur apud Clementem Alexandrinum in Stromateo 11. qui & φύσιν peculiarem facit plantarum: ἕξεως μὲν ὁ λίθοι, φύσεως δὲ τὰ φυτὰ, ὁρμῆς τε καὶ φαντασίας, τῶν δι' αὖ δυοῖν τῶν προειρημένων, καὶ τὰ ἄλογα μετέχει ζῶα. Et ἕξιν quidem eo ſenſu ibi nominat, cum tribus lineis ante eam vocem uſurpet in vera ac genuina notione: τῆς ἰδίας ἕξεως παρ' ἕκαστα περιεχόμενος. At paulo poſt ἕξιν appellat quæ eſt ὕπαρξις vel ἕξις, his verbis: ἔχει δὲ καὶ τῆς ἕξεως ἰδιώματα, οἷον ἀδάμαντος σκληρίαν. Id eſt, *habet & proprietatem rerum quæ ſunt tantum, non etiam vivunt, ut adamantis duritiem.* Hoc tamen ſenſu videtur ἕξιν & ἑκτικὴν ζωὴν poſuiſſe Nemeſius in libro de natura hominis, capite de anima. Quo loco ambigi poteſt ex ipſius verbis utrũ ἑστικὴν ſcripſerit, ἀπὸ τοῦ εἶναι, an ἑκτικὴν ἀπὸ τοῦ ἔχεσθαι. Sic enim apud eũ legitur: ζῆν μὲν λέγουσι καὶ τὰ πάντη ἄψυχα ἑκτικὴν ζωὴν, καθ' ὃ συνέχεται ὑπὸ τῆς τοῦ παντὸς ψυχῆς, τῷ εἶναι μόνον καὶ μὴ διαλύεσθαι. Incertum quippe eſt utrum ἑστικὴν ζωὴν vocaverit τῶν ἀψύχων, quod τὸ εἶναι tantum habeant, an ἑκτικὴν, quod contineatur ab anima mundi. Συνεκτικὴ ſic potius eorũ vita eſſet appellanda quam ἑκτική. An quia ἔχεσθαι dicuntur, quæ habentur & extant? An quia ἔχειν etiam pro eſſe ſumitur? Οὕτως ἔχει, *ſic eſt.* Ergo ἕξις retinenda hoc ſenſu. Ita ἀπέχειν idem quod *πόρρω εἶναι, abeſſe, longè eſſe.* Hebræorum magiſtri appellant vulgo דומם illud genus entis quod habet tantum ἑκτικὴν δύναμιν ac τὸ εἶναι, hoc eſt, *Silens.* Philo interpretatur ἕξιν, φύσιν ἤδη κινουμένην, hoc eſt, *naturam quæ iam movetur.* Et dicit tamen, eam ad plantas pertinere. ἡ δὲ φύσις, inquit, διατείνει καὶ ἐπὶ τὰ φυτὰ, καὶ ἐν ἡμῖν δέ ἐστιν ἐοικότα φυτοῖς, ὄνυχές τε καὶ τρίχες, ἐστὶ δὲ ἡ φύσις, ἕξις ἤδη κινουμένη. Atqui arbores non movent ſe. Immo & moventur, motu quem vocant Gręci μεταβατικὸν, quo augẽtur & creſcunt. Sic enim rerum omnium quæ moventur aut ſe movent, motus diverſos diſtinxerunt Græci philoſophi: τῶν κινουμένων ἃ μὲν καθ' ὁρμὴν καὶ φαντασίαν κινεῖται, ὡς τὰ ζῶα· τὰ δὲ κατὰ μετάθεσιν, ὡς τὰ ἄψυχα. κινεῖσθαι δὲ καὶ τῶν ἀψύχων τὰ φυτὰ μεταβατικῶς φασὶν εἰς αὔξησιν, εἴ τις αὐτοῖς ἄψυχα εἶναι συγχωρήσει τὰ φυτά. Alii tamen hunc motum qui μεταβατικὸς Græcis dicitur

non plantis dum creſcunt, ſed animalibus dum de loco in locum tranſeunt, proprium attribuunt. Hoc enim proprie μεταβαίνειν. Qui barbaris philoſophis, *motus ſecundum locum* appellatur, hic μεταβατικὸς quibuſdam Græcorum. Nemeſius de Anima: εἶτα πάλιν ἑξῆς ἀπὸ τῶν φυτῶν ἐπὶ τὰ ζῶα μετιὼν, οὐκ ἀθρόως ἐπὶ τὴν μεταβατικὴν καὶ αἰσθητικὴν ὥρμησε φύσιν. Hinc & paulo poſt μεταβατικὰ ζῶα appellat, quæ hunc motum habent, quem Stoici aliique philoſophi καθ' ὁρμὴν κίνησιν vocabant, niſi potius eius ſit ſpecies: πάλιν δὲ κατὰ πίνναις καὶ τοῖς πιστοῖς συνῆψε τὴν τῶν μεταβατικῶν μὲν ζώων κίνησιν, μακρὰν δὲ προελθεῖν μὴ δυναμένων. Idem cap. XXVII: τῆς δὲ καθ' ὁρμὴν κινήσεως εἴδη, τό τε μεταβατικὸν, καὶ κινητικὸν τοῦ σώματος παντός. Quidam primum embryonis in utero motum, quem ἅλματος nomine vocat Hippocrates, ſic appellarunt. Heſychius: ἅλμα, πήδημα, καὶ ἡ πρώτη τοῦ ἐμβρύου μεταβατικὴ κίνησις παρ' Ἱπποκράτει. Ariſtoteles etiam πορευτικὴν appellat κίνησιν hunc animalium motum, & φορὰν, quæ aliis μεταβατική. Alii παραστατικὸν hunc motum dixere. Alcinous de Platonis doctrina, cap. XXV: ἔτι μὴν καὶ τὸ ὁρμητικόν τε, ὃ καὶ παραστατικὸν ἄν τις ὀνομάσειε. Quæ doctus interpres ita peſſimè reddidit, ut peiore non poſſit modo, quam quo ſic vertit Latine: *Sed & ad agendum aliquid impellendi, quam auxiliatricem facultatem dixeris.* Παραστατικὴ δύναμις, ô bone, non eſt *auxiliatrix facultas*, ſed qua quis de loco in locum ſe movet, ac præſentem ſe ſiſtit quo vult, & exhibet. Quæ & ὁρμητικὴ dicitur, & μεταβατική. Sed abſolute animalium hæc motio ita appellatur, quæ eſt ἐκ τόπου εἰς τόπον μεταβατική, cum plantæ moveantur tantum μεταβατικῶς εἰς αὔξησιν. Quæ αὔξησις motum habet εἰς ὕψος καὶ μῆκος. Huic tamen μεταβατικῇ κινήσει quam tribuit plantis Clemens contrarium eſt quod docet Plato, μόνιμα ea, & κατερριζωμένα πεπηγέναι, *immota & radicitus fixa.* Et κινήσεως τῆς ἀφ' ἑαυτῶν ἐστερῆσθαι, *motum à ſe non habere.* Nam quod fœtus in utero etiam μεταβατικὴν habere dicitur κίνησιν, per eam ſane locum mutat & ſitum, ut qui in lecto ſe verſant, & in alterum latus ſe iactant. Non ſic moventur plantæ. Hinc ἔγγεια ζῶα ea vocat Plato, quaſi terræ infixa, & diſtinguit ἀπὸ τῶν γηΐνων, quæ in terra aluntur, & ab eadem ſuſtinentur. Nam ἔγγειον ζῶον ſic dicitur, ut ἔγγειον κτῆμα, ædes in ſolo conſtitutæ & fundatæ. Apuleius *terrenum* ac *terreſtre* ſic diſtinxit in libro de dogmate Platonis, qui locus hodie prodigioſe corruptus eſt: *Et mortale genus corporum ex eo dividi terrenum atque terreſtre. Sic*

enim

enim ἔγγειον & χθόνιον *cenſuit nuncupanda. Terrenumque eſſe arborum cæterarumq; frugum quæ humi fixæ vitam trahunt. Terreſtria vero quæ alit ac ſuſtinet tellus.* Sic nullo modo convenire videtur μεταβατικὴ κίνησις plantis. Eas Stoici neque ζῶα, neque ἔμψυχα dici volebant. Ideo nec ψυχὴν de his nominari, ſed φύσιν. Plato & ζῶα & ἔμψυχα eſſe opinatus eſt. Ariſtoteles, ut fere ſemper medium inter utroſque tenuit, ea ζῶα quidem negavit, in numero tamen ἐμψύχων repoſuit. Stoicos ψυχὴν ademiſſe plantis, teſtis eſt etiam Clemens Alexandrinus Stromateo VIII: οὐ μὴν οἵγε Στωικοὶ τὴν φυτικὴν δύναμιν ἤδη ψυχὴν ὀνομάζουσι. Multo minus eam lapidibus, ac metallis darent, quæ tamen ſpiritu vegetante non carere, & animam proinde habere ac vivere, certa fides eſt. Nam & creſcere illa, res ipſa monſtrat. Spiritum autem illum & in quibuſdam ἐνεργὸν reperiri, Magnes teſtatur. Sed his non hic locus. Gregorius Nyſſenus, τῶν Στωικῶν hac in parte στωϊκώτερος, ne animalium quidem ratione carentium animam ψυχὴν cenſuit indigetandam, ſed hoc nomine proprie impertiendam ſolam quæ rationalis eſt, hoc eſt, humanam. Hunc vide in tractatu de Hominis opificio, cap XV. In hoc autem Ariſtoteles cum Platone convenit, ut etiam ψυχὴν plantis tribueret, etſi ζῶα eſſe nollet. Ea eſt ſcholarum *anima vegetativa*. Præter eam animalia habent & ſentientem. Homo præter utramque, & rationalem. Quod & Stoicos exiſtimaſſe, conſtat ex Diogene Laërtio his verbis quæ in Zenonis vita produxit: ἐκ περιττοῦ δὲ τῆς ὁρμῆς τοῖς ζώοις ἐπιγινομένης ᾗ συγχρώμενα πορεύεται πρὸς τὰ οἰκεῖα, τούτοις μὲν τὸ κατὰ φύσιν, τὸ κατὰ τὴν ὁρμὴν διοικεῖσθαι. Deinde ſubiicit: τοῦ δὲ λόγου τοῖς λογικοῖς κατὰ τελειοτέραν προστασίαν δεδομένου. Plantæ igitur ſine motu ac ſenſu appetunt quod ſuæ naturæ convenit. Vim facultatemque naturæ qua id faciunt, non ſolum φύσιν vocabant Stoici & φυσικὴν δύναμιν, ſed etiam φυτικὴν, quia propria plantarum eſt. Unde φυτοειδῶς & φυτικῶς quædam in nobis ipſis fieri dixere, non tantũ dum appetimus naturaliter quæ ad vitam hanc fruendam pertinent, ſed magis dum alimur, & creſcimus. Vitam autem animalium quæ ὁρμητικὴ & αἰσθητικὴ Stoicis vocatur, hoc ex abundanti habere aiebant, quod ὁρμὴν accepiſſet, qua ſeſe moverent ac ferrent ad ea quæ ipſis eſſent ad vivendum conſentanea. Plato plantarum animam quæ φυτικὴ, & φύσις Stoicis, ἐπιθυμητικὴν ψυχὴν in Timæo vocat. Quod in homine eſt ἐπιθυμητικὸν, idem eſſe in plantis & φυτικὸν Plotinus ſcribit. De nomine ipſo non puto cum Plato-

nicis φωνομαχεῖν Stoicos. Nam conſtat, plantas appetere naturaliter quod conveniens eſt ſuæ συστάσει, & alimentum trahere ex terra ad ſe vi illa quam ipſis natura indidit. Sed hæc ἐπιθυμητικὴ in plantis ſine ſenſu eſt & motu, quas ſola ἐπιθυμίᾳ διοικεῖσθαι volunt. Sequitur ſecunda animæ ſpecies Platonica, ἡ θυμοειδής. Hæc eſt ὁρμητικὴ Stoicorum, & αἰσθητική. Certe ſi tres animæ ſunt in homine ſeparatæ, ἡ ἐπιθυμητικὴ, ἡ θυμοειδὴς, & ἡ λογιστικὴ, cum ἐπιθυμητικὴ ſit propria plantarum, utraque tam ἐπιθυμητικὴ quam θυμοειδὴς adſignabitur brutis animalibus. Hæ porro duæ cum rationali iunctæ hominis animam component, & conſtituent. Ita enim Galenus de Platone: ὅσα μὲν οὖν τῶν ζώων δυσκίνητά ἐστι καὶ προσπεφυκότα δίκην φυτῶν πέτραις ἤ τισιν ἑτέροις τοιούτοις, ἐπιθυμίᾳ μόνῃ διοικεῖσθαι λέγει αὐτὰ· τὰ δ᾽ ἄλλα τὰ ἄλογα σύμπαντα τῶν δυνάμεσιν ἀμφοτέραις χρῆσθαι, τῇ τ᾽ ἐπιθυμητικῇ καὶ τῇ θυμοειδεῖ, τὸν ἄνθρωπον μόνον τῶν τρισὶν, προσειληφέναι γὰρ καὶ τὴν λογιστικὴν ἀρχήν. Demus Platoni, ἐπιθυμητικὴν ψυχὴν proprie poſſe vocari animarum plantam quatenus & illæ cupiunt naturali quadam facultate quod ipſis eſt accommodum, idque citra ſenſum & motum, anima beſtiarum θυμοειδὴς æque propriè poterit indigetari. Ponamus verum eſſe, ut certe eſt, eas ἐπιθυμίᾳ non ſolum, ſed etiam θυμῷ διοικεῖσθαι, nec tantum cupiditate, ſed & ira concitari, conſequitur inde, ſi homo qui præter has duas animas tertiam accepit, rationalem, tres animas ſeparatas regionibus & ſubſtantiis poſſidere exiſtimatur, ut beſtiæ duas ſimiliter poſſideant, æque ſede & ſubſtantia diverſas. Nam & cor habent beſtiæ, ut ſedes animæ θυμοειδοῦς in ea figi queat, ſed & iecur, vel illas partes infra præcordia in quibus ἐπιθυμητικὴν poſſe locari certum eſt, ut in homine eam Plato collocat. Cur illæ igitur unam ſolam animam habebunt, ex illis duabus facultatibus conſtantem, iraſcentia ac cupiditate, homo qui præter eas duas rationalem accepit, tres habere erit cenſendus? Una illa addita in homine ad unam quæ eſt in beſtiis, non tres efficeret, ſed duas. Sic Geryon aliquis homo ex ea opinione exiſteret. Sed in Geryone, & illo Erylo, ut eſt apud poëtam,

Naſcenti cui tres animas Feronia mater,
Horrendum dictu, dederat,

id minus mirandum, quia etiam tricorpores fuere, quibus & *terna arma movenda*, ut ait idem, *terque letho ipſi ſternendi*. Sed in homine unius corporis tres animas condere, id vero eſt monſtrū ipſo Geryone

&

& Erylo monſtroſius. Ut tres animas Erylo Aeneas, Hercules Geryoni ſimul abſtulit, ita & homini ſi tres ſint animæ, totidem mortes ſunt oppetendæ. Viderint acutiores philoſophi, & naturæ peritiores, an una res tres ſimul formas, quibus animetur, poſſit pati. Quod enim aliqui boni viri crediderunt, in uno individuo plures poſſe eſſe formas, quarum una ſit ſpecifica, aliæ ſubordinatæ & communes, hoc nunquam Stoici noſtri conſenſiſſent. De Platone an hæc eius ſententia fuerit, infra videbimus. Certe ſi ex tribus animæ facultatibus tres animas fieri placet, quarta accedat anima oportet, quæ tres illas in unum colligere & colligare ſit idonea. Nam & ipſe Plato quaſdam virtutes & vitia ponit, quæ trium ſimul facultatum ſint communes, vel ut verius dicam, illius animæ quæ tres illas in ſe continet. Poſtremo debebit etiam & quinta in numerum procedere, ex eorum ſententia qui & metalla aliaque quæ inanimata à quibuſdam cenſentur, ſuam habere vitam & animam opinantur, quam ἑκτικὴν, vel ἑκτικὴν ζωὴν, & ψυχὴν appellant. Hinc Servius ad illum poëtæ verſum quem ſuperius attulimus de Erylo, cui tres animas naſcenti à matre diva fuiſſe inditas dicit, hæc notat: *Per tranſitum oſtendit illam Platonis & Ariſtotelis contentionem, qui dubitant utrum quattuor an tres animæ ſint in homine, φυσικὴ, αἰσθητικὴ, νοητικὴ, remota κινητικῆ.* Quæ aut corrupta ſunt, aut nugatur. Nam κινητικὴ eadem eſt cum αἰσθητικῆ. Etſi non neſciam, à quibuſdam has facultates ſeparari in divisione partium animæ. Quippe quædam videntur ſenſum habere quæ non habent motivam ſecundum locum facultatem, quam proprie κινητικὴν appellant. Ut ſpongiæ, quę ad tactum contrahuntur. Verum alii plurimi αἰσθητικὴν cum κινητικῆ eamdem faciunt, quam ipſe Ariſtoteles diſtinguit in Phyſicis, ubi quinque animæ partes conſtituit, & αἰσθητικὸν aliud facit ab eo quod vocavit κινητικὸν κατὰ τόπον. Et in III. de Anima ſcribit, in quibuſdam animalibus reperiri αἴσθησιν, quæ illam κίνησιν κατὰ τόπον non habeant. Πολλὰ τῶν ζώων αἴσθησιν ἔχει, καὶ μόνιμά ἐστι καὶ ἀκίνητα. Utraque ſane animalium ratione carentium, & rationabilium communis. At φυσικὴ propria plantarum, ut νοητικὴ propria hominum. Ubi erit illa quarta anima de qua inter Ariſtotelem. & Platonem contentionem fuiſſe ait? An ἑκτικὴ quam diximus? Si hæc quarta, quod eſt abſurdum, nos quintam reperiemus ſecundum eos qui νοῦν eſſe diverſum ſtatuunt ἀπὸ τοῦ λόγου, ac proinde νοητικὴν animam ἀπὸ τῆς λογι-

κῆς

χῆς diſtinguunt, ut Plotinus & alii plerique, ut inferius erit dicendum. Varro apud Auguſtinum, cuius locum in ſequentibus afferemus, tres tantum gradus animæ agnoſcit, & tertium qui ſummus eſt *animum* vocari ſcribit, *in quo intelligentia præeminet*. Si tres iſti animæ gradus totidem ſunt animæ, ut ſubſtantia, ita loco in tribus corporis partibus diviſæ & diſſitæ, cum has tres quoque eaſdem partes corporibus beſtiarum natura dederit, cur ſolum cerebrum quod etiam habent beſtiæ, vacuum erit anima? Cur in illis, inquam, quæ carent ratione cor ſuam animam habebit, iecur ſuam, & cerebrum ſua carebit? Numquid natura in illis cor creavit capax animæ θυμοειδοῦς, iecur τῆς ἐπιθυμητικῆς, cerebrũ autem vel caput parum idoneum capiendæ animæ quæ ratiocinetur? Fruſtra igitur earum cerebrum natura formavit. Atqui natura nihil creat fruſtra. Si illius facultatis quæ θυμοειδὴς appellatur, multa argumenta oſtendunt brutæ animantes, certe & illius partis quæ λογιστικὴ vocatur, & quam in capite conſtituit Plato, non minus multa, & clara ſigna ferunt. Somniare equos & canes videmus, quod non poteſt fieri, niſi φανταστικὸν habeant. Nam viſiones nocturnæ ex diurnis. φαντασίαι porro ex ſenſibus, quos ineſſe animalibus, & quibuſdam quidem longe quam homini acutiores, certum eſt, ut cani odoratum, ut aquilæ viſum, ne de aliis dicam. Si habent φαντασίαν, habent & ἡγεμονικὸν, nec ratione carent. Nam φαντασία fit ſecundum eos in ἡγεμονικῷ, cum φαντασίαν definiant, τύπωσιν ἐν ἡγεμονικῷ, impreſſionem in principali animæ parte, ubi eſt & ratio. Τὸ μνημονικὸν etiam illis non deeſt. Ciconiæ quotannis per tot terrarum & marium, quæ travolant, tractus nidos ſuos repetunt. Liber impleri poſſet exemplis quibus probaretur, ratiocinatione etiam non deſtitui animalia rationis expertia. Non animoſe tantum in quo eſt θυμοειδὲς, dominos ſuos domumque quam cuſtodiendam accepere, canes defendunt, ſed etiam cum aliqua ratiocinatione. Fidelitas enim illa quam præſtant illis à quibus aluntur, non eſt ſine rationis rectæ lumine, quam nec plurimi hominum exhibent. Non adducam illud Chryſippi, quo & dialecticæ participes eſſe canes arguebat. In trivio conſtitutus, & ignorans, qua via dominus diſceſſerit, duabus exploratis, ſi ex odore non illac tranſiſſe herum compererit, tertiam ſine ullo odorandi experimento ſtatim arripit, ſola ratiocinatione ductus, quandoquidem neutra duarum iverit, neceſſario tertia abiiſſe. Certe ex pluribus

quæ afferri poſſent, facile conſtaret, in beſtiis λόγον non minus reperiri quam θυμὸν, & proinde æque λογικὴν ipſis animam attribui poſſe quam θυμικὴν, ex dogmate Platonis. Rectius Stoici, quoniam ἐπιθυμία plantarum expers eſt motus & ſenſus, quod amplius datum eſt animalibus, quo plantæ carent, nempe motum & ſenſum, animæ illarum cenſum debere conſtituere. Hinc ὁρμητικὸν appellarunt. Quæ non eſt in beſtiis altera anima ad priorem adiuncta, ut duæ ſint diverſæ, ἐπιθυμητικὴ & ὁρμητικὴ, ſed anima ἐπιθυμητικὴ quæ in plantis ὁρμὴν non habet; in animalibus ubi accepit ὁρμὴν, eadem fit ἐπιθυμητικὴ & ὁρμητικὴ. Sic nobiliore paratu & inſtructu anima beſtię dotata eſt quam plantæ, quæ ἐπιθυμία cenſetur, non immobili & inſenſibili, ſed cui ὁρμὴ adiuncta eſt cum αἰσθήσει, quæ nec etiam caret aliquo modo ratiocinatione, qua noxia fugiat, placita expetat, & eligat. Eadē anima quæ in beſtiis amplius quam in plantis ἐπιθυμίαν ὁρμητικὴν accepit, in homine maiore adhuc dote inſtructa eſt, quia præter ὁρμὴν & αἴσθησιν, λόγον etiam pleno iure ſortita eſt, tam ἐνδιάθετον, quam προφορικόν. Qui λόγος animæ humanæ inditus & additus, non tertiam in illo animam conſtituit à duabus aliis diſtinctam, ſed perfectiorem unam, hoc eſt, ut Stoici loquebantur, πλειοτέρα προστασία. Ut enim anima beſtiæ perfectior eſt quam plantæ quia ὁρμὴν habet, qua beſtia caret, ſic humana, quoque numeris omnibus abſolutior quam beſtiæ, quia præter ὁρμὴν, etiam λόγον nacta eſt adiunctum. Rudiſſimam plantarum ἐπιθυμητικὴν animam, perfectiorem ὁρμὴ addita in beſtiis, concinnavit, perfectiſſimam in homine elaboravit ratio ſuper omnia adiecta. Quod autem ἐπιθυμητικὴν animam à θυμοειδεῖ diſcernit Galeni Plato, & duplicem ex his duabus facultatibus animam in homine efficit, hoc idem, ut diximus, in beſtia locum habere deberet. Quod plane ratione caret. Præterea non video quomodo τὸ ἐπιθυμητικὸν, & θυμοειδὲς eamdem capere diſtinctionem poſſint, quæ eſt inter utrumque, & λογιστικόν. Nam ipſe θυμὸς non caret ἐπιθυμίᾳ. Qui enim iratus eſt, cupit ſe ulciſci. Sed & qui aliquid vehementer cupit, animoſe hoc cupere certum eſt, ita ut nec ἐπιθυμία videatur eſſe ſine θυμῷ, ut nec ipſum nomen, quod habet adnexum θυμοῦ vocabulum. Profecto ſi aliqua animæ facultas ſepar ac diverſa datur à rationali, eiuſdem facultatis partes eſſe probabile eſt τὸ θυμοειδὲς, & τὸ ἐπιθυμητικόν. Quod & Cleanthi viſum eſſe, ex his eius verſibus quos Galenus citavit,

appareț, quibus colloquium τῦ θυμῦ & τῦ λόγυ inſtituit:

Τί πτ' ἐθ' ὅ τι βέλει θυμέ; τῦτο μοι φράσον.
Ἔχω λογισμὸν πᾶν ὃ βέλομαι ποιεῖν.
Ναὶ, βασιλικόν γε. πάλιν ὅμως εἶπον πάλιν.
Ὅσων ἐπιθυμῶ, ταῦθ' ὅπως γίνηταί.
Quid agere tendis anime? Dic agedum mihi.
Hoc cogito omne facere, quod libido fert.
Id regium. Iterum dic tamen tibi quid velis?
Quodcunque cupio, ut fiat, id plane expeto.

Non ſolum autem Stoici θυμὸν cum ἐπιθυμίᾳ eundem faciunt, ſed etiam ipſi Peripatetici quorum princeps Ariſtoteles. Stoici θυμὸν exponunt ὀργὴν ἐναρχομένην, *iram incipientem*, ὀργὴν vero, quod generale ipſis nomen eſt ad omnes τῆς θυμοειδῦς δυνάμεως affectiones ſignificandas, definiunt ἐπιθυμίαν τιμωρήσασθαι τὸν δοκῦντα ἠδικηκέναι, *cupiditatem ulciſcendi eum qui prior putatur læſiſſe*. Ariſtoteles quoque in ſecundo libro de Rhetorica ὀργὴν quæ ad θυμοειδῆ facultatem pertinet, ὄρεξιν τιμωρίας definit. Quinimmo ipſe Ariſtoteles, cum prius partes animæ irrationalis iuxta cum Platone duas feciſſet, θυμικὴν & ἐπιθυμητικὴν, poſtea utramque pro eadem habuit. Hoc me docuit Plutarchus in libro de virtute morali, cuius hæc verba ſunt: ταύταις ἐχρήσατο τῶν ἀρχαῖς πλεῖστον Ἀριστοτέλης, ὡς δῆλόν ἐστιν ἐξ ὧν ἔγραψε. ὕστερον δὲ τὸ μὲν θυμοειδὲς τῷ ἐπιθυμητικῷ προσένειμεν, ὡς ἐπιθυμίαν τινὰ τὸν θυμὸν ὄντα, καὶ ὄρεξιν ἀντιλυπήσεως. Et certe ſcripta huius ſunt quæ ſervant utriuſque opinionis expreſſam mentionem. Poſteriora igitur illa ſunt quæ τὸ θυμοειδὲς attribuunt τῷ ἐπιθυμητικῷ, ſi Plutarcho fides eſt. In illa porro ἐπιθυμίᾳ maneamus qua ſola conſtare animam plantarum volunt. Ea in plantis ſimpliciſſima eſt. Hærent ſolo, & per radices trahunt è terra humorem concupitum, quo aluntur, creſcunt ac vigent. Uniuſmodi hæc concupiſcentia eſt, eiuſque effectus, in omnibus plantis, quamvis in infinita dividantur genera. In animalibus non ſola eſt hæc ἐπιθυμητικὴ δύναμις, ſed adiunctam habet ὁρμὴν, quæ motum & ſenſum comprehendit. Si altera hæc anima eſt in animantibus, qua ſentiunt ac ſe movent, huius additione certum eſt multis partibus perfectiorem reddi ἐπιθυμίαν cui adiecta eſt. Non enim hæc ſimplex & rudis in his eſt, ut in plantis. Sed cum moveantur ad eam perſequendam, & voluptatem ſentiant in ea potienda, inde fit, ut in illis quæ cupiunt vel

ad vitam tantum ſuſtentandam, non uniuſmodi pabula affectent, etiam quæ unius ſunt ſpeciei. Pone πηφάγα, non unius ea ſunt generis. Pone unam ex his ſpeciem. Nec ea uno genere herbarum paſcitur. Quædam plura herbarum genera perſequitur, nonnullæ numero pauciora, ſunt quæ omne ferme genus adpetunt, ut omnicarpæ capræ. Σαρκοϐόροις eadem differentia. Omittam alias quas habent cupiditates & affectus quibus carent plantæ. Negant eas ὁρμὰς in animalibus eſſe πάθη Stoici, quia nec ab opinione veniunt, nec modum naturalem excedunt, & hoc utrumque quia ratione carent. Si ὁρμὴ addita animalibus in tantum mutavit eorum ἐπιθυμίαν ab ea quam habent plantæ, quis non credat, ut ἐπιθυμητικὴ tantum eſt anima plantarum, ita eſſe planè ὁρμητικὴν animalium, quæ ut præſtantior eſt nobiliorque, ſic illam alteram ſub ſe comprehendit perfectioremque reddit? Nam quod tantum diſtat ἐπιθυμία animalium ab ἐπιθυμίᾳ plantarum, hoc ſola ὁρμὴ præſtat, quæ non eſt appendicis & additamenti loco, quaſi comes data illi alteri animæ qua ſola gaudent plantæ, ſed per ſe talis ingenerata animalibus, alteram quoque illam ſimul in ſe habet facultatem quæ in plantis eſt, ut nutriantur per eam, augeantur, & vigeant. Ideo ſane φύσιν Stoici in plantis eam facultatem malebant nominare quam animam vel vitam, quia φυτικὴ potius eſt δυνάμεις, quam ψυχὴ, vel ζωή. Vivunt quidem quadantenus per illam vigentque, ſed ſuo modo, hoc eſt, ſine ſenſu & ὁρμῇ, vel κινήσει. Cum anima autem animalium ὁρμητικὴ ſit, non defici debuit & illa facultate qua plantæ ortum & incrementum capiunt, immo & eam habuit in modo perfectiore & excellentiore, beneficio τῆς ὁρμῆς. Non maiorem porro differentiam dedit inter ἐπιθυμίαν plantarum & animalium ὁρμὴ his addita, quam inter animalium ceterorum & hominis ἐπιθυμίαν ratio huic indita, qua ceteræ carent animantes. Conſiſtamus in hac ἐπιθυμίᾳ naturali, quæ victum & vivendi cupiditatem ſpectat. Ut hæc alia in animalibus quam in plantis, munere τῆς ὁρμῆς, ita longe alia in homine quam in animalibus, opera τοῦ λόγου. Naturalis quidem eſt in plantis, nec naturæ limites egreditur, qui dati ipſis ſunt admodum anguſti. Aeque naturalis in animalibus, ſed latior eis limes apertus, ex ὁρμῇ adiuncta. Si non amplius quam ὁρμὴν iſtam φυσικὴν habuiſſet homo, ut cetera eam habent animalia, neque plus appetiſſet quam ipſa, neque alio modo, ſed & intra modum quoque naturalem

conſtitiſſent omnes eius appetitus, non ſolum qui vitæ ſuſtinendæ deſiderio continentur, ſed etiam alii. Quid igitur facit ut homo naturæ limites tranſcendat in edendi bibendique appetitu, nec contentus ſit, ut beſtiæ, obvio & parato, & à natura ipſa conceſſo, ſed artem guſtuum condat, condimentis variis quæſitis & gulæ irritamentis? Nempe δόξα eſt. Cur homo hominem vorat? quod belluæ non faciunt. nam, ut ait Satyricus, *Tigris agit rabida cum tigride pacem?* Δόξα eſt. Cur ſenſus alios non nativis tantum rebus delectat & ſatiat, ut ſolent animalia, ſed pluribus etiam aliis ab arte comparatis, odoribus, picturis, muſicis inſtrumentis? Δόξα hoc præſtat. Cur animalia ſtatum habent tempus qua feminæ maris deſiderio incitentur, homo omni tempore in venerem fertur? An non & hoc etiam dat δόξα? Cur præter modum perturbatur metu & ægritudine? Cur in ſpe & lætitiâ modum non tenet geſtiendi ac ſeſe efferendi? Stoicus adeſt, qui dicat δόξαν hoc facere. Si animalia quæ ſolo inſtinctu naturali, & ὁρμῇ φυσικῇ, ut vocant Stoici, donata ſunt, hæc omnia non habent, unde illa habere hominem dicemus niſi ab anima λογικῇ, quæ præcipua ipſi data eſt? Ut anima autem ὁρμητικὴ animalium continet intra ſe & ἐπιθυμητικὴν plantarum, nec duæ ſunt in illis animæ, ita prorſum neceſſe eſt iuxta Stoicorum ſententiam, animam hominis λογικὴν duas alias habere in ſe, τὴν ὁρμητικὴν & ἐπιθυμητικὴν, non tanquam diverſas animas, ſed tanquam diverſas facultates. Hominis anima eſt λογικὴ quæ varias habet δυνάμεις, κινητικὴν, φανταστικὴν, ὀρεκτικὴν, ὁρμητικὴν, αἰσθητικὴν, φωνητικὴν, σπερματικήν. Ergo λόγος ad illas omnes ſe extendit facultates. Non ſine ratione intelligit, imaginatur, cupit, movetur, ſentit, loquitur, & ſimilem ſibi generat. Ergo & ubi modum in his omnibus appetitionibus ſupergreditur, hoc quidem facit tanquam animal rationale, quatenus animalia rationis expertia id non faciunt, non tamen ratio ipſa recte ſe habens, & imperio ſuo utens, hoc perpetrat, ſed ubi oppreſſa tanquam imbecillior ab appetitionibus valentioribus ſubſidere cogitur & cedere. In una itaque eademq; ſede ponunt τὸ ἡγεμονικὸν τῆς ψυχῆς, in quo ratio eſt, & τὸ ἐπιθυμητικὸν & τὸ θυμοειδές. Plato ipſe Galeni qui tres animas vel tres οὐσίας animæ ex illis tribus partibus facit, ut ſuam cuique parti peculiarem tribuat virtutem, & vitium, agnoſcit tamen quaſdam virtutes & contraria his vitia, quæ quaſi totam animam, unamque ex illas tribus con-

conſtantem partibus, reſpiciant. Ut τοῦ λογιστικοῦ virtus propria ab ipſo cenſetur *prudentia*, contrarium huic vitium proprium eiuſdem λογιστικοῦ *imprudentia*. Τοῦ θυμοειδοῦς virtus *lenitas*, vitium *iracundia*. Τοῦ ἐπιθυμητικοῦ virtus *temperantia*, vitium *intemperantia*. At totius animæ, ὅλης τῆς ψυχῆς, virtutes, ἡ δικαιοσύνη, καὶ ἡ ἐλευθερία, καὶ ἡ μεγαλοψυχία ab ipſo ſtatuuntur, ut vitia his oppoſita etiam τῇ ὅλῃ ψυχῇ tribuuntur ab eodem, ἡ ἀδικία καὶ ἡ ἀνελευθερία, καὶ ἡ μικροψυχία. Fatetur igitur Plato hac vitiorum virtutumque quarumdam adſignatione toti animæ imputanda, ſic eſſe coniunctam & contextam, quæ tribus partibus apud illum conſtat, animam, ut una eademque virtus, unumque & idem vitium ad totam poſſit pertinere eamque tenere. Quod tamen non fieret ſi locis eſſent ita diſſitæ illæ tres partes quemadmodum ille vult, atque ita etiam, ut unaquaque illarum partium ſua ſubſtantia cenſeretur, ab aliis diverſa. Stoici vero, quod & Plato de iuſtiticia & iniuſticia dicit, item magnaminitate & puſillanimitate, nempe illas eſſe virtutes ac vitia ad ὅλην τὴν ψυχὴν pertinentia, hoc de omnibus vitiis ac virtutibus tradunt, ad ὅλην τὴν ψυχὴν eſſe referenda, quæ una utpote ſit, cuiuſque ἡγεμονικὸν in corde ſtatuunt. Unde & ipſa πάθη quę ex ὀρεκτικοῦ procedunt. Et quamvis Ariſtoteles diverſas eſſe ſentiat facultates quibus ratiocinamur, cupimus & iraſcimur, non tamen eas partibus aut ſubſtantiis, vel ſpeciebus diſtinguit ac diſcernit, tanquam eſſent tres animæ diverſæ, ſed tantum δυνάμεσι, & tres eas ſimul cum Stoicis in una ſede locat, nempe in corde. Quæ etiam Stoici Poſidonii ſententia fuit, quamvis ab reliquis Stoicis diſſenſerit in aſſignanda perturbationum cauſa. Galenus lib. VI. de dogmate Hippocratis & Platonis: ὁ μὲν οὖν Πλάτων καὶ τοῖς τόποις τοῦ σώματος κεχωρίσθαι νομίζων αὐτὰ, καὶ ταῖς οὐσίαις πάμπολυ διαλλάττειν, εὐλόγως εἴδη τε καὶ μέρη προσαγορεύει. ὁ δ᾽ Ἀριστοτέλης καὶ ὁ Ποσειδώνιος εἴδη μὲν ἢ μέρη τῆς ψυχῆς οὐκ ὀνομάζουσιν, δυνάμεις δ᾽ εἶναί φασι μιᾶς οὐσίας ἐκ τῆς καρδίας ὁρμωμένας. *Ariſtoteles vero & Poſidonius ſpecies vel partes animæ non nominant, quia putant, facultates eſſe eiuſdem ſubſtantiæ ex corde profectas.* Idem lib. V: οὐ κατὰ τόδε τὸ βιβλίον ἀγωνιζόμεθα πρὸς Ἀριστοτέλην καὶ Ποσειδώνιον, ὁμολογοῦντας μὲν ἑτέροις ἀλλήλων, λογίζεσθαί τε καὶ θυμοῦσθαι καὶ ἐπιθυμεῖν ἡμᾶς, οὐ μὴν εἴδεσί γε ἢ μορίοις ψυχῆς, ἀλλὰ δυνάμεσι. Et ipſe quidem Galenus Platonis ſententiam ſequitur, non Ariſtotelis aut Poſidonii, quam omnibus modis impugnat, & rectius cenſet ſingulas illas

animæ partes ſubſtantias eſſe appellandas quam facultates, lib. vi. Καλείσθω δὴ, inquit, ἐν τῷ παρόντι δύναμις, ὕστερον ἐπιδειξόντων ἡμῶν ἀκριβέστερον ὡς πολλῶν ἐστι δυνάμεων ἀρχὴ τὸ ἧπαρ, καὶ κάλλιον οὐσίαν ψυχῆς ὀνομάζειν, οὐ δύναμιν ἐν ἑκάστῳ τῶν τριῶν σπλάγχνων περιεχομένην. Totidem igitur animas ſingulis illis viſceribus incluſas putant qui cum illo ſentiunt, animam λογικὴν in cerebro, in corde θυμοειδῆ, in iecore ἐπιθυμητικὴν, quam & γεννητικὴν, & θρεπτικὴν, & φυτικὴν vocant. Cum hæc ultima anima ſola ſit in plantis, ubi ſedem in planta habebit propriam? Non uno loco plantæ incluſam eſſe apparet, ſed per totam diffuſam, à radice principium accipientem. Ergo in radice collocanda eſt. Radix plantarum habet analogiam cum capite reliquorum animalium. Nam & *caput* appellatur in quibuſdam, ut in vitibus. Hominem eſſe plantam inverſam qui dixit olim, ſcitè viſus eſt dixiſſe. Cor etiam habent, aut cordis ἀνάλογον eædem plantæ, quam & καρδίαν, & ἐγκάρδιον periti hiſtoriæ plantarum olim vocarunt. Sed vis illa vitalis qua planta continetur non eſt in eius corde, ſed in radice, qua exciſa moriuntur. In palma pars quædam vocatur ἐγκέφαλος, quæ vim illam eius vitalem genitalemq; continet, quæ in ſummitate eſt trunci, ex qua frondes pullulant. E capite & ἐγκεφάλῳ animalium τὸ ψυχικὸν πνεῦμα oriri multi cenſent, ut τὸ ζωτικὸν ex corde Eraſiſtratus. Alii utrumque ex cerebro venire. Qua de re nunc nobis non eſt diſputandum. Sed certè quod iam ante attigimus, ſi duæ ſunt animæ in beſtiis, ἡ θυμοειδὴς & ἐπιθυμητικὴ, in corde illa erit animalis ipſis ſtatuenda, ut ſibi conſtent, hæc in iecore. Caput ſolum ſua anima carebit, quod tamen principium eſſe omnis motionis in animali plerique conſentiunt. Quod & ipſe verum eſſe Chryſippus conceſſit, quamvis in corde conſtituerit τὸ ἡγεμονικόν. Nervorum enim initium in capite. Ariſtotelis autem ſententia qui tres illas facultates animæ in corde collocabat, non longe it à Stoicorum opinione. Nam & perturbationes inde oriri ſtatuendum eſt ex ea opinione, unde & λόγος oritur. Quinimmo & Stoici, & præcipue Zenon, perturbationum cauſam τὴν δόξαν eſſe volunt. Non abit ab hac opinatione longius in libris de Rhetorica Ariſtoteles. Nam lib. ii, cap. vi, definit φόβον, λύπην τινὰ, ἢ ταραχὴν ἐκ φαντασίας μέλλοντος κακοῦ, ἢ φθαρτικοῦ, ἢ λυπηροῦ. Non aliud Zeno dixit, quam metum eſſe perturbationem ex opinione mali futuri. Nullam enim aliam huius perturbationis cauſam dat, quam τὸ δοξάζειν κακὸν ἐπιφέρεσθαι.

φέρεσθαι. Contrariam metui confidentiam idem Ariſtoteles capite ſequenti determinat, eſſe ἐλπίδα μετὰ φαντασίας τῶν σωτηρίων ὡς ἐγγὺς ὄντων, τῶν δὲ φοβερῶν ἢ μὴ ὄντων ἢ πόῤῥω. Idem ſimiliter ὀργὴν definit, ὄρεξιν μετὰ λύπης τιμωρίας διὰ φαινομένην ὀλιγωρίαν τῶν εἰς αὐτὸν ἢ εἰς αὐτοῦ τινα μὴ προσηκόντως. Ergo & ὀργῆς cauſa ab ipſo ſtatuitur ἡ φαντασία, quæ eſt eadem cum Stoicorum δόξῃ. Et cap. γ eiuſdem libri τὰ πάθη eſſe dicit, δι' ὅσα μεταβάλλοντες διαφέρουσι πρὸς τὰς κρίσεις, οἷς ἕπεται λύπη καὶ ἡδονή. *Sunt vero perturbationes, propter quas homines mutati diſſentiunt à ſe ipſis in iudiciis & opinionibus, quas ſequitur ægritudo & lætitia.* Non multum hæc abſunt à Chryſippi ſententia, qua πάθη κρίσεις eſſe pronuntiavit. Nam aliam atque aliam κρίσιν habent homines, in alia atque alia perturbatione. Ergo quot πάθη ſunt, totidem ſunt κρίσεις, quas tanquam effectus conſequitur illarum κρίσεων, dolor aut voluptas. Ut in ira quamdiu circa vindictæ cogitationem immòratur φαντασία, quæ δόξα vel κρίσις eſt qua quis opinatur vindictam ſe debere ſumere, voluptas quædam ex ea naſcitur. ἀκολουθεῖ γὰρ, inquit idem Philoſophus capite ſequenti, de ira, καὶ ἡδονή τις διά τε τοῦτο, καὶ διότι διατελοῦσιν ἐν τῷ τιμωρεῖσθαι τῇ διανοίᾳ. ἡ οὖν τότε ἐγγινομένη φαντασία ἡδονὴν ποιεῖ. Quæ omnia dicuntur ex mente Stoici dogmatis. Ad Stoicum quoque dogma prope accedit quod idem Ariſtoteles in Ethicis ſcripſit, partem illam hominis animæ irrationalem, quadamtenus & rationis videri participem. Eſſe enim & quamdam in anima humana facultatem prorſus ἄλογον, ut τὸ θρεπτικόν. καὶ τὸ θρεπτικὸν, inquit, ἐατέον, ἐπειδὴ τῆς ἀνθρωπικῆς ἀρετῆς ἄμοιρον πέφυκεν. Sic duplex animæ ἄλογον ſecundum Ariſtotelem, τὸ θρεπτικὸν, & τὸ παθητικόν. Sed τὸ παθητικὸν non prorſus caret ratione, cum τὸ θρεπτικὸν quod idem cum φυτικῷ & αὐξητικῷ, ſit omni ratione vacuum. Andronicus: ὥστε φαίνεται τὸ ἄλογον τῆς ψυχῆς διττὸν εἶναι, τὸ μὲν πάντη ἄλογον, τὸ φυτικὸν, τὸ αὐξητικὸν δηλονότι καὶ θρεπτικὸν, τὸ δὲ πῃ λόγου μετέχον, τὸ θυμικὸν καὶ ἐπιθυμητικὸν, τοῦτο γὰρ κοινωνεῖ λόγου καθ' ὅσον κατήκοόν ἐστιν αὐτοῦ καὶ πειθαρχικόν. Quod ad vim illam vegetantem & nutrientem attinet, Stoici quoq; fatentur, multa in nobis φυτοειδῶς γίνεσθαι, & hanc in homine partem agnoſcunt, quæ θρεπτικὴ & φυτικὴ dicitur, quam & penitus ratione vacare nemo unquam negavit. Hanc ἐπιθυμητικὴν vocat Plato. Præter hanc in totum ἄλογον animæ partem, aliam non prorſus ἄλογον, ſed quadamtenus rationis participem ponit Ariſtoteles, quod παθητικὸν eſt animæ

μέρος.

μέρος. Quod παθητικὸν in beſtiis non eſſe ideo volebant Stoici, quia nec in illis ratio eſſet. Sed nec in pueris, priuſquam uſum rationis, immo & ipſam, per ætatem accepiſſent. Non autem rationis erant capaces ante annum decimum quartum, ut tradit ex Stoicis Iamblichus in Eclogis Stobæi. Quæ in ſequentibus explicabimus. Nihil enim in his intellexit vir ſummus, qui de eorum Philoſophia tractavit. Ergo ſecundum Peripateticos aliquid in homine ſtatuendum eſt, quod rationi adverſetur & repugnet, & aliud ſit ab ipſa ratione. Ariſtoteles lib. 1 Nicomacheorum cap. ultimò: φαίνεται δὲ ἐν αὐτοῖς καὶ ἄλλό τι παρὰ τὸν λόγον πεφυκὸς ὃ μάχεταί τε καὶ ἀντιτείνει τῷ λόγῳ. Quemadmodum enim in corpore paralytici, quæ partes ſideratæ ſunt, ſi eas in dextrum movere ſtudeat, feruntur ſiniſtrorſus, & contra, ita in animo, plerumque ratione in alteram partem impellente, pars illa quæ reſiſtit rationi, aliorſum tendit. Interdum tamen & rationi ſe præbet obſequentem, ut ſolet fieri in his qui continentes ſunt. Quin & ipſi incontinentes ſæpenumero ad meliorem ſeſe adplicant partem, & rationi morem gerunt. Ex quo perſpici poteſt, non prorſus eſſe rationis expers τὸ παθητικόν. Atque in corporibus quidem paralyſi contactis facilè cernitur ille partium motus præter animi voluntatem, in anima non ita facilè videtur. Non propterea tamen negandum eſt, animo tale quid ineſſe, quamvis oculis ac ſenſu haud ita poſſit percipi. Ἴσως δὲ, inquit idem philoſophus, οὐδὲν ἧττον καὶ ἐν τῇ ψυχῇ νομιστέον εἶναί τι παρὰ τὸν λόγον, ἐναντίον τοῦτο καὶ ἀντιβαῖνον. Quomodo id aliud ſit ab animæ parte rationali, quod tamen rationi participet, ſcire nihil intereſt, dum conſtet ita eſſe. Nam clare videmus in anima continentis, id rationi parere, & multo magis in anima temperantis. Omnia enim in iſto rationi planè conſonant & congruunt. Hinc concludit, τὸ ἄλογον εἶναι διττὸν in homine, τὸ μὲν γὰρ φυτικὸν οὐδαμῶς κοινωνεῖ λόγου, τὸ δὲ ἐπιθυμητικὸν, καὶ ὅλως ὀρεκτικὸν, μετέχει πως ᾗ κατήκοόν ἐστιν αὐτοῦ, καὶ πειθαρχικόν. Eamdem fuiſſe Platonicorum ſententiam ſupra docebamus. Immo, ut nunc addo, etiam ipſius Platonis, qui tamen de ea tantum parte quam θυμικὴν appellat, id ſtatuiſſe videtur, non de altera quæ cupiditates habet, quam prorſus ἄλογον exiſtimavit. Ideo & hanc ἐπιθυμητικὴν plantis, ut propriam, attribuit. Sic enim in Timæo ſcribit: τὸ μετέχον οὖν τῆς ψυχῆς ἀνδρείας καὶ θυμοῦ, φιλόνεικον ὂν, κατῴκισαν ἐγγυτέρω τῆς κεφαλῆς μεταξὺ τῶν φρενῶν τε καὶ αὐχένος, ἵνα

ξ

τοῦ λόγου κατήκοον ὂν, κοινῇ μετ᾽ ἐκείνου βίᾳ τὸ τῶν ἐπιθυμιῶν κατέχοι γένος, ὁπότ᾽ ἐκ τῆς ἀκροπόλεως τῷ ἐπιτάγματι μηδαμῇ πείθεσθαι ἑκὸν ἐθέλοι. Vides, iraſcentiam non procul à ratione ab eo ideo collocatam videri, ut rationi obediens poſſit cum ea conſiliis viribuſque iunctis cupiditatum genus coërcere, & invitas ad parendum rationi cogere. Quæ Apuleius ſic vertit in libro de dogmate Platonis: *At enim cum tres partes animæ ducat eſſe, rationabilitatem, id eſt, mentis optimam portionem, hanc ait capitis arcem tenere: iraſcentiam vero procul à ratione ad domicilium cordis deductam eſſe, obſequique eam & reſpondere in loco ſapientiæ.* Quibus in verbis aut legendum eſt addita negatione, *non procul à ratione*, aut illud *procul* accipiendum pro *prope*, ut veteribus uſurpatum eſt, quod & Gloſſæ notant, *procul*, ἐγγύς. Nam in Platone eſt, ἐγγυτέρω τῆς κεφαλῆς. Sed tunc legendum eſſet in Apuleio, *procul ratione*, aut *procul rationem*. Quod ait iraſcentiam obſequi in loco, & reſpondere ſapientiæ, per hæc oſtendit etiam rationis eam eſſe participem, ubi, & quando oportet. Hoc enim *in loco* ſignificat, idemque eſt quod in tempore, ut apud Terentium: *obſecundare in loco.* Item: *pecuniam in loco negligere, maximum interdum eſt lucrum.* Sic quæ *in loco* ſunt aut fiunt, convenienter tempori locove, & adtemperate, opportuneque fieri dicuntur. Cicero in Verrem actione VII: *Vt hæc ipſa ædilitas, non quia neceſſe fuerit, alicui candidato data, ſed quia ſic oportuerit, recte collocata, & iudicio populi in loco poſita eſſe videatur.* Ita enim vetuſtiſſimi libri eo loco legunt, non ut habent vulgati, *digno in loco.* Sic explicanda ſunt apud poëtam, *aptaque verba loco.* Et apud Senecam: *Interim hæc pœna in loco eſt.* Bene poſitam eſſe illam pœnam, & apte vult. *Locum* pro tempore ſæpe etiam veteres ſumpſiſſe, indicant illę loquutiones antiquę, *Ad id locorũ, Tunc locorum, Interea loci.* Sed hæc alibi. Solam igitur θυμικὴν facultatem Plato rationis utcumque eſſe participem quatenus ei paret, videtur exiſtimaſſe, quæ collatis quaſi cum ipſa operis irrationabilem illam, hoc eſt, ἐπιθυμητικὴν, interim domat, & ad obſequium adigit, quamque idcirco vult longiſſime à rationis ſede relegatam, ne vicinitate nimia eam interturbaret. Apuleius ibidem, cuius verba ita conſtituenda ex veteribus libris: *Cupidinem atque adpetitus poſtremam mentis portionem, infernas abdominis ſedes tenere, ut popinas quaſdam, & latrinarum latebras, diverſoria nequitiæ, atque luxuriæ. Relegatam vero idcirco longius à ſapientia hanc partem videri, ne importuna vicinitas rationem*

 con-

conſulturam deſuper cunctorum ſaluti, in ipſa cogitationum utilitate turbaret. Quæ expreſſa ſunt ex his Platonicis : τὸ δὲ δὴ σίτων τε καὶ ποτῶν ἐπιθυμητικὸν τῆς ψυχῆς, καὶ ὅσων ἔνδειαν διὰ τὴν τοῦ σώματος ἔχει φύσιν, τοῦτο εἰς τὰ μεταξὺ τῶν τε φρενῶν , καὶ τοῦ πρὸς τὸν ὀμφαλὸν ὅρου κατῴκισαν, οἷον φάτνην ἐν ἅπαντι τούτῳ τῷ τόπῳ τῇ τοῦ σώματος τροφῇ τεκτηνάμενοι. καὶ κατέδησαν δὴ τὸ τοιοῦτον ἐνταῦθα ὡς θρέμμα ἄγριον, τρέφειν δὲ δὴ συνημμένον ἀναγκαῖον, εἴπερ τι μέλλοι ποτὲ θνητὸν ἔσεσθαι γένος. ἵν' οὖν ἀεὶ νεμόμενον πρὸς φάτνῃ, καὶ ὅτι πορρωτάτω τοῦ βουλευομένου κατοικοῦν, θόρυβον καὶ βοὴν ὡς ἐλαχίστην παρέχον, τὸ κράτιστον καθ' ἡσυχίαν περὶ τοῦ πᾶσι κοινῇ ξυνδιαφέροντος τῷ βουλεύεσθαι, καὶ διὰ ταῦτα ἐνταῦθα ἔδοσαν αὐτῷ τὴν τάξιν. Ex his luce liquidius apparet, Platonem ex tribus animæ partibus unam omnino voluiſſe eſſe rationabilem, quæ & inde nomen nacta eſt, τὸ λογικὸν nempe μέρος τῆς ψυχῆς, alteram rationis non omnino expertem, ſed parere rationi idoneam , ideoque proximam ei ſedem in corpore ſortito accepiſſe, quod eſt θυμικόν. Tertiam prorſus ratione vacuam, τὸ ἐπιθυμητικόν. Nam & alio loco in eodem Timæo cupidinem veneriæ rei ex toto indomabilem rationi, & immorigerabilem eſſe docet : διὸ δὴ τῶν μὲν ἀνδρῶν τὸ περὶ τὴν τῶν αἰδοίων φύσιν, ἀπειθές τε καὶ αὐτοκρατὲς γεγονὸς, οἷον ζῷον ἀνυπήκοον τοῦ λόγου πάντων δι' ἐπιθυμίας οἰστρώδεις ἐπιχειρεῖ κρατεῖν. Idem de ſexu muliebri mox tradit, quæ impotentia libidinum, ubi loci earum non potiuntur ſuo tempore eius rei cuius maximè ſunt appetentes, in furias ignemque ruunt, & in morbos etiam incidunt impatibiles, mirabileſque. Ea de cauſa hanc, quæ cupidines & appetitus habet, animæ portionem relegatam eſſe longius à ſede rationis, id eſt, capite, infernas abdominis ſedes tenere dicit Apuleius. Alcinous : τὸ δὲ ἐπιθυμητικὸν περὶ τὸ ἦτρον, καὶ τοὺς περὶ τὸν ὀμφαλὸν τόπους, *circa abdomen, & loca umbilico vicina.* Illam igitur partem quæ in ſummo locata eſt, quæque tota rationalis, immo ratio ipſa, diſpeſci vult quaſi limite quodam, & canali, ſive iſthmo anguſto ab ea quæ pro dimidio tantum rationalis habetur. Collum eſt quo pars animæ rationalis quæ in capite ſedem habet, ſeparatur ac diſterminatur ab inferiore, cui locus in corde aſſignatur, & rationem eo nomine participat, quod ei auſcultat. Hanc rurſus partem quæ pro dimidio rationalis eſt, ab ea quæ ex toto eſt irrationalis, dividi diſſepimento illo tranſverſo , quod Græci διάφραγμα appellant, & φρένας. Etenim illam ſupra præcordia eſſe ſitam, hanc infra, circa abdominis infernas partes , & umbilicum. Aliter hæc

hæc itaque Plato quam Ariſtoteles, qui partem animæ irrationabilem cum in duas iterum ſubdividat, in rationi parentem, & non parentem, τὸ ἐπιπειθὲς λόγῳ, καὶ τὸ ἀπειθές, eam quæ rationi obſecundat, duplicem ſtatuit, τὴν ἐπιθυμητικὴν, καὶ τὴν θυμικήν. Quæ rationem non audit, eam τῷ θρεπτικῷ, & τῷ αὐξητικῷ, & τῷ γεννητικῷ μέρει conſtare dicit. Experiamur ecquid conciliari poſſit Plato cum Ariſtotele. Hoc ſaltem ex hoc conatu comperiemus, qua in re maximè diverſi ſint, ſi excutiamus quid ἐπιθυμητικοῦ nomine ille intellexerit. Patebit certe mentem eius ex verbis curioſius rimanti, non aliud ἐπιθυμητικὸν deſignaſſe quam quod illis tribus Ariſtoteles comprehendit facultatibus, alente, creſcente, ac gignente. Quæ tres, conſtituunt animæ partem prorſus rationis expertem. Eæ ſunt φυσικαὶ cupiditates, non ψυχικαὶ, quæ rationi non obediunt. Ita Platonem intellexiſſe cum τὸ ἐπιθυμητικὸν animæ μέρος ex toto ratione vacare dixit, verba quibus id explicavit, fidem fecerint. Τὸ δὲ δὴ, inquit, σίτων τε καὶ ποτῶν ἐπιθυμητικὸν τῆς ψυχῆς, καὶ ὅσον ἔνδειαν διὰ τὴν τοῦ σώματος ἴσχει φύσιν. Planè expreſſit cibi ac potionis cupiditatem, & aliorum quorum indiget homo propter corporis ſui naturam. Id ipſum exprimere debuit Apuleius, cum opinionem Platonis circa hæc exponere ſatageret. Qui tamen *cupidinem* ſimpliciter, atque *appetitum* nominavit. Atqui alii ſunt appetitus animi, alii corporis. Hæ φυσικαὶ ἐπιθυμίαι vocantur, illæ ψυχικαί. Vel invitis nobis illæ concitantur, iſtæ ex iudicio oriuntur, & in noſtra ſunt poteſtate. Nec ratio poteſt evincere, ut homo natus non afficiatur deſiderio cibi, potus, & ſomni, & coitus. Plato ποτῶν & σίτων ἐπιθυμίαν expreſſe nominavit, & reliqua duo ſubintellexit, cum addidit, καὶ ὅσων ἔνδειαν διὰ τὴν τοῦ σώματος ἔχει φύσιν. Ita enim ſcribendum apud Platonem, non ut eſt in editis, καὶ ὅσον. In his igitur quibus humana deſideria neceſſitas naturalis adſtrinxit, τὸ ἐπιθυμητικὸν ſuum, quod rationi non obtemperat, Plato incluſit. Similiter & Pythagoreorum verſuum auctor, τὸ ἐπιθυμητικὸν his tribus complexus eſt, ventris & quæ infra ventrem ſunt, cupiditate, & ſomni neceſſitate:

——— κρατεῖν δ' εἰθίζεο τῶνδε
Γαστρὸς μὲν πρώτιστα, καὶ ὕπνου, λαγνείης τε,
Καὶ θυμοῦ.

& ventris nomine, & veneris, quam λαγνείαν nuncupat, τὸ ἐπιθυμητικὸν ſignificavit. Per θυμὸν vero quidquid perturbationum ex ea

animæ parte quam θυμικὴν appellant, ſuſcitatur. At Paraphraſtes Arabs quem edidit doctiſſimus & clariſſimus noſter Elichmannus, hæc perperam miſcuit, & θυμὸν pro ira accepit, *ſomnumque* in ſua verſione, poſt θυμὸν poſuit. والغضب والنوم. *Tum ira, & ſomnus.* Hoc præcepto Pythagoras declarat non ſolum eam animæ partem quæ iras creat, ſub imperium rationis ire poſſe, ſed etiam illam quæ cupidines quaſi proprias habet. Et ſane cum utrique modum ratio imperare poſſit, & parere tam hæc quam illa vis animæ, an non recte dicatur, utramque eatenus rationalem eſſe quatenus rationi obtemperat? Sic melius Ariſtoteles, quam Plato dixerit τὴν θυμικὴν & τὴν ἐπιθυμητικὴν, quadantenus rationis eſſe participes, quoniam pareant rationi. Utramq; ὀρεκτικοῦ nomine appellavit. Quæ ὀρεκτικὴ etiã eſt δύναμις, ex qua πάθη oriuntur, θυμὸς & ἐπιθυμία. Et proinde τὸ παθητικὸν animæ idem cum ὀρεκτικῷ. At τὸ θρεπτικὸν & αὐξητικὸν, vim illam animæ, cuius officium eſt corpori alimentum & augmentũ ſubminiſtrare, diſtinguit ἀπὸ τοῦ ὀρεκτικοῦ idem philoſophus, prorſuſque vult eſſe irrationalem. Has enim quinq; animę partes in Phyſicis, ut ante docui, conſtituit, τὸ φυτικὸν, τὸ αἰσθητικὸν, τὸ κινητικὸν κατὰ τόπον, τὸ ὀρεκτικὸν, τὸ διανοητικόν. Nam φυτικοῦ nomine cõprehendi τὸ θρεπτικὸν, & τὸ αὐξητικὸν, planum eſt. Utrumque enim in plantis, & commune id illis cum animalibus. Cui parti animæ prorſus irrationali adiungitur etiam τὸ γεννητικὸν, καὶ τὸ σφυγμικὸν, inter eas quæ neſciunt obedire rationi. Plato aliud ſequutus eſt. Nam vim illam animæ vegetantis quæ in alendo & augendo corpore conſiſtit, quæque plantis & animalibus communis eſt, eamdem cum ὀρεκτικῇ ſive ἐπιθυμητικῇ facit, quam & Stoici aliique philoſophi φυσικὴν, & φυτικὴν appellant. Cuius ſententiæ hæc ratio illi fuiſſe videtur, quod vis illa, qua naſcitur, alitur & creſcit corpus, non ſit ſine cupiditate. Cibo & potu corpus nutritur, nec ſumitur ſine appetitu. Eaque appetitio alimenti naturalis etiam in plantis eſt. Facultas porro illa qua corpus gignitur, & alitur ac creſcit, rationi ideo non paret, quia neſciente & non ſentiente ipſo animali munere ſuo fungitur. Eamdem eſſe hanc φυτικὴν & θρεπτικὴν δύναμιν cum ἐπιθυμητικῇ penes Platonem, ex Galeno iam ſupra oſtendimus. Sed & ipſum Galeni locum ex lib. VI. de decretis Hippocratis & Platonis, totum ſubiicere, quo magis de hac eius opinione liqueat, melius erit: κατὰ δὲ τὸ ἧπαρ ἐπιθυμητικὴν,

κὴν, ἢ φυτικὴν, ἢ γεννητικὴν, ἢ ὡς οἱ περὶ τὸν Ἀριστοτέλην θρεπτικὴν, ἢ φυτικὴν, ἢ γεννητικὴν, ἀφ' ἑνὸς ἑκάστου τοὔνομα θέμενοι, ἀπὸ μὲν τοῦ φύειν φυτικὴν, ἀπὸ δὲ τοῦ τρέφειν θρεπτικὴν, ἀπὸ δὲ τοῦ γεννᾷν γεννητικήν. ὁ δὲ Πλάτων ἀπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἐπιθυμιῶν, ἐπιθυμητικήν. οἱ δὲ Στωϊκοὶ οὐδὲ ψυχὴν ὅλως ὀνομάζουσι τὴν τὰ φυτὰ διοικοῦσαν, ἀλλὰ φύσιν. Ex his palam eſt, Galenum, concupitivam animæ virtutem eamdem eſſe cum alente & gignente, putare, & hanc opinionem Platoni quoque imputare. Qua de re mox viderimus. Ergo & animæ facultas in qua appetitus conſiſtunt, eadem eſt cum illa ex qua & paſſiones, quod παθητικὸν appellant. Nemeſius cap. xv. de animæ altera partitione: Διαιρεῖσι δὲ καὶ ἄλλως εἰς δυνάμεις, ἢ εἴδη, ἢ μέρη τὴν ψυχὴν, εἴς τε τὸ φυσικὸν, ὃ καὶ θρεπτικὸν, καὶ παθητικὸν καλεῖται, καὶ εἰς τὸ αἰσθητικὸν, καὶ εἰς τὸ λογικόν. Ea ipſa eſt diviſio quam habet Boëthius commentario in Victorini Porphyrium: *Triplex omnino animæ vis in vegetandis corporibus deprehenditur. Quarum una quidem vitam corpori ſubminiſtrat, ut naſcendo creſcat, alendoque ſubſiſtat: alia vero ſentiendi iudicium præbet, tertia vi mentis & ratione ſubnixa eſt.* At ſi τὸ παθητικὸν, ut Nemeſius poſuit, idem cum θρεπτικῷ, certe & θυμικὸν, quod etiam παθητικὸν eſt, idem ſimul cum eo futurum. Non tamen id verum ſit neque ſecundum Ariſtotelem, neque ſecundum Platonem. Cum enim duæ ſint παθητικοῦ ſpecies, τὸ θυμικὸν & τὸ ἐπιθυμητικὸν, hæc pars quæ adpetit & concupiſcit, eadem Platoni cum ea quæ alit corpus, ſed aliam eſſe vult illam quæ iras in animo concitat. Ariſtoteli vero neutrum παθητικὸν, quod cupiendi, & iraſcendi vi conſtat, idem cum alente & gignente virtute. Sic nullo modo procedit quod ait Nemeſius, τὸ φυσικὸν & θρεπτικὸν animæ μέρος, vocari etiam παθητικόν. Ad Platonem redeamus. Hic ſolam animæ portionem quæ cupida eſt, ratione plane vacare voluit, cum altera qua iraſcimur non ſit in totum irrationalis. Quod cum iam ante attigerimus, ne quis quaſi novum & inauditum miretur, ſciat, & huius dogmatis veſtigia extare in libro quarto de Republica. Ibi cum de parte animi iracunda diſſeruiſſet, & docuiſſet, aliam eſſe ab appetente, quærit deinde an & diverſa ſit à rationali. ἆρ' οὖν, inquit, ἕτερον ὂν καὶ τούτου, ἢ λογιστικοῦ τι εἶδος, ὥστε μὴ τρία, ἀλλὰ δύο εἴδη εἶναι ἐν τῇ ψυχῇ, λογιστικόν τε καὶ ἐπιθυμητικόν; Hic dubitat num duo tantum ſint animæ ſpecies ſive partes, rationalis & irrationalis, & ea diviſione pars animæ quæ excandeſcit, accenſeri debeat rationali, & una tantum poni irrationalis, quæ

cupit & appetit. Hoc etiam vidit Plutarchus, notavitque in libro de virtute morali, Platonem cenſere, animam eſſe compoſitam duabus partibus, una vi mentis ac rationis prædita, altera prorſus irrationali & paſſionibus obnoxia, ἀλόγῳ, καὶ παθητικῇ. Quam paſſionalem rurſus in duas portiones dividi: unã quæ ſemper corporalis eſſet, & nunquam ſe rationi addiceret, nempe quæ concupiſcit atque adpetit: alterã quæ morigeram interim ſe rationi præberet, interim minus ei dicto audiens eſſet, eam nimirum, quę ad iram movetur: ἕτερον δὲ τὸ παθητικὸν, καὶ ἄλογον, καὶ πολυπλανὲς, καὶ ἄτακτον, καὶ ἐπιστασίας δεόμενον, οὐ πάλιν διχῇ μεριζομένου, τὸ μὲν ἀεὶ σωματικὸν κέκληται τὸ ἐπιθυμοῦν, τὸ δὲ ἐστι μὲν ἡ τούτῳ προστιθέμενον, ἐστὶ δὲ ἡ τῷ λογισμῷ παρέχον ἰσχὺν ἐπὶ τοῦτο καὶ δύναμιν, θυμοειδές. Vides τὸ ἐπιθυμητικὸν Platoni ſemper vocari σωματικὸν, quia nihil ex ratione habeat, ſed ſemper contumax ſit, cum altera illa pars interdum ſeſe adplicet rationi, eique vires ſuppeditet ad refrænandam ac domandam eam quæ cupiens eſt. Inde eſt quod idem Plato partem illam cupientem comparat belluæ multorum capitum, & multiformi, τῷ πολυκεφάλῳ, καὶ ποικίλῳ θηρίῳ. Alibi θρέμμα ἄγριον appellat. At iraſcentem leoni adſimilat, ut ratiocinantem homini. In iraſcente robur eſſe, quo plerumque adiuvatur ratiocinans ad compeſcendam & in officio continendam cupientem portionem animæ, quæ prorſus eſt irrationalis. Vires enim ſuppeditat rationi adverſus concupiſcentias parum firmæ. Nam in θυμῷ robur ineſſe Pythagorici proprie volunt. Theages: λογισμὸς μὲν ὁ κρατέων τᾶς γνώσιος, θυμὸς δὲ ὁ κρατέων τῶ μένεος, ἐπιθυμία δὲ ἁ κρατοῦσα τῶ ἐπιθυμητῶ ἡδέος. Ita ſcribendum. Quæ & verti ſic debent: *Ratiocinatio obtinet cognitionem, ira obtinet robur, cupiditas rem iucundam & adpetendam.* Senſus eſt: in ratione eſſe cognitionem, in ira robur, in cupiditate rerum quæ delectant appetitum. Hinc iidem Pythagorici τῷ θυμῷ fortitudinem aſſignant, τὴν ἀνδρείαν, quam definiunt ἕξιν ἀντιρεισικὰν, καὶ ὑποστατικὰν τῶν δεινῶν. Ab illo igitur θυμῷ petendum eſt rationi auxilium ſi minus viribus valeat in altera parte coërcenda quæ cupiditate effræni inflammatur. Ideo placebat Pythagoricæ diſciplinæ peritis, virtutem tria hæc habere debere, λόγον, δύναμιν καὶ προαίρεσιν. Rationem habet à parte animi rationali, δύναμιν ab iraſcibili. Rationem eſſe, qua iudicat & contemplatur. Δυνάμιν, qua ſuſtinet & continet. Λόγος, inquiunt, ᾧ κρίνει καὶ θεωρεῖ, δύναμις δὲ ᾧ ἀντέχει καὶ κρατεῖ. Iudicare autem & contemplari

plari ut in animæ parte intelligentis ſitum eſt, ita τὸ ἀντέχειν & κρατεῖν proprium animæ partis irrationalis. Ab ea igitur δυνάμει hæc duo accedunt animæ rationali, ut poſſit ἀντέχειν, & κρατεῖν. Unde fit καρτερία, & ἐγκράτεια, *tolerantia*, & *continentia*. Illa in laboribus ſuſtinendis verſatur, iſta in continenda voluptate, ac temperanda. Paulo aliter Theages, & ipſe ex Pythagorica diſciplina, virtutis tres eſſe cauſas & principia, ut Metopus, dixit, λόγον, δύναμιν, & προαίρεσιν. Et λόγον quidem interpretatur, qua diſpicimus & diiudicamus res, δύναμιν vero quaſi robur corporis, qua conſtantes in iudicatis permanemus ac ſubſiſtimus. At προαίρεσιν ſive propoſitum, quaſi manus animę quaſdam eſſe, quibus ad res apprehendendas tendimus & conſequendas. ἁ δὲ προαίρεσις, οἷον χεῖρες ψυχᾶς τινες, αἷς ὁρμῶμεν καὶ ἀντιλαζόμεθα τῶν πραγμάτων. At Metopus προαίρεσιν eſſe ſcribit ᾧ στέργει καὶ ἀγαπᾷ, quo adamat, & amplectitur. Hæc ad ὄρεξιν & ὁρμὴν ſine dubio pertinet. Atque ut ratio à parte animæ rationalis, robur ab iraſcibili, ita & προαίρεσις à concupiſcibili. Ideo virtutem hæc tria neceſſario habere dicebant debere, λόγον, δύναμιν, προαίρεσιν. Inde & iraſcibilem & concupiſcibilem ad principalem animæ partem ita referri, ut iraſcibilis quaſi ſatelles eius & corporis cuſtos eſſet habenda, concupiſcibilis quaſi procuratrix, diſpenſatrix, & conſervatrix rerum neceſſariarum, συντέτακται γὰρ, inquiunt, ὁ θυμὸς καὶ ἁ ἐπιθυμία ποτὶ τὸ πρᾶτον μέρος τᾶς ψυχᾶς, τὸ μὲν ὥσπερ δορυφόρος τις καὶ σωματοφύλαξ, τὸ δὲ ὡς οἰκονόμος καὶ οἰκουροὶ τῶν ἀναγκαίων. Hi tamen Pythagorei cum animam dividerent in rationalem & irrationalem, ſicut Plato, ita & irrationalem ſubdividebant in excandeſcentiam, & concupiſcentiam. Illi proprium impetum aſſignabant, huic appetitum, hoc eſt, ὁρμὴν, καὶ ὄρεξιν. Et ſic aliter ὁρμὴν accipiebant quam Stoici, aut etiam Peripatetici. Metopus de virtute: Ἐπεὶ γὰρ τᾶς ψυχᾶς δύο μέρεα, τὸ μὲν λογιστικὸν, τό δε ἄλογον, τοῦ δὲ ἀλόγου τὸ μὲν θυμοειδὲς, τὸ δὲ ἐπιθυμητικόν. Καὶ τὸ μὲν λογιστικὸν ἐστὶ, ᾧ κρίνομες καὶ θεωροῦμες, τὸ δὲ ἄλογον, ᾧ ὁρμῶμες καὶ ὀρεγόμεθα. Καὶ τούτου τὸ μὲν οἷον ἀμυντικὸν καὶ ἀντερμαχαλικὸν ποτὶ τὸ πλατίον, θυμοειδὲς ὀνομάζεται, τὸ δ᾽ οἷον ὀρεκτικὸν καὶ ποθητικὸν, τᾶς οἰκείας τῶ σώματος συστάσιος ἐπιθυματικόν. Ita legenda ac ſupplenda hæc verba quæ vulgo in defectu. Ubi notandum eſt, τὸ ὁρμητικὸν referri ad partem animæ quæ iraſcitur, τὸ ὀρεκτικὸν ad eam quæ concupiſcit, cui & προαιρετικὸν aſſignant. De quo nos infrà. Ex his conſtat, Pythagoreos τὸ θυμικὸν pro parte al-

tera.

tera animæ irrationali æque rationis experte iudicaſſe quam τὸ ἐπιθυμητικὸν, cum hoc Plato pæne ſolum ratione in totum velit carere, illud alterum interim rationis ad partes ſe adplicare, interim transfugere,& ab ea reſilire. Sed nec cum Ariſtotele ſentit, qui unum idemque tandem eſſe putavit τὸ ἐπιθυμητικὸν & τὸ θυμικὸν, & partem alteram animæ quæ rationis eſt vacua, conſtituere. Cui utrique tamen hoc dat, ut rationi in loco obſecundent & obediant. Quod Plato impertit τῷ θυμικῷ, ſed adimit τῷ ἐπιθυμητικῷ. Quare? An quia τὸ ἐπιθυμητικὸν in iis rebus conſiſtere vult quæ à ratione modum capere nequeant, cum prorſus ii appetitus naturales ſint, ut in cibi, potionis, veneris, ac ſomni cupiditatibus? Sane ut tolli ex toto non poſſint, quia ſine his conſtitutio corporis non ſubſiſteret, ita ad modum quem natura expoſcit, aut etiam infra eum, ex immoderato redigi poſſe, plane compertum eſt. Ergo & ea parte morigera eſt rationi portio animæ concupiſcens. Nec minus quidem quam ipſa θυμικὴ, quæ ut aliquando audit ſuum rectorem, ita ſæpius in tantas exacerbatur furias, ut aurigam facile ſua ſede excutiat, & in præceps deiiciat. Et hoc ſane πάθος eſt, cui ſi habenæ dentur, longius evagetur, maiorumque malorum cauſa ſit quam quælibet cupiditas cui frænos non impoſuerit ratio. Hoc tamen fatendum eſt, quamvis vehementior ira ſit cupiditate, turbidioreſq; & concitatiores habeat motus, eo redigi poſſe, ut pæne in contrarium convertatur habitum. Iræ enim oppoſita eſt *lenitas*, ut etiam Ariſtoteles in Rhetoricis docet, quæ Græcis πρᾳότης. Qui eam habet, nulla in re unquam in iram prorumpit, & nemini iraſcitur. Sic Stoici illam definiunt, ἕξις καθ' ἣν πρᾴως ἔχουσιν, πρὸς τὸ ποιεῖν τὰ ἐπιβάλλοντα ἐν πᾶσιν, καὶ μὴ ἐκφέρεσθαι εἰς ὀργὴν ἐν μηδενί. At non licet bibendi edendique deſiderium ita ratione extinguere, ut ſedatum non reſurgat, aut ſemel ſatiatum non iterum moleſtum ſit. Cum enim hic appetitus natura ad corpus ſuſtentandum datus ſit, ut intra modum per rationem redigatur, non tamen poteſt penitus evinci ac tolli. Hinc vulgo dicunt, *ventrem aures non habere*, hoc eſt, rationi non obtemperare. Atqui ne ratio quidem hoc velit, ut illi appetitioni non fiat ſatis, quæ ſtatum corporis, in qua præcipuum ac principalem locum tenet, tuetur & conſervat. Sed nec ex toto rationi inobedientem eſſe cupiditatem ipſe Plato ſignificat, dum in Timæo dicit, rationem adiutore θυμῷ uti in refrænanda ac domanda per

vim

vim ἐπιθυμίᾳ, ſi ſponte ſua parere, & imperium ſubire nolit. Ideo enim inter præcordia & cervices collocatum eſſe θυμὸν ait, ἵνα τοῦ λόγου κατήκοος ὢν κοινῇ μετ᾽ ἐκείνου βίᾳ τὸ τῶν ἐπιθυμιῶν κατέχοι γένος, ὁπότ᾽ ἐκ τῆς ἀκροπόλεως τῷ ἐπιτάγματι καὶ λόγῳ μηδαμῇ πείθεσθαι ἑκὸν ἐθέλοι. Ergo & ſponte interdum rationi obſequium præſtat, & niſi volens obſequatur, vi & ingratiis ad parendum rationi adigitur. Sic & ipſa τοῦ λόγου κατήκοος, ut & θυμός, etſi non ita ex facili ſub leges eius eat, nec ſic eas bona fide accipiat, ut facit iraſcendi facultas. At vis illa qua corpus alitur, augetur, & generat, quam θρεπτικὴν, αὐξητικὴν & γεννητικὴν vocat Ariſtoteles, quamque Plato etiam ἐπιθυμητικῆς nomine comprehendit, rationi penitus immorigerabilis & indomabilis, quippe quæ nec ſentiente animali opus ſuum peragat. Idcirco Ariſtoteles cum animæ irrationale in duas partes divideret, eam partem quæ vel ire ſponte, vel cogi poteſt ad obſequium rationis, duabus illis facultatibus complexus eſt, τῷ θυμικῷ, καὶ τῷ ἐπιθυμητικῷ. Ceterum alteram illam quæ non quit ad parendum compelli, à cupiditatibus ſeiunxit, & tribus illis nominibus quæ ſupra poſuimus, appellavit. Scaliger Iulius contra Cardanum exercitatione CCCVII. Sectione V. ut doceret quomodo τὸ ἄλογον Philoſophus acceperit, non tam è libris Ethicorum, quam è tertio de Anima id conſtare dicit, citatque hæc Ariſtotelis verba: τὸ δὲ θρεπτικὸν οὔτε λόγον ἔχον, οὔτε ἄλογον. Ergo alens facultas neq; rationis expers, neq; ratione prædita. Non tamen de alente facultate hoc narrat ibi philoſophus, ſed de ſentiente. Et miror Scaligerum cum illa referret memoriæ ſuæ nimiam contra rationem ac veritatem fiduciam habuiſſe. Sic enim ſcribit Ariſtoteles lib. III. de Anima cap. IX. καὶ ἄλλα φαίνεται μόρια μείζω διάστασιν ἔχοντα τούτων, περὶ ὧν καὶ νῦν εἴρηται, τό, τε θρεπτικὸν, ὃ καὶ τοῖς φυτοῖς συνάρχει καὶ πᾶσι τοῖς ζώοις, καὶ τὸ αἰσθητικὸν, οὔτε ὡς ἄλογον, οὔτε ὡς λόγον ἔχον θείη ἄν τις ῥαδίως. Ergo & ſenſus in illa animæ parte, quam ita ἄλογον ſtatuit, ut tamen etiam λόγου aliquatenus ſit particeps. Plotinus tamen ſenſus inter ἀλόγους δυνάμεις animæ reponit, quas ἀλόγους ζωὰς vocat Simplicius tam hic quam in commentario in III. de Anima Ariſtotelis. At τὸ θρεπτικὸν, ut & τὸ αὐξητικὸν, & γεννητικὸν in ea parte ſita ſunt animæ, teſte Ariſtotele, quæ prorſus irrationalis habetur. Eas Plato cum ἐπιθυμητικῇ coniunxit ideo, quia nutriens facultas, officium ſuum non poteſt facere ſine cibo ac potu. Nec cibus porro aut potus ab animali ſumi ſine appetitu præcedente.

Hinc & τῆς ἐπιθυμητικῆς ψυχῆς plantas ipſas voluit eſſe participes, quibus tres illas ineſſe virtutes, θρεπτικὴν, αὐξητικὴν, & γεννητικὴν Ariſtoteles, aliique omnes philoſophi conſentiunt. Poſſe tamen has diſtingui à cupiditate, luce clarius eſt. Cibos homo appetit naturaliter, Poteſt tamen hunc appetitum ratione regere, moderari & continere, & intra modum naturalem redigere. In ipſius quinimmo eſt poteſtate, & in totum abſtinere, atque inedia ſe conficere. Ubi autem quis cibum in ſtomachum demiſit, quod reliquum eſt, ipſo vel invito & non ſentiente natura facit, per illam vim θρεπτικὴν, quæ tota pertinet ad alimenti diſpenſationem per totum corpus diſtribuendi. Inde incrementum, cum in ſtatu creſcendi eſt. Idem eſt & de rebus veneriis. Cupiditas coitus ita naturalis eſt, ut vel in invitis excitetur. Poteſt tamen ratione vinci. Hoc eſt, quod dicunt ipſam ἐπιθυμίαν τῆς συνουσίας eſſe φυσικήν. Nam etiam nolentes ad eam moveri. At ipſe coitus voluntarius, in noſtra quippe poteſtate poſitus. Ipſa ὄρεξις φυσικὴ, πρᾶξις ψυχική. Plato plantas huius tertiæ animæ portionis quam vocavit ἐπιθυμητικὴν, participes plane facit his verbis in Timæo. Sic enim de plantis loquitur: μετέχει γε μὴν τοῦτο ὃ νῦν λέγομεν, τοῦ τρίτου ψυχῆς εἴδους, ὃ μεταξὺ φρενῶν, ὀμφαλοῦ τε ἱδρῦσθαι λόγος, ᾧ δόξης μὲν λογισμοῦ τε καὶ νοῦ μέτεστι τὸ μηδὲν, αἰσθήσεως δὲ ἡδείας καὶ ἀλγεινῆς μετὰ ἐπιθυμιῶν. Hæc eſt animæ mortalis & irrationalis pars altera, quas ex duobus deteriorem in eodē Timæo eſſe docet. Τὸ ψυχῆς θνητὸν γένος vocat, cuius τὸ μὲν ἄμεινον, τὸ δὲ χεῖρον eſſe dicit. Τὸ ἄμεινον eſt iraſcendi vis, τὸ χεῖρον cupiendi facultas. Nunc explanandū an hæ tres animæ partes totidem ſint ſeparatæ ſubſtantiæ & animæ ſpecies, ut Platonē voluiſſe vult Galenus, an vero vires tantum, & facultates. Non parum enim hoc facit ad doctrinā morum, ſcire utrum anima una ſit, partibus atq; operationibus varia, ut Stoici autumant, an ſpecie ac ſubſtantia ipſa multiplex.

De anima triplici ſecundum Platonem, an ſenſerit trinam eius eſſe, non unam ſubſtantiam.

In superiore Animadverſione docuimus unam ſecundum Stoicos animam eſſe hominis, & ſubſtantia uniformem, eamque rationalem, ex qua, & in qua paſſionum turbidi motus præter rationem concitati, & in eadem cum ratione commorantes ſede. Contra ea Platonem & Ariſtotelem aſſerere duas eſſe animæ partes, rationalem & irrationalem, ſemper ſibi ipſas invicem diſſentientes, quarum una rationem, altera affectus cum ratione pugnantes habeat. Irrationalem

lem porro Platoni iterum dividi in duas partes, iram & cupiditatem, ſicque animam triplicem exiſtere. Ita & ipſum Ariſtotelem aliquando ſenſiſſe, poſtea duas illas partes unam eſſe maluiſſe. Nunc quæſtio illa excutienda, utrum non tripertitam tantum facultatibus animam Plato voluerit, ſed etiam ſubſtantiis diviſam, ut locis quoque eas partes diſclusit. Nam de Ariſtotele nullum eſt dubium quin trigam animæ de facultatibus tribus intellexerit, non de ſubſtantiis, quam & bigam pro triga in poſterioribus ſcriptis conſtituit. Nam utramque in eadem ſede collocavit, nempe in corde, non ut Plato diverſa illis hoſpitia metatus eſt. De Platone, an idem ſenſerit quod Ariſtoteles ſuper animæ partibus, controverſiā movit Galenus, immo & quantum in ſe eſt, diremit. Omnibus enim modis pugnat, philoſophum illum tres animæ ſpecies ſubſtantiis diverſas ſtatuere. Sine ullo itaq; ambigendi ſcrupulo hanc ſententiam Platoni adfingit lib. VI de decretis Hippocratis & Platonis. Ὁ μὲν οὖν Πλάτων καὶ τοῖς τόποις τοῦ σώματος κεχωρίσθαι νομίζων αὐτὰ καὶ ταῖς οὐσίαις πάμπολυ διαλλάττειν, εὐλόγως εἴδη τε καὶ μέρη προσαγορεύει. *Plato igitur eas animæ partes locis diſpeſci opinatus, & ſubſtantiis nimium quantum differre; iure ac merito ſpecies, & partes appellat.* Subiungit deinde ſtatim contrariam huic Platonicæ, Ariſtotelis & Poſidonii Stoici opinionem, qui *partes* tantum animæ nominent, non *ſpecies*, quia non ſubſtantias in ea diverſas eſſe exiſtiment, ſed eiuſdem ſubſtantiæ facultates indidem emanantes, & in corde ſitas. Ὁ δὲ Ἀριστοτέλης ὁ Ποσειδώνιος, εἴδη μὲν ἢ μέρη ψυχῆς οὐκ ὀνομάζουσιν, δυνάμεις δ' εἶναί φασι μιᾶς οὐσίας ἐκ τῆς καρδίας ὁρμωμένης. Ergo ſecundum Galenum quicunque in plures animam partes diviſerit, & μέρη nominaverit, de totidem ſubſtantiis neceſſe eas fuerit intelligi. Quod eſſe falſiſſimum vel Stoici mei ſtatim arguent, qui ὀκταμερῆ animam ita fecerunt, ut tamen certum ſit nihil minus in ea partitione quam octo ſubſtantias illos deſignare voluiſſe. Sed de his paulo poſt. Nunc vero ne hoc quidem diſputem, an re ipſa tres in una anima ſubſtantiæ ſint, vel tres in uno corpore animæ, ſed an Platonis hæc mens fuerit cum τριμερῆ animam ſtatuit. Hoc Galeno interpretamentum placet. Non tamen ſatis eſt ita illi videri, ut & Platonem ſic ſenſiſſe credamus. Rationes quibus adſtruit tres eſſe humani corporis animas ſubſtantia diviſas, ut principiis ac locis diſſitas, nos nunc illi condonamus, ſed eas quibus Platonē ad ſuas partes traducere conatur

non poſſumus ſine examine probare. Scaliger Iulius, ut medicus, ſummo medicinæ auctori adſtipulatur, traditque, Platonem tres animas totidem certis locis diſpoſitas credidiſſe. Ut longe rem ſecus habere vincamus, ad veteres auctores primum provocemus, quorum nemo in ſententia Platonis referenda tres illum animas poſuiſſe, cum tres animæ partes dixiſſet, exiſtimavit. Cicero in Tuſculana prima: *Eius doctor Plato triplicem finxit animam, cuius principatum, id eſt, rationem, in capite ſicut in arce poſuit: & duas partes ſeparare voluit, iram & cupiditatem, quas locis ſuis diſcluſit: iram in pectore, cupiditatem ſubter præcordia locavit.* Cum rationem docet eſſe animæ principatum, non ex ea ratione quæ principalis animæ pars eſt unam animam facit, ſubſtantia ſeparatam ab aliis partibus, ut locis. Nam ſi rationalis anima alia eſſet ſubſtantia, aliamque à ceteris animabus, ira, & cupiditate animam conſtitueret, non animæ principatum habere dici poſſet, ſed in reliquas animas. Unam ergo oportet animam eſſe cuius ratio principatus dicatur, ut principalis eius pars. Plutarchus de placitis philoſophorum lib. IV. capite cui titulum fecit περὶ μερῶν ψυχῆς, *de animæ partibus*, ubi plurium refert ſapientum ſententias qui animam in varias *partes* ſciderunt, & Platonem inter eos numerat. Nec tamen partes, hoc eſt, μέρη, pro ſubſtantiis ſe accipere oſtendit in illis recenſendis opinionibus. Nec ſane potuit. Πυθαγόρας, inquit, καὶ Πλάτων κατὰ μὲν τὸν ἀνωτάτω λόγον διμερῆ τὴν ψυχὴν ποιεῖ. τὸ μὲν γὰρ ἔχει λογικὸν, τὸ δὲ ἄλογον· κατὰ δὲ τὸ προσεχὲς καὶ ἀκριβὲς, τριμερῆ· τὸ γὰρ ἄλογον διαιροῦσιν εἴς τε τὸ θυμικὸν, καὶ τὸ θυμικόν. Hæc Galeno iugulum petunt, patetque ex his, fruſtra illum ſibi de Platone blandiri, quaſi tres animas pro una uno in corpore condiderit. Saltem haud ita viſum eſſe Plutarcho, nec ſophis illius ævi, hinc clarum eſt. Si animam humanam Plato ſummatim in duo diviſit, rationalem & irrationalē, non tres, ſed duas animas inde effinxerit, etiam ſi quis det μέρη apud illum de ſubſtantiis eſſe accipienda. Hoc plerique veterum ſcribunt, Platonem non trifariam, ſed bifariam animam diviſiſſe. Tertullianus in libro de Anima: *Dividitur autem in partes nunc in duas à Platone, nunc in tres à Zenone.* Item paulo poſt: *Eſt & illud ad fidem pertinens, quod Plato bifariam partitur animam, per rationale, & irrationale.* Ne in hac quidem bipertita diviſione animæ, partes pro ſubſtantiis accipi docet oportere, multo minus hæc ſignificatio valeat in tripertita, ubi una pars ſubdividitur iterum in geminas. Qualis enim illa eſſet anima

quæ

quæ rurſus in duas animas ſubſtantiis ſeparatas ſecaretur? Plato ipſe in Timæo animam duplicem tantum facit, parte una immortali in qua ratio, conſtantem; altera mortali, bipertito rurſus dividenda in iram & cupiditatem. τὸ ἀθάνατον, & τὸ θνητὸν ψυχῆς appellat. Ne ſic quidem illa duo duas conſtituunt animas, ſed unam. Tertullianus in eodem de Anima libro: *Pertinet ad ſtatum fidei, ſimplicem animam determinare ſecundum Platonem, id eſt, uniformem duntaxat, ſubſtantiæ nomine*. Ergo & duplicem animam iuxta Tertullianum ita Plato agnovit, ut uniformem duntaxat nomine ſubſtantiæ intellexerit. Apuleius in libro de habitudine doctrinæ Platonis, non aliter eum eſt interpretatus, qui *partes & portiones* animæ appellat in quas animam diviſit Ariſtonides. *Tripartitam animum idem dicit. Primam eius rationabilem eſſe partem: aliam excandaſcentiam, vel irritabilitatem: tertiam appetitus: eamdem cupiditatem poſſumus nuncupare. Sed tunc animanti ſanitatem adeſſe, vireſque, & pulcritudinem, cum ratio totum regit, parenteſque inferiores duæ partes concordanteſque inter ſe iracundia & voluptas, nihil appetunt, nihil commovent quod inutile eſſe dixerit Ratio.* Ita locus ille conſtituendus. De tribus animabus diſtinctis non eſſe hæc capienda perſpicuum eſt. Quod & alio loco magis manifeſtum fecit cum tres illas mentis eſſe portiones dixit, ac rationabilem primam & optimam eius portionem vocavit; cupidinem atque appetitus, poſtremam. Plutarchus quoque ſatis declaravit quo ſenſu διμερῆ, ac τριμερῆ ψυχὴν à Pythagora ac Platone fieri intellexerit, cum ſtatim ſubiunxit, Stoicos dicere eam ex octo partibus conſtare, quinque ſenſibilibus, ſexta vocali, ſeptima ſeminali, & octava principali, à qua ceteræ reguntur & ordinantur per propria organa, haud longe ſecus quam ſunt in polypo cirri. οἱ Στωικοὶ ἐξ ὀκτὼ μερῶν φασι συνεστάναι, πέντε μὲν τῶν αἰσθητῶν, ὁρατικοῦ, ἀκουστικοῦ, ὀσφρητικοῦ, γευστικοῦ, ἁπτικοῦ, ἕκτου δὲ φωνητικοῦ, ἑβδόμου σπερματικοῦ, ὀγδόου αὐτοῦ τοῦ ἡγεμονικοῦ, ἀφ᾽ οὗ ταῦτα πάντα ἐπιτέτακται διὰ τῶν οἰκείων ὀργάνων, προσφερῶς ταῖς τοῦ πολύποδος πλεκτάναις. Quæ enucleatius infra explicabuntur. Alcinous in Iſagoge dogmatum Platonis, quo in commentario ſententias eius omnes per compendium expoſuit, diſerte triplicem diſtinctionem illam animæ partium à Platone inſtitutam, non de diverſis ſubſtantiis, ſed facultatibus eſſe ſumendam ſcripſit his verbis, quæ & ſic emendamus: ὅτι τριμερής ἐστιν ἡ ψυχὴ κατὰ τὰς δυνάμεις, καὶ κατὰ λόγον τὰ μέρη αὐτῆς τόποις ἰδίοις διανενέμηται, μάθοιμεν ἂν ἐντεῦθεν. Perperam

in Græcis quæ vir doctus Tyrii Maximi editor correxiſſe profitetur, hodie legitur: καὶ κατὰ λόγους τὰ μέρη αὐτῆς. Latina verſio quam idem ſe dicit emendaſſe, peſſimè ſic habet: *Triplicem vero eſſe animam, eiuſque partes ſecundum proprias potentias, ſingulaſque eas partes locoſque ſingulos ex præſcripto rationis ſortitos eſſe, vel hinc licet diſcere.* Quid audio? aut quæ hæc eſt philoſophia rationem ipſam, quæ pars eſt animæ & ipſa, reliquas duas partes ordinaſſe, ſuaſque illis ſedes aſſignaviſſe? In locis ſuis eas diſpoſitas per illum qui animam formavit, & in corpus immiſit, ipſa ratio regit ac dirigit quæ ſumma ac principalis eſt animæ portio, cui cæteræ parere debent, ſed non eam metationem ſortitæ ſunt rationis pertica. Sic igitur vertendum cenſuiſſem, ſi libri eius editionem ſuſcepiſſem procurandam: *Quod anima ſit tripertita ſecundum facultates, & quod rectè atque ordine ſuis locis diſtributæ eius partes, hinc liceat diſcere.* Κατὰ λόγον igitur legendum eo loco, non κατὰ λόγους. Apud Platonem ſæpe hæc loquutio occurrit, κατὰ λόγον fieri, quod recte fit atque ordine. Ipſe Alcinous cap. XVII. ſic loquutus eſt: ἐργασάμενοι δὲ οἱ θεοὶ τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἐνδύσαντες τῷ σώματι τὴν ψυχὴν δεσπόσουσαν αὐτοῦ, ταύτης τὸ ἡγεμονικὸν κατὰ λόγον περὶ κεφαλὴν καθίδρυσαν. Nec locum illum intellexit interpres qui ita reddidit: *poſtquam ergo dii fabricarunt hominem, animamque illius tanquam dominam impoſuerunt corpori, partem animæ ipſius principem cuius eſt ratio, collocarunt in capite.* Viderit illius verſionis corrector, an Græca, ταύτης τὸ ἡγεμονικὸν κατὰ λόγον περὶ κεφαλὴν καθίδρυσαν, hunc ſenſum admittant, *partem eius principem, cuius eſt ratio.* Immo debuit verti, vel corrigi: *partem eius principem rectè atque ordine in capite locarunt.* Nihil autem verius ea expoſitione Alcinoi de anima Platonis τριμερεῖ, non ſecundum ſubſtantias ac ſpecies tripertitam eſſe, ſed ſecundum facultates. Non poſtremus inter Platonis interpretes habendus vetuſtate & auctoritate Chalcidius. Is in commentario Timæi Platonici partes illas animæ in quas eã Plato diviſit, *potentias* appellat, & *vires virtuteſque.* Verba eius in ſequentibus Animadverſionibus adducam & explicabo. Si tot illis ac tantis auctoribus non creditur, non video quæ tanta poſthæc auctoritas afferri poſſit, qua permoveantur duri capitones. Forſitan maiorem apud illos fidem merebitur Porphyrius, æque bonus Ariſtotelis ac Platonis interpres, ſummuſque idem philoſophus, qui non alio ſenſu τριμερῆ ψυχὴν à Platone quam ab Ariſtotele in Ethicis dici cenſuit, & partes illas facultates eſſe, non animarum

ſpecies

ſpecies diſtinctas, clare affirmavit in libro de Anima. Παρὰ δὲ Πλάτωνι, inquit, καὶ Ἀριστοτέλει ἐν τοῖς ἠθικοῖς τριμερὴς ἡ ψυχὴ λέγεται εἶναι. Καὶ κεκράτηκε τοῦτο παρὰ τοῖς πολλοῖς ἀγνοοῦσιν, ὡς ἡ διαίρεσις τῆς συστάσεως ἕνεκα τῶν ἀρετῶν παρείληπται, οὐ γὰρ ἁπλῶς ἔχει σύλληψιν πάντων τῶν μερῶν. Eam partitionem animæ vulgo obtinuiſſe dicit apud ignaros. Nec plenam eſſe diviſionem partium animæ quæ tres tantum ponit, quia non complectitur omnes animæ partes quæ longè plures ſunt. Nam neque imaginativam, nec ſenſitivam, nec intellectualem, nec naturalem ſub illa trifaria denumeratione, quæ facultates etiam animæ ſunt, eſſe comprehenſas, τὸ γὰρ φανταστικὸν, καὶ τὸ αἰσθητικὸν, καὶ τὸ νοερὸν, καὶ τὸ φυσικὸν οὐ δήπου ἐν τῇ διαιρέσει ταύτῃ περιληφθήσεται. Si hæc quattuor facultates tribus illis à Platone & Ariſtotele conſtitutis adiunxeris, ἑπταμερὴς ψυχὴ evadet, non τριμερής. Certè & Soranus animam in ſeptem partes diviſerat, ut auctor eſt Tertullianus, ſed neſcio an eaſdem. Iamblichus in libro de Anima, Platonem, & cum reliquis Pythagoreis Archytam, tres ſimiliter partes animæ feciſſe ſcribit, non quod non plures eſſent, ſed quia ea partitio conveniret & conduceret virtutum conſtitutioni. Prius dixit, Zenonem in octo partes quæ totidem ſunt facultates eam tribuiſſe: Οἱ ἀπὸ τοῦ Ζήνωνος ὀκταμερῆ τὴν ψυχὴν δοξάζουσιν, εἰ καὶ περὶ αὐτὴν τὰς δυνάμεις εἰσὶ πλείονες, ὡς ἐν τῷ ἡγεμονικῷ φαντασίαι, καὶ συγκαταθέσεις. Dicit, etſi ſectatores Zenonis Stoici eo auctore animam in octo partes diſtribuerint, plures tamen adhuc facultates eo numero animam habere, ut viſiones & aſſenſiones, quæ ſunt principalis eius partis facultates. Protinus deinde ſubiicit: Οἱ δὲ περὶ Πλάτωνα καὶ Ἀρχύτας, καὶ οἱ λοιποὶ Πυθαγόρειοι τὴν ψυχὴν τριμερῆ ἀποφαίνονται, διαιροῦντες εἰς λογισμὸν, καὶ θυμὸν καὶ ἐπιθυμίαν, ταῦτα γὰρ εἶναι χρήσιμα πρὸς τὴν τῶν ἀρετῶν σύστασιν. Addit, præter has tres animæ partes ſive facultates, alias etiam in numerum cenſumque hunc poſſe procedere, quas nominat, φύσιν, καὶ φαντασίαν, καὶ αἴσθησιν, καὶ δόξαν, καὶ κινητικὴν σωμάτων διάνοιαν, καὶ ὄρεξιν καλῶν καὶ ἀγαθῶν, καὶ νοήσεις. Si ad priores tres à Platone & Pythagoreis agnitas animæ facultates, iſtæ accedant ab Iamblicho enumeratæ ſeptem, fient in totum decem. Decem quoque eius partes penes quoſdam Stoicorum recenſeri tradit Tertullianus in libro de Anima, ſed non dicit quos, nec quas. Quam φύσιν vocat Iamblichus, τὸ φυσικὸν nominat Porphyrius, quod Ariſtotels θρεπτικὸν vocat, animalibuſque & plantis commune eſt. Ideo & φυτικὸν quidam appellarunt.

larunt. Sed Plato nomine ἐπιθυμίας hanc facultatem etiam comprehendit, ut in ſuperiori Animadverſione affatim docuimus. Sequitur apud Iamblichum diviſio Ariſtotelis, quam in Phyſicis propoſuit. Nam in Ethicis diviſionē Platonis in tres partes ſecantis ſequutus eſt: Ἀριστοτέλης δὲ εἰς πέντε αὐτὰς διαιρεῖ, φύσιν, αἴσθησιν, κίνησιν κατὰ τόπον, διανόησιν. Nemeſius ubi eamdem ex Ariſtotele partitionem recenſet, τὸ φυτικὸν vocat, quæ Iamblicho φύσις. Sed quid aliis fruſtra teſtimonium denuntiamus, quo probemus; Platonem partes animæ de tribus diſtinctis ſubſtantiis non intellexiſſe, ſed tantummodo de unius totidem facultatibus, cum ipſe Ariſtoteles unus inſtar omnium poſſit eſſe, qui nobis auctor ita ſentiendi? Cur Galenus, qui teſtimonio eius utitur, & auctoritatem tanti facit in illo ipſo libro de dogmatibus Platonis, non eum potius ſequutus eſt, cum tam contrariam Platonis menti opinionem comminiſceretur? In libro tertio De anima, cap. IX, ſcribit Statigirites, non carere rem eam difficultate, quænam animæ partes, aut quot ſint conſtituendæ. Nam quodammodo infinitas eas eſſe videri, nec ſolas quæ à quibuſdam definirentur, rationabilem, iraſcibilem, & concupiſcibilem, aut ut aliis placeret in duo eam partientibus, rationalem & irrationalem. Ἔχει δὲ, inquit, ἀπορίαν εὐθὺς, πῶς τε δεῖ μόρια ψυχῆς λέγειν καὶ πόσα. τρόπον γάρ τινα ἄπειρα φαίνεται, καὶ οὐ μόνον ἅ τινες λέγουσιν διορίζοντες, λογιστικὸν, καὶ θυμικὸν, καὶ ἐπιθυμητικόν. Οἱ δὲ λόγον ἔχον, καὶ τὸ ἄλογον. Utriuſque diviſionis auctor haberi poteſt Plato. Nam ut ait Plutarchus, ſumma partitione animam in rationalem & irrationalem ſecabat. Deinde accuratiorem proponebat, quæ tripertitam eam faceret, ſubdividendo irrationalem εἰς θυμικὸν, καὶ ἐπιθυμητικόν. Apparet igitur inde, qua ſignificatione Ariſtoteles τὸ τριμερὲς illud, aut διμερὲς animæ Platonicum, intelligendum cenſuerit, qui partes animæ pæne infinitas poſſe numerari dicat. Quin & ſtatim ſubiicit, ſecundum ea diſcrimina quibus eas partes locis diſcluſas ſegregant, poſſe dari & alias animæ partes, quæ locorum intercapedine magis diſpeſci invicem mereantur: κατὰ γὰρ τὰς διαφορὰς δι' ἃς χωρίζουσιν, καὶ ἄλλα φαίνεται μόρια μείζω διάστασιν ἔχοντα τούτων. De ea ſeparatione partium intelligit qua Plato eas diverſis diſpoſuit locis in corpore, caput rationali aſſignans, cor iræ, iecur cupiditati, quas tres partes ſive facultates animæ in uno corde collocabat Ariſtoteles, nec locis eas diſtinguebat, ut etiam obſervat Galenus. lib. VI. de

de dogmatibus Hippocratis & Platonis : ὁ δ᾽ Ἀριστοτέλης καὶ Ποσειδώνιος εἴδη μὲν, ἢ μέρη ψυχῆς οὐκ ὀνομάζουσι, δυνάμεις δ᾽ εἶναί φασι μιᾶς οὐσίας ἐκ τῆς καρδίας ὁρμωμένας. Id quam falſum ſit,in ea quæ præcedit Animadverſione docuimus, Ariſtotelem nimirum non nominare μέρη ψυχῆς, ſed δυνάμεις. Quid enim clarius hoc loco de Anima, ubi μόρια τῆς ψυχῆς appellat, quæ ſunt δυνάμεις? Sed fortaſſe Galenus pntaverit aliud eſſe μέρος, aliud μόριον. Non credam hoc illi viſum eſſe. Nam ecce idem libro V. eiuſdem tractatus diſtrictè negat Ariſtotelem nominare μόρια ψυχῆς, ſed δυνάμεις eas vocare, non partes: εἴρηται γὰρ ἤδη γε τοῦτο πολλάκις, ὡς οὐδέποτε κατὰ τόδε τὸ βιβλίον ἀγωνιζόμεθα πρὸς Ἀριστοτέλην καὶ Ποσειδώνιον, ὁμολογοῦντας μὲν ἑτέροις ἀλλήλων λογίζεσθαί τε καὶ θυμοῦσθαι, καὶ ἐπιθυμεῖν ἡμᾶς, οὐ μὴν εἴδεσί γε ἢ μορίοις ψυχῆς, ἀλλὰ δυνάμεσι. An non legerat Galenus, aut ſi legerat, non meminerat, hos Ariſtotelis de Anima commentarios, in quorum tertio tam aperte μόρια ψυχῆς partes animæ nuncupat, quæ ſunt facultates, dum eas quodammodo infinitas eſſe vult,non numero duum aut trium eſſe comprehendendas, ſicut Plato aliique fecerint ? Nec tantum hoc ibi non probat, partes ſive facultates animæ prope infinitas ad numerum redigi definitum, ſed illud etiam maximè, quod locis ſeparentur. Enumerat deinde alias partes non comprehenſas ea diviſione Platonis quæ in eumdem cenſum venire debeant, τὸ θρεπτικὸν, τὸ αἰσθητικὸν, τὸ φανταστικὸν, τὸ ὀρεκτικὸν, τὸ γεννητικὸν, τὸ αὐξητικὸν, τὸ κινητικόν. Has omnes facultates μόρια τῆς ψυχῆς appellat, & magnam, ſi res examinetur, dubitandi cauſam afferre, an ſi locis certis diſpoſitæ ſint certæ Animæ partes, non æque dici poſſit, eas quæ in ea partitione minimè connumeratæ ſunt, diviſa etiam corporis obtinere loca. Ex eius ſane verbis hoc certo colligitur,non tres animas opinione Platonis effici, ſed unam tribus partibus ſive facultatibus conſtantem. Sed quid alios teſtes ſollicitamus,qui mentem nobis Platonis aperiant, cum ipſe ſuam unus omniũ optimè poſſit explicare ? Videamus igitur ecquid ex ipſo quid ſenſerit, ſcire queamus. Porphyrius & Iamblichus docent,eam animæ tripertitam diviſionem à Platone & Ariſtotele probatam fuiſſe, ut conſtituendis virtutibus numerus conſtaret, ἕνεκα τῆς συστάσεως τῶν ἀρετῶν. Illa virtutum σύστασις principalium, iiſdem numero ac nominibus proponitur à Pythagoreis, Platonicis, Ariſtotelicis, ac pleriſque Stoicis. Quattuor eas ſtatuunt, *prudentiam*, *fortitudinem*, *temperan-*

 peran-

perantiam & *iuſticiam*, ut totidem animæ partibus reſponderent. Atqui, dices, tres illis animæ partes ſunt, non quattuor. Hoc ipſum eſt quod volumus, & quod ad rem maxime pertinet. *Prudentiam*, τὴν φρόνησιν, volunt peculiarem principalis animæ partis eſſe virtutem, hoc eſt, τοῦ λογικοῦ. *Fortudinem*, τὴν ἀνδρείαν, ſecundæ parti, hoc eſt, τῷ θυμῷ, iræ, dari. Tertiam virtutem quæ *temperantia* eſt, tertiæ animæ portioni aſſignari, quæ eſt cupiditas, ἐπιθυμία. Quid fiat quartæ, *iuſticia*? Numquid & quarta pars eſt animæ cui tribuatur? Immo, ut partes animæ ſingulæ ſingulas ſuas ſibique proprias obtinent virtutes, iuſticia omnium communis eſt, & totius animæ quæ unica habetur, propria, cum reliquæ tres tribus illis animæ facultatibus viritim diviſæ & aſſignatæ ſint. Aliæ virtutes ſuarum quæque animæ partium perfectiones ſunt. At iuſticia totius animæ eſt τελειότης. Hæc enim præſtat, ut partes cæteræ inter ſe ſingulæ concordent, & cum tota omnes, unaquaque agente quod ſuum eſt, nec alienum occupante munus. Imperante nimirum ratione, parentibus imperio cæteris duabus. In quo iuſticia conſiſtit, & æquabilitas. Nam ut ait Apuleius de dogmate Platonis, *eiuſmodi ad æquabilitatem partibus animæ temperatis corpus nulla perturbatione frangitur. Alioquin invehit ægritudinem atque invalentiam, & fœditatem, cum incompoſitæ & inæquales inter ſe erunt: cum iraſcentiam & conſilium ſubegerit, ſibique ſubiecerit cupiditas: aut cum dominam illam reginamque rationem, licet obſequente & placata cupidine, ira flagrantior vicerit.* Hinc δικαιοσύνην definiebat Plato: δύναμίν τινα οὖσαν, καθ' ἣν ὁμολογεῖ καὶ συμφωνεῖ πρὸς ἄλληλα τὰ τρία μέρη τῆς ψυχῆς, καὶ ἕκαστον πρὸς τῷ οἰκείῳ ἐστὶ, καὶ ἐπιβάλλοντα καὶ ἀξίαν. Non hæc propria aut peculiaris virtus eſt alicuius partis animæ, ut cæteræ tres, ſed totius animæ quæ ex tribus illis facultatibus ceu partibus compoſita eſt. Ariſtoteles in libro de virtutibus, tres has animæ totius virtutes peculiares facit, iuſticiam, liberalitatem, & magnanimitatem, quam μεγαλοψυχίαν vocat, qua μεγάλη ψυχὴ dicitur, non pars eius aliqua de tribus, ſed tota. Ibidem & Platoni tribuit eam tripertitam animæ diviſionem: τριμεροῦς δὲ τῆς ψυχῆς λαμβανομένης κατὰ Πλάτωνα, τοῦ μὲν λογιστικοῦ ἀρετή ἐστιν ἡ φρόνησις, τοῦ δὲ θυμοειδοῦς ἥ τε πραότης καὶ ἡ ἀνδρεία, τοῦ δὲ ἐπιθυμητικοῦ ἥ τε σωφροσύνη καὶ ἡ ἐγκράτεια, ὅλης δὲ τῆς ψυχῆς ἥ τε δικαιοσύνη, καὶ ἡ ἐλευθεριότης, καὶ ἡ μεγαλοψυχία. Quis non videt, ſi aliæ ſunt virtutes animæ totius, aliæ ſingula-

rum,

rum eius partium, totam illam animam eſſe unicam ſubſtantiam, in varias diviſam poteſtates? Plutarchus, cui plus hac in re quam Galeno credo, quia res ipſa pro illo facit, in Platonis quæſtionibus diſertè partes illas, in quas animam diſtribuit Plato, δυνάμεις interpretatur. Περὶ τῶν τῆς, inquit, ψυχῆς δυνάμεων, ἐν Πολιτείᾳ Πλάτων τὴν τοῦ λογικοῦ καὶ θυμοειδοῦς καὶ ἐπιθυμητικοῦ συμφωνίαν ἁρμονίᾳ μέσης καὶ ὑπάτης καὶ νήτης εἰκάσαντος. Sed cui potius quam Platoni ipſi de ſua ſententia credi debere veriſimile ſit? Is unam ut diximus animam, quæ tres habeat facultates, ſe agnoſcere ubique inculcat. In Timæo cum de ea loquitur facultate quæ quod ſibi conveniens eſt natura iubente adpetit, ut cibi ſunt, ac potus, aliaque, τὸ ἐπιθυμητικὸν τῆς ψυχῆς appellat. Quid hoc aliud quam eam animæ partem virtutemve ſignificat, quæ concupiſcit? De iraſcente quæ & fortitudinis particeps eſt, non aliter loquitur, τὸ μετέχον τῆς ψυχῆς ἀνδρείας, καὶ θυμοῦ. *Quæ pars animæ participat ira ac fortitudine*. Unam animam per hæc agnoſcere ac ponere, nemo niſi cæcus mente non perſpicit. Quid ſi ἐπιθυμητικὴν, aut θυμικὴν ψυχὴν nominaſſet, an aliter intellexiſſet? Galeno ſic maiorem dediſſet, id quod contendit, affirmandi colorem, non tamen, ut in cæteris aperta mens Platonis eſt, meliorem cauſam. Nam & ipſe Ariſtoteles qui manifeſtè plures in anima facultates tantummodo admiſit, ſic ſolet eas vocare, ψυχὴν ἐπιθυμητικὴν, ψυχὴν θυμικὴν, *animam concupiſcentem*, & *animam iraſcentem*. Quibus tamen nominibus certum eſt ab eo deſignari partes animæ iraſcentem & concupiſcentem, non ſubſtantia ſed facultate diverſas. Cuius loquutionis rationem in ſequentibus Animadverſionibus dicemus. At longè aliter intellexit Galenus, cum in lib. VI. de Hippocratis & Platonis decretis ἐπιθυμητικῆς ψυχῆς meminit, & cum libro ſequenti ſtatim initio ἡγεμονικὴν ψυχὴν nominavit. Nam diſtinctas animas eas eſſe voluit, invicem ſubſtantia ac ſpecie differentes. Idem tamen, quod mirandum, initio lib. VI. δυνάμεις eas appellat his verbis: Πρόκειτο μὲν ἐξ ἀρχῆς ἐπισκέψασθαι περὶ τῶν διοικουσῶν ἡμᾶς δυνάμεων, εἴτ' ἐκ τῆς καρδίας μόνης ὁρμῶνται σύμπασαι, καθάπερ Ἀριστοτέλης τε καὶ Θεόφραστος ὑπελάμβανον, εἴτε τρεῖς ἀρχὰς αὐτῶν τιθέναι βέλτιον, ὡς Ἱπποκράτης τε καὶ Πλάτων ἐδόξαζον. Sed falſum eſt, ut diximus, id Platonem eſſe opinatum, tria eſſe principia, treſque diſtinctas ſpecie & forma ſubſtantias trium illarum animæ facultatum. Ipſe Galenus, qui in illis libris de decretis Hippocratis

& Platonis tam acriter contendit, animam in tres diverſas ſpecies ac ſubſtantias eſſe diſcretã, alio loco unam animæ ſubſtantiam videtur tantummodo agnoſcere, quæ in varias facultates diſparata ſit. Sic enim ſcribit in tractatu quo vult animi mores temperamentum corporis ſequi: ἡ γάρ τοι ψυχὴ πολλὰς ἔχει δυνάμεις, οὐσία τις οὖσα, καὶ τοῦτο ὀρθῶς Ἀριστοτέλει λέλεκται, καὶ πρόσθεν τούτω καλῶς διώρισται ὁμωνυμία, λεγομένης γὰρ οὐσίας καὶ τῆς ὕλης, καὶ τοῦ εἴδους καὶ τοῦ συναμφοτέρου, τὴν κατὰ τὸ εἶδος οὐσίαν ἀπεφήνατο ψυχὴν ὑπάρχειν. Cum enim & materia ſubſtantia dicatur, & forma, & quod ex utraque conſtat, animam definivit eam eſſe ſubſtantiam quæ κατ' εἶδος vocatur. Eam Ariſtotelis ſententiam eo loco approbat, qui dixit, animam eſſe ſubſtantiam in plures facultates diviſam, paſſimque toto illo libro probare ſatagit, unicam eſſe animæ ſubſtantiam, quæ nihil aliud ſit quam temperamentum corporis, κρᾶσις τοῦ σώματος. Unica eſt illa κρᾶσις totius corporis, ut unica ſubſtantia, quæ plures habet facultates. Quod ſi illæ omnes facultates quæ pæne ſunt infinitæ, totidem ſunt ſubſtantiæ cũm propria forma & ab aliis diſtincta, non ſola animæ facultas, quæ concupiſcit, & quæ iraſcitur, erunt ſubſtantiæ, ſed etiam vis ſenſitiva, imaginativa, opinativa, de loco in locum motiva, & cæteræ quas numero pæne comprehendere non eſt, diſtinctæ ſubſtantia animæ erunt dicendæ. Sic in una anima cuius ſubſtantiam nihil aliud eſſe vult totam quam corporis κρᾶσιν, multa millia animarum ſui generis ac ſubſtantiæ ſunt futuræ. Quod eſt abſurdiſſimum. Platonẽ non ita ſenſiſſe quemadmodum perſuadere nobis conatur Galenus, prȩter tot veterum conſentientes in eius ſententia exponenda opiniones quas ſupra retulimus, ipſe quoque Plato idoneus, & omnibus quidem maior, teſtis eſt. In Theætero hæc eius verba ſunt: Δεινὸν εἰ πολλαί τινες ἐν ἡμῖν ὥσπερ ἐν δουρείοις ἵπποις αἰσθήσεις ἐγκάθηνται, ἀλλὰ μὴ εἰς μίαν τινὰ ἰδέαν, εἴτε ψυχὴν, εἴτε ὅ δεῖ καλεῖν, πάντα ταῦτα συντείνει. Quid apertius eſt, quam unam ab eo proponi formam ad quam omnes ſenſus & facultates cæteræ quibus pollet, tanquam ad ſummam referantur, & in una ſubſtantia uniantur, eamque ψυχὴν, aut quocunque alio nomine lubeat, appellari? Hæc eadem Platonis verba ad revincendos Baſilidianos uſurpat Clemens in Stromateo II. quibus placebat, animæ rationali ſubſtantias quaſdam adnexas eſſe atque adplicatas quæ paſſiones concitarent, eaſque ſpiritus eſſe κατ' οὐσίαν ſubſiſtentes. Οἱ δ' ἀμφὶ Βασιλείδην, inquit, προσαρτήματα τὰ πάθη

καλεῖν

καλεῖν εἰώθασιν, πνεύματά τινα ταῦτα κατ' οὐσίαν ὑπάρχειν προσηρτημένα τῇ λογικῇ ψυχῇ κατά τινα τάραχον καὶ σύγχυσιν ἀρχικήν. Non abit hæc Baſilidis opinio ab ea quæ diverſas animas in homine ſtatuit, rationalem, & irrationalis aliquot genera. Ad quam refutandam nihil adfert eo loco Clemens niſi ea Platonis quæ ex Theæteto adduximus: νυνὶ δὲ τοῦτο μόνον παρασημειωτέον, ὡς δουρείου τινὸς ἵππου, κατὰ τὸν ποιητικὸν μῦθον, εἰκόνα σώζει ὁ κατὰ Βασιλείδην ἄνθρωπος, ἐν ἑνὶ σώματι τοσούτων πνευμάτων διαφόρων στρατὸν ἐγκεκολπισμένος. Sane is abſurdior longe hac in parte illis extitit qui tres tantum animas ſtatuunt diverſas. Nam concupiſcibilem animam unicam faciunt, ex qua cupiditates omne genus, & appetitus naſcantur. At Baſilides quotquot eſſent cupiditatum formæ & genera, totidem ex his ſpiritus, id eſt, ſubſtantias animarum, conſtituebat, principalis animæ quaſi appendices, eaſque ab animalium ſimilitudine nuncupabat, ut lupi, ſimiæ, leonis, hirci, & ſimilium. Qui edacitatem lupi haberet, animam quoque quamdam lupinam adnexam ſuæ ſibi rationali gerere. Atque ita de cæteris. Clemens: Ἄλλας τε αὖ πνευμάτων νόθους, καὶ ἑτερογενεῖς φύσεις προσεπικύεσθαι ταύταις, οἷον λύκου, πιθήκου, λέοντος, τράγου, ὧν τὰ ἰδιώματα περὶ τὴν ψυχὴν φανταζόμενα τὰς ἐπιθυμίας τῆς ψυχῆς τοῖς ζώοις ἐμφερῶς ἐξομοιοῦν λέγουσιν. *Et alias rurſus ſpirituum ſpurias & diverſi generis naturas, iis adnaſci, ut lupi, ſimii, leonis, hirci, quorum proprietates circa animam repræſentatæ, cupiditates animæ ad inſtar eorum animalium aſſimilatas ſolerent concitare.* Nec tantum animalium formas varias in ſpiritibus eſſentialibus quaſi animas ſeparatas, rationali adiungi putabant, ſed etiam plantarum. Καὶ οὐ μόνον ταῖς ὁρμαῖς καὶ φαντασίαις τῶν ἀλόγων ζώων προσοικειοῦνται, ἀλλὰ καὶ φυτῶν κινήματα καὶ κάλλη ζηλοῦσιν. Quid his aliud voluit, quam vim animæ vegetantis, quæ in alentem dividitur, & creſcentem, & ſerentem vel ſeminalem, totidem animas ſeparatas conſtituere? Sic errorem latius ſparſit, quam Galenus, qui cum tres modo animas ſummas diſtinctas pro totidem præcipuis facultatibus agnoſci cenſeat oportere, hic & earum facultatum partes varias, totidem animas ſubſtantia diſſitas, animæ principali, id eſt, rationali adſitas credidit. Cuius abſurditatem cum videret filius eius Iſidorus, numerum illum animarum ad duas reduxit. Quæ & aliquot philoſophorum olim ſententia fuit, rationalem & irrationalem ponentium veluti diverſas ſpecie ac ſubſtantia animas. Et hoc longè ratio-

rationabilius, quam quod voluit Galenus, qui ex irrationali duas ſecuit animas ſeparatas ſubſtantia. Clemens de Iſidoro Baſilidis filio: Αὐτὸς γοῦν ὁ τοῦ Βασιλείδου υἱὸς ἐν τῷ περὶ προσφυοῦς ψυχῆς συναισθόμενος τοῦ δόγματος, οἷον ἑαυτοῦ κατηγορῶν, γράφει κατὰ λέξιν· ἐὰν γάρ τινι πεῖσμα δῷς, ὅτι μή ἐστιν ἡ ψυχὴ μονομερής, τῇ δὲ τῶν προσαρτημάτων βίᾳ τὰ τῶν χειρόνων γίνεται πάθη, πρόφασιν οὐ τὴν τυχοῦσαν ἕξουσιν οἱ μοχθηροὶ τῶν ἀνθρώπων, λέγειν, ἐβιάσθην, ἀπηνέχθην, ἄκων ἔδρασα, μὴ βουλόμενος ἐνήργησα. *Si enim hac perſuaſione aliquem imbueris, quod anima non ſit ſimplex & ſingularis, ſed ex adſciticiarum animarum violentia pravi affectus generantur, non levem prætextum improbis dederis ad culpas excuſandas, dicturis, coactus fui, abductus ſum, invitus feci, nolens id commiſi.* Addit ex eodem Iſidoro: δεῖ δὲ τῷ λογιστικῷ κρείττονας γενομένους τῆς ἐλάττονος ἐν ἡμῖν κτίσεως φανῆναι κρατοῦντας. *Oportet, ut ope rationalis ſuperiores facti, deteriorem quæ in nobis eſt, partem contineamus & evincamus.* Apparet ex his, Iſidorum duas animæ partes confiteri ſolas, rationalem & irrationalem, iuxta cum omnibus ferme philoſophis, certe cum Pythagora, Platone & Ariſtotele. Sed an ex his duabus animæ partibus totidem diſtinctas animas, vel animarum ſubſtantias ponendas crediderit, ambigi poteſt. Hoc vult Clemens qui ſtatim ſubiicit: δύο γὰρ δὴ ψυχὰς ὑποτίθεται καὶ οὗτος ἐν ἡμῖν, καθάπερ οἱ Πυθαγόρειοι. Sed falſum id eſſe de Pythagoreis, mox docebimus. Non magis id de Iſidoro verum eſſe, verba ipſius evincunt à Clemente allata, quibus contendit, animam eſſe μονομερῆ oportere, ut excuſatio tollatur improbis, delicta ſua hoc prætextu defendentibus, quod animæ deteriores meliori adgnatæ ad ſuas partes invitos ac reluctantes traxerint. Μονομερῆ intelligit ſecundum formam, & κατ' οὐσίαν. Nam ſi κατὰ δύναμιν accipiatur, πολυμερῆ animam & multis conſtantem partibus nemo negavit. Sed uniformis eſt μονομερὴς, quoad ſubſtantiam. De quo in ſequenti Animadverſione. Præterea Iſidorus ille ei libro ſuo titulum fecerat περὶ προσφυοῦς ψυχῆς, de adnata & quaſi adſita Anima. Talem ipſe damnabat. Ergo & binas animas in uno homine non admittebat. Nam ſi geminæ ſunt cum ſua ſibi propria ſubſtantia, vix poſſunt aliter copulari niſi προσφύσει. Altera alteri adnexa & adplicita ſit neceſſe eſt, hoc eſt, προσφυὴς, non συμφυής. Ut in τριμερεῖ anima Platonis, ſi ſuam ſingulis formam, & ſubſtantiam tribuamus, quemadmodum & locis ab eo diſtributæ ſunt, prima & ſumma, quæ & rationalis eſt, & caput pro ſede obtinet, uſque ad confinia

ſinia alterius pertinget, cui in pectore manſionem aſſignavit. At illa cui in corde hoſpitium metatus eſt, incipiens ubi deſinit prima, deſinet ibi unde tertia incipiet, & uſque ad eius viciniam ſuos fines promovebit, ita ut in eodem limite manus quaſi iungant. Deinde tertia, cui inferiores circa umbilicum partes attribuit, reliqua corporis obtinebit. Sic προσφυεῖς erunt illæ animæ Platonicæ, ſi vera eſt de illis ſententia Galenica. Si binas tantum ponas, ſimiliter totum inter ſe corpus diviſum partitumque, altera alterius regionibus inter ſe per collimitia iunctis, tenebunt. Quæ abſurdiſſima eſt opinio, ut pote qua plures animæ in corporis opificio aliæ aliis per varia ac contigua tabulata, & contignationes ſuperſtructæ inædificentur. Si duas ſic exædificaveris, δίψυχον animam feceris: ſi tres, τρίψυχον: ſi plures, πολύψυχον. Qua in re Baſilides maxime ſe ridiculum oſtendit, qui quot ab aliis δυνάμεις animæ ſtatuuntur, quas prope infinitas eſſe Ariſtoteles dicit, ipſe totidem animas alias aliis adſitas & adſtructas conſtituebat. Unam tamen principalem faciens, quæ rationalis, ceteras appendicis loco, ſubſtantia alias, adiungebat. Inde προσαρτήματα vocabat. Quo nomine omnes invicem προσφυεῖς & προσηρτημένας eſſe cenſuit. Cum omnium animæ facultatum ſecundum alios philoſophos unum & idem συνάρτημα ſit, unicam ſub eadem forma conſtituens ſubſtantiam & animam, ille plura συναρτήματα, & compoſitiones alias aliis adpoſitas vel ſuperpoſitas, tanquam varias ſtruices immolitus eſt. Hæc προσαρτήματα vocavit. At filius eius in tractatu quem περὶ προσφυοῦς ψυχῆς inſcripſit, has patris nugas condemnavit, & μονομερῆ ψυχὴν aſſeruit, quantum ad ſubſtantiam, quam tamen ſecundum Platonicos alioſque plures, in duas partes diviſit, rationalem & irrationalem, κατὰ δύναμιν, non κατ' οὐσίαν. Et miror, Theodoretum in libro de hæreſibus primo ſcribere, hunc Iſidorum patris Baſilidæ fabulas cum augmento etiam & acceſſione confirmaſſe. Καὶ Ἰσίδωρος δὲ ὁ τοῦ Βασιλίδου υἱὸς μετά τινος ἐπιθήκης τὴν τοῦ πατρὸς μυθολογίαν ἐκράτυνε. Contrarium ex his quæ hic auctore Clemente notamus, licet colligere. Nec eſt quod quis duas animas eum intellexiſſe putet, quod alteram κτίσιν appellavit, cum dixit, δεῖν ἡμᾶς τῷ λογιστικῷ κρείττονας λεγομένους τῆς ἐλάττονος ἐν ἡμῖν κτίσεως φανῆναι κρατοῦντας. Partem eam animæ quæ mortalis eſt, quamque ideo vult creatam, κτίσιν vocat. Quod & Plato fecit, qui totidem gradus in anima & partes, ſubſtantia tamen eaſdem, agnoſcit, alte-

ram

ram rationalem, ratione carentem alteram. Immortalem alteram, alteram mortalem. Irrationalis autem etiam duos facit gradus, unum in quo eſt τὸ θυμικὸν, meliorē: alterum peiorem, in quo τὸ ἐπιθυμητικόν. Non has animas forma ſeparatas eſſe voluit, quāvis virtute ac vi multum diſpares, ſed unam & uniformem animam variis compoſitam facultatibus. Iamblichus in libro de anima luculenter ac breviter opinionem Platonis ſic expoſuit: Πλάτων μὲν οὖν οὐχ ὡς ἑτέρας τὰς δυνάμεις ἐν ἑτέρῳ, τῇ ψυχῇ ἐνεῖναι ἡγεῖται, συμφύτους δ' αὐτὰς, καὶ κατὰ μίαν ἰδέαν συνυφεστακέναι λέγει διὰ τὴν σύνθετον οὐσίαν τῆς ψυχῆς. *Et Plato quidem non ut alias in alia anima facultates eius ineſſe putat, ſed conſitas ipſas in eadem forma ſubſiſtere dicit, propter compoſitam animæ ſubſtantiam.* Reſpexit haud dubie locum illum ex Theæteto, quem ſuperius attulimus, ubi plures αἰσθήσεις, id eſt, δυνάμεις, unam formam, id eſt, ἰδέαν, ait conſtituere, quæ ψυχὴ vocatur, aut quocunque alio nomine libebit appellare. Quam diverſa hæc de Platonis opinione opinio ab illa Galeni, qui tres animæ potentias à Platone poſitas, πάμπολυ τῆς οὐσίας διαλλάττειν, nimio quanto ſubſtantiis differre contendit, & tres animas conficere? Nec alia Pythagoræ & Pythagoreorum quam Platonis fuit ſententia. Nam ab illis eam accepit. Et fruſtra Clemens Pythagoreis attribuit quaſi duas animas ponerent. Duas quidem eius partes conſtituebant, rationalem & irrationalem. Hanc iterum in duas dividebant, ut & Plato, εἰς θυμικὴν & ἐπιθυμητικὴν, nec alio quam Plato ſenſu, ut iam ſupra indicavimus ex Iamblicho in libro de Anima. Idem & in ſecundo commentario de vita Pythagoræ qui προτρεπτικὸς inſcribitur, docet. Τελέως δ' ἂν καὶ οὕτως ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐκ διαιρέσεως ἐπέλθωμεν, τρία τριχῇ ψυχῶν ἐν ἡμῖν εἴδη κατῳκίσθαι· τὸ μὲν ᾧ λογιζόμεθα, τὸ δὲ ᾧ θυμούμεθα, τρίτον δὲ ᾧ ἐπιθυμοῦμεν. Ne quis autem erret, quod τρία εἴδη dixit, ita etiam vocat Plato, nec tamen per εἴδη intellexit aliud quam tres virtutum aut facultatum ſpecies, ſub unam ἰδέαν ſive formam animæ ſubſtantialiter redactas, ut infrà pluribus ſumus explicaturi. Pythagorici tripertitionem illam animæ διάκοσμον appellabant, quia tribus locis diverſis in corpore eas diſpoſitas ordinabant. Nam διάκοσμος eſt διάθεσις, diſpoſitio & ordinatio partium ſecundum ſitus & loca. Hinc μέγας διάκοσμος Democriti, & μικρὸς διάκοσμος. Nam κόσμος non ornamentum tantum ſignificat, ut in his locis perperam accipitur interpretibus, ſed poſitionem, ordinem, θέσιν καὶ τάξιν: cum res ſuo quæque ordine

ac

ac loco ponitur. Heſychius : κόσμος, τάξις. Inde & pro ornamento, quod tunc ſolet eſſe cum res apte ſuis in locis poſitæ ſunt, & collocatæ. Hinc διάκοσμος & διακόσμησις, diſpoſitio & ordinatio. Inde & μετακόσμησις, tranſpoſitio, cum res de loco in locum transferuntur ac tranſmutantur. Sic μετεμψύχωσιν vocat Porphyrius : μεταβολὴν ἔχει, καὶ μετακόσμησιν εἰς ἕτερα σωμάτων εἴδη. *Mutationem habent, ac tranſpoſitionem in alias corporum formas.* Eodem modo & Ægyptiis, cum verbum χὼ poſitionem & ſitum ſignificet, pro mundo etiam uſurpatum eſt. Unde nomen illius Regis Thebæorum χωμαϊφθὰ, quod Eratoſthenes interpretatus eſt κόσμον φιλήφαιστον. Nam φθὰ Aegyptiis antiquis qui Græcis ἥφαιστος, Et μαῦ amor. Unde & μαΐρωμι, ὁ φιλάνθρωπος. At χὼ apud eoſdem & θέσις eſt, & κόσμος. Sed de his alibi. Hunc facultatum animæ διάκοσμον explicat ſatis ſcite Iamblichus, cum τρία τριχῆ ψυχῆς εἴδη κατῳκίσθαι in homine ex Pythagoreorum ſententia dixit. Τρία τριχῆ, hoc eſt, tres partes tribus locis diſtributas, ac diſpoſitas. Qui proprie διάκοσμος Pythagoreis appellatur. Theages de virtutibus : ἔχει δὲ καὶ ὁ τᾶς ψυχᾶς διάκοσμος οὕτως. Τὸ μὲν γάρ τοι αὐτᾶς ἐστι λογισμὸς, τὸ δὲ θύμωσις, τὸ δὲ ἐπιθυμία. Et hoc eſt, quod notabamus ſupra ex Iamblicho, Pythagoreos & Platonem hanc animæ tripertitā diviſionem ideo excogitaſſe, ut numerus conſtaret virtutum unicuique illarum partium & toti aſſignandarum. Areſas Lucanus ex his qui proximè Pythagoræ ſucceſſerunt in libro de Natura hominis, διακόσμησιν vocat, qui aliis διάκοσμος. Cuius verba quia apud Stobæum in Excerptis de natura corruptiſſima habentur, hic ut legenda arbitramur, ſubiiciemus : Νόμος γὰρ ἐν αὐτῷ καὶ δίκα, ἁ τᾶς ψυχᾶς ἐστι διακόσμησις, τριχθαδία γὰρ ὑπάρχουσα ἐπὶ τριχθαδίοις ἔργοις συνέστακε, γνώμαν καὶ φρόνασιν ἐργαζομένας ὁ λογισμὸς, ἀλκὰν καὶ δύναμιν ὁ θυμὸς, ἔρωτα καὶ φιλοφροσύναν ἁ ἐπιθυμία. *Lex enim in ipſo inſque cernitur, quæ animæ ſuis locis diſpoſitæ ordinatio eſt. Triplex enim cum ſit, ad triplicem operationem compoſita eſt. Quæ conſilium & prudentiam efficit, ea ratiocinatio eſt : quæ robur, & vires, ira : quæ amorem, & benevolentiam, cupiditas.* Subiungit deinde : καὶ οὕτω συντέτακται ταῦτα ποτ' ἄλλαλα πάντα, ὥστε αὐτᾶς τὸ μὲν κράτιστον ἁγέεσθαι, τὸ δὲ χεῖρον ἄρχεσθαι, τὸ δὲ μέσον μέσαν ἐπέχεν τάξιν, καὶ ἄρχεν καὶ ἄρχεσθαι. *Et ſic hæ partes invicem compoſitæ ſunt & ordinatæ, ut quod animæ præſtantiſſimum eſt, imperium habeat; quod peſſimum eſt, pareat; quæ vero pars nec optima eſt nec deterrima,*

terrima medium inter illas duas obtineat locum, imperandi & parendi iuxta gnara. Hæc Platonicam prorſus peperere ſententiam, qui pariter his gradibus animæ tres partes conſtruxit, ut ratio optima eius habeatur portio, peſſima cupiditas, inter utrumque media partim bona partim mala, iraſcendi vis. Quæ etiam idcirco medium ordinem locumq; in medio duarum aliarum ſortita eſt. Paulo poſt idem Areſas μοίρας, vocat eas animæ portiones, quas non obſcure ita facultates & operas in anima diverſas habendas eſſe oſtendit, ut in corpore variæ ſunt potentiæ quibus ſentiendi vim poſſidet & exercet: Ἀνάγκα γὰρ, inquit, ἐπεὶ τὰ πράγματα διαφέροντα ἐντὶ, καὶ τὰς ἐν ἁμῖν μοίρας τᾶς ψυχᾶς διαφόρως ἦμεν, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τοῦ σώματος, ἄψιος, ὀράσιος, καὶ ἀκοᾶς, καὶ γεύσιος, καὶ ὀσφράσιος, οὐ γὰρ πάντα ποτὶ πάντα τὰν αὐτὰν ἔχει συναρμογάν. Sic enim ea ſunt legenda. *Neceſſe eſt enim, ut differunt opera, ita etiam animæ partes in nobis invicem diſtare, quemadmodum & in corpore tactus, viſus, auditus, guſtus, & odoratus. Non enim omnia cum omnibus eumdem contextum & convenientiam habent.* In ſequentibus omnium illarum facultatum, & potentiarum, quibus anima prædita eſt, unicam σύνταξιν, συναρμογὰν & ἐκπλήρωσιν ſtatuit, & κοινωνίαν τῶν ψυχῆς μερέων. Quibus planum fit, Pythagoreos non ſecus ac Platonem qui illos ſequutus eſt, diſtributionem animæ partium de totidem eius facultatibus, quas δυνάμεις vocant, accipiendam dediſſe. Quod & Poſidonius apud Galenum teſtatur, qui cum in ea diviſione animæ tripertita, τρεῖς δυνάμεις unius ſubſtantiæ ſive formæ, non τρεῖς οὐσίας, cum Ariſtotele interpretaretur, Pythagoram quoque ita ſenſiſſe ex ſcriptis familiarium & diſcipulorum eius docuit. Auctor vitæ Pythagoræ apud Photium anonymus tradit, eum ita de hominis fabrica ſenſiſſe, ut ſcripſerit, omnia quæ in mundo maiore ſunt, etiam in minore, id eſt, homine, qui & μικρόκοσμος inde appellatur, reperiri, & habere πάσας τοῦ κόσμου δυνάμεις. Eſſe in mundo divinas, deos nempe, & quattuor elementa, item beſtias, & plantas. Inde habet homo rationem à deorum natura, quæ eſt θεία δύναμις. Reliquas animæ poteſtates duxit ab elementis, à beſtiis, à plantis, quattuor humores ex quibus eſt compoſitus, cupiditatem, iram, eam qua aluntur, creſcunt, & ſimile ſibi procreant. Sed in his omnibus ſuperatur ab his à quibus ea hauſit & accepit, more quinquertionum, qui cum in omni genere certaminis ſeſe exerceant, non æque in his periti ſunt quam qui in ſingulis operam poſuerunt. Ratio quidem in eo eſt,

ſed

ſed minor quam in Diis. Ira & cupiditate à beſtiis vincitur. Addo, & ſenſuum exteriorum ſagacitate & acumine. Virtutẽ quæ alimenta ſubminiſtrat, & incrementũ, minore vi & copia quam plantæ poſſidet. Καὶ ὥσπερ ὁ πένταθλος, inquit, πάσας ἔχων τὰς δυνάμεις, ἐν ἑκάστῃ ἥττων ἐστὶ τοῦ ἕν τι ἐπιτηδεύοντος τῶν ἀθλημάτων, οὕτω καὶ ὁ ἄνθρωπος πάσας ἔχων τὰς δυνάμεις ἐν ἑκάστῃ λείπεται. ἧττον μὲν γὰρ ἔχομεν τὴν λογικὴν δύναμιν ἤπερ οἱ θεοί, καὶ τὰ τῶν στοιχείων ὁμοίως ἧττον ἢ ἐκεῖνα, καὶ τὸν θυμὸν καὶ ἐπιθυμίαν ἐνδεέστερον τῶν ἐν τοῖς ἀλόγοις, καὶ τὴν θρεπτικὴν καὶ αὐξητικὴν δύναμιν ἐλαττουμένην τῶν ἐν τοῖς φυτοῖς. Vides, δυνάμεις animæ à Pythagora vocari quæ partes ab aliis appellantur, quæ non plures animas, ſed unam eius conſtituunt ex pluribus huiuſmodi facultatibus tanquam membris ac partibus conſtantem. Hæc eadem & Platonis opinio fuit, ut videre eſt ex Nemeſio lib. I. cap. I. & ex Plotino lib. I L. Ennead. V. Addit deinde auctor quaſi ex Pythagoræ dictatis: ὅθεν ἐκ ποικίλων δυνάμεων συνεστῶτες δυσχερῆ τὸν βίον ἔχομεν. ἕκαστον γὰρ τῶν ἄλλων ὑπὸ μιᾶς φύσεως οἰακίζεται, ἡμεῖς δὲ ὑπὸ τῶν διαφόρων δυνάμεων ἀντισπώμεθα, οἷον ποτὲ μὲν ὑπὸ τοῦ θείου ἀναγόμεθα ἐπὶ κρείττω, ποτὲ δὲ τοῦ θηριώδους ἐπικρατήσαντος ἐπὶ τὰ χείρω. *Vnde ex variis compoſiti facultatibus, vitam incommodam & laborioſam traducimus. Vnumquodque enim cæterorum quæ ſunt, ab una natura regitur & adminiſtratur, nos vero variis & contrariis poteſtatibus in diverſa trahentibus ducimur. Et modo ab eo quod eſt in nobis divinius, ad meliora vocamur, interdum ab irrationali parte prævalente in deteriora deducimur.* Sed de ea re inferius. Nunc & aliud argumentum afferamus cui reſponderi non poſſit, ita eſt invincibile, quo evincatur, unam tantum animam variis præditam & inſtructam δυνάμεσι à Pythagora & Platone probari. Transfuſionem animarum quaſi μεταγγισμὸν de aliis in alia corpora eos credidiſſe, nemo eſt qui inficiari queat, quia omnes norunt. Μετεμψύχωσιν vocarunt. Poſt certas temporum vices animas hominum, ubi per varia beſtiarum corpora tranſiiſſent, iterum in humanum corpus refundi, opinio eorum fideſque fuit. Iam quæro, ſi conſtat, unicam eſſe animalium ratione carentium animam, nam de eo nemo unquam dubitavit, an quando in humanam tranſmutatur, ex ſimplice fiat duplex, & pro una quæ animalis fuit, duæ exiſtere incipiant, ubi in corpus hominis transfuſa eſt? Hoc certe caret ratione, nec veriſimile eſt, unquam id exiſtimaſſe Pythagoram aut Platonem, aut quemquam eorum qui animas ſubinde humanas in alias atque alias formas migrare cenſuerunt.

ſuerunt. Hoc enim poſito, binas eſſe ſingulorum hominum animas, ſingulares ceterorum animantium, ſequeretur, ut ex duabus hominis animabus, quæ migrandum in corpus beſtiæ haberent, una neceſſario interiret. At quænam ex geminis internecionem pati deberet in beſtiæ figuram tranſitura? Certe rationalis. Atqui illa eſt cui minus metuendus ſit interitus, utpote quæ immortalis ab his cenſetur. Rurſus quo tempore pererratis aliquot beſtiarum domiciliis, in humanum hoſpitium revertendum ei eſſet, recipere deberet denuo alteram illam rationalem animam quę hominis formam conſtituit. Reſuſcitanda ergo ea tum de novo foret anima, & adiungenda irrationali, ut ſedem ingredi poſſet ſibi competentem & convenientem. Sic miram viciſſitudinem dari oporteret morientium, & poſt interitum renaſcentium animarum rationalium; perinde ut forent manſiones beſtiæ aut hominis, quas illis ſubire decretum eſſet. Quid aliud dici poſſit, non video, ſi hoc etiam Pythagoræ in ea tranſmigratione animarum quam aſſeruit, imputemus, ut unam beſtiæ animam tribuerit, binas homini. Omnino igitur unicam duntaxat tam in homine rationali, quam in animali irrationali animam, certum eſt, Pythagoræ & Platoni aliiſque μετεμψυχώσεως aſſertoribus ſtatui, in plures licet facultatum ſpecies diviſam. Eamdem animam belluina & humana permeare & percurrere corpora ſub perſona Pythagoræ dicit diſertiſſimus poëtarum:

Omnia mutantur, nihil interit. Errat, & illinc
Huc venit, hinc illuc, & quoſlibet occupat artus.
Spiritus, eque feris humana in corpora tranſit,
Inque feras noſter, nec tempore deficit ullo.
Vtque novis facilis ſignatur cera figuris,
Nec manet ut fuerat, nec formam ſervat eamdem,
Sed tamen ipſa eadem eſt: animam ſic ſemper eamdem
Eſſe, ſed in varias doceo migrare figuras.

Ita apud Ovidium loquitur Pythagoras in Metamorphoſi xv. Ceterum ſi eadem anima eſt quæ orbem ſuum peragit in feris & hominibus peragrandis, cur in homine cum ratione eſt, in fera ſine ratione? Numquid eadem anima rationalis, & irrationalis? An cum in hominem tranſit, accipit rationem, cum in belluam delabitur, amittit? Non carere beſtias ratione, ſed quam habent, ne explicent & exerant, vitio corporis in quo habitant impediri, voluit Pythagoras.

goras. Ideo de humana anima per Metempſychoſin pecuinis transfuſa corporibus hos apud Homerum verſus de Circe uſurpabant:

Οἱ δὲ συῶν μὲν ἔχον κεφαλὰς, φωνήν τε τρίχας τε
Καὶ δέμας, αὐτὰρ ὁ νοῦς ἔμπεδος, ὡς τὸ πάροσπερ.
Voce ſuum ſimiles, ſetiſque, & corpore toto,
Et capite, aſt ollis vetus inconcuſſa manet mens.

Hinc & mentem animi belluis, non tantum animam dat Pythagoras apud Laërtium: νοῦν μὲν οὖν εἶναι καὶ θυμὸν καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ζώοις, φρένας δὲ μόνον ἐν ἀνθρώπῳ. Non video tamen quo ſenſu φρένας ἀπὸ τοῦ νοὸς diſtinguat, cum certum ſit, primam & principalem animæ partem eſſe νοῦν, quæ ſi communicatur & cæteris animalibus præter hominem, nihil illi præcipui relinquitur. Veteres Græci φρενῶν nomine intelligebant τὸ διάφραγμα. ita Democritum, Hippocratem alioſque auctores propiores Pythagoræ eam vocem conſtat uſurpaſſe. Erotianus: φρένας, ἐκάλουν ἀρχαῖοι τὸ διάφραγμα. Sed mirum quod ſcribit idem Diogenes, Pythagoram trifariam animam diviſiſſe, εἰς νοῦν, καὶ φρένα, καὶ θυμόν. Quibus ſubiicit, νοῦν quidem & θυμὸν in cæteris animalibus ineſſe, in ſolo vero homine τὰς φρένας. Quod ad θυμὸν attinet ſine dubio eam partem animæ intellexit quam in duas alii partiti ſunt, εἰς θυμὸν, καὶ ἐπιθυμίαν. Nam & Ariſtoteles pro eadem utramque accepit. At φρένες ſi pro mente & διανοίᾳ accipiantur, ut ſæpe, quomodo invicem diſtabunt? Immo plurimum. Φρενῶν appellatione non dubito Pythagoram deſignaſſe intellectum, quem vocat Ariſtoteles τὸν ἐνεργείᾳ νοῦν. Quem ne homini quidem congenitum & inſitum eſſe vult, ſed extrinſecus illi advenire. At τὸν δυνάμει νοῦν homini natura ineſſe, & partem eius animæ facere, συγκατασκευάσθαι τῷ ἀνθρώπῳ. Naturalem illum intellectum etiam in beſtiis inveniri, Pythagoræ placuit. Atque ita illum ſentire neceſſe fuit, ſiquidem eumdem ſpiritum putavit à beſtiis ad homines, ab hominibus ad beſtias in orbem gyrare. Sed eum ἐνεργείᾳ νοῦν, qui in actum ex naturali potentia producitur, quo prudentia & ſapientia acquiritur, & rerum divinarum humanarumque noticia comparatur, virtuteſque addiſcuntur, beſtiis non conceſſit Samius ille Lucumo, quem & vulgaribus ademptum hominibus, ſolis ſapientibus dandum cenſuit Stagirites ſophus. Hunc intellectum φρενῶν nomine Pythagoram intellexiſſe, nullus dubito. Nam &

inde verbum φρονεῖν, & φρόνησις, qua voce omnem omnino virtutem comprehendebant Stoici, & alii ex antiquis ſapientibus non pauci. Homero φρόνις pro prudentia: Τοῦ δὲ φρόνιν ἤγαγε πολλήν. Sed & φρένες eidem in permutatione qua Glaucus aurea pro æneis dedit, φρένας ei Iovem eripuiſſe dicit, atque illum dementaſſe: Τοῦ δὲ φρένας ἐξέλετο Ζεύς. Non ſapienter feciſſe ſignificat. Miror tamen unde eius diviſionem animæ Pythagoricam hauſerit Diogenes. . Nam ὁμοθυμαδὸν omnes quorum hodie extant aliqua fragmenta, Pythagoræ ſectatores, & quidem antiquiſſimi, eam ſicut Plato dividunt, quam diviſionem eum ab illis accepiſſe manifeſtũ eſt. Ab ea partitione & ſimile quid in hoc ſæculo accidere aiebant circa animarum trifidam ſectionem, trivio illi quod apud inferos eſſe putatur, de quo eſt apud Porphyrium in libro de Anima. Nam prout quis in hac vita uni ex tribus animæ partibus magis indulſerit, addictiorve fuerit, ita ſibi initium facit tranſeundi poſt mortem in eius beſtiæ corpus aliquod cui mores ſimiles in corpore hominis degens habuerit. Sic iracundus & crudelis in leonem migrat, voluptatibus & gulæ deditus in ſuem, & ſic de aliis. Verba Porphyrii: ἡ γὰρ λεγομένη καὶ νομιζομένη τῶν ἐν ᾅδου τριόδος ἐνταῦθα που τέτακται περὶ τὰ τῆς ψυχῆς σχιζόμενα μέρη, τὸ λογιστικὸν καὶ θυμοειδὲς καὶ ἐπιθυμητικόν, ὧν ἕκαστον ἀρχὴν ἐξ αὐτοῦ καὶ ῥοπὴν ἐπὶ τὸν οἰκεῖον βίον ἐνδίδωσι, καὶ οὐκέτι ταῦτα μῦθος, οὐδὲ ποίησις, ἀλλ᾽ ἀλήθεια καὶ φυσικὸς λόγος. Deinde addit de Pythagora: ὧν μὲν γὰρ ἐν τῇ μεταβολῇ καὶ γενέσει τὸ ἐπιθυμητικὸν ἐξανθοῦν ἐπικρατεῖ καὶ δυναστεύει, τούτοις εἰς ὑώδη σώματα, καὶ βίους θολεροὺς καὶ ἀκαθάρτους, ὑπὸ φιληδονίας καὶ γαστριμαργίας φησὶ γίνεσθαι τὴν μεταβολήν. ὅταν δὲ φιλονεικίαις σκληραῖς καὶ φονικαῖς ὠμότησιν ἔκ τινος διαφορᾶς ἢ δυσμενείας, ἐξηγριωμένον ἔχουσα παντάπασιν τὸ θυμοειδὲς εἰς δευτέραν γένεσιν ἀφίκηται, πλήρης οὖσα προσφάτου πικρίας καὶ βαρυφροσύνης ἔρριψεν ἑαυτὴν εἰς λύκου φύσιν ἢ λέοντος. Sic hæc legenda. Qui ex poſterioribus Metempſychoſin Pythagoricam probarunt, & tamen improbarunt quod communem eo modo fecerit rationem pecudum & hominum, eamdem animam deducendo per ferina & humana corpora, ita rem compoſuerunt ut in ea tranſmutatione, humanæ animæ ſemper humanum hoſpitium aſſignarent, pecuinæ belluinum. Sed hæc non hic agimus, quibus tantum propoſitum eſt oſtendere, non creditam Pythagoræ, ut nec Platoni, animæ, ita dixerim, trinitatem. Quod autem idem Galenus & Hippocratem ſuum in eam quoque ſententiam abducere conatur, an

id effecerit, viderint *ἰατρῶν παῖδες*, qui in Hippocratis lectione magis quam ego ſum, ſunt exercitati. Non puto tamen, quantũ ex eius ſcriptis potui colligere, quæ olim non perfunctorie legi, id ullo modo poſſe probari. Immo nec difficulter, ſi quis id aggrederetur, contrarium adſtruere, niſi fallor, poſſet. Nullibi certe de anima ſcripſit, eam in duas aut tres partes dividi, unde colligatur, eas partes totidem videri debere ſubſtantias eſſe vel, formas ſeparatas. Initio libri de Principiis tradit, ſe hactenus partim communiter receptis, partim propriis uſum eſſe opinionibus, in eo vero tractatu ſuas tantum promere velle. Inter opiniones quæ iam vulgatæ eſſent, & de quibus nihil mutat, eam refert quod anima ſit. Περὶ δὲ τῶν μετεώρων οὐδὲ δέομαι λέγειν, ἢν μὴ τοσοῦτον ἐς ἄνθρωπον ἀποδείξω, καὶ τὰ ἄλλα ζῶα ὁκόσα ἔφυ καὶ ἐγένετο, καὶ ὅτι ψυχή ἐστιν, καὶ ὅτι τὸ ὑγραίνειν, καὶ ὅτι τὸ κάμνειν, καὶ ὅτι τὸ ἐν ἀνθρώπῳ κακὸν, καὶ ἀγαθὸν, καὶ ὅθεν ἀποθνήσκει. Νῦν δὲ ἀποφαίνομαι αὐτὸς ἐμεωυτοῦ δόξας. Ergo cætera omnia de quibus ante monuit, talia ſunt ut de his nihil habere ſe fateatur quod communi opinioni quæ tunc obtinebat, refragaretur. De meteoris, de anima quod ſit, quod ſit ſanitas, quod ſit morbus, quod in homine & bonum & malum ſit, & unde mors illi. Perperam doctus interpres, verba illa ὅτι ψυχή ἐστιν, *quod anima ſint prædita*, vertit, ut referatur ad id quod præceſſit, καὶ τὰ ἄλλα ζῶα ὅσα ἔφυ καὶ ἐγένετο. Non ea hæc mens eius. Sed dicit, nihil ſe dicturum περὶ μετεώρων, niſi quatenus neceſſe ſit ad hominis naturam demonſtrandam, & aliorum animalium ὁκόσα ἔφυ καὶ ἐγένετο. At quod ſit ψυχὴ inter eas quæſtiones reponit quas à prioribus acceptas non ſollicitavit. Ea quæſtione quod ſit anima, non dubium eſt & illam contineri, quot eius partes ſint. Nemo fuit quippe veterum ſapientum quin anima rationali præditum eſſe hominem, quod cæteræ animantes non haberent, crediderit. De anima etiam irrationali quin ea cum beſtiis homini communis fuerit, nemini unquam dubitatum eſt. Has ſe duas animæ partes in homine agnoſcere, teſtatur ibidem Hippocrates, cum dicit, ὅτι τὸ ἐν ἀνθρώπῳ κακὸν καὶ ἀγαθὸν, nihilque ſe à priorum ſententia in eo diſcedere profitetur. Nam bonum à ratione eſt, malum ab animæ parte irrationali. Quas duas animæ partes unam conficere animam, inter philoſophos illius temporis conveniebat iam inde à Pythagora, cuius celebre tum nomen erat in Græcia. Hic octoginta circiter annis antiquior Hippocrate, animam ſic in duas partes divi-

diviſit, τὴν λογικὴν καὶ τὴν ἄλογον, ut facultates unius animæ eſſe putarit. Nec in alia ſententia Democritus fuit, Hippocrati viſus ac notus, laudatuſque. Is quoque διμερῆ ψυχὴν ita fecit, ut μέρη illa δυνάμεις eſſent. De eo nullus antiquorum philoſophorum qui ante & poſt Hippocratem vixere, diſſenſit. In eo tantum non conſenſere, utrum certis locis eæ animæ facultates eſſent diſcluſæ, an indiſcretim per totum corpus fuſæ. Animæ rationalis partem ſeorſim per ſe ſubſiſtere ab altera parte ſeiunctam, ac propriam ὑπόστασιν habere, minime eos crediddiſſe, vel inde conſtat, quod partem eam principalem animæ nominarunt, τὸ ἡγεμονικὸν μόριον. Si duæ eſſent diviſæ animæ, hæc ἡγεμονικὴ ψυχὴ ab illis dicta eſſet, non ἡγεμονικὸν ψυχῆς μόριον. De eius ſede in corpore dubitarunt. Hanc enim partem alii caput obtinere, alii pectus, alii alia corporis loca, alii totum occupare crediderunt. Ultima opinio Cleanthis fuit, qui & principalē animę partē, id eſt, rationē, cum reliquis confuſam per totum corpus diffudit. Democritus ſolam irrationalem ſparſit in totius corporis contextum, rationali in pectore repoſita. Plutarchus lib. IV. de placitis philoſophorum cap. IV. περὶ μερῶν ψυχῆς, ubi per μέρη ψυχῆς, τὰς δυνάμεις eum intellexiſſe, certo certius eſt: Δημόκριτος διμερῆ τὴν ψυχὴν, τὸ μὲν λογικὸν ἔχουσαν ἐν τῷ θώρακι καθιδρυμένην, τὸ δὲ ἄλογον καθ' ὅλην τὴν σύγκρισιν τοῦ σώματος διεσπαρμένην. Idem tamen in ſequenti capite partem principalem animæ rationalis in capite toto eſſe, Democrito viſum dicit, ut & Platoni. Ex quibus liquet, Abderitam illum unam animam eſſe voluiſſe, quæ τὸ λογικὸν, & ἄλογον, rationale & irrationale, ſimul haberet. Idem Democritus hoc etiam peculiare habuit, ut opinaretur, omnia participare aliqua anima, etiam cadavera animalium, quia cum maxima pars ſpirituum ex his difflata eſſet, manifeſto tamen aliquid calidi reliquiarū retinerent. Idem Plutarchus: ὁ δὲ Δημόκριτος πάντα μετέχειν φησὶ ψυχῆς ποιᾶς, καὶ τὰ νεκρὰ τῶν σωμάτων, διότι ἀεὶ διαφανῶς τινὸς θερμοῦ μετέχει, καὶ πλείονος διαπνεομένου. Ex his perſpicuum eſt, animam nihil aliud eſſe quam θερμὸν ἔμφυτον, calorem naturalem cum ſpiritu. Certe calidum ἔμφυτον non eſt ſine ſpiritu, ut nec ſpiritus ſine calore. Nativus enim ille calor teſte Democrito in morientibus ita exhalatur, ut aliquanta pars tam calidi nativi quam ſpirituum in mortuis remaneat, quæ propriam animam ipſius cadaveris poſtea conſtituunt. Hinc & noſtri Stoici animæ ſubſtantiam θερμὸν πνεῦμα eſſe pronuntiant.

Nec

Nec ab hac opinione diverſus abit Hippocrates, ut iam obſervatum eſt à doctiſſimis medicis. Idem in libro 1. de diæta ſcribit, animam eſſe σύγκρασιν vel σύγκρησιν ignis & aquæ, calidi & humidi mixturam & temperationem, eamque σύγκρασιν eſſe partem corporis humani. ἐσέρπει δὲ, inquit, εἰς ἄνθρωπον ψυχὴ, πυρὸς καὶ ὕδατος σύγκρησιν ἔχουσα, μοῖραν σώματος ἀνθρώπου. Democritus in ſubſtantia animæ determinanda, πυρῶδες σύγκριμα ἐκ τῶν λόγῳ θεωρητῶν eſſe dixit, *contextum vel compoſitum quoddā igneū ex corpuſculis viſum effugientibus, & ſola ratione ſpectandis.* Hanc animam quæ ſit σύγκρησις vel σύγκρασις ex aqua & igne, in omne animal quod reſpirationem habet æque inire atque in hominis corpus, partemque hominis vel corporis humani quod ingreſſa fuerit, efficere, paulo poſt idem affirmat in eodem libro: ἡ δὲ ψυχὴ τοῦ ἀνθρώπου ὥσπερ μοι καὶ προείρηται σύγκρησιν ἔχουσα πυρὸς καὶ ὕδατος, μέρη δὲ ἀνθρώπου, ἐσέρπει εἰς ἅπαν ζῶον, ὅ, τι περ ἀναπνέει, καὶ δὴ καὶ εἰς ἄνθρωπον πάντα, καὶ νεώτερον, καὶ πρεσβύτερον. Nec aliud de hominis anima hic pronuntiat quam de cuiuſlibet alius animalis. Et initio eiuſdem libri omne animal, ut & hominem, ex his duobus conſtare dicit, & σύστασιν ex his habere, igni, & aqua: ξυνίσταται μὲν οὖν τὰ ζῶα πάντα τά τε ἄλλα πάντα, καὶ ὁ ἄνθρωπος, ἀπὸ δυοῖν, διαφόροις μὲν τὴν δύναμιν, συμφόροις δὲ τὴν χρῆσιν. Cum his duobus hominem componi velit, animamque ipſius σύγκρησιν eſſe, hoc eſt, mixturam calidi & humidi, ignis & aquæ, non eam multiplicem facere, ſed unam, inde perſpicuum eſt. Partes enim vel, quod idem eſt, facultates ſubſtantia uniformes eſſe plures, vel ex eo liquet quod in illis partibus exponendis utitur eodem verbo quo & Pythagorei, nominatque διακόσμησιν tam in corpore quam in anima. Τὰ δ' ἄλλα πάντα, inquit, καὶ ψυχὴ ἀνθρώπου, καὶ σῶμα, ὁκοῖον ἡ ψυχὴ, διακοσμέεται, ἐσέρπει δὲ εἰς ἄνθρωπον, μέρεα μερέων, ὅλα ὅλων ἔχοντα σύγκρησιν, πυρὸς καὶ ὕδατος. Ut partes ſunt corporis quibus διακοσμεῖται, ita & animæ. Ut illæ partes in corpore totius & unius corporis partes ſunt, ita & in anima. Nam διακόσμησις proprie, ut ſupra iam explicavimus, eſt diſpoſitio & ordinatio partium in toto, non ſolum ad utilitatē uſumque, ſed etiam ad decorem totius, ex partium inter ſe proportione & convenientia. Ignem ipſum in corpore omnia apte & ordine collocaſſe ac diſpoſuiſſe ſuo ſibi modo ad inſtar univerſi. Inde in corde, ubi ignis ille calidiſſimus eſt ac validiſſimus, rationi ac menti quæ reliquæ imperat animæ, ſedem aſſignat, non, ut placuit Galeno

Z ſummo

ſummo eius admiratori, in cerebro. Hæc eſt pars animæ quam ἡγεμονικὸν μέρος ψυχῆς Stoici appellant cum aliis, quæque etiam in corde ab iiſdem Stoicis, & Ariſtotele locatur. De corde hæc Hippocratis verba ſunt: γνώμη γὰρ ἡ τοῦ ἀνθρώπου πέφυκεν ἐν τῇ λαιῇ κοιλίῃ, καὶ ἄρχει τῆς ἄλλης ψυχῆς. Nutriri illam non potu aut cibo, ſed pura, liquida, lucidaque ſubſtantia ex ſanguinis ſecretione. Τρέφεται δὲ οὔτε σιτίοισιν, οὔτε ποτοῖσιν ἀπὸ τῆς νηδύος, ἀλλὰ καθαρῇ καὶ φωτοειδεῖ περιουσίᾳ, γεγονυίᾳ ἐκ τῆς διακρίσιος τοῦ αἵματος. Stoici quoque non longe ab hoc Hippocrateo ſcito de animæ rationalis pabulo, totam animam ſanguine nutriri ſanxerunt, cum ſubſtantia eius conſtet ſpiritu. Hoc magis ſibi probari dicit Galenus in lib. III. de decretis Hippocratis, quam quod Diogeni placuit, animam eſſe ſanguinem: καὶ αὐτὸς ἐπιλανθανόμενος τῶν οἰκείων δογμάτων, αἷμά φησιν εἶναι τὴν ψυχήν, ὡς Ἐμπεδοκλῆς καὶ Κριτίας ὑπέλαβον. εἰ δέ γε ἕποιτο Κλεάνθει καὶ Χρυσίππῳ καὶ Ζήνωνι, τρέφεσθαι μὲν ἐξ αἵματος φήσασι τὴν ψυχήν, οὐσίαν δ' αὐτῆς ὑπάρχειν τὸ πνεῦμα, πῶς ἔτι ταὐτὸν ἔσται τὸ τρέφον τε καὶ κινοῦν, εἴπερ τρέφει μὲν τὸ αἷμα, κινεῖ δὲ τὸ πνεῦμα; Animæ ſubſtantiam ſpiritum eſſe, alimentum ſanguinem, Stoici opinabantur. Galenus multis in locis notat, Hippocratem de anima loquentem de θερμῷ ἐμφύτῳ eſſe capiendum. Huic calori à natura ingenito humor etiam additus per totum corpus fuſus animæ σύγκρασιν componit. Inſtrumentum porro alentis facultatis etiã calorem eſſe, & pabulum caloris humorem, notius eſt quam ut debeant docti doceri. Spiritum porro ex quo ſubſtantiam animæ componunt Stoici, eundem eſſe cum illo calore ingenito, ſaltem non magnopere differre, ipſe Galenus docet lib. V. de Simplicibus, ubi etiam adiicit, nihil prohibere quominus ſubſtantiam ſanguineam & aëream de calido nativo cum ſpiritu intelligamus. Quo calido & ſpiritu Stoicos velle conſtare animæ ſubſtantiam: ἀλλ' ἡμᾶς χρὴ μήτε παρακούειν αὐτοῦ, nempe Ἱπποκράτους, καὶ γιγνώσκειν, ἔμφυτον εἰρῆσθαι θερμόν, ὅπερ καὶ πνεῦμα ἐν ἑκάστῳ τῶν ζώων ὀνομάζομεν, ὑπὲρ οὗ καὶ Ἀριστοτέλης ἔγραψε. Οὐδὲν δὲ κωλύει καὶ τὴν αἱματικὴν οὐσίαν καὶ ἀερώδη, θερμὸν ἔμφυτον ἀκούειν ἅμα τῷ πνεύματι. Οἱ μὲν οὖν Στωϊκοὶ ταὐτὸν τοῦτο τῇ οὐσίᾳ τῆς ψυχῆς δοξάζουσι. Nativus ille calor, quo anima Hippocrati conſtat, non eſt ſine ſpiritu, qui ſpiritus ſubſtantia eſt animæ Stoicis. Qui cum ſanguine animam ali dicant, hæc αἱματικὴ οὐσία reſpondet humori à natura & ipſi addito, ut caloris paſtus ſit. In hac Stoicorum cum Hippocrate dogmatum ſuper animæ ſubſtantia conſenſio-

ne,

ne, quis non ſibi perſuadeat, æque unitatem animæ apud hunc ut apud illos fuiſſe creditam ? Nam & hic, ut illi, animæ principalem partem quam *γνώμην* vocat, in corde collocat, non ut Galenus vult, in cerebro. Cum autem ex puriſſimo ſanguine pabulum habere eam ſcribat, & in eo convenit ei cum Stoicis. Qui cum animæ toti idem ex ſanguine alimentum ſuggerant, puriſſimæ eius parti puriſſimum quoque ſanguinem pro cibo præbuiſſe veriſimile eſt. Quinimmo ideo tam Hippocrates quam Stoici videntur eam animæ partem quæ ex defæcatiſſimo ſanguine alitur, in corde locandam putaſſe quia cor fons eſt ſanguinis. Quod ait idem Hippocrates, eam portionem animæ *ἄρχειν τῆς ἄλλης ψυχῆς*, *reliquæ animæ imperare*, per hoc oſtendit, unam eſſe tantum animam. Nihil enim aliud vult aut valet illa *ἄλλη ψυχὴ*, quam reliquæ animæ partes. Quippe ſi duas diſtinctas animas poſuiſſet, & rationalem, in qua *γνώμη*, diverſam ab altera irrationali ſtatuiſſet, *τῆς ἑτέρας ψυχῆς* dixiſſet. Quamvis ne ſic quidem pro magno argumento id ſumi poſſet, ad probandum duas ab illo animas eſſe conſtitutas, ſi non alia accederent. Nam & *ψυχὴν ἐπιθυμητικὴν* Ariſtoteles vocat, & *θυμικὴν*, partem animæ concupiſcentem iraſcentemque, ut iam ſupra nobis notatum eſt. Cum animæ autem ſubſtantiam definiat eſſe *σύγκρησιν πυρὸς καὶ ὕδατος*, *calidi & humidi mixturam*, præcipuam eius primamque partem, quæ reliquis imperat partibus, recte in corde habere domicilium decernit, ubi cum ſit ignis calidior, plus etiam ex humido trahit. Nam ut idem dicit, ignis ab aqua humiditatem accipit, aqua ab igne ſiccitatem. Si quod in igne eſt maxime humidum & in aqua maxime ſiccum, temperata in homine formando fuerint, maximè prudentes inde effici placet eidem Aſclepiadarum maximo : *Περὶ δὲ φρονήσιος ψυχῆς, καὶ ἀφροσύνης ὀνομαζομένης ὧδε ἔχει. πυρὸς τὸ ὑγρότατον, καὶ ὕδατος τὸ ξηρότατον κρῆσιν λαβόντα ἐν τῷ σώματι, φρονιμώτατα.* Sed ſi in ea temperie calidi & humidi, ignis inferior aqua extiterit, prudentes quidem fiunt, ſed minus quam ubi æqualem invicem temperiem ſervarint : *εἰ δὲ πυρὸς τοῦ εἰλικρινεστάτου, καὶ ὕδατος σύγκρησιν λάβοι, ἐνδεέστερον δὲ τὸ πῦρ εἴη τοῦ ὕδατος ὀλίγον, φρόνιμοι μὲν καὶ οὗτοι, ἐνδεέστεροι δὲ τῆς προτέρης, διὸ κρατεόμενον τὸ πῦρ ὑπὸ τοῦ ὕδατος, καὶ βραδεῖαν τὴν κίνησιν ποιεύμενον νωθρότερον προσπίπτει πρὸς τὰς αἰσθήσιας.* *Quod ſi ignis ſinceriſſimi & aquæ contemperationem acceperit, & ignis paululum ab aqua ſuperetur, prudentes quidem & hi exiſtunt, ſed minus quam priores. Victus*

enim ab aqua ignis, & tardiorem efficiens motionem, ſegnius incidit ſenſibus. Quod ſi contra, ignis in ea mixtura abundet, & humorem exſuperet, tum acutiſſimos animos evadere certum eſt, atque ingenioſiſſimos, & ignea celeritate volucres, ut de Iulio Cæſare Plinius ſcribit. Nec quærendum quæ ſtupidos ac tardos cauſa efficiat, cum inde liqueat creari, quod humor multis partibus igne ſuperior fuerit in ea συγκρίσει. Cum maxime igitur calidum humidumque ſit cor bene temperatum, in eo ſedem habere principalem animæ partem, cui ceteræ debent parere, par eſt. Atque hæc Hippocratis ſententia eſt, qui & γνώμην, id eſt, rationem in corde propterea conſtituit, quod fons ſanguinis ab ipſo ſtatuitur. Ab Empedoclis opinione hæc non longule recedit, cui νόημα ſive νοῦς eſt ſanguis cordi ſuffuſus. Sed & intelligentiæ maximam partem idem Hippocrates in ſanguine reponit. Sic enim ſcribit in ſecundo Epidemiorum ſub finem: φλὲψ ἔχει παχείη ἐν ἑκατέρῳ τιτθῷ. ταῦτα μέγιστον ἔχει μόριον ξυνέσιος. Sic enim accipere malo, quam ad prudentiam ſive providentiam naturæ referre, ut interpretes exponendum hariolantur. Nam & in ſequentibus collectum in mammis ſanguinem, futuram inſaniam ſignificare notat: Τῷ μέλλοντι σημαίνεσθαι τόδε προσημαίνει τὸ σημεῖον, αἷμα συλλέγεται αὐτῷ ἐπὶ αὐτοῦ τιτθοῦς. Idem Hippocrates in lib. 1. de victus ratione in calidiſſimo ac validiſſimo igne qui ſemper movetur nec unquam quieſcit, & omnia in corpore regit & moderatur ſecundum naturam, ſine ſtrepitu, cum viſu, tum tactu, verſari ait, ψυχὴν, νόον, φρόνησιν, αὔξησιν, κίνησιν, μείωσιν, διάλλαξιν, ὕπνον, ἐγρήγορσιν. Quæ omnes ſunt animæ facultates & operationes, quas & totidem eius partes liceat appellare. Ψυχὴν primo nominat, quæ generatim omnes illas partes comprehendit, cuiuſque ſubſtantiam ex igne & aqua conſtare docet. Huius principales duas partes deinde memorat, νοῦν & φρόνησιν, *mentem, & prudentiam.* In corde ſitas eas exiſtimaſſe Coum ſenem, ex his quæ ante diximus, planum eſt. Hæc duo ſunt quæ Pythagoras apud Laërtium, νοῦν καὶ φρένας vocat. Nam φρένας pro φρονήσει eſſe accipiendas, ſupra docuimus. Quem hic νοῦν nominat Hippocrates, alibi γνώμην appellavit, cui ſedem in corde aſſignat. *Conſilium* vocat Lucretius lib. III. *Sed caput eſſe quaſi, & dominari in corpore toto Conſilium, quod nos animum mentemque vocamus.* Et plane eſt quem λόγον ſequentes vocitarunt. Sic λογικὴ ψυχὴ, & νοερὰ multis eadem. Quod enim alii eas faciunt diverſas, id

id quorundam ex poſterioribus commentum fuit, qui λόγον & νοῦν diſtinxere. Qua de re nos infrà. Nam λόγος prima ſua ac propria ſignificatione eſt ſermo ore prolatus, à verbo λέγω. *Oratio* Latinis vocatur. Ea cum ſit homini propria data præter beſtias, poſterior Græciæ ætas & mentem ipſam, τὸ νοῦν, ex qua procedit eloquutio quæ in ore formatur & lingua pronuntiatur, etiam λόγον vocarunt. Prius enim mente concipitur, quam ore editur. Hinc diſtinxere inter λόγον ἐνδιάθετον, & λόγον προφορικόν. Utrumque ergo Græcis λόγος ſignificat, & mentis conceptum, & oris effatum. Latini vocabulis ea diviſerunt, *rationem* & *orationem* vocantes. Certe λόγος ex mente, tam ἐνδιάθετος quam προφορικός. Quod enim vocarunt ἡγεμονικὸν μέρος, id eſt, principalem animæ partem, is proprie νοῦς. Græci ex Stoicis: Ἡγεμονικὸν, ὁ νοῦς, ἢ τὸ κυριώτατον τῆς ψυχῆς ἐν ᾧ αἱ φαντασίαι καὶ αἱ ὁρμαὶ γίνονται, ἐξ οὗ ὁ λόγος ἀναπέμπεται. Apud hos λόγος eſt pars mentis. Τὸν πρακτικὸν νοῦν quidam ſic proprie vocarunt, ut infra docebimus. Inde Pythagoras in tres partes animam iuxta Diogenem Laërtium dividebat, εἰς νοῦν, καὶ φρένας, ἐκ θυμόν. Hippocrates, εἰς νοῦν, καὶ φρόνησιν. Hæ duę partes λογικὴν ψυχὴν conſtituunt, quia λόγον non habent animalia, quibus æque ratio, ut oratio, à natura negata eſt. Nam θυμὸς etiam in animalibus. At Pythagoras etiam νοῦν iis ineſſe volebat, ut ſupra diximus, & rationem reddidimus. Quę νοῦς & φρένες Pythogorę, Hippocrati νόος καὶ φρόνησις, Areſæ Pythagorico γνῶμα ἐκ φρένωσις, qui ſimiliter has duas partes facit animę rationalis. Et φρόνησις, ut infra dicemus, ad νοῦν πρακτικὸν pertinet, quem λογισμὸν quidam vocarunt. Alias λόγου vox interdum generalior eſt, interdum apud auctores in ſtrictiore ſignificata ſumitur. Sic nemini dubium eſt, quin & γνώμη quam idem Hippocrates in corde ponit, & in cęteras animę partes imperium habere dicit, eadem ſit cum νῷ, quod Gręci ἡγεμονικὸν & κυριώτατον τῆς ψυχῆς μέρος appellant. Enimvero ab eadem origine, νόος vel νοῦς, & γνώμη. Nam & νώσασθαι dicebant & γνώσασθαι pro eodem, ut νέφος & γνόφος. Heſychio νώματα ſunt γνωρίσματα, & νῶμα τὸ νόημα, τὸ ἐνθύμημα. Idem: γνῶσις, νόησις. Alii νῶσιν ex eodem dixere. Hoc idem & apud antiquos Latinos in multis vocabulis uſitatum, quibus, *navus*, & *gnavus* idem, *natus* & *gnatus*, *noſco* & *gnoſco*. Nam & Gręcum antiquum, νῶ. Inde νώσκω, γνώσκω. Alia etiam ratione evinci poteſt, Hippocratem non crediſſe plures in homine

 animas,

animas, ſubſtantia diverſas, quam illi opinionem Galenus affingit. Si Plato, qui ex duabus animæ partibus alteram mortalem putavit, alteram immortalem aſſeruit, non tamen ſubſtantia eas diſtinctas voluit, ut ſupra probatum eſt, multo minus id autumaverit qui nullam animæ partem mortis expertem agnovit. In his eſt Hippocrates, ut ex eius decretis de anima perſpicuè colligitur. Corpoream facere, palam eſt, cum ſubſtantiam eius ex igne & aqua mixtis temperatam, & compoſitam doceat. Quod ſic compoſitum eſt, in eadem reſolvi, ac diſſolutum interire debere, certum eſt. Omnes enim qui animæ τὸ ἄφθαρτον aſſeruerunt, corpus eſſe negaverunt. Ut Pythagoras, Plato, aliique, qui immortalitate animam ut donarent, incorporalem quoque eſſe contenderunt. E contrario omnes fere qui eam immortalitate privarunt, corpus ei attribuere. Enimvero plurimi ex his qui incorporalem eſſe voluerunt, non etiam immortalem ſimul affirmaverunt. Nemeſius : *Πάλιν δὲ καὶ τῶν λεγόντων ἀσώματον εἶναι τὴν ψυχὴν ἄπειρος γέγονεν ἡ διαφωνία, τῶν μὲν οὐσίαν αὐτὴν καὶ ἀθάνατον λεγόντων, τῶν δὲ ἀσώματον μὲν, οὐ μὴν οὐσίαν, οὐδὲ ἀθάνατον.* Verum de his infra. At Hippocrates unus ex illis eſt , qui & corporalem animam ſtatuerunt , & proinde mortalitati addixerunt. Qua in opinione conſecraneos quoque habet Stoicos, ut infra dicemus, qui ſimiliter ut ille corpoream animam definierunt. Cuius enim ſubſtantiam ex igne & aqua componi dixerit, eiuſque principalem partem, hoc eſt, mentem, etiam nutriri, cui dubium eſt quin & corpoream & morti obnoxiam totam probaverit? Quod enim corporalibus alitur, etiam corporale eſſe debet. Et quod non poteſt ſine alimento ſubſiſtere , eo deficiente pariter defici & mori neceſſe habet. Hoc idem etiam Sorano olim viſum fuit, animam eſſe corpus, & rebus ali corporalibus. Ut apud Tertullianum legimus, qui & deficientem cibo plerunque fulciri monſtrabat. Ille, ut Tertullianus ibidem dicit in libro de Anima, *corporalem animæ ſubſtantiam vindicabat, & immortalitate pariter fraudabat.* Non enim, inquit idem, *omnium eſt ceredere quod Chriſtianorum eſt.* Ipſe quippe Tertullianus , & alii multi ex patribus, & corpoream animam fecerunt, & nihiloſecius immortalem. Qua de opinione nos inferius. Nunc quod agimus agamus, Hippocratem nempe non plures animas ſubſtantia diverſas poſuiſſe, ſed unam . Cui rei confirmandæ præter alia quæ iam protulimus argumenta, hoc etiam plurimum facit, quod

morta-

mortalem animam putavit. Si tres enim earum in corpore ſubſtantias diſtinctas, hoc eſt, tres animas forma ſeparatas, ac locis diviſas, in corpore uno inſeruit, omnes quoque mortales agnoverit. Si tres mortales, moriente una, non neceſſe tamen ſit uno eodemque momento & duas alias interire. Perempta in ſua ſede rationali, non neceſſario mors oppetenda eſt illi quæ ut aliam ſedem ita aliam formam ſubſtantiamque habet. Præterea ſi tres in homine mortales, in pecore ſimiliter duas eſſe oportet. Tertiam enim rationalem homo accepit, qua pecora carent. Duæ aliæ quas habet cum pecuino & belluino genere communes, ſi diviſæ in ipſo ſunt, debent & eſſe in pecoribus. Si non ſunt in pecoribus ſubſtantia diſtinctæ, nec in homine. Huic cum tertia acceſſerit æque mortalis ac cæteræ duæ, quia & ſine pabulo conſiſtere non queat, nec eſt veriſimile aliam ὑπόστασιν habere quam reliquas duas. Alias probabile etiam eſſet, illam qua bruta & muta animalia donata ſunt præter plantas, ſimiliter & ὑπόστασιν diſtinctam ab altera quæ plantarum eſt propria, ſortito accepiſſe. Quod eſt ridiculum. Poſtremo quod iam in ſuperioribus attigimus, ſi ex ſententia Platonis duæ ſunt animæ partes, immortalis & mortalis, quæ tamen unam ſubſtantiam animæ faciunt licet & locis invicẽ diſſitę; quanto probabilius eſt omnes animę partes mortales ſub unam eamdemque ſubſtantiã eſſe redigendas, & plane ab Hippocrate fuiſſe redactas? Quid enim tam genere ac forma diverſum quam immortale ac mortale? Et tamen hæc duo ſub unam animæ eſſentiam à Platone reducta ſunt, τὸ ἀθάνατον, καὶ τὸ θνητὸν τῆς ψυχῆς. Quod etſi negat Galenus, non hoc illi negare licuiſſe, iam ſatis in ſuperioribus docuimus, ampliuſque in ſequentibus docebitur. In ea porro qua Galenus ipſe fuit de animæ triplici ſubſtantia, quoſdam & veterum fuiſſe, & recentium philoſophorum, certum eſt, qui tamen non tres, ut ipſe, animas, ſed duas tantum agnoverunt. Ridiculum quippe, ex parte animæ irrationali quæ in duas iterum partes ſubdividitur, duas animas facere. Sed illud æque certum, nec Pythagoram, nec Hippocratem, nec Platonem, his acceнſeri debere, ut perperam poſteris perſuadere conatus eſt Galenus, haud ſcio an ſibi prius perſuaſum. Inter veteres qui hoc ſenſerint nominatur Numenius Pythagoricus, qui non tamen tres ſed duas diverſas animas humanas fabricaverit, rationalem & irrationalem. Non enim ferri poteſt, quod infert Galenus, qui ex irrationali

nali parte duas animas αὐτοτελεῖς & abſolutas condit, quas in beſtiis æque oporteret admitti. In recentioribus Occam eam ſententiam propugnavit, qui tamen & ipſe non tres, ſed duas animas admiſit.

De animæ partibus. Quid ſit & quid vocetur animæ pars. In animæ diviſione ſive partitione, μέρος, & δύναμιν eſſe ſynonyma.

Nunc diſcutiendum, quid Galenum adduxerit, ut Platonem putaret tria animarũ genera diverſa ſubſtantiis, locíſque diviſa, in uno homine confabricaſſe. Quod enim animæ partes locis ac regionibus in corpore Plato diviſerit, non reor hanc Galeno cauſam fuiſſe, ut etiam eas genere ac ſubſtantia illum diſtinxiſſe duxerit. Nam & Stoici qui in octo partes animam diviſerunt, totidem facultates fecerunt, & ſuas ſingulis partibus ſedes aſſignarunt, nec tamen in tot ſubſtantias eam ſecuerunt. Quinque ſenſus partes ex octonis quinas faciunt, quibus ſuus ſingulis attributus locus. Serendi hominis facultas, quem σπερματικὸν λόγον appellabant, ſuam etiam habet ex naturæ aſſignatione regionem. Septimæ parti quæ vocem format, ſua pariter data ſedes. Octavæ & omnium præcipuæ, hoc eſt, rationi, quod ἡγεμονικὸν ab eo μόριον dixere quod cæteris omnibus imperitaret, domicilium in corde metati ſunt. Hæc ὀκταμερὴς Stoicorum anima, non ſubſtantiis, ſed partibus vel facultatibus octupertita. Nec alio ſenſu aut mente τριμερὴς à Platone facta. Quæ μέρη, ita partes ſunt diſtinctæ, ut ſubſtantias, id eſt, animas, non conſtituant diverſas. Immo hoc ipſum quod μέρη, id eſt, partes animæ vocavit Plato, Galenum impulit, ut de diverſis animæ eſſentiis eum intellexiſſe ſibi perſuaderet. Atqui vel hoc ipſum ab ea opinione eum dehortari ac deterrere debuit. Quæ enim μέρη dicuntur, partes oportet eſſe alicuius totius, & unius. Quis partem cum toto eamdem faciat? Si partes animæ appellantur, non illæ partes totidem animas integras reddunt, quæ potius ſunt portiones ac membra unius animæ, ſolidæ & αὐτοτελοῦς. Sed hæc eius verba ſunt. Ὁ μὲν Πλάτων, inquit, καὶ τοῖς τόποις τοῦ σώματος κεχωρίσθαι νομίζων αὐτὰς, καὶ ταῖς οὐσίαις πάμπολυ διαλλάττειν, εὐλόγως εἴδη τε καὶ μέρη προσαγορεύει. ὁ δ' Ἀριστοτέλης, καὶ Ποσειδώνιος εἴδη μὲν ἢ μέρη ψυχῆς οὐκ ὀνομάζουσιν, δυνάμεις δὲ εἶναι φασὶ μιᾶς οὐσίας ἐκ τῆς καρδίας ὁρμωμένης. Ergo

hæc

hæc duo ſunt quibus motus eſt Galenus, ut Platoni eam ſententiam adſcriberet, quod μέρη, & εἴδη nominavit, cum Ariſtoteles & Poſidonius qui unicam tantũ animæ ſubſtantiam ponant, non μέρη, nec εἴδη in eius diviſione facienda, ſed δυνάμεις appellent. Iam dictum eſt in ſuperioribus, falsũ eſſe quod ait hic Galenus, in facultatibus animæ dividendis Ariſtotelẽ μέρη non nominare. Nã μόρια vocat in libris de anima. Μόριον & μέρος idem eſt. Ariſtoteles μέρη ψυχῆς appellavit cum μόρια dixit. Heſychius: μόριον, μέρος. Sed in re nota quid fruſtra tempus terimus? Quis enim vel primis Græcæ linguæ elementis tinctus ignorat μόριον idem eſſe quod μέρος? Nec eſt quod aliquis ſciolus argutetur, μόριον diminutivum eſſe, & particulam potius ſignificare quam partem, cum μέρος ſit pars. Facultates igitur animæ quæ infinitæ pæne ſunt, μόρια poſſe vocari, non item μέρη. Quę vox potius conveniat ſubſtantiis ſingulis vel formis animę diverſis deſignandis, quam particulis, id eſt, facultatibus. Hoc nihili eſt. Quinimmo ipſe Ariſtoteles in tertio de Anima non tantũ μόρια appellat, ſed etiam μέρη, & μέρη κατὰ δυνάμεις. Sed & eidem ὀργανικὰ μέρη, & ὀργανικὰ μόρια eadem. Quod paſſim apud auctores philoſophiæ Græcos ἡγεμονικὸν μόριον vocatur, etiam ἡγεμονικὸν μέρος dicitur, ut Galeni lib. III. de decretis Hippocratis & Platonis. Et quid notius quam μέρος & μόριον eſſe idem? Unde τριμερὴς ψυχὴ niſi quia τρία μέρη habeat, quæ & μόρια dicuntur? Nam Ariſtoteles ubi mentionem habet diviſionis illius ſummæ & Platonicæ, quæ animam bifariam partitur, aut illius quæ in tria, hoc eſt, τριμερῶς, partes illas μόρια vocat, ut Plato ipſe μοίρας, alii μέρη. Deinde animæ pars rationalis quæ ſingularem animam, & aliam ſubſtantia ab aliis partibus dat, ἡγεμονικὸν μόριον, & μέρος paſſim non tantum à Stoicis, ſed etiam ab aliis philoſophis vocitatur. Poſtremo ipſi Stoici in ὀκταμερεῖ illa ſua animæ partitione, μέρη nuncupant animæ facultates illas, quæ totam conſtituunt. Et quod præcipuè facit, unus ex primis Pythagoræ ſucceſſoribus, Areſas Lucanus, in totidem & eaſdem quas Plato partes animam diſtribuens, nec eas partes pro diſtinctis formis accipiens, μέρη eas appellavit, & μοίρας. Atqui certum eſt, eam animæ tripertitam diviſionem, εἰς λογιστικὸν, θυμικὸν & ἐπιθυμητικὸν, à Pythagora & eius ſectatoribus Platonem accepiſſe. Omnes denique vel philoſophi, vel medici antiqui qui aliquo numero animæ varias facultates comprehendere conati ſunt, non aliter quam μέρη, id eſt,

partes eas nuncuparunt. De quo illuſtris locus eſt apud Tertullianum in libro de Anima, quem hic afferre & adſcribere totum non pigebit, ut ſcriptus eſt in antiquiſſimo Agobardi codice, qui nunc in Regia Bibliotheca aſſervatur : *Dividitur autem in partes, nunc in duas à Platone, nunc in tres à Zenone, nunc in quinque & in ſex à Panætio, in ſeptem à Sorano, etiam octo penes Chryſippum, etiam in novem penes Apollophanem, ſed & in duodecim apud quoſdam Stoicorum, & in duas amplius apud Poſidonium, qui à duobus exorſus titulis, principali, quod aiunt ἡγεμονικὸν, & à rationali quod aiunt, decem ſeptem exinde proſecuit.* Quomodo illæ partes intelligendæ ſint, in quas alias atque alias anima, aliis & aliis auctoribus philoſophiæ aut medicinæ diviſa fuit, ſic idem exponit ibidem in his quæ ſubiecit: *Huiuſmodi autem non tam partes animæ habebuntur, quam vires & efficaciæ & operæ, ſicut de quibuſdam indicavit Ariſtoteles.* Tribus his verbis, *virium*, & *efficaciarum*, & *operarum*, unicum Græcum expreſſit vocabulum δυνάμεις. Sed & ἐνεργείας, & ἰδιότητας Græci philoſophi, & præcipue Ariſtotelici interpretes paſſim nuncupant. *Ingenia* etiam paulo poſt idem vocat, ubi non probat partes appellari animę, quæ ἐνέργειαι potius ſunt dicendæ, ac δυνάμεις quam partes, id eſt, μέρη, vel membra. *Non enim*, inquit, *membra ſunt ſubſtantiæ animalis, ſed ingenia, ut motorium, ut actorium, ut cogitatorium, & ſi qua in hunc modum diſtinguunt, ut & ipſi illi quinque notiſſimi ſenſus, viſus, auditus, guſtus, tactus, odoratus. Quibus omnibus etſi certa ſingulis domicilia in corpore determinaverunt, non idcirco hæc quoque diſtributio animæ ad animæ ſectiones pertinebit, quando ne ipſum quidem corpus ita dividatur in membra, ut iſti volunt animam. Atqui ex multitudine membrorum unum corpus efficitur, ut concretio ſit potius ipſa diviſio.* Non eſſe partes quæ dicuntur, animę, ſed vires & efficacias, ex eo adſtruit, quod non ſint membra ſubſtantiæ animalis, ſed *ingenia*. Alibi *ingenia* appellat inſtrumenta, vel machinas, & quæcunque artificia, quibus aliquæ operationes eduntur. Sic arietis machinam, *ingenium novum, extraneum*, utpote à Carthaginenſibus inventum, appellat. Sed hîc *ingenia*, ſunt naturales efficaciæ & operæ organorum, quas partes dici animæ non probat, malletque vires & efficacias, ut etiam Ariſtotelem ait iudicaſſe. Ubi hoc Ariſtoteles ? Nam & ipſe μόρια ψυχῆς paſſim vocat in libris de Anima. Et quamvis dubitare videatur, lib. III. cap. IX, quomodo vocari oporteat ea ψυχῆς μόρια, & quot ſint numero ponenda, ſic tamen ubique appellat, ut lib. II. cap. II. θρεπτι-

κἂν ᾗ λεγόμενον τὸ τοιοῦτον μόριον τῆς ψυχῆς, οὗ καὶ τὰ φυτὰ μετέχει. Et paulo poſt, cum enumeraſſet varias eius partes, nutritivam, ſenſitivam, cogitativã, & motivam, addit ambigi poſſe, πότερον τούτων ἕκαστόν ἐστι ψυχὴ ἢ μόριον ψυχῆς. Idem lib. 1. cap. ultimo, ait, controverſum eſſe poſſe de partibus animæ, quam quæque earum efficaciam & operam habeat in corpore: ἀπορήσειε δ᾽ ἄν τις καὶ περὶ τῶν μορίων αὐτῆς, τίνα δύναμιν ἔχει ἕκαστον ἐν τῷ σώματι. Poſſem & alia adducere. Sed hæc ſufficiunt, ut ſciatur ubique Ariſtoteli μόρια ψυχῆς dici, non tantum δυνάμεις. Nec multum etiam refert, utrum δυνάμεις vocentur, an *partes* quæ talem aut talem habeant δύναμιν in corpore. Idem alibi μέρη καὶ δυνάμεις appellat diverſimodas animæ partes, quæ δυνάμεις ita ſunt ut etiam vocari queant μέρη. De quo nos plura in ſequentibus. Quinimmo cum Ariſtoteles aliique τὸ αἰσθητικὸν, τὸ κινητικὸν, τὸ ὀρεκτικὸν abſolutè nominant, ſemper ſubintelligendum eſt μόριον, vel μέρος. Sic cum ἡγεμονικὸν dicitur, ſimiliter ſubaudiendum eſt μέρος, vel μόριον. Quod etiam apud alios exprimitur, ut apud Sextum Empiricum ſæpe, & apud Galenum in libris de dogmate Hippocratis & Platonis. Eodem genere expreſſit eas partes Tertullianus, ſed *ingenia* vocavit, ut ad hoc ſubſtantivum illa adiectiva referrentur. Niſi potius placeat referri ad vocem membra: *Non enim membra ſunt ſubſtantiæ animalis, ſed ingenia, ut motorium, ut actorium, ut cogitatorium, & ſi qua in hunc modum diſtinguunt: ut & ipſi illi quinque notiſſimi ſenſus, viſus, auditus, guſtus, tactus, odoratus.* Hi quinque ſenſus τὸ αἰσθητικὸν implent. Quod æque *ſenſorium* potuit dicere doctor Afer, ut *motorium*, τὸ κινητικὸν, & *cogitatorium*, τὸ νοητικόν. *Actorium*, eſt τὸ πρακτικόν. Sed hoc inter partes animæ nec ab Ariſtotele, nec ab aliis qui animam in plura membra partiti ſunt, recenſitum legi, niſi dicamus eum reſpexiſſe ad νοῦν πρακτικόν. Rationem porro adfert Tertullianus cur partes animæ non videantur ipſi nominandæ: *Quibus omnibus etſi certa ſingulis domicilia in corpore determinaverunt, non idcirco hac quoque diſtributio animæ ad animæ ſectiones pertinebit.* Ita etiam legitur in optima & ultima omnium editione. Vitioſe tamen. Nam omnino ſcripſit auctor: *Non idcirco hæc quoque diſtributio ad animæ ſectiones pertinebit.* Mens hæc Tertulliani. Quamvis eas animæ facultates ac virtutes certis ſedibus in corpore deſcripſerint, hanc tamen diſtributionem ad ſectionem animæ non debere pertinere. Id eſt, non debere propterea animam in plures partes ac membra ſecari, quamvis domicilia certa

 ſingu-

ſingulis eius facultatibus ac viribus in corpore determinaverint. Atqui *ne ipſum quidem*, inquit, *corpus ita dividitur in membra, ut iſti volunt animam.* Non igitur tot animæ partes habet quot iſti volunt, quandoquidem nec in corpore tot membra, quibus efficaciam ſuam partes illæ animæ poſſint explicare, & exercere. Sic enim oporteret aliquam animæ partem conſtitui quæ nullum in corpore organum haberet quo ſuam vim exereret. Hoc habere videtur ab Ariſtotele, qui hac eadem ſe ratione moveri teſtatur ne putaret à ſingulis animæ partibus ſingula corporis membra contineri, quod fingi nequeat aliquod in corpore membrum quod ab animi mente contineatur. Ergo plures animæ partes quam corporis membra. Ποῖον γὰρ, inquit, *μόριον ἢ πῶς ὁ νοῦς συνέξει, χαλεπὸν καὶ πλάσαι.* Enimvero vel hoc poſito, quod totidem eſſent corporis membra, quot animæ partes ab illis auctoribus fiunt, ne ſic quidem partium nomen habere deberent, quæ vires potius ſunt, & efficaciæ, & operæ. Adpoſito aptoque exemplo, & imagine, hoc viſus eſt ſibi ſic demonſtraſſe, in his quæ ſubiunxit verbis: *Specta portentoſiſſimam Archimedis munificentiam, organum hydraulicum dico, tot membra, tot partes, tot compagines, tot itinera vocum, tot compendia ſonorum, tot commercia modorum, tot acies tibiarum, & una moles erunt omnia.* Corpus humanum ſimile facit huic organo Archimedis hydraulico, quod pariter in multa membra, partes, compagines, diviſum eſt. In eo, ut in organo illo, & itinera vocum ſunt, & compendia ſonorum, & commercia modorũ, & acies tibiarum. Quæ tamen omnia unam molem, & unum corpus componunt. At ſpiritus qui ex aqua expreſſus omnes illos organi calamos implet, & in ſonos varios modoſque animat, non propterea in partes dividendus, quia per partes organi adminiſtratur. Subſtantia quippe unus eſt, opera vero diviſus. Idem eſt & de anima, quæ cum vires ſuas ac functiones per varia corporis membra explicet, non in plures ideo partes eſt diſpertienda eo nomine quod diſpergatur. *Non longe*, inquit, *hoc exemplum à Stratone, & Aeneſidemo, & Heraclito. Nam & ipſi unitatem animæ tuentur, quæ in totum corpus diffuſa ubique, ut flatus in calamos per cavernas, ita per ſenſualia variis modis emicet, non tam conciſa quam diſpenſata.* Tertulliano reſponderi poteſt, non ſolos hos tres quos hic nominavit, unitatem animæ defendere, ſed etiam illos omnes quos ante commemoravit, qui animam tamen in varias partes tribuerunt, ac ſecuerunt. Nam & Chryſippus, &

Zeno

Zeno non minus quam Aeneſidemus, qui etiam Stoicus fuit, unam animæ ſubſtantiam agnoverunt, quæ per varias corporis partes diſpenſata potius quam conciſa, hoc eſt, μερισθεῖσα, operam ei navaret. Immo & ipſi Stoici plus quam ceteri hanc unitatem animæ ita acriter & mordicus tueri viſi ſunt, ut nullam eius partem irrationalem voluerint admittere. Quæ tamen diviſio animæ ab aliis omnibus agnita eſt philoſophis, Pythagoricis, Platonicis, & Peripateticis. Sed quamvis hi ſubſtantia quidem unam & unicam animam fecerint, viribus ac facultatibus diviſam, nihiloſecius ὀκταμερῆ, & quidam etiam ex ea diſciplina δεκαμερῆ, ſtatuerunt. Nec propterea animam in partes concidiſſe viſi ſunt, & plures ex una animas diviſiſſe, ſed unam, & uniformem in varias δυνάμεις diſtribuiſſe. Nam μέρος idem plane quod δύναμις, vel ut Ariſtoteles dicit, μέρος κατὰ δύναμιν. Et ſane Stoicæ conditores hoc ſequuti ſunt in animæ partibus faciendis, ut non plures ponerent quam quibus poſſent in corpore loca vel organa aſſignari, per quæ ſingularum virtus adminiſtraretur. Nam cum in octo partes diviſerint tam Zeno quam Chryſippus, quinque ſenſus quinque ſedes obtinent, in quibus ſuo munere fungantur. Sexta, quod φωνητικὸν μόριον vocarunt, & ſuam habet. Σπερματικὸς λόγος, quæ ſeptima pars eſt, ſuam. Octava quæ principalis eſt pars, & ἡγεμονικὸν μόριον ſive μέρος appellatur, in corde iuxta eos domicilium occupavit. At Panætius quamvis & ipſe Stoicus, eam ὀκταμερῆ ſectæ ſuæ auctorum animæ diviſionem, ἑξαμερῆ facere maluit, duabus inde exemptis partibus. Nam & τὸ φωνητικὸν μόριον partem eſſe volebat motivæ ſecundum locum facultatis. Et σπερματικὸν λόγον non animæ eſſe partem, ſed eius naturæ ſive facultatis, quæ φυτικὴ vel φυσικὴ appellatur, plantarumque eſt propria. Sed nec alii qui alias in partes animam ſecuerunt, aliud videntur cogitaſſe, niſi ut totidem eius partes facerent quot partes corporis poſſent ſeorſim conſtitui quibus miniſteria ſua obirent. Ut illi qui τριμερῆ eſſe voluerunt, tres in corpore ſedes partito ſingulis attribuere, ut unaquęque ſuam poſſideret, cor, iecur, cerebrum, vel totum caput, ſecundum Platonem. Nec ratione videtur carere ſic inſtituta per partes animę diviſio. Una eſt animę ſubſtantia, & una corporis. Utrumque ita vinculo conſtrictum eſt & colligatum invicem, ut duo unum animal componant. Anima quippe cum corpore, unum animal facit, hoc eſt, unum corpus

 anima-

animatum ac vivens. Anima corpori infuſa, & uno ſpiritu omnes eius partes permeans, totam agitat molem movetque variis modis. Perinde ut membra ſunt & organa corporis, ſuas vires agit, & virtutes exerit. Per oculos videt, per aures audit, per nares odoratur, per palatum guſtat & linguam, tactus ſenſus totum corpus permanat, per genitalia membra ſemen generando ſui ſimile effundit, per cor ſentit ac ſapit, & reliquas partes in officio continet. Ita Stoici. Sumamus Pythagoram & Platonem, & quicunque poſt eos animam dedere tripertitam. Iuxta eorum ſcita, capite vel cerebro intelligit ac ſapit, corde iraſcitur, iecore concupiſcit. Stoici ex his tribus partibus unam fecere, quia in uno corde, in quo & principalem animæ partem, τὸ ἡγεμονικὸν μόριον, collocant, etiam concupiſcendi & iraſcendi facultates reponunt. Qui eas animæ vires diverſis locis diſpertiunt, totidem quoque partes eius faciunt, & vires eas ſic regionibus ac limitibus diſcluſas pro partibus habent. Et merito quidem. Nonne enim rectè dici poteſt, animæ unius ſubſtantiam ſic per varios canales diductam quibus diverſas oſtendit virtutes, & efficacias, quaſi particulatim eſſe diſſectam & conciſam? Diſpenſationem verius eſſe, quam ſectionem aut partitionem, conceſſerim. Sed cum ita ſit cum corpore coniuncta atque connexa anima, ut unum fiat ex utroque animal, quæ partes ſunt animalis diverſis fungentes officiis, animæ, qua implentur, beneficio, totidem quoque eas animæ partes eſſe iure dici queat. Ut fons qui ab una origine derivatur in plures canales, in totidem partes diviſus putari debet, quot rivos habet. Utque imagine utamur quâ Tertullianus hanc de partibus animæ ſententiam refellere voluit, nonne ſpiritus qui per tubulos organi pneumatici follibus expreſſus currit, idem diſperſus ac diſpertitus in tot portiones videri debet quot in organo ſunt calami? Stoici πνεῦμα dicunt eſſe animam, omneſque eius partes etiam πνεύματα vocant, quæ ab hegemonico profecta ad ſuam ſibique datam inde tendunt corporis particulam, ut ibi munus ſuum ſingula obeant. Omnes eas animi *partes miniſtras* appellabant, quia principali, quod μόριον ἡγεμονικὸν appellant, ſerviunt, & propter ipſum in varia diductæ ſint miniſteria. Sen. Epiſt. xcii. *Inter me teque convenit, externa corpori acquiri, in animo eſſe partes miniſtras, per quas movemur alimurque, propter ipſum principale nobis datas.* Porphyrius in libro de Animæ facultatibus, ſcribit, Stoicos cęteras ſeptem partes animæ miniſtrarum & ancillarum

vices

vices & functiones habere, ſolam octavam quam nomine τοῦ ἡγεμονικοῦ donarunt, locum regis vel principis tenere. Αὐτίκα μὲν, inquit, οἱ ἀπὸ στοᾶς ὀκταμερῆ τὴν ψυχὴν θέντες, καὶ πέντε μὲν μέρη τὰ αἰσθητικὰ λαβόντες, ἕκτον δὲ τὸ φωνητικὸν, καὶ ἕβδομον τὸ σπερματικὸν, καὶ λοιπὸν τὸ ἡγεμονικὸν, ὡς ἂν ἄρχοντος χώραν ἔχειν ὑπετίθεντο, τὰ δ' ἄλλα μέρη ἐν ὑπηρετῶν τάξει ἀπεδίδοσαν, ὥστε αὐτὴν ἐξ ἄρχοντος καὶ ἀρχομένων συνεστάναι. Sic anima ſecundum eos tota conſtat ſeptem partibus ancillantibus,& una impetatrice. Nemeſius ex Stoicis habet cum ſcribit cap. VI, τῶν ψυχικῶν μορίων τὰ μέν ἐστιν ὑπηρετικά τε καὶ δορυφορικὰ, τὰ δὲ ἀρχικά. Ἀρχικὰ μὲν τό, τε διανοητικὸν καὶ ἐπιστημονικὸν, ὑπηρετικὰ δὲ τὰ αἰσθητήρια καὶ ἡ καθ' ὁρμὴν κίνησις, καὶ τὸ φωνητικόν. Stoicis anima non tantum ſubſtantia eſt, οὐσία, ſed etiam corpus. Huius corporis ſive ſubſtantiæ partes, etiam ſubſtantiæ ſunt, quatenus ſubſtantiarum partes etiam ſubſtantiæ ſecundum Ariſtotelem. Ὁ μόρια λέγων, inquit Simplicius ad I I I. de Anima, πολλὰς δηλονότι λέγει οὐσίας. Τὰ γὰρ μέρη τῶν οὐσιῶν οὐσίαι καὶ αὐταί. Quia autem anima & corpus penes Stoicos habetur, partes eius etiam *membra* vocantur, μέλη, non ſolum μέρη. Seneca Epiſt. x c. *Tum de animo cœpit inquirere, unde eſſet, ubi, quamdiu, in quot membra diviſus.* Subſtantia animæ πνεῦμα eſt iuxta Stoicos. Partes quoque eius, ſive membra, πνεύματα. Si anima integra corpus & ſubſtantia, partes eius quoque ſubſtantię, quia πνεύματα. Si δύναμις eſt, etiam partes eius δυνάμεις. Sed infra videbimus, utrum totius in partes diviſio, an generis in ſpecies, animæ diſtributioni magis conveniat. Certe ut plures in ea partes, ita & plures ſubſtantiæ, non eo ſenſu quo accepit Galenus, qui tres animas eſſe voluit, ſed tanquam unius ſubſtantiæ partes, quæ & ipſæ ſubſtantiæ. Sic una cum ſit αἴσθησις, in multas αἰσθήσεις dividitur, tam exteriores quam interiores, quæ & ipſæ partes illius ſunt, & οὐσίαι quidem, ſi illa οὐσία eſt, aut totidem δυνάμεις, ſi tantum δύναμις, & ſuas in corpore ſedes occupant. Quod ſi Galenus ternas animæ partes à Platone proditas, ſubſtantias ita eſſe intellexiſſet, quaſi unius ſubſtantiæ partes, quæ in ea eſſent ut partes ſolent eſſe in toto, rectius ſenſiſſet. Nam anima quæ οὐσία eſt una, plures habet οὐσίας quia plures partes. Et cum δύναμις ſit, in plures δυνάμεις dividitur. Ita unum πνεῦμα ſecundum Stoicos in multa πνεύματα diducitur, ab uno principali omnia orientia. Et comparant illi animam totam polypodi piſci, cui plures ſunt πλεκτάναι, ſive cirri. Cirros illos partes eſſe polypodis, certum

tum eſt, quæ ipſi adhærent, & agnatę ſunt tanquam organa quibus apprehendat obvia, & implicet. Ita volunt, ab animæ parte principali cęteras partes exire, & totũ corpus pervadere ei annexas. Quia ab uno, ut dixi, πνεύματι multa πνεύματα diviſa ſunt, à principali dependentia & emanantia. Plutarchus lib. IV. cap. XXI. de placitis philoſophorum: ἀπὸ δὲ τοῦ ἡγεμονικοῦ ἑπτὰ μέρη εἰσὶ τῆς ψυχῆς ἐκπεφυκότα, καὶ ἐκτεινόμενα εἰς τὸ σῶμα, καθάπερ αἱ ἀπὸ τοῦ πολύποδος πλεκτάναι. De Stoicis loquitur. Idem alio loco de octo partibus animæ ſecundum Stoicos: ὄγδοον μέρος τὸ ἡγεμονικὸν, ἀφ᾽ οὗ τὰ λοιπὰ πάντα ἑπτὰ μέρη ἐπιτέτακται διὰ τῶν οἰκείων ὀργάνων προσφερῶς ταῖς τοῦ πολύποδος πλεκτάναις. Ut polypodi cirri ſunt inſtrumenta quibus apprehendit quod vult, ita animæ pars principalis cæteris partibus utitur tanquam miniſtris per organa corporis, quibus ſingulæ influunt. Ex his porro qui animam quaſi totum in partes diviſerunt, alii eas τοπικῶς partiti ſunt, ut in rebus corporeis ſolet: alii more modoque convenienti in corporeis, ita ſingulas in toto ineſſe interpretati ſunt, ut locis illas non diſtinxerint. Prima ex his diviſio partium κατὰ τὸ ποσὸν nominatur Græcis philoſophis, ſecunda κατὰ τὸ ποιόν. Stoici aliique complures eam partitionem ſequuti ſunt, quæ κατὰ ποσὸν dicitur, & τοπικῶς partes in toto ſingulas determinat. Hi enim animæ partes certis locis in corpore diſponunt, ſuaſque ſingulis ſedes adſcribunt. Hoc facere Platonem poſt Pythagoram, iam docuimus; qui τριμερῆ animam conſtituens, tres eius partes tribus in corpore manſionibus infixit, ſuamque ſingulis dedit. De ea diviſione intelligit Nemeſius, cap. XIV. αὕτη μὲν οὖν, inquit, διαίρεσις, ἣ συνδιαιρεῖται μέρη τινὰ τοῦ σώματος. *Et hactenus quidem diviſio animæ facultatum, quæ una cum corporis partibus dividitur.* Item cap. V: τὸ δὲ σῶμα τῆς ψυχῆς ὄργανον ὑπάρχον, ταῖς ψυχικαῖς δυνάμεσι συνδιαιρεῖται. Et paulo poſt: ἑκάστῃ γὰρ ψυχικῇ δυνάμει πρὸς τὴν ἐνέργειαν ἴδια μέρη τοῦ σώματος ἀποκεκλήρωται. *Unicuique animæ potentiæ propriæ corporis partes aſſignatæ ſunt.* Ne ſecundum quidem hunc ſecandæ in partes animæ modum id eſſe verum queat quod pertendit Galenus, qui totidem animas in ea facit quot partes: multo minus ſecundum ſequentem rationem, quæ eam non localiter dividit, ſed per qualitatem ac proprietates, quod κατὰ τὸ ποιὸν, & κατὰ τὴν ἰδιότητα dicitur. Ut in priore nomen μέρους maxime convenit, ita in poſteriore appellatio δυνάμεως quadrat. In utraque tamen, τῶν μερῶν, & τοῦ μερισμοῦ appellationem uſurparunt Græci philoſophi, qui & μέρος

ρος in his duobus diviſionum generibus, τῇ δυνάμει eſſe univocum ſcripſerunt. Nemeſius de Natura hominis cap. xv. Διαιροῦσι δὲ καὶ ἄλλως, εἰς δυνάμεις, ἢ εἴδη, ἢ μέρη, τὴν ψυχήν. Idem capite ſequenti: Ἀριστοτέλης δὲ καὶ μέρος εἶναι λέγει, καὶ δύναμιν. Eadem habentur & apud Nyſſenum Gregorium in libris de philoſophia, ubi hæc tria, τὸ μέρος, τὸ εἶδος, & τὴν δύναμιν ſynonyma facit. Porphyrius de Nicolao, qui poſteriorem partitionem magis probavit quam alteram quæ ſecundum corporis partes animam determinatam diſtribuit: Ἀκούει τοίνυν Νικόλαος τὰ μέρη τῆς ψυχῆς ὡς δυνάμεις τοῦ ἔχοντος. Τὸ γὰρ ζῶον καὶ ὅλως τὸ ἔμψυχον, τῷ ψυχὴν ἔχειν πολλὰ δύναται, οἷον ζῆν, αἰσθάνεσθαι, κινεῖσθαι, νοεῖν, ὀρέγεσθαι, ὧν πάντων αἰτία καὶ ἀρχὴ ἡ ψυχή. Ταύτας οὖν τὰς δυνάμεις ἀφ᾽ ὧν λέγεται τὸ ἔμψυχον ταῦτα δρᾷν καὶ πάσχειν, μέρη τῆς ψυχῆς τίθενται, ὡς εἴρηται. *Quapropter Nicolaus partes animæ, facultates habentis intelligit. Nam animal, & omnino quidquid animatum eſt, eo ipſo quod animam habet, multa poteſt, ut vivere, ſentire, moveri, intelligere, adpetere, quorum omnium cauſa eſt ac principium anima. Has igitur poteſtates, quarum virtute animal aliquid agere aut pati dicitur, partes animæ eſſe proponunt, ut dictum eſt.* Sic ergo, τὸ ζωτικὸν τῆς ψυχῆς, τὸ αἰσθητικὸν, τὸ κινητικὸν, τὸ νοητικὸν, τὸ ὀρεκτικὸν, totidem partes animæ ſunt, non certis corporis partibus & officiis diſtributæ ac diſcluſæ, ſed ita ſingulæ in toto diffuſæ, ut ſunt proprietates in rebus naturalibus, quæ in his localiter diſſeptæ non ſunt, verum qualitate tantum diſtinctæ. Exempli gratia ignis quaſi partes ſunt, ſiccum, calidum ac leve, quæ non loco diſtincta ſunt, ſed proprietate. Nec quantitate differunt, ſed qualitate. Τὸ ζωτικὸν μόριον, quæ & ζωτικὴ δύναμις appellatur, etſi in corde, quaſi in ſede, à quibuſdam collocetur, ad totum tamen corpus pertinet. Similiter & τὸ θρεπτικὸν μόριον, vel θρεπτικὴ δύναμις, quamvis à iecore iuxta quoſdam originem ac principium ducat, totius eſt animalis. Similiter & τὸ αἰσθητικὸν, & τὸ ὀρεκτικὸν & τὸ κινητικὸν, & ſimilia μόρια ſive δυνάμεις, quæ κατὰ τὸ ποιὸν tantum ſumuntur, non etiam κατὰ τὸ ποσόν. Et ſane Ariſtoteles ipſe non improbavit plures animæ partes dici, ſed eam partium multitudinem in quas anima poſſet dividi, non τῷ τόπῳ, ſed τῷ λόγῳ differre invicem, voluit. Interpretes philoſophi: σαφῶς δὴ Ἀριστοτέλης τὴν μὲν τοιαύτην τῶν τῆς ψυχῆς λεγομένων μορίων ἑτερότητα προσίεται πολλαχοῦ, τῷ εἶναι καὶ τῷ λόγῳ διαφέρειν αὐτὰ ἀλλήλων ἀποφαινόμενος, οὐκ ἀξιῶν δὲ ὅμως κεχωρισμένα ἀπ᾽ ἀλλήλων αὐτὰ θεωρεῖν, οὐδὲ διεσπασμένα, τὸν μερισμὸν ἀπ᾽ αὐτῶν ἀναίνεται τὸν

τοῖς σώμασι καὶ ὅλως τοῖς συνεχέσι πρεσήκοντα, τοπικὸν ὄντα. Sed an dicendum eſt, abſolute Ariſtotelem damnaſſe, ut hic Simplicius innuit, animæ partium diſtributionem κατὰ ποσὸν, ac τοπικὴν? Quædam enim partes animæ ſunt quæ vix aliter intelligi aut ſpectari queant. Numquid alibi eſt quam in oculo vis illa animæ qua videmus? Nec in alio ſane loco corporis ſenſus audiendi, quæ animæ etiã δύναμις eſt, quam in aure ſitus eſt. Odorandi facultas ſedem aliam non habet quam nares. At in Ariſtotelis diviſione, ſive tripertita qua uſus eſt in Ethicis, ſive quinquepertita quam adhibet in Phyſicis, hæc τοπικὴ diſtributio locum non habet. Nam generaliter τὸ αἰσθητικὸν, pro una parte ex quinque ponitur, quæ omnes ſenſus comprehendit, tam interiores quam exteriores. Quæ ſenſitiva vis certo uno loco includi non poteſt, cum ad totum corpus pertineat, ac permanet. Ceterum ſi quis animam in eas tribuat partes quæ neceſſario certas corporis partes premunt, & occupant, ut à Stoicis factum, non aliter ea poſſit partitio procedere quam per μερισμὸν τοπικὸν, & κατὰ ποσόν. Ita ſuam illam diviſionem animæ ὀκταμερῆ inſtituere, ita alii multi. Nemeſius ψυχικὰς δυνάμεις in tres dividit partes, εἰς φανταστικὸν, διανοητικὸν, & μνημονευτικόν. Hic μερισμὸς eſt κατὰ ποσόν. Nam φανταστικῷ μορίῳ ſedem attribuunt anteriorem cerebri ventriculum, ut τῷ διανοητικῷ medium, τῷ μνημονευτικῷ poſteriorem. In Platonis animæ diviſione, quæ tres eius partes ponit, eumdem quoque μερισμὸν qui fit κατὰ τόπον, & κατὰ ποσὸν accipi neceſſe eſt. Nec eam partitionem eo tantum nomine reprehendit Ariſtoteles, quod certis locis corporis diſtribuatur, ac deſcribatur, ſed quod præter eas partes animæ, aliæ plures poſſint excogitari quæ non poſſint talem μερισμὸν admittere. Ἔχει δὲ ἀπορίαν, inquit, εὐθὺς, πῶς τε δεῖ μόρια ψυχῆς λέγειν καὶ πόσα. Τρόπον γάρ τινα ἄπειρα φαίνεται, καὶ οὐ μόνον ἅ τινες λέγουσι διορίζοντες, λογιστικὸν, καὶ θυμικὸν, καὶ ἐπιθυμητικόν. Ergo non ſolas eas eſſe animæ tres partes dicit, quas quidam ponerent, rationem, iram, & cupidinem, cum longe aliæ plures forent, & pæne infinitæ. Quod autem & illas diffinirent ac diſcluderent certis ſpatiis & locis corporis, id non poſſe dari in aliis pluribus animę partibus, ibidem affirmat. Idque probat argumento τοῦ ὀρεκτικοῦ, animæ facultatis appetitivæ. Hæc facultas λόγῳ & δυνάμει plane diverſa eſt à cæteris animæ facultatibus. Atqui abſurdum, eam ab aliis ita ſecludere, ut certa corporis parte includatur. Nam ſi tres animæ partes fiunt ſecundum

Plato-

Platonem, ὁ λόγος, ὁ θυμὸς, καὶ ἡ ἐπιθυμία, in unaquaque harum parte reperietur ὄρεξις. Concludit inde Ariſtoteles, non carere rem maxima difficultate, ſi quis velit divellere partes animæ, certiſque ſingulas limitibus circumſcribere : ἔχει πολλὴν ἀπορίαν, εἴπως θήσει κεχωρισμένα μόρια τῆς ψυχῆς. In quibuſdam hoc fieri poſſe fatetur, in aliis negat. Ubi enim certæ animæ facultates ab aliis potentia & proprietate diverſæ, per certa etiam corporis organa in quibus ſedes habent, ſuo munere funguntur, non eſt dubium, quin diviſio earum animæ partium, per eas corporis partes quibus tanquam organis utuntur, inſtitui queat. Nam ut dicit Plutarchus, & poſt eum & ex eo Nemeſius, animæ δύναμις eſt, corporis ὄργανον vel ὀργανικὸν μόριον. Ea igitur animæ vis quæ per illud organum operatur, & in eo reſidet, animæ particula rectè conſtituetur, ab aliis non ſolum numero & qualitate, ſed etiam loco ac finibus diverſa. Sed cum aliæ ſint animæ facultates quæ certis includi locis & organis nequeant, virtute alioquin & efficacia differentes ab aliis, earum partium diſtributio per certas corporis ſedes nullo modo poteſt procedere. Hinc colligit Ariſtoteles, difficile eſſe animam in certas partes dividere, ita ut ſingulis eius partibus totidem corporis partes attribuantur. Atqui hoc videretur faciendum. Nam ſi anima totum corpus continet, par foret & ſingulas corporis partes à ſingulis animæ partibus contineri. Hoc modo, ut corpus in certum partium numerum facile poteſt dividi, ſic & animam quoque in totidem portiones ſcindere difficile non eſſet. Sed in anima hoc impoſſibile. Qualem enim, inquit, corporis partem, aut quomodo mens continebit? Hoc enim ne cogitatione quidem quiſquam aſſequatur, qua fieri poſſit ratione. Quod proxime aliquid continet, inſeparabile eſt ab eo quod continetur. At mens ſeparabilis eſt. Nam Stagirites, mentem quæ actu eſt, aliunde advenire, & extrinſecus ſeſe homini inſinuare vult, nec ad hominis exiſtentiam quicquam conferre, ſed ad cognitionem tantum facere rerum naturalium, earumque contemplationem. Hic eſt νοῦς, quem χωριστὸν eſſe vult, nec dici poſſe certam aliquam corporis partem obtinere, ut eam contineat. Mens non ſolum ſe ipſam intelligit, ſed etiam quæ ſupra ſe ſunt, & eorum eſt tota. Pars illa animæ quæ membrum aliquod corporis continet, mẽbro quod ab ea continetur immerſa, nec ſe capit, nec quæ ſupra ſe, ut pote quę nec in ſemet ipſam reflectitur, ut intelligat quid ipſa ſit,

nec extra ſe exit, ut meliora contempletur. Quod facit mens. Non igitur mens poteſt eſſe pars animæ quę aliquam ſeorſim corporis partem contineat. Alii tamen qui mentem ab anima rationali non ſeparant, ſed partem eius unam illam faciunt, certam quoque ei ſedem in corpore aſſignant, putantque, aliud eſſe μόριον quo intelligimus ac ſapimus, aliud quo concupiſcimus. Principalem eam animæ partem in toto corde collocabant Stoici, vel in ſpiritu qui circa cor. Empedocles in ſanguine cordi circumfuſo, ἐν περικαρδίῳ αἵματι, alii in capite toto, alii in cerebro. De quibus infra. An Ariſtoteles ipſe ab aliis diſſentiens nullam ei ſedem in corpore determinat? Immo in corde etiam ei domicilium aſſignat, ut paulo poſt videbimus. Sed idem ille philoſophus, qui in tertio de anima τὰ μόρια ψυχῆς videtur agnoſcere, & quidem pæne ἀπείρονα; qui in anima multitudinem partium non reprehendit, dummodo ea partilitas, & partium diverſitas τῷ λόγῳ intelligatur, is in primo de anima eam impartilem eſſe, ἀμέριστον, protſus contendit. Aliquis porro dixerit, non in eo ſibi contradicere Ariſtotelem. Ubi enim λόγῳ tantum dividuntur animæ partes, non hanc proprie partitionem aut μερισμὸν eſſe, ſed in eam diviſionem hoc verbi convenire quæ certis locis certas animæ partes diſcludit. Quo genere animam dividi non poſſe, idem philoſophus cenſuit. Verum certe eſt, ubique in libris de Anima talem eius μερισμὸν improbare propter difficultatem & ἀπορίαν magnam quæ ex ea partitione ſuboritur. Sed videamus, quo ſenſu hic ψυχὴν μεριστὴν eſſe nolit, & partitionem ſive partilitatem animæ adimat. Reprehendit eos qui dicerent eam eſſe diviſibilem, aut ut ad Græci verbi mentem propius dicamus, partibilem. Λέγουσι δὲ, inquit, τινὲς, μεριστὴν αὐτὴν εἶναι, καὶ ἄλλῳ μὲν νοεῖν, ἄλλῳ δὲ ἐπιθυμεῖν. Quod alia parte anima intelligat, alia concupiſcat, qui ita cenſerent animam eſſe μεριστὴν putaſſe iudicat. Platonem hic tangi quibuſdam placet, & verum eſt. Hæc eadem diviſio eſt quæ animam in rationalem & irrationalem partitur. At libro III. cap. IX. mentionem facit huius diviſionis, ut & illius quæ tripertitam eam ſtatuit. Quas eo nomine ibi tantum refellit, quod non has tantum, ſed longe plures liceret ſtatui animæ partes. Τρόπον γάρ τινα, inquit, ἄπειρα μόρια ψυχῆς φαίνεται, καὶ οὐ μόνον ἅ τινες λέγουσι διορίζοντες, λογιστικὸν, καὶ θυμικὸν καὶ ἐπιθυμητικὸν, οἱ δὲ λόγον ἔχον καὶ ἄλογον. Utraque diviſio eodem recidit, & eumdem habuit auctorem.

rem. Summa quippe hæc partitio fuit, quæ in rationale & irrationale animam tribuit. Irrationalem partem iidem illi ſupraſcriptæ diviſionis auctores ſubdividebant in θυμικὸν & ἐπιθυμικὸν, & ſic tres illas partes animæ conſtituebant, τὸ λογιστικὸν, καὶ θυμικὸν, καὶ ἐπιθυμικόν. Quam etiam ſubdiviſionem animæ in tria, Ariſtoteles ipſe in moralibus amplexus eſt. Quinimo idem poſtea τὸ θυμικὸν & ἐπιθυμητικὸν in unam partem redegit, quia etiam in θυμῷ ἐπιθυμία eſt. Et ſic Alexandri huic præceptori, Platonis auditori, alia eſt animæ pars quæ intelligit, alia quæ concupiſcit, ἄλλῳ νοεῖ, ἄλλῳ δὲ ἐπιθυμεῖ. Galenus quoque paſſim in libris de dogmate Hippocratis & Platonis ſcribit, Ariſtotelem, & poſt eum Poſidonium, ubique fateri ἑτέροις ἀλλήλων λογίζεσθαί τε καὶ θυμοῦσθαι καὶ ἐπιθυμεῖν ἡμᾶς, οὐ μὴν εἴδεσί γε ἢ μορίοις ψυχῆς, ἀλλὰ δυνάμεσι. *Diverſas eſſe in anima quibus ratiocinamur, & iraſcimur, concupiſcimuſque, non ſpecies vel partes, ſed facultates.* Atqui certum eſt, μόρια quoque nominare Ariſtotelem δυνάμεις illas alias atque alias quibus anima intelligit, iraſcitur, & cupit. Nemeſius dicit, Ariſtotelem & μέρος vocare in anima quæ δύναμις eſt, & eam in duo quoque membra dividere, nempe in νοητικὸν, & ἐπιθυμητικόν. Eius hæc verba ſunt è libro de Natura hominis, cap. XVI. Ἀριστοτέλης δὲ καὶ μέρος εἶναι λέγει, καὶ δύναμιν, καὶ διαιρεῖ εἰς δύο, ὡς ἔφαμεν. καλεῖ δὲ ταῦτα κοινῶς καὶ ὀρεκτικόν. Utraque animæ pars, tam rationalis quam irrationalis, etiam ὀρεκτικὸν habet ſecundum eundum Ariſtotelem. Ideo hic dicit Nemeſius, commune utriuſque partis τὸ ὀρεκτικὸν eum facere. Nam & in tertio de Anima idem Ariſtoteles tradit, ſi in tres partes anima dividatur, ἐν ἑκάστῳ ἔσται ὄρεξις. Quid igitur de illo hic ſentiemus, ubi in eos invehitur, qui partibilem animam eſſe volunt, & aliud eſſe quo intelligimus, aliud quo concupiſcimus? Si μέρος & δύναμις idem, ſecundum eumdem Ariſtotelem, an negare eum hoc loco dicemus, duas eſſe animę diverſas facultates, qui neget, in duo eam μέρη poſſe dividi? Multo magis hoc dicat qui argumentum noverit quo μεριστὴν animam negat. Si partibilis, inquit, anima eſt, quid erit illud quod animæ partes illas coniunget & continebit? Non enim corpus eſt, cum potius è contrario anima corpus continere videatur. Poſt eius quippe à corpore egreſſum, difflatur ac tabeſcit. Si aliquid eſt quod partes animæ in unum vinciat & colliget, ipſum magis erit anima. Sed iterum poſt hæc erit quærendum de illo ipſo vinculo, cui dabitur ex merito nomen

 animæ,

animæ, quod eius partes ſparſas ſub unam redigit ac continet formam, utrum unum ſit, an multis conſtans partibus. Si unum ſit, cur non protinus animæ unitatem aſſerimus? Quid opus, illam in varias partes ſcindere, quæ alterius animæ quaſi vinculo in unum iterum colligendæ ſint, & cogendæ? Si vero illa anima quæ vinculi vice ſit ad partes animæ retinendas, iterum partilis datur, uſque in infinitum hoc procedet, quærentibus, ecquod erit vinculum quo partes diſſipatæ congregentur, & utrum ſemper uniforme an multifidum. Hæc eo loco Ariſtoteles, quibus aperte τὸ πολυμερὲς ψυχῆς, & τὸν μερισμὸν condemnat. Ergo & ἀμερὴς illi anima, & μονομερὴς, *impartilis*, & *unipartilis*. Ergo μόρια & μέρη animæ nulla agnoſcit. Sed videndum de quali μερισμῷ & de qualibus μέρεσιν, quoque modo acceptis intellexerit. Nam cum certum ſit, Platonis opinionem ab eo ibi traduci, non caviſſe miror tantum philoſophum, ne litem illam ſuam faceret, & reum ſe daret temerariæ reprehenſionis. Plato, ut in ſuperiori Animadverſione planum fecimus, non minus quam Ariſtoteles unitatem animæ adſtruit, cum in Theæteto omnes animæ ſenſus ſive δυνάμεις ſub unam formam, & eſſentiam reduci ait oportere quæ ψυχὴ vocetur, ſive quocunque alio nomine ſit appellanda. Verum ut conſtet de mente Ariſtotelis, quam ipſe parum ſibi conſtet, atque ut hanc eius inconſtantiam non viderint eius interpretes, aut notare noluerint, quæ iam dicemus, oſtendent. In lib. I. cap. ultimo, abſolute definit, animam non eſſe partibilem, hoc eſt, μεριστὴν, vel quod idem eſt, in μέρη vel μόρια non dividi. Quo loco animam μερίζεσθαι ſic intellexit, ut ſingula μέρη, ſingulæ ſint animæ ſubſtantia diverſæ. Non igitur plures eſſe animas, ſed unam ibi voluit, & argumentum affert validiſſimum cur aliter eſſe non poſſit. Ibidē ait, eos quibus placet aliud eſſe quo intelligamus, aliud quo cupiamus, μεριστὴν animam facere, & pro una duas agnoſcere. Secundum hanc ſententiam, quot in anima μέρη ſecantur, totidem ſunt animę. An Platonē taxare voluerit, mihi incertum foret, niſi de eo nos dubitare non ſinerent interpretes. Si id in animo habuit, ut carperet magiſtrum, ipſe ſub homonymia vocis μέρος & μόριον nos capere ac decipere voluit. Nam certiſſimum eſt, Platonem μεριστὴν animam facere, nec tamen plures animas admittere. Ergo aliud μέρος Platoni & μερίζεσθαι, aliud Ariſtoteli. Idem porro in ſequenti libro, cap. II, ubi de animæ partibus agit, his quattuor eam definiri partibus dicit,

dicit, nutritiva, ſenſitiva, cogitativa, & motiva. Καὶ τούτοις, inquit, ὥρισται, θρεπτικῷ, αἰσθητικῷ, διανοητικῷ, κινητικῷ. Subintelligendum eſſe μορίῳ, nos ſupra docuimus, θρεπτικῷ μορίῳ, αἰσθητικῷ, διανοητικῷ, κινητικῷ. Ubi hæc poſuit, ſubiicit ac quærit, utrum unaquæque pars harum, portio ac membrum animæ ſit, an anima. Et ſi pars ſit, utrum ſeparabilis λόγῳ ſit tantum, id eſt, proprietate, an loco? In multis hoc non eſſe adeo difficile diſpectu. In aliis rem non carere difficultate. Πότερον δὲ τούτων ἕκαστόν ἐστιν ψυχὴ ἢ μόριον ψυχῆς, καὶ εἰ μόριον, πότερον οὕτως ὡς εἶναι χωριστὸν λόγῳ μόνον, ἢ καὶ τόπῳ, περὶ μὲν τινων οὐ χαλεπὸν ἰδεῖν, ἔνια δὲ ἀπορίαν ἔχει. Ergo duæ hic proponuntur opiniones ex diametro oppoſitæ & contrariæ. Utrum illæ quattuor quas poſuit animæ vires, qua alitur, ſentit, cogitat, movetur, ſint totidem animæ ſubſtantia diſtinctæ, an partes ac membra unius animę, & unius ſubſtantiæ. Rurſus ex hac ſecunda opinione quæ partes illas quattuor unius & uniformis animæ membra eſſe definit, duo oriuntur dubia. Utrum partes illæ λόγῳ diſtingui debeant, an τόπῳ ſeparari. Atqui ſive ponas loco ac ſubiecto eas eſſe ſeparabiles, ſive ratione tantum proprietatis, partes tamen ſunt. Neutra ſententia plures animas conſtituit, quæ ſunt animæ partes & membra. Ex his duabus ſententiis, quarum una μόρια ſive μέρη animæ τόπῳ χωριστὰ ſtatuit, altera λόγῳ, Plato priorem amplexus eſt, dum τριμερῆ ψυχὴν faceret, & in eo Pythagoricos eſt ſequutus. Nam τρία illa μέρη ſive partes in quas animam partitus eſt, locis diſcrevit, rationalem in capite collocando, iraſcentem in corde, concupiſcentiam in iecore. Cum ſic animā partiretur, non tamen plures animas eſſentia diſtinctas in uno corpore condidit, ſed unam locis tantum ſeparatam. Et rectè ita accipit Simplicius ad hunc locum. Τὸ λοιπὸν ἐπεξεργάζεται, εἰ οὕτως ἐστὶ μόρια ὡς μὴ τῷ λόγῳ, τουτέστι, τῇ ἰδιότητι διωρίσθαι ἀλλήλων, ἀλλὰ καὶ τόπῳ, τῶν διαφόρων ζωῶν διαφόροις τοῦ σώματος μορίοις ὡς ἐν τόποις ἱδρυμένων, ὡς δοκεῖ ὁ Τίμαιος, τῇ μὲν κεφαλῇ τὸν λόγον, τῇ δὲ καρδίᾳ τὸν θυμόν, τῷ δὲ ἥπατι τὸ ἐπιθυμητικὸν ἐνοικίζων. Ex his liquidum eſt, animam poſſe μερίζεσθαι & μεριστὴν fieri, ut tamen animæ plures αὐτοτελεῖς non ponantur. Cur igitur Ariſtoteles in primo libro de Anima, capite ultimo, non alium μερισμὸν ψυχῆς agnoſcit quam qui plures animas faceret? Sic enim apertè his verbis id adſtruitur. Λέγουσι δέ τινες, μεριστὴν αὐτὴν εἶναι, καὶ ἄλλῳ μὲν νοεῖν, ἄλλῳ δὲ ἐπιθυμεῖν. τί οὖν δήποτε συνέχει τὴν ψυχὴν εἰ μεριστὴ πέφυκεν; Si non aliter μεριστὴ cogitari poteſt anima,

anima, quam ut partes ſingulæ in eius partitione totidem forment animas, cur in ſecundo libro alium plane μερισμὸν recenſet, in quo μόρια ipſa non ſint animæ ſubſtãtia diſtinctę, ſed partes locis diviſę, vel etiã ſolę facultates vel efficaciæ cogitatione ſeparatæ? In quo μερισμῷ alia pars eſt animæ quæ νοεῖ, alia quæ ἐπιθυμεῖ. Quod tamen partitionis genus in libro primo ita eſt interpretatus, quaſi duas animas ſubſtantia diverſas ex ea partitione exire eſſet neceſſe. Id tamen falſiſſimum. Nam ita Plato animam μερίζει, qui non perpterea duas aut tres animas per eam partitionem confinxit. Præterea cum in libro ſecundo cap. 11. τὸ νοητικὸν μόριον animę cum reliquis tribus ſuprà memoratis recenſeat, de quibus quęrit, utrum μόρια ſint loco diſtincta, an ratione tantum proprietatis diſtinguenda, cur in libro primo coarguit eos qui dicerent, animam, ἄλλῳ μὲν νοεῖν, ἄλλῳ δὲ ἐπιθυμεῖν? An aliud dicit qui quattuor animę partes ſive membra, vel locis vel proprietatibus diſtinctas fatetur, τὸ θρεπτικὸν, τὸ αἰσθητικὸν, τὸ νοητικὸν, & τὸ κινητικόν? Nonne τὸ νοητικὸν animę μόριον & τὸ αἰσθητικὸν ita invicem differunt, ut τὸ νοεῖν & τὸ ἐπιθυμεῖν? Quodcunque enim animal ſenſum habet, etiam habet φαντασίαν & ὄρεξιν, viſionem & appetionem. Ubi autem eſt ſenſus, ibi & dolorem & voluptatem conſequenter adeſſe oportet. Ubi dolor & voluptas, neceſſe eſt & cupiditatem pariter adeſſe. Hoc dicam ipſius Ariſtotelis verbis: ὅπου μὲν γὰρ αἴσθησις, λύπη τε καὶ ἡδονὴ παρακολουθεῖ. ὅπου δὲ ταῦτα, ἐξ ἀνάγκης καὶ ἐπιθυμία. Ergo τὸ αἰσθητικὸν μόριον, ſentiens animę pars, ea eſt quę concupiſcit. At τὸ νοητικὸν, pars intelligens ea quoque eſt qua intelligimus. Si utraque ita inter ſe differunt, & in eas ita partiri animam poſſumus, ut nihil plus quam partes ſint totius atque unius ſubſtantiæ, quomodo conſtabit ratio Ariſtoteli, aut conſtantia dictorum ſuppetet, cum ſententiam illorum qui dixere, τὴν ψυχὴν ἄλλῳ μὲν νοεῖν, ἄλλῳ δὲ ἐπιθυμεῖν, in argumentum, ut carperet, arripuit duarum animarum, non duarum animę partium, ab illis conſtitutarum? Aliam eius inconſtantiam hic notare licet. Reprehendit eos qui in alia parte animę intelligentiam ſitam eſſe putarent, in alia concupiſcentiam, hoc nomine quod ex tali ſententia duæ animę forma ac ſubſtantia diverſæ exirent. Non poſſe autem duas animas pro una in corpore fingi quin de tertia aliqua anima invenienda cogitetur, quę ambas illas contineat, & pro vinculo ſit utrique nectendę & copulandę. Non igitur duas apud illũ animas faciunt

νοῦς

νοῦς ſive intellectus, & concupiſcibilis animæ pars. Atqui in ſequenti libro ſecundo contrarium prorſus adſtruit, & adfirmat. Cum enim ibi quærit, utrum vires illæ ſive facultates quattuor in quas animam diſtribuit, ſint partes animæ, an animæ integræ, de quibuſdam μορίοις ſive membris facile expediri quæſtionem, in aliis impeditiorem ait videri. Inter illas quæ ſolutionem quæſtionis præſtent difficiliorem, mentem animi reponit, τὸν νοῦν, & contemplativam facultatem. De parte ergo illa quæ intelligit, & contemplatur, non dum ſatis liquere utrum animæ portio ſit, an aliquid ſeparatum toto genere ab anima, & alterum genus animæ. Περὶ δὲ τοῦ νοῦ, inquit, καὶ τῆς θεωρητικῆς δυνάμεως, οὐδέπω φανερὸν, ἀλλ᾽ ἔοικε ψυχῆς γένος ἕτερον εἶναι. Plane definit alterum eſſe genus animæ, vel aliud genere eſſe ab anima id quo intelligimus, & contemplamur. Nam quod ἔοικε dicit, Simplicius vult non tanquam dubitandi verbo uſum eſſe, ſicut Aphrodiſæo placuit, ſed prorſus tanquam decernentem, & quid ſibi videatur definientem, ut ſoliti plerique veterum id verbum uſurpare. Ἔοικε, *decet, par eſt*, πρέπει, φαίνεται. Ita acutus ille enarrator interpretatur. Cur igitur hîc alterum genus eſſe animæ τὸν νοῦν pronuntiat, qui in priore libro ſub finem tam confidenter eos refellit qui putarunt aliud eſſe μόριον, quo homo intelligit, & quo concupiſcit? Si hęc non pugnant, nihil dari poſſe in quo diſſenſio videri queat, ſcio. Nam ſi hîc per ἕτερον γένος ψυχῆς non aliam ſubſtantia animam intellexit, in priore tamen libro apertè ita accepit. Vinculum quippe quęrit quo illę duę animę diverſę poſſint in unam formam atque eſſentiam conciliari. Ita porro accipiendo ſi Platonis opinionem carpere cogitavit, ab eius mente deerravit, cui non animus fuit duas uni corpori indere animas, quamvis in alia parte vim intelligentiæ, in alia concupiſcendi facultatem locarit. Si autem in hoc loco illis verbis, νοῦν, hoc eſt, νοερὰν ſive λογικὴν ψυχὴν, aliud eſſe genus animæ determinavit, prorſus ſibi contradixit qui in ſuperiore libro negavit hoc poſſe conſiſtere, ut duę animę in una anima fingerentur ex locali diſiunctione intelligentię & concupiſcentię. Sed hęc ut planius intelligantur, ſeparata Animadverſione aperienda clarius, & diſcutienda mens Ariſtotelis videtur, quam non ſatis aſſequuti ſunt interpretes, veteres novique.

Ariſtoteles explicatus de partibus animæ ſeparabilibus & inſeparabilibus. Tripertitam animam alio ſenſu feciſſe quam Platonem. Quot modis μέρος accipiatur.

UT Stoici ὀκταμερῆ animam fecere, Ariſtoteles in moralibus τριμερῆ eam fecit, Plato quoque τριμερῆ. Sed ſi quis putat, eodem ſenſu tripertitam à Platone factam, & ab Ariſtotele, deerrat à vero longius. Nam certo certius eſt, Ariſtotelis diſputationem totam libri primi de Anima, qua reprehendit eos, qui dicerent, animam ἄλλῳ μὲν νοεῖν, ἄλλῳ δὲ ἐπιθυμεῖν, contra Platonem dirigi, aut eam opinionem quam Plato ſequutus eſt. In ſpeciem conveniunt. Nam ut ſumma diviſione animam ille partitus eſt in rationalem & irrationalem, in mortalem & immortalem, ita & iſte. Quid enim apertius his quæ leguntur lib. II. de Anima, ubi animam intelligentem à concupiſcente toto genere diſtare dicit, ut immortale diſſidet à mortali? ἀλλ᾽ ἔοικε ψυχῆς γένος ἕτερον εἶναι. καὶ τοῦτο μόνον ἐνδέχεται χωρίζεσθαι καθάπερ τὸ ἀΐδιον τοῦ φθαρτοῦ. Quid aliud in Timæo aſſeruit Plato quam animam dividi in mortale & immortale? Hoc ἀθάνατον ψυχῆς γένος vocat, illud θνητόν. Sequenti diviſione idem Plato tripertito eam ſecat, εἰς τὸ λογικὸν, τὸ θυμικὸν & τὸ ἐπιθυμητικόν. Nec aliam animæ diviſionem in Ethicis ſuis adhibet Ariſtoteles. Hac in parte & eos unanimiter conſentire veteres ſcribunt interpretes, ac neoterici. Porphyrius in libro de Animæ facultatibus: Παρὰ δὲ Πλάτωνι, καὶ Ἀριστοτέλει ἐν τοῖς ἠθικοῖς, τριμερὴς ἡ ψυχὴ λέγεται εἶναι, καὶ κεκράτηκε τοῦτο παρὰ τοῖς πολλοῖς. Sed quod addit, eam diviſionem animæ ab utroque tripertitam ideo eſſe introductam, ut facilius tractandi de virtutibus eaſque partiendi ratio procederet, aliter rem ſe habere in ſequentibus monſtrabimus. Utriuſque porro diviſionis tam Platonicæ quam Ariſtotelicæ ſumma huc redit, animam partim eſſe rationalem, partim irrationalem. Quod in ea rationale eſt, corruptionis & interitus eſſe expers. Quod irrationale, morti obnoxium. De partitionis ſeu diviſionis ratione, aliqua inter illos diſſenſio. Locis quippe deſcriptas animæ tripertitæ partes Plato dividebat: Ariſtoteles ſola proprietatis ratione eas ſeparabiles volebat, alias inſeparabiles. Sic μέρος huic in anima partienda idem quod δύναμις, illi idem quod εἶδος, vel γένος. Sed & ipſi Ariſtoteli in ea bipertita ac ſum-

ſumma animę diviſione, quæ in rationale & irrationale, immortale & mortale eam tribuit, eumdem planè μερισμὸν cum Platone conſtituit, nempe εἰδικὸν, vel γενικόν. Sed ea malignitas eius, ita dixerim, fuit, ut cum Plato in tripertita animæ diviſione idem partitionis genus probaret, ex eo Ariſtoteles colligi arguerit, inde plures animas neceſſario eſſe conſtituendas: quod nullo modò ſtare poſſit. Atqui ſi in tripertita diviſione hoc abſurdum, æque ridiculum fuerit & in bipertita, in qua tamen eamdem μερισμοῦ rationem Ariſtoteles ſequitur. Hoc eſt quod hic demonſtrare aggredimur. Ex quo patebit τὸ κακόηθες cętera ſummi philoſophi, in reprehendendis adverſariis & æmulis. In priore libro ubi Platonis opinionem exagitat, qui in alia parte animæ τὸ νοητικὸν collocâſſet, in alia τὸ ἐπιθυμητικὸν, ex eo μερισμῷ unius animæ in duas animas diſtractionem fieri ſua ſingulas ac propria eſſentia conſtantes, concluſum habere vult. In ſecundo libro ubi propriam ſtabilire ſententiam ſatagit, ex qua omnino idem colligi poſſe intelligebat, ne ſuis ipſemet πτεροῖς caperetur, aliter eum μερισμὸν interpretatus eſt. In Platone reprehendendo, μόρια animę ita accepta ut à Platone acciperentur, totidem animas conſtituere obiectat. In ſua opinione aſſerenda quam ſequente libro adſtruit, eam μορίων uſurpationem in anima dividenda, ſi pro partibus intelligantur, duobus modis accipi poſſe dicet, aut τόπῳ, aut λόγῳ χωριστάς, loco aut facultate ſeparabiles. In cæteris partibus admittit eam diviſionem quæ λόγῳ fieri dicitur, in ſola animæ facultate intellectiva ac rationali aliam probat, quæ genere differt, τῷ γένει. Atqui hæc ipſiſſima eſt quam in omnibus animæ partibus locum habere cenſuit Plato. Quæ ſi admittatur in ſola rationali parte, ut Ariſtoteles eam admittit, non debebit aliter intelligi, quam docuit accipiendam, cum Platonem eo nomine refutaret. Ut nimirum duas aut tres animas pro una exire, ſubſtãtia diſtinctas, ex ea credamus. Sed minime hæc mens fuit Platonis. Cur igitur huic culpæ affinem eum facit noſter, in quem ipſe ne incideret, cum idem de animæ parte rationali ſentiret quod Plató de cæteris, ita ſe poſſe elabi putavit, ſi eamdem ſententiam, aliter de Platone, aliter de ſe interpretaretur? Fatendum quidem eſt, non ſolum Ariſtotelem ita expoſuiſſe eam Platonis diviſionem, quaſi plures animas per illam introduceret, ſed etiam aliquot veterum. In his Galenus, qui Platoni, quaſi ſic ſentienti, ut probare ſibi id ſatis viſus eſt, aſſentitur. Numquid &

 Pla-

Platonem eo etiam nomine notavit Iamblichus, quaſi variaverit, ut pote qui interim tripertitã animam de plurium ſubſtantiarum, id eſt, animarum, interim de plurium tantum proprietatum & facultatum diſtinctione intellexerit? Nam in libro de Anima, capite περὶ δυνάμεων, ita ſcribit: Κατὰ δὲ Πλάτωνα ἄλλως μὲν λέγεται ψυχὴ τριμερὴς ὡς ἂν ἑτέραις οὐσίαις ζωῆς τριπλῆ διαλλάττουσα, ἄλλως δὲ πολυδύναμος οὐκέτι κατ᾽ οὐσίας ζωῆς διαφέρουσα, ἐν ταὐτῷ δὲ πολλαῖς ἰδιότησι διακρινομένη. *Secundum Platonem vero alias dicitur anima tripertita tanquam quæ trifariam diverſis vitæ ſubſtantiis diſcreta diſſideat, alias quod in multas potentias diviſa ſit, non iam ſecundum vitæ ſubſtantias, ſed in uno eodemque ſubiecto variis proprietatibus diſcreta.* Quam ſecundo loco poſuit, Ariſtotelis planè ſententia eſt. Nuſquam enim memini legere à quoquam notatum, neque ipſe id potui uſpiam ex ſcriptis Platonis colligere, cum τριμερῆ animam faciat, in uno ſubiecto trinas eas facultates ab eo collocari. Certum quidem eſt, partes illas, ſive μέρη animæ, δυνάμεις etiam exponi ab eius interpretibus. ſed unius eſſe ſubiecti ἐνεργείας, nemo dixit, quin nec ipſe Plato. Immo ubiquè eas diſpertit tribus locis in corpore, aliamque capiti dat, aliam cordi, aliam iecori. Hoc non eſt ἐν ταὐτῷ vires illas locare, ſed ſingulis partibus ſive facultatibus certam ſedem in qua ſitæ ſint, aſſignare. Sic diſſitas & diſpoſitas ut à Platone ordinantur, neceſſe eſt & ſubſtantiis differre. Non tamen neceſſe eſt tres ex his animas exiſtere. Unius ſubſtantiæ partes ſunt, quæ & ipſæ ſubſtantiæ. Et ipſe Ariſtoteles in prædicamentis fatetur, partes ſubſtantiarum eſſe ſubſtantias. ὁ γὰρ μόρια λέγων, πολλὰς δηλονότι λέγει οὐσίας, inquit Simplicius ad lib. III. de Anima, ubi de animæ partibus loquitur. Ergo & πολλὰς οὐσίας in animæ partitione quam induxit, etiam agnoſcit Ariſtoteles, cum ubique μόρια ac μέρη ψυχῆς appellet, & τριμερῆ ψυχὴν non minus quam Plato ſtatuat. Quod ſi ea μόρια δυνάμεις ſunt, nihilo ſecius & μέρη illa, in quæ anima à Platone diſpertitur, δυνάμεις eſſe, conſentientibus in hoc omnibus eius interpretibus, & quod maius eſt, re ipſa, palam eſt. Non igitur in hoc diſcidium Platonis & Ariſtotelis, quod hic in anima tripertito dividenda δυνάμεις intelligi velit, ille μέρη vel μόρια. Uterque enim cum μόρια ex æquo nominet, & totidem numeret, ac μορίων appellatione δυνάμεις intelligat, miror interpretes veteres, quo diſſenſionem utriuſque in hac diviſione notent, tam accurate inter δύναμιν & μέρος diſtinguere. Atqui aliud

aliud μέρος κατὰ δύναμιν, ut ipſe etiam Ariſtoteles vocat, aliud κατὰ μέγεθος. Sed in utraque diviſione, ſive τοπικῇ ſive δυναμικῇ, appellatio μέρους uſurpatur. Iamblichus tamen, eodem loco ubi ait Platonem modo plures facultates in una anima proprietatibus differentes ponere, modo plures ſubſtantias, ſtatim ſubiungit, καὶ ὅλως μέρος δυνάμεως ταύτῃ διενήνοχεν, ὅτι τὸ μὲν μέρος οὐσίας ἑτερότητα, ἡ δὲ δύναμις ἐν ταὐτῷ γενικὴν, ἢ ποιοτητικὴν διάκρισιν. Vulgo ſcribitur, γεννητικὴν, ἢ ποιητικὴν διάκρισιν. Et doctus interpres imperitiſſime, quoad mentem auctoris, vertit, *facultas in ea, gignendi vel efficiendi diſcrimen indicat.* Aut legendum ut correximus, aut γεννητικὸν accipiendum eſt ἀπὸ τοῦ γένους, ut Porphyrius εἰδητικὸν dixit ἀπὸ τοῦ εἴδους, in libro περὶ τῶν πρὸς τὰ νοητὰ ἀφορμῶν, ubi ſimiliter animæ facultates παραλλαγὰς invicem habere εἰδητικὰς dicit. Id eſt, *ſpecificas differentias.* Et paulo poſt εἰδητικὴν ἐνέργειαν appellat. Et Simplicius multis locis εἰδητικὰ eodem ſenſu nominat. Et ſic alii. Eædem ſunt differentiæ quas hic appellat Iamblichus, γεννητικὰς & ποιοτητικάς. Sed omnino apud Porphyrium ſcribendum εἰδιτικὰς, & apud Iamblichũ γενιτικὴν & ποιοτητικήν. Nam ab εἶδος εἰδίτης *formalis*, unde εἰδιτικός. Sic à γένος, γενίτης, unde γενιτικὸν, *genericum.* Et ἀπὸ τῆς ποιότητος ποιοτητικὸν, quod *qualitativum* barbari dicerent. Poſſet aliquis hic argutari, in anima alias eſſe facultates, τὴν γεννητικὴν qua generat homo ſibi ſimile, & τὰς ποιητικὰς ceteras facultates, quæ & ἐνεργητικαὶ vocantur. Atqui γεννητικὴ δύναμις etiam ποιητικὴ eſt hoc ſenſu. Nihil verius quam γενικὴν aut γενιτικὴν & ποιοτητικὴν διάκρισιν accipi debere, ut intelleximus. Anima ſentiens ab intelligente γενικῇ διακρίσει diſtat tam ſecundum Platonem quam Ariſtotelem. Intelligentis porro animæ aut ſentientis facultates inter ſe differunt ποιοτητικῇ διακρίσει, aut ἰδιότητι ποιότητος, ut idem Iamblichus ibidem ſcribit. Quæ nos infrà pluribus explicabimus. Vult igitur Iamblichus, μέρος & δύναμιν ita differre, ut μέρος ſignificet ſubſtantiæ diverſitatem, δύναμις in eodem ſubiecto vel genericam, vel qualitativam differentiam. Dicit tamen, Platonem interim hoc genus differentiæ partibus animæ tribuere, interim aliud quod ſubſtantiarum differitatem importat. Non igitur adeo invicem diſtant hæc diſcrimina, quin ſine inconſtantiæ crimine eidem ſubſtantiæ, hoc eſt, animæ in tria partiendæ, utrumque pariter adſcribi poſſit, ut Platonem feciſſe fatetur. Quod autem animæ facultates inter ſe diſtingui εἰδιτικαῖς παραλλαγαῖς ait Porphyrius,

 ſcien-

ſciendum eſt, eas eſſe, ut iam dixi paulo ante, quas Iamblichus γενικὰς & ποιοτητικὰς appellat, quas proprias eſſe vult τῆς δυνάμεως, cum τοῦ μέρους propria habeatur τῆς οὐσίας ἑτερότης, *ſubſtantiæ diverſitas.* Cæterum quod idem Iamblichus docet, interdum Platonem animæ à ſe tripertitæ factæ facultates hoc genere diſtinctas dicere, ex ipſo Platone in Timæo id liquide perſpici poteſt, ubi partes illas tripartitionis non ſolum μοίρας appellat, ſed εἴδη vocat, & γένη. Τὸ θνητὸν εἶδος ψυχῆς, τὸ θνητὸν γένος, & τὸ ἀθάνατον. Et in IV. de Republica, τρία εἴδη ψυχῆς vocat, & τὸ λογιστικὸν εἶδος, & τὸ ἐπιθυμητικόν. Ergo εἰδικῇ, & γενικῇ differentia partes illæ inter ſe diſtant. Si hæc differentia τῆς δυνάμεως propria eſt, & propterea δυνάμεις illæ animæ partes à Platone vocantur, hoc diſcrimen quod γενικὸν & εἰδικὸν Porphyrio & Iamblicho appellatur, non diſtabit ab eo quod οὐσίας ἑτερότητα invehit. Nam Galenus ex eo quod Plato εἴδη ψυχῆς nominavit in animæ facultatibus dividendis, concluſam ſe habere putat rationem, partes eas invicem πάμπολυ τῆς οὐσίας διαλλάττειν, *plurimum quantum ſubſtantiis inter ſe differre.* Ex illo autem quod ſubſtantiis inter ſe differant, animas tres eſſe diverſas, non unam, probare contendit. Falſum etiam & illud diſcrimen, quod ab Iamblicho notatur, τὴν γενικὴν διαφέρουσαν δυνάμεως, *genericam diſtinctionem facultatis*, in eodem ſubiecto verſari, cum illam quæ per οὐσίας animæ partes diſtinguit in diverſis ſubiectis cerni velit. Atqui Plato εἰδικὴν illam differentiam τῶν δυνάμεων ψυχῆς in diverſis ſubiectis conſiderat, eamdemque prorſus facit cum illa quæ diverſitatem ſubſtantiarum in anima parit. Quod ſi δύναμιν ἀπὸ τοῦ μέρους diſtare eo maxime quis nomine contendet, quia μέρος ſubſtantia eſt, δύναμις qualitas, ſciat, δυνάμεις illas in animæ diviſione eſſe ποιότητας οὐσιώδεις, id eſt, *qualitates eſſentiales*, ut in ſequentibus pluribus explicaturi ſumus. Nunc dixiſſe ſufficiat, Ariſtotelis & Platonis diſcidium, cum pariter ambo τριμερῆ animam faciant, non in eo verti quod δύναμις & μέρος differant, vel quod alter δυνάμεις appellet, alter μέρη, inſtitutæ à ſe partitionis membra. Nam oſtendimus, æque ab utroque & μοίρας, μόρια, μέρη vocari, facultates in quas animam diviſerunt. Uterque λογιστικὸν animæ μέρος, vel λογιστικὴν δύναμιν, partem vel facultatem ratiocinativam aliam eſſe ἀπὸ τοῦ ἐπιθυμητικοῦ μορίου, vel ἐπιθυμητικῆς δυνάμεως, & utramque porro diverſam ἀπὸ τοῦ θυμικοῦ. Sic eædem utrique ac totidem animæ partes facultateſve in illa tripertita ani-

mæ ſectione. Quod maius eſt, ex neutra utriuſque opinione conſequitur, plures eſſe animas. Minime id quidem ex Ariſtotelica colligatur. Nec magis certe ex Platonica, ſi quis eam rectè capiat. Qua igitur in re diſſentiunt? Partes illas Plato diſtinctas eſſe vult loco, Ariſtoteles λόγῳ. Simplicius interpretatur, ἰδιότητι. Rem tetigit. Nam certe haud dubium eſt quin ἰδιότητι, & proprietate ſeiunctæ ſint triplicis illius animæ partes, ut ab Ariſtotele proponuntur. Sed ut à Platone conficta eſt illa animæ triplicitas, non eſt ambiguum, quin ἰδιότητι quoque invicem diſcernantur ſingulæ partes οὐσιώδεις. Mentem Ariſtotelis vimque ipſam eius ſententiæ magis expreſſerit qui *cogitatione* partes illas ſecerni Latine dixerit. hoc enim eſt quod ille dixit, λόγῳ. Sic λόγῳ θεωρητὰ σώματα, λόγῳ θεωρητοὶ πόροι, corpora quæ oculorum aciem effugiunt, & meatus qui corporis oculis cerni non poſſunt, ſed ſola cogitatione comprehendi. Ita ergo & λόγῳ χωριστὰ μόρια ψυχῆς Ariſtoteles eſſe voluit, non τόπῳ, quæ ſola mente & cogitatione potius diſtingui quirent, & ſeiungi, quam re ipſa, & locali determinatione. Ita ſane Cicero vertit illud λόγῳ in diſtinctione morbi & ægrotationis animi, quæ potius cogitatione, hoc eſt, λόγῳ, quam facto diſcerni poteſt. In Tuſculana IV. *Sed in animo tantummodo cogitatione poſſumus morbum ab ægrotatione ſeiungere.* Ἀλλ' ἐν τῇ ψυχῇ μόνον λόγῳ χωρίζεσθαι δυνατὸν ἀῤῥώστημα ἀπὸ τοῦ νοσήματος. Quæ ſub ſenſum non cadunt, ſed ſola intelligentia percipiuntur, ita Græci vocant, ut ἀρχὰς λόγῳ θεωρητὰς, atomos, & ſimilia. Certe Philoponus ἐπινοίᾳ, id eſt, *cogitatione* interpretatur, & rectè. Ut lib. III. de Anima, καὶ εἰ ἄλλῳ, ἆρα ἑτέρῳ ὄντι τούτων ἐπινοίᾳ μόνῃ, ἢ καὶ ἐπινοίᾳ καὶ ὑποκειμένῳ. *Et ſi alio, utrum ab his diverſo ſola cogitatione, an & cogitatione & ſubiecto.* Idem etiam δυνάμει exponit quod Ariſtoteles dixit λόγῳ, his verbis: εἰ γὰρ μὴ ἔστιν τῷ ὑποκειμένῳ καὶ τῇ οὐσίᾳ χωριστὸν, ἆρα δυνάμει ἐστὶ χωριστόν. Id Ariſtoteli λόγῳ χωριστόν. Profecto & λόγος δύναμιν etiam ſignificat, ut σπερματικὸς λόγος Stoicis, idem quod σπερματικὴ δύναμις. Et utroque vocabulo utuntur indifferenter. Sed tamen ipſe Ariſtoteles lib. III. de Anima utrumque coniunxit in his quæ ſola virtutis & efficaciæ proprietate ſeiunguntur, ubi λόγῳ καὶ δυνάμει χωριστὰ dixit, *cogitatione & potentia.* Nam quæ proprietate tantum diſtinguuntur, ſola cogitatione dividi poſſe cenſentur, non κατὰ μέγεθος, & τόπον. Plotinus ἐπινοίᾳ quoque diſtingui dicit quæ non re ſed ſola cogitatione dividuntur,

duntur ac ſeparantur, lib. II. Ennead. IV. *ἡ δὲ ἐστὶν ἀντιπεπαγμένη ταύτῃ οὐσία, οὐδαμῇ μερισμὸν δεχομένη, ἀμερής τε καὶ ἀμέριστος, διάστημά τε οὐδὲν οὐδὲ δι' ἐπινοίας δεχομένη, οὐ τόπου δεομένη.* Paraphraſtes Anonymus Ethicorum ad Nicomachum, quem fruſtra volunt eſſe Andronicum Rhodium, lib. I. cap. XX. de eadem animæ diviſione loquens: *Ταῦτα δὲ πότερον κεχωρισμένα εἰσὶν ἀλλήλων, καθάπερ τὰ τοῦ σώματος μέρη, καὶ τὰ ἄλλα τὰ μεριστά, ἢ πράγματι μὲν ἕν εἰσι, λόγῳ δὲ δύο.* Ubi interpres vir doctus, ſine ratione, non enim dicam ſine doctrina, ſic vertit: *re ipſa unum ſint idemque, verbo autem diverſa.* Ne quidem eum ferrem, ſi, *ratione autem diverſa*, reddidiſſet. Atqui melius longe eſſet. Illud vero *verbo* peſſimum, ne aliquid peius dicam. Quæ ſynonyma ſunt, ea re ſunt eadem, verbo tantum differunt. Numquid ergo anima rationalis ab irrationali verbo tantum diſtat? Hoc ſequitur ex eius interpretatione. Saltem interpretes Ariſtotelis Latinos conſuluiſſet. Cicero in primo de Officiis: *Eſt enim quiddam quod intelligitur in omni virtute quod deceat, quod cogitatione magis à virtute poteſt quam re ſeparari.* In Græcis Panætii fuerit: *ὅπερ ἐνδέχεται ἀπὸ τῆς ἀρετῆς χωρίζεσθαι λόγῳ μᾶλλον, ἢ πράγματι.* Qui *verbo* verteret pro *cogitatione*, non incogitans tantum eſſet, ſed plane imperitus, ut verborum potius quam rerum gnarus. Ea partium animæ diviſio ac partitio localiter non fit, ſed ex *ἐνεργείᾳ* potius deprehenditur, & cogitatione comprehenditur, quam finium certa deſcriptione, & organicorum membrorum poſitura. Hæc eſt quæ *λόγῳ χωριστὴ* ac *δυνάμει* Ariſtoteli vocatur. Tres ille animæ partes differentes, in una ſede, hoc eſt, in corde, auctore Galeno, collocat. Singularium proprias eſſe *ἐνεργείας* & efficacias fatetur, quæque prorſus invicem diſſideant. Locis tamen eſſe diſſitas non vult, ſed ex una ſubſtantia quæ in uno eodemque loco ſita ſit, omne oriri ac manare. *Λόγῳ* igitur magis quam *τόπῳ* ſecernuntur ac ſeiunguntur. Sed non minorem nec minus ſpecificam inter eas differentiam diſtantiamque ponit quam Plato, qui diverſis illas locis diſponit, dum illas mente ac cogitatione intelligi potius ait, quam cognoſci ex locorum certa determinatione. Alia vis eſt animæ qua homo intelligit ac ratiocinatur, quam illa qua concupiſcit. Eapropter & locis ſeparentur iuxta Platonem. Caput illam accipiat, iecur hanc. Quandoquidem porro & alia eſt ab utraque quæ iraſcitur, detur ei cor pro ſede in qua reſideat, inquit, Plato. Quid Ariſtoteles? Immo etſi

ἐνερ-

ἐνέργειαι illarum trium animæ partium in totum diſſimiles ſint, ac differentes, in una tamen ſede reponantur, & inde oriantur. Quomodo igitur eas diſtingues ac ſeparabis invicem? λόγῳ. Ergo loco ſunt inſeparabiles, cum re ipſa & efficacia functioneque non ſint minus ſeparabiles, quã quomodo eas diſpertiri voluit Plato, qui regionibus eas diſperſit. Videndũ & hic, an ternas illas facultates λόγῳ diſcernendas iudicaverit Ariſtoteles, ut Galenus ſibi perſuadet. Nam ſolam θυμικὴν, & ἐπιθυμητικὴν ita videtur diviſiſſe. Ab utraque autem τὴν λογικὴν, vel λογιστικὴν animæ partem, quam & νοητικὴν appellavit, non minore intercapedine diſpeſcuit, quam Plato cæteras omnes invicem, aliam ab alia, ſeparavit. Nam τῷ γένει aliud eſſe ab cæteris duobus, μόριον illud quo cogitamus & intelligimus, diſerte teſtatus eſt. Quid enim iſtis apertius? Περὶ δὲ τοῦ νοῦ καὶ τῆς θεωρητικῆς δυνάμεως οὐδέπω φανερὸν, ἀλλ᾽ ἔοικε ψυχῆς γένος ἕτερον εἶναι, καὶ τοῦτο μόνον ἐνδέχεται χωρίζεσθαι, καθάπερ τὸ ἀΐδιον τοῦ φθαρτοῦ. Si νοητικὴ δύναμις, vel νοητικὸν μέρος animæ, ψυχῆς γένος ἕτερον, *aliud genus eſt ab anima*, vel *aliud animæ genus*, ut Græca verba plane ſignificant, manifeſte toto genere diſtat, hoc eſt, κατὰ γένος, hæc pars animæ quæ ratiocinatur, à cæteris duabus. Non λόγῳ igitur tantum hæc à reliquis ſecludatur, ſed etiam γένει. Quomodo autem ab aliis ſeparetur, ipſe declarat, cum dicit, καὶ τοῦτο μόνον ἐνδέχεται χωρίζεσθαι, καθάπερ τὸ ἀΐδιον τοῦ φθαρτοῦ. Sic differre ait, ut immortale & æternum differt à corruptibili, & mortali. Non aliter diſtinxit Plato in Timæo τὸ θνητὸν ψυχῆς γένος, & τὸ ἀθάνατον. Nam τὸ θνητὸν rurſus ſubdividitur ab eodem Platone in duas partes, εἰς τὸ θυμικὸν, & τὸ ἐπιθυμητικόν. Immo etiam ab Ariſtotele, qui & animam ſimiliter triplicem, ut ille, finxit. Alio tamen loco noſter hic Platonis diſcipulus, duas partes mortalis partis animæ in unam redegit, εἰς τὸ ἐπιθυμητικὸν, quia θυμικὸν ſub illud genus reduci deberet, utpote quod concupiſcentiæ expers non eſſet, quatenus qui iraſcitur vindictam cupit. Qua in re diſſenſit ac diſceſſit à magiſtro. Nam ut duas partes ex tribus faceret, ille τὸ θυμικὸν non adiunxit τῷ ἐπιθυμητικῷ, ut fecit Ariſtoteles, ſed potius τῷ λογιστικῷ. Sic diverſa via uterque ad eam recidit ſummam diviſionem animæ rationalis & irrationalis, immortalis, & mortalis. Una intelligit & cogitat, altera concupiſcit & iraſcitur. Utraque generis ſui eſt, & genere altera ab altera diſtat penes Platonem & Ariſtotelem, nec ideo tamen ex una duæ animæ exeunt, ſed

ex duabus partibus ſive facultatibus una ſubſtantia conficitur apud utrumque. Hinc apparet luce clarius, quam iniquus in Platonem fuerit Ariſtoteles qui in referenda eius opinione plures animas ex ea confieri, quod impoſſibile ſit, probare intendit. Ubi ſuam ipſe exponit, cum tamen eadem ſit, ſic eam enarrat, ut alia videatur, nec talem conſequentiam poſt ſe tractura. Quo manifeſtius id pateat, verba eius expendemus ex libro II. de Anima, quia & in his explicandis interpretes, qua veteres, qua recentes, non ſolum inter ſe diſſentiunt, ſed magnam partem hallucinantur. Verba illa, *περὶ μὲν τινων οὐ χαλεπὸν ἰδεῖν, ἔνια δὲ ἀπορίαν ἔχει*, non ſunt referenda ad prius membrum, *πότερον δὲ τούτων ἕκαστόν ἐστι ψυχὴ, ἢ μόριον ψυχῆς*. Nam priore libro ſub finem hoc ſatis definierat, cum reprehenderet Platonem, non poſſe nimirum eius ſententiam ſtare de duabus diverſis animæ partibus, intelligendi, & concupiſcendi, quæ duas in homine naturas conficere, ut ab illo eſſent propoſitæ, viderentur. Referri itaque debent ad poſterius membrum, ubi hæc verba, *καὶ εἰ μόριον, πότερον οὕτως ὡς εἶναι χωριστὸν λόγῳ μόνον, ἢ καὶ τόπῳ, περὶ μὲν τινων οὐ χαλεπὸν ἰδεῖν, ἔνια δὲ ἀπορίαν ἔχει*. Tota textura orationis ita capiendũ eſſe indicat. Iam ſatis in priore libro refellerat eam quam Platoni affinxit ſententiam, probaveratq; ex ſingulis animæ partibus ac membris, totidem diverſas ſubſtantiã animas non eſſe faciendas. Nunc ad eam quæſtionem tranſit elucidandam, ſi partes ſunt animæ, non animæ abſolutæ, & integræ, utrum cogitatione tantummodo ſeiungi poſſint, an etiam loco. Vides, eum in his fateri, poſſe partes animæ loco ſeparari, & non ſingulas tamen animas ex ſingulis partibus ea locali diſterminatione exire. Hæc opinio fuit Platonis, *τόπῳ χωριστὰ* eſſe animę *μόρια*, non ſolum *λόγῳ*. Cur igitur in ſuperiore libro ea *μόρια* ſic diſtincta à Platone pro totidem diſtinctis animis videri accipienda voluit? At hic aliud ſentit, ubi ipſe ſua nobis aperit animi ſenſa. In quibuſdam partibus rem ſatis eſſe per ſe claram dicit, in aliis difficultatem, & dubitandi rationem eſſe. Quæ ſunt illæ partes, in quibus manifeſtum ſit, diſtinctionem quæ intellectu tantum comprehenditur, locum habere? Nimirum omnes alias, ait, præter *τὴν νοητικήν*. Eas enim non aliter quam *λόγῳ* ſeparari poſſe. *Τὰ δὲ λοιπὰ μόρια τῆς ψυχῆς, φανερὸν ἐκ τούτων ὅτι οὐκ ἔστι χωριστὰ, καθάπερ φασί τινες, τῷ δὲ λόγῳ ὅτι ἕτερα, φανερόν*. Separari ac ſeiungi poſſe cæteras animæ partes abſolute negat, quod quibuſdam placebat. Diverſas

quidem

quidem eſſe apparere, ſed eam diverſitatem cogitatione tantum intelligi. De ſolo animo, χωριστὸν eum eſſe ab anima, non λόγῳ tantum, ſed re ipſa ac genere, agnoſcit. Περὶ δὲ τοῦ νοῦ καὶ τῆς θεωρητικῆς δυνάμεως οὐδέπω φανερὸν, ἀλλ᾽ ἔοικε ψυχῆς γένος ἕτερον εἶναι, καὶ τοῦτο μόνον ἐνδέχεται χωρίζεσθαι. Reliquas ergo animæ partes in uno loco coniunctas, ſola cogitatione diſiungendas ait, præter cogitativam & contemplativam facultatem, quæ aliter diſiungenda ab illis videri deberet, quam ἐπινοίᾳ. Quomodo igitur? Quæſtio ab eo propoſita fuit, utrum χωριστὰ λόγῳ tantum eſſent, an etiam τόπῳ. Si aliæ omnes χωριστὰ tantummodo λόγῳ, excepta intelligentia, quid reliquum eſt niſi ut ea χωριστὴ quoque τόπῳ cenſeatur? Hoc neceſſario ſequitur. Ergo cum cæteras omnes in corde collocarit, quæ eo modo locis diſtinctæ non ſunt, ἡ νοητικὴ in capite iuxta ſententiam quæ ſequitur ex hac eius argumentatione, videtur collocanda. At quid Galeno faciemus, qui tradit Ariſtotelem cum Poſidonio has tres animæ facultates, λογιστικὴν, ἐπιθυμητικὴν & θυμικὴν, in una ſede cordis poſitas eſſe voluiſſe? Idem etiam ſcribit Chalcidius in Timæum, in enarranda Ariſtotelis de Anima, & Animæ partibus, ac diviſione, ſententia. Nam ita de λογιστικῇ animę parte loquitur, quæ res iudicat & examinat: *Principalis vero animæ pars, ſive potentia, eſt ad quam feruntur quæ nuntiant ſenſus ſinguli, & quæ de iis quæ ſentiuntur, iudicium facit, examinatque cuiuſmodi ſint ea quæ occurrant ſenſibus varie. Hanc vero Ariſtoteles aſſerit locatam eſſe in penetralibus cordis, ubi aliæ quoque ſpecies animæ ſunt locatæ, id eſt, imaginatio, memoria, appetitus, excurſio.* Id eſt, φανταστικὸν, μνημονευτικὸν, ὀρεκτικὸν, κίνησις. Sequitur apud eundem: *Quippe omnium animæ virium initia & quaſi quædam radices, à ſede cordis emanant, quando confecti cibi ſuccus per venas cordis cæterum corpus irrigat, & motus corporeus, qui localis eſt, à corde initium ſumit.* Hoc eſt, quod dixit Galenus de eadem Ariſtotelis ſententia, has tres δυνάμεις εἶναι μιᾶς οὐσίας ἐκ τῆς καρδίας ὁρμωμένης: Idem libro III. contra Chryſippum diſputans, qui ex Homericis verſibus multis collectis probabat, tres illas animæ facultates in una eademque ſede hærere, nempe corde, eam eſſe Ariſtotelis opinionem dicit, non Stoicorum: φανερῶς γὰρ ἐνταῦθα συγχωρεῖ μὲν ἕτερόν τι παρὰ τὸ λογιστικὸν εἶναι, τό τε θυμοειδὲς, καὶ τὸ ἐπιθυμητικὸν, ἐν δὲ τῇ καρδίᾳ κατῳκίσθαί φησιν, ὅπερ Ἀριστοτέλους ἐστὶν, οὐ τῶν Στωικῶν δόγμα. Non eſſe dogma Stoicorum, ſed Ariſtotelis, ex eo dicit Galenus, quod Ariſtoteles aliam eſſe animæ

partem qua ratiocinaretur homo, aliam qua concupiſceret, & iraſceretur, cum tria iſta tamen in uno ſedere corporis loco, & ex una eademque quaſi radice ac fonte oriri vellet. Stoici hac quidem in parte cum Ariſtotele paria faciebant quod in corde τὸ λογιστικὸν ponerent, quæ pars eſt animæ principalis, ſed illam eamdem principalem partem, ſedem quoque eſſe affectuum contendebant, τοῦ θυμοῦ καὶ τῆς ἐπιθυμίας, nec diverſas eſſe animæ facultates: ſtatuebant quibus cuperent aut iraſcerentur homines, ab ea qua ratiocinarentur & intelligerent. Ex his conſtat, ſenſiſſe Ariſtotelem, animæ partem rationalem, hoc eſt, τὴν λογιστικὴν in corde ſedem ac domicilium habere. Quomodo igitur eam χωριστὴν eſſe ab aliis duabus intelligit, cum in eadem ſede reponat? Negavit, alias duas facultates τόπῳ χωριστὰς eſſe, quia in eadem quaſi manſione, hoc eſt, corde, hærerent. De tertia poſſe ait dubitari, an χωριστὴ eſſet. Immo putant pronunciaſſe, eſſe planè χωριστήν. Quomodo? An τόπῳ? Ita certe verba eius viderentur evincere. Sed dogma ipſius alio nos trahit, quia nec τόπῳ hanc ab aliis diſcrevit. Cæteras quidem partes faſſus eſt eſſe χωριστὰς λόγῳ, negavit eſſe χωριστὰς τόπῳ. Quare? Quia ſcilicet in eadem ſede morarentur, nec loco diſtinguerentur, ut pote quæ commune domicilium haberent, cor. Sic λόγῳ quidem ſunt χωρισταί, at τόπῳ ἀχώριστοι, ut paulo poſt dicit: τὰ δὲ λοιπὰ μόρια τῆς ψυχῆς φανερὸν ἐκ τούτων ὅτι οὐκ ἐστὶ χωριστὰ τόπῳ, καθάπερ φασί τινες. Non eſſe loco diſtinctas ac ſeparatas, planè intelligit. Illi τινὲς de Platone intelligendi, qui locis diſpertiebant tres illas animæ facultates. At tertiam illã facultatem animæ rationalẽ, quem νοῦν appellat, & θεωρητικὴν δύναμιν, ſolam eſſe χωριστὴν, poſſe ſegregari, apertè ſignificat. Reliquæ χωρισταὶ λόγῳ. Ergo hæc etiam τόπῳ. Atqui etiam τόπῳ ἀχώριστος, ut pote quam cum reliquis duabus etiam in corde ſitam velit. Quo igitur genere χωριστή? Dicit, ψυχῆς γένος ἕτερον εἶναι. Si animæ aliud genus accipiamus de animæ genere diverſo vel alia anima, in abſurdum illud incidet, quod notavit ac reprehendit in Platone. Si hanc animæ partem ab altera genere tantum differre interpretemur, hæc differentia magis convenerit illi diſtinctioni quæ partes à partibus loci ratione diſcludit. Nam Plato qui partes animæ à partibus τόπῳ ſciungit, id eſt, χωρίζει, etiam genera ac ſpecies earum conſtituit diverſas. Rationalis in cerebro hoſpitatur, cupida pars animæ in hepate diverſatur ut loco ſuo, iraſcens in corde manet. Hæc τρία

ψυχῆς κυριώτατα γένη Græci eſſe dicunt, ſummas ac principales animæ partes, quas & κατὰ γένος invicem differre volunt. Et ſingula γένη in plura εἴδη iterum dividuntur, ut in ſequentibus dicemus. Quid eſt igitur quod ait Ariſtoteles, hanc ſolam ex tribus animæ partibus ab aliis χωρίζεσθαι, & γένος ἕτερον ψυχῆς εἶναι, genere ab anima differre? Qualem hic χωρισμὸν intelligit? Propoſita enim dubitatione quæ difficilis ad ſoluendum eſſet, de duobus χωρισμοῦ generibus, uno qui fit κατὰ τόπον, altero qui κατὰ δύναμιν, utrum hic an ille partibus animæ conveniret, de tertio χωρισμῷ qui nihil habeat commune cum duobus propoſitis, τὸ ἄπορον illud ſolvit. Dicit quippe, reliquas duas quidē animæ partes ſeparari χωρισμῷ qui fit κατὰ δύναμιν, & ſola mentis vi, vel cogitatione intelligitur, intelligentiam vero & ſpeculativam animæ facultatem alio modo ſeparari, & genere toto ab anima differre. Quis ille igitur modus? Nec enim τοπικὸς, nec λόγῳ χωριστὸς, qui duo tamen ſoli modi in quæſtione proponenda ab eo commemorati fuerant. De ſeparatione locali non poſſe accipi, argumento eſt quod mentem & illam animæ partem quæ contemplatur, in eadem ſede cum aliis animæ partibus ponit. Intelligi multo minus queat de ea quam λόγῳ fieri dixit. Nam cæteras partes ſic invicem χωρίζεσθαι voluit, hanc à cæteris alio modo. Explicat ſe quidem cum ait , ita hanc partem à reliquis ſegregari, ut quod æternum eſt, à corruptibili & fluxo ſecernitur. Si hæc ſeparatio κατὰ γένος illi vocatur, ſciendum eſt, nec minus eos χωρισμοὺς aliarum partium qui locis diſparantur, κατὰ γένος fieri penes Platonem. Quinimmo & κατὰ γένος quoque illas ſeparari partes alii interpretantur quæ ſola proprietate differunt inter ſe, ut in ſequentibus dicturi ſumus. Hinc τριγενῆ ψυχὴν Clemens Alexandrinus eſſe dicit ab ea partitione triplici, rationalis, iraſcibilis, & concupiſcibilis. Plato qui τριάδα illam animæ pariter cum Ariſtotele ſtatuit, partem in qua ineſt ratio, & quam mortis expertē etiam, ut hic, eſſe vult, non alia ratione diſtinguit à cęteris quā τοπικῷ χωρισμῷ, qui & γενικὸς ipſi, ut infra dicā, dicitur. Sed nec minus γενικὸς χωρισμὸς, ut dicimus, qui eas dividit ac ſeiungit ſola proprietatis & ἐνεργείας ratione. Idem Stagirites paulo ante duplicem hunc modo χωρισμὸν propoſuit , qui τόπῳ fit, & qui λόγῳ, in explicanda differentia quæ inter partē animæ cogitativam, & reliquas intercederet : περὶ δὲ τοῦ μορίου τοῦ ψυχῆς, ᾧ γινώσκει τε ἡ ψυχὴ καὶ φρονεῖ, εἴτε χωριστοῦ ὄντος, εἴτε καὶ μὴ χωριστοῦ κατὰ μέγεθος, ἀλλὰ κατὰ λόγον, σκεπτέον

τίν' ἔχει διαφοράν. *De animæ vero portione qua cognoſcit, & ſapit, ſive ſeparabilis ſive non ſit magnitudine, ſed tantummodo ratione, diſpiciendum quam habeat differentiam.* Χωριστὸν κατὰ μέγεθος hic appellat quod in aliis locis χωριστὸν τόπῳ, aut κατὰ τόπον vocavit. Aliis χωριστὸν κατὰ ποσὸν dicitur, quod ſit cum certum ſpatium & quantitatem ſubiectæ ſubſtantiæ vis animi certa inſidet, & occupat. Sic idem plane eſt, τὸ κατὰ τόπον χωριστὸν, & τὸ κατὰ ποσὸν, & τὸ κατὰ μέγεθος. Hinc diverſus χωρισμὸς, qui κατὰ λόγον vocatur, ſolaque cogitatione intelligitur, cum in eodem nempe ſubiecto plures facultates vireſque animi emicant. His duobus propoſitis modis χωρισμοῦ in animi parte quæ cognoſcendi ac ſapiendi vim habet, utrum hoc an illo modo ab aliis partibus habeatur ſeparata, quis non expectaſſet hanc vel illam ſeparationis ſpeciem ab Ariſtotele inferri? Ita ſane videbatur debuiſſe. Quærebat enim tantum, utrum λόγῳ, an τόπῳ vel μεγέθει, hæc vis cognoſcendi ſapiendique in animo ab aliis eſſet diſcluſa ac ſegregata animi partibus ac viribus. Σκεπτέον, inquit, περὶ δὲ μορίου ψυχῆς, ᾧ γινώσκει καὶ φρονεῖ ἡ ψυχὴ, πότερον χωριστόν ἐστι κατὰ μέγεθος, ἢ κατὰ λόγον. At dubium ſolvit & reſpondet de tertio atque in totum alio χωρισμοῦ genere, τὸ μὲν αἰσθητικὸν οὐκ ἄνευ σώματος, ὁ δὲ νοῦς χωριστός. Quod ſentiendi vis non opus ſuum peragit abſque corpore, non minus tamen in illa locum habet dubitatio quam paulo ante propoſuit in ſapiendi facultate, λόγῳ an τόπῳ ab aliis diſcreta ſit facultatibus. Non igitur nodum ſolvit, cum dicit, ſenſualem poteſtatem non ſine corporis miniſterio munere ſuo fungi. Nam ſemper quærendum reſtat, utrum tam ſentiendi facultas, quam cogitandi, invicem τόπῳ, an λόγῳ ſint χωρισταί. Hoc enim in quæſtionem tantum deduxerat. Nunc cum reſpondeat, τὸ αἰσθητικὸν quidem non eſſe nec fieri ſine corpore, mentem vero animi eſſe χωριστὴν, de neutro ſeiunctionis modo, quam in quæſtione poſuerat, intellexit. Nam & ipſa δύναμις αἰσθητικὴ aut hoc aut illo modo ab aliis δυνάμεσι ſeparanda videri debet, λόγῳ nimirum, aut τόπῳ. Nunc cum inferat, τὸ αἰσθητικὸν οὐκ εἶναι ἄνευ σώματος, νοῦν δὲ χωριστὸν, de alio loquitur χωρισμοῦ modo. Hoc plane apparet eum voluiſſe, mentem animi, quam partem animi exponit, ᾧ διανοεῖται καὶ ὑπολαμβάνει ἡ ψυχὴ, *qua cogitat & opinatur anima*, abſque organo munus ſuum implere, & ſic à corpore eſſe abductam ac ſegregatam ſecretamque, dum, quod ſuum eſt, agit. Hæc eadem fuit Ariſtonis Chii ſententia. Cum duplex animi ſit vis, qua aliquid apprehen-

prehendit, ac percipit, altera ſentiendi, altera intelligendi, eam quæ ſenſibus utitur ad rerum comprehenſionem, ab aliquo ſenſus inſtrumento corporeo ut plurimum moveri, eam vero qua intelligimus, per ſe id quod agit exequi, & ſine ullius inſtrumenti ex corpore miniſterio. Porphyrius in libro de Animæ facultatibus: Ἀρίστων ἀντιληπτικὴν δύναμιν τῆς ψυχῆς θέμενος ταύτην διαιρεῖ εἰς δύο, τὸ μὲν τοι μέρος φάσκων μετά τινος τῶν αἰσθητηρίων ὡς τὰ πολλὰ κινεῖσθαι, ὃ αἰσθητικὸν καλεῖ, ἀρχὴν καὶ πηγὴν ὑπάρχον τῶν κατὰ μέρος αἰσθήσεων, τὸ δὲ ἀεὶ καθ' ἑαυτὸ καὶ χωρὶς ὀργάνων, ὃ ἐπὶ τῶν ἀλόγων οὐκ ὠνομάσθαι, ἢ γὰρ ὅλως οὐκ εἶναι ἐν αὐτοῖς, ἢ τελέως ἀσθενὲς καὶ ἀμυδρὸν ἄγαν, ἐν δὲ τοῖς λογικοῖς, ἐν οἷς δὴ μάλιστα μόνοις φαίνεται, νοῦν προσαγορεύεσθαι. *Ariſto animi facultatem qua apprehendit, duplicem facit. Et partem quidem eius ait cum aliquo organo ut plurimum moveri, quam ſenſualem appellat, quæ principium ſit ac fons omnium particularium ſenſuum. Alteram vero quæ ipſa per ſe & abſque organis res comprehendit, in animalibus rationis expertibus carere nomine, quia vel in totum in illis non eſt, vel tenuis admodum & imbecilla. In ratione autem præditis in quibus maxime cernitur, mentem vocari.* In quibus verbis notabis obiter, facultates illas animi duas, ſenſitivam & intellectivam, ab Ariſtone partes, id eſt, μέρη vocatas eſſe, qui animæ vim ἀντιληπτικὴν in duo μέρη ſic dividebat, ut tamen ea μέρη nollet eſſe formas diverſas ſubſtantiaſve, ſed nomina tantum facultatum. Fruſtra igitur Porphyrius in diſtinctione vocum μέρος & δύναμις, proprie μέρος dici vult, & eo nomine ἀπὸ τῆς δυνάμεως diſtingui, ὅτι τὸ μέρος ἐκβέβηκεν κατὰ γένος τὸ χαρακτηρικὸν τοῦ ἄλλου μέρους. *Quod pars diverſam genere præferat formam ab alia parte.* Nam & μέρος ab antiquis philoſophis, ipſoque Ariſtotele paſſim videmus appellari facultatem animæ quæ non differt ab alia facultate niſi λόγῳ, ac proprietate, non etiam ſubſtantiæ ac formæ diverſitate Κατὰ γένος quidem differt mens à ſenſu vel ſentiendi vi, ſed ipſa ſentiendi vis ab aliis animæ virtutibus vel ſecundum Ariſtotelem non diſtat niſi intellectu, quas tamen facultates μέρη ipſe ubique vocat, & μέρη quidem κατὰ δυνάμεις, ad diſtinctionem τῶν μερῶν κατὰ γένος, & κατ' οὐσίαν. Ariſto autem ille qui, ut Ariſtoteles, τὸν νοῦν ſine inſtrumento corporis intelligere dixit, & ipſe Stoicus fuit, ſed in multis à Porticu deſcivit, & propriam αἵρεσιν condidit, quibus nomen Ἀριστώνειοι. Non aliter igitur ea Ariſtoteles verba de ſeiunctione mentis à corpore, & à reliquis animæ facultatibus diſtinctione, eſſe accipienda Ariſto, qui idem

ſenſit,

ſenſit, oſtendit: τὸ μὲν γὰρ αἰσθητικὸν οὐκ ἄνευ σώματος, ὁ δὲ νοῦς χωριστός. Nempe χωριστὸς ἀπὸ τοῦ σώματος in opere ſuo agendo, quia id exequitur abſque organo corporis. Sed quomodo χωριστὸς à reliquis animæ facultatibus? An τῷ λόγῳ, ac δυνάμει? Immo hanc ſolam facultatem excepit Ariſtoteles quæ ab aliis non diſtingueretur τῷ λόγῳ. Hanc enim dubitandi cauſam ex ſola iſta facultate ſumpſit, quod non omnes λόγῳ inter ſe diſparatæ eſſent. An igitur τόπῳ? Hic ex duobus χωρισμοῖς quos poſuerat, reſtabat deligendus, quem proprium τῆς νοητικῆς faceret. Sed nec convenit. Nam cæteræ facultates, cum eas, certum corporis locum, quaſi ſibi deſtinatum ſingulas occupare neget, quæ per totum diffuſæ ſint, non poſſunt dici invicem locis diſcrepare. Multo minus de intelligentia id aſſeratur, quam ἐν τόπῳ eſſe videtur negare, dum functionem ei ſuam extra corpus attribuit, ut pote quam ſine miniſterio ullius partis corporis impleat. Quomodo igitur ab aliis facultatibus animi diſtinguetur, ſi neque λόγῳ neque τόπῳ ab his differet? Κατὰ γένος illa erit nominanda differentia. Ita certe nominat ipſe ubi τὸ νοητικὸν, ἕτερον γένος εἶναι τῆς ψυχῆς eſſe dicit. Sed an alia ſit anima, ut inde duæ ſint in homine animæ conſtituendæ, quæſtio eſt, quæ mox erit ſolvenda. Nunc doceamus non aliter χωριστὸν à corpore νοῦν intellexiſſe Ariſtotelem, quam quia non utitur inſtrumento corporis in exerenda ſua vi, atque exercendo ſuo munere. Τὸ μὲν αἰσθητικὸν, inquit, οὐκ ἄνευ σώματος, *Sentiendi facultas non eſt ſine corpore*, id eſt, res non apprehendit ſine inſtrumento corporis. Ergo τὸ νοητικὸν ἄνευ σώματος. Hoc eſt, quod dicit, ὁ δὲ νοῦς χωριστὸς, *mens a corpore ſeparabilis.* Ideo eſt ſeparabilis quia à corpore ſeſe abducit ac ſegregat, ut partes ſuas agat. Quod non facit τὸ αἰσθητικόν. Cum enim cogatur uti corpore ad ſentiendum, non eſt χωριστόν. Immo corpori immixtum quod ſuæ eſt facultatis operatur, quia per corpus illa operatio procedit. Mens autem cui organo corporis uti non eſt neceſſe, quia ſine corpore opera eius eminet, à corpore ſe ſubducit, ut agat. Sic τὸ νοητικὸν χωριστὸν, τὸ αἰσθητικὸν ἀχώριστον. Ariſtoteles ita ſe intellexiſſe mentis ſeparationem à corpore fieri, quia non utatur organo corporis ad percipienda quæ vult, atque intelligenda, his verbis diſertiſſime declarat: Λέγω δὲ νοῦν, ᾧ διανοεῖται καὶ ὑπολαμβάνει ἡ ψυχὴ, οὐδέν ἐστιν ἐνεργείᾳ τῶν ὄντων πρὶν νοεῖν. διὸ οὐδὲ μεμίχθαι εὔλογον αὐτὸν τῷ σώματι. Ποιὸς γὰρ ἄν τις γίγνοιτο, θερμὸς ἢ ψυχρὸς, κἂν ὄργανόν τι εἴη, ὥσπερ τῷ αἰσθητικῷ.

Nullum

Nullum eſſe *ὄργανον τῷ νοητικῷ*, ut eſt *τῷ αἰσθητικῷ*, clarè docet. Nec opinio hæc Ariſtotelis peculiaris, quam videmus & ipſi cum Ariſtone eſſe communem, mentem ſcilicet abſque organo operari. Quam & Peripatetici poſtea omnes amplexi ſunt, apud quos ita hæc duo, *αἴσθησις* ac *νοῦς*, ſenſus & intelligentia, pro norma ac regula rerum cognoſcendarum ac diiudicandarum ponuntur, ut ſenſus inſtrumenti vicem habeant, intelligētia artificis. Sextus Empiricus de Peripateticis: *φαίνεται οὖν ἐκ τῶν εἰρημένων πρῶτα κριτήρια τῆς τῶν πραγμάτων γνώσεως, ἥ τε αἴσθησις καὶ ὁ νοῦς, ἡ μὲν ὄργανον τρόπου ἔχουσα, ὁ δὲ τεχνίτου.* Atqui ſi ſenſus organum eſt mentis, quę locum obtinet artificis, cum ſenſus ita corpore immixtus, & immerſus ſit, ut plane corporeus dicendus videatur, mens quæ illo organo utitur, non agit ſine corpore, quia corporeum adhibet inſtrumentum. Immo aliud eſt corpus, aliud ſenſus in corpore. Vis ſentiendi una eſt animæ partium, quæ non agit aut patitur ſine corpore, aut organo corporis, ſive per totum fuſa ſit, ut tactus ſenſus, ſive certa in corpore *ὀργανικὰ μόρια* obtineat, ut viſus, auditus, odoratus, & guſtus. Hic non fit ſine lingua, ut nec viſus ſine oculis, odoratus ſine naſo, & ſic alia. Partes illæ corporis, organa ſunt earum animæ facultatum quæ ſentiendi vim habent. At mens animi nullum habet organum in corpore, nec ullum tale adhibet in operationibus ſuis. Si advocat adiutorium ſenſuum, ſine quibus vix poteſt agere, ſenſus vel ſenſitiva vis non eſt corpus, ſed animæ facultas in corpore. Ut per corpus agit vis ſentiendi quæ eſt in corpore, ita per vim ſentiendi agit mens quæ eſt in anima. Quæ pluribus infra explicabimus ubi de mentis ſive intellectus atque animæ differentia diſſeremus. Nec alia fuit Platonis ſententia, cum animam in corpore, mentem in anima conſtitutam eſſe dixit: *διὰ δὴ τὸν λογισμὸν τόνδε, νοῦν μὲν ἐν ψυχῇ, ψυχὴν δὲ ἐν τῷ σώματι συνιστάς, τὸ πᾶν συνετεκταίνετο, ὅ, τι κάλλιστον ἂν εἴη κατὰ φύσιν, ἄριστόν τε ἔργον ἀπειργασμένος.* Nec alienum eſt quod habetur apud Philonem, qui Plato alter fuit non tantum ſermone ſed etiam doctrina, mentem eſſe animæ animam, in lib. 1. de Mundi opificio: *Ἐπὶ δὲ πᾶσιν, ὡς ἐλέχθη, τὸν ἄνθρωπον, ᾧ νοῦν ἐξαίρετον ἐδωρεῖτο, ψυχῆς τινα ψυχὴν, καθάπερ κόρην ὀφθαλμῷ.* *Præcipuam illi mentem largitus eſt, quaſi animam animæ, ut pupillam oculo.* Sciendum tamen eſt eam mentis partem quæ utitur animæ facultatibus, uti ſentiente, ad operationes ſuas edendas, diverſam ab illa ſtatui quæ ſupra eas ſeſe exerit, & prorſus ab his ſe abducit, ac ſecernit, nihil indigens illarum

larum miniſterio & præſidio. Hunc θεωρητικὸν νοῦν appellat, illum πρακτικόν. Tertium adhuc genus agnoſcit, quem παθητικὸν νοῦν vocavit. Verum de his infra. Cum hic igitur νοῦν καὶ θεωρητικὴν δύναμιν aliud genus animæ eſſe dicit Ariſtoteles, & proinde χωριστὸν, non de practico intelligi debere notavit Simplicius, quem definit λόγον χρώμενον ζωαῖς, ἤγουν δυνάμεσι ψυχικαῖς, ἀλλὰ οὐκ ἐξ αὐτῶν συνεστῶτα. Mentis partem ſive rationem, quæ utitur tanquam inſtrumentis, aliis animæ facultatibus, non tamen ex his conſtat. Ut autem, inquit, ſciamus non de hoc πρακτικῷ νῷ velle loqui, ſed de eo qui ſit ὑπὲρ τὴν ψυχῆς οὐσίαν & prorſus ab illa χωριστὸς, facultatem ei attribuit contemplativam: ἵνα τὸν μηδὲ χρώμενον αὐταῖς δηλώσῃ λόγον, νοῦν τε αὐτὸν καλεῖ, καὶ θεωρητικὴν αὐτῷ ἀποδίδωσιν δύναμιν. Sed falli puto Simplicium. Non enim vis contemplativa huic mentis ſpeciei ab Ariſtotele tribuitur cum νοῦν, καὶ θεωρητικὴν δύναμιν appellat. Certe nec talis loquendi modus eius genio convenit, ut pro mente contemplativa, ſi de ea hic intelligeret ſola, νοῦν καὶ θεωρητικὴν δύναμιν dixerit. Potius dixiſſet, νοῦν θεωρητικὸν, aut ſimpliciter θεωρητικὴν δύναμιν. Nunc cum dicat νοῦν, καὶ θεωρητικὴν δύναμιν, certum eſt utramque mentis ſpeciem comprehendiſſe, τὸν πρακτικὸν νοῦν, καὶ τὸν θεωρητικόν. Nam per θεωρητικὴν δύναμιν, ſine dubio intellexit τὸν νοῦν θεωρητικόν. Quem autem νοῦν abſolutè vocavit, is eſt πρακτικὸς, qui in pluribus eſt hominibus prudentibus, cum θεωρητικὸς in paucis reperiatur, ac ſolis ſapientibus. At νοῦς πρακτικὸς etiam ſine organis corporis cogitat & opinatur, & quæ facienda ſunt diſquirit ac iudicat. Et ſic talis mentis agitatio etiam ſi utatur ταῖς ζωαῖς ἀλόγοις, ut ait Simplicius, id eſt, ſenſuum miniſterio, non tamen corpore ipſo tanquam inſtrumento uti cenſenda eſt. Ideo & χωριστὸς eſt hic νοῦς haud ſecus atque ille qui per contemplationem res ſuas agit, etſi hic θεωρητικὸς magis videatur χωρίζεσθαι. At Simplicius de ſolo θεωρητικῷ intelligi vult hunc χωρισμὸν, de ea ſeparatione accipiens & abductione mentis quæ fit ab omnibus ſentientis facultatis viribus, non tantum à corporis inſtrumento. Nam πρακτικὸς νοῦς exit quidem ipſe & removet ſe ab omni corporis organo dum ſuas functiones exequitur, ſed non in totum ab ſentientis facultatis viribus ſegregatur, quin potius illas ad eundem uſum ſibi adhibet, ut inſtrumenta ſolet artifex. Νοῦς vero θεωρητικὸς etiam iſtas ſupervolat, & prorſus ab his ſeſe quam longiſſime ſubducit. Non tamen, ut dixi, de ea tantum

mentis

mentis ſpecie hic accipiendus Ariſtoteles, ſed de altera quam πρακτικὸν νοῦν appellat alibi, & ſæpe etiam abſolute νοῦν. At per θεωρητικὴν δύναμιν, mentis eam ſpeciem deſignavit quæ in contemplatione dedita eſt, & ad ſolos pertinet ſapientes. In hoc eodem libro de Anima III. cap. IV. cum dicit, τὸ μὲν γὰρ αἰσθητικὸν οὐκ ἄνευ σώματος, ὁ δὲ νοῦς χωριστός, de utraque mentis forma plane ſenſit, ut paulo ante explicavit, his verbis: ὁ ἄρα καλούμενος τῆς ψυχῆς νοῦς, λέγω δὲ νοῦν, ᾧ διανοεῖται, καὶ ὑπολαμβάνει ἡ ψυχή. *Dico autem mentem qua cogitat, & opinatur animus.* Atque hæc eſt mens quam paulo poſt eo nomine diſtinguit à ſentiente facultate, quod hæc non agat ſine corpore, ὁ δὲ νοῦς χωριστός. Mentis autem illud genus quod opinatur, id eſt, ὑπολαμβάνει, non eſt θεωρητικὸς νοῦς, ſed πρακτικός. In ſexto quippe Nicomachiorum, partem animę rationalem in duas partes ſubdividit, in eam facultatem quæ in his cognoſcendis & contemplandis occupatur quæ aliter ſeſe habere non poſſunt, & eam cui ponitur opera in his intelligendis quæ ſubinde mutantur. Illam θεωρητικὴν διάνοιαν, hanc πρακτικὴν vocat. Διάνοια hic idem quod νοῦς. Nam in tertio de Anima νοῦν ſe dicere ait, ᾧ διανοεῖται καὶ ὑπολαμβάνει ἡ ψυχή. Alias docebimus infra quid diſtet νοῦς ἀπὸ τῆς διανοίας. Non igitur eſt dubium quin per νοῦν & θεωρητικὴν δύναμιν hic Ariſtoteles ſignificarit utramque mentis ſpeciem in quas diviſit partem animæ rationalem. Eam porro ſic toto genere ab anima differre dicit, aut aliud genus animæ eſſe, quatenus differt mortale ab immortali. ἀλλ' ἔοικε ψυχῆς γένος ἕτερον εἶναι, καὶ τοῦτο μόνον ἐνδέχεται χωρίζεσθαι, καθάπερ τὸ ἀΐδιον τοῦ φθαρτοῦ. Ergo de tota anima rationali neceſſario ille locus intelligendus. Quã animã rationalem cum in Ethicis in duas partes diviſerit, εἰς νοῦν πρακτικὸν, καὶ εἰς νοῦν θεωρητικὸν, haud ambigi debet quin hic nominando νοῦν καὶ θεωρητικὴν δύναμιν duas illas ſpecies mentis cõplecti voluerit, ex quibus conſtat anima rationalis. Hinc νοητικὴν ψυχὴν eam uno verbo appellat libro II. cap. III. De generatione Animalium, quæ alibi apud ipſum, & aliis, eſt λογικὴ ψυχή. Ea rationalis anima, quę & νοητική, quã & proinde ibidẽ diſtinguit ἀπὸ τῆς αἰσθητικῆς ψυχῆς, & φυτικῆς ſive θρεπτικῆς, duplici mentis genere conſtat, τῇ πρακτικῇ καὶ θεωρητικῇ διανοίᾳ, quę non invicẽ differunt, niſi ἐνεργείᾳ, ut inferius ſumus dicturi. Quatenus igitur eſt immortalis hæc νοητικὴ ſive λογικὴ ψυχὴ, alio etiam modo quã quo ſupra diximus χωριστὴ poteſt dici. Mortalis quippe animæ ſpecies qualis eſt in beſtiis tota, in homine pars, quia ſimul cum corpore in-

 terit,

terit, non ſeparatur à corpore, nec ab eo ſecluditur. At quæ immortalis eſt, in morte corporis ab eo egreditur ac recedit, & ſic per ſe ſubſiſtit. Ergo duplici modo τὸ χωριστὸν de anima rationali, & animi mente apud Ariſtotelem accipitur. Anima rationalis poſt corporis interitum ex vi ſubſtantiæ propriæ χωριστή eſt, quia à corpore diſcedit, cum cæteræ animæ vegetatricis & ſentientis facultates ἀχώριστοι ſint, & una cum corpore intereant. At mens animi dum quæ æterna ſunt contemplatur, aut etiam dum res alias cognoſcit ac diiudicat, ἐνεργείᾳ ipſa à corpore ſeparatur, quatenus & ſupra ipſum ſeſe exerit, & corporis organis non utitur ad functiones ſuas exequendas. Contemplatio quippe & cogitatio, ratiocinatioque χωρισταί εἰσιν ἐνέργειαι. Et contemplatio quidem quæ propria eſt ἐνέργεια mentis θεωρητικῆς, prorſus ab omnibus facultatibus animæ ſenſualis ſubmota eſt. Ratiocinatio autem ſive λογισμὸς, quæ ἐνέργεια eſt mentis practicæ, munus ſuum obit ſine organo corporis, quamvis utatur iis animæ facultatibus adminiſtris quæ non agunt citra corporale inſtrumentum, & ſic etiam à corpore χωριστὴ cenſeri poteſt. Plerique veterum philoſophorum cum de illa Peripateticorum opinione differunt, utramque mentis ſpeciem confundunt, ut Sextus Empiricus Adverſus Mathematicos. Qua de re erit in ſequentibus agendum. Ariſtoteles de illa mentis ſeparatione quæ poſt mortem fit à corpore, ita ſcribit lib. III. de Anima cap. v. χωρισθεὶς δέ ἐστι μόνον τοῦτο ὅπερ ἐστί, καὶ τοῦτο μόνον ἀθάνατον καὶ ἀΐδιον. In libro tamen ſecundo cap. II. quem hic explicamus, videtur dubitare de eius æternitate: ἀλλ᾽ ἔοικε ψυχῆς γένος ἕτερον εἶναι, καὶ τοῦτο μόνον ἐνδέχεται χωρίζεσθαι, καθάπερ τὸ ἀΐδιον τοῦ φθαρτοῦ. *Hoc genus, inquit, animi quod mente & contemplativa facultate conſtat, videtur aliud animæ genus eſſe, & hoc ſolum fieri poteſt ut ſeparetur ab alia animæ portione, quemadmodum ſolet quod æternum eſt à mortali.* Quidquid dicat Simplicius, hæc tanquam à dubitante proferuntur, non affirmante. Quod non ſolum verbum ἔοικε teſtatur, ſed multo magis illud ἐνδέχεται. Notum eſt enim quid ſit τὸ ἐνδεχόμενον apud eumdem philoſophum & quomodo opponatur τῷ ἀναγκαίῳ. Hoc neceſſario verum eſt. At quod ἐνδέχεται, recipit dubitationem utrum ſit an non ſit, & poteſt eſſe & non eſſe. Idem in prioribus Analyticis: λέγω δ᾽ ἐνδέχεσθαι καὶ τὸ ἐνδεχόμενον, οὗ μὴ ὄντος ἀναγκαίου, τεθέντος δ᾽ ὑπάρχειν, οὐδὲν ἔσται διὰ τοῦτο ἀδύνατον. Ergo hic quod ἐνδέχεται χωρί-

ζεσθαι

ζεσθαι, non neceſſario huiuſmodi eſt, ut omnino credi debeat ita eſſe ſeparabile. Nec recte Philoponus ad hunc locum τὸν νοῦν καὶ θεωρητικὴν δύναμιν de uno genere intelligentiæ interpretatur, qui eſt νοῦς θεωρητικός. Quod eſt falſiſſimum, ut ex his quæ diximus conſtat. Rationem affert, quia intelligentia πρακτικὴ non eſt poſt mortem. Ergo ſola contemplativa χωριστὴ, & ſeparabilis à corpore, ut pote immortalis. Sed in eo errat cum omnibus qui eum ſequuti ſunt, quod putet, χωρίζεσθαι de illo χωρισμῷ accipiendum, qui mentem à corpore ſeparat, manſuram & æternam, à mortali & interituro. Ἐναργῶς, inquit, πάλιν διὰ τούτου καὶ ἑτέρας οὐσίας εἶναι τὸν νοῦν καὶ χωριστὸν εἶναι τοῦ σώματος καὶ ἀθάνατον ἀπεφήνατο, διὰ δὲ τοῦ εἰπεῖν ὅτι ἕτερον εἶναι ψυχῆς τὸν νοῦν, ἔδειξεν ὅτι ὁμώνυμόν ἐστι τὸ τῆς ψυχῆς ὄνομα, εἶτα ὅτι ὁ μὲν νοῦς μόνος χωριστὴν ἔχει τὴν οὐσίαν, ἡ δὲ λοιπὴ ψυχὴ πᾶσα ἀχώριστον. Nihil minus quam hoc voluiſſe Ariſtotelem, iam oſtendam. Non χωριστὴν οὐσίαν ab reliqua anima mentem habere dixit, ſed ſolam ἐνέργειαν. Propoſuit paulo ante dubitationem utrum partes animæ, τὰ μόρια ψυχῆς, locis invicem in corpore ſeparata forent, an ſola cogitatione, χωριστὰ τόπῳ ἢ λόγῳ μόνον. Difficilem & impeditam in quibuſdam partibus huius dubii ſolutionem videri ait, in aliis ſatis facilem & expeditam. Non de ſeparatione loquitur quę fit poſt mortem, corporis & animæ, ſed de ſeiunctione partium ſeu facultatum animæ quamdiu eſt in corpore adhuc vivente. Cum enim plerique cenſuerint, eas partes animæ non ſolum per facultates ac proprietates invicem diſiungi, ſed etiam locis & quaſi limitibus diſcludi ac diſterminari, hanc eorum ſententiam non potuit probare Ariſtoteles. Et facillimum quidem eſſe ſolvere quæſtionem in aliis partibus, ut pote quas clarum eſſet non τόπῳ dividi, ſed tantum λόγῳ. In ſolis animæ rationalis facultatibus διανοητικαῖς, hoc eſt, intelligentia, & νῷ πρακτικῷ, ac facultate contemplativa, obſcurius eſſe quomodo ab aliis animę partibus differant, utrum τόπῳ an λόγῳ, an aliquo alio, & ab utroq; diverſo. Apparet ex his, non aliam ſubſtantiam menti voluiſſe attribuere quam reliquæ animæ, cum tanquam partem animæ rationalis has duas facultates agnoſcat, τὸν νοῦν, id eſt, τὴν πρακτικὴν, & τὴν θεωρητικὴν δύναμιν. Quæ facultates non duas mentes faciunt, ſed unam, quæ verſatur circa diverſa obiecta. Nam fine eas tantum dixit differre, non ſubiecto. Nec ad rem pertinet utrum νοῦς πρακτικὸς poſt mortem non maneat, cum loquatur hic de facultatibus animæ atque animi quæ in corpore

adhuc animato vigent, ac vivo. Certe & illa ipſa θεωρητικὴ δύναμις quam ſolam à morte reſtare volunt & à corpore ſeparari, non eodem modo nec eodem fini contemplabitur ubi à corpore prorſus erit ſeiuncta, ac dum in corpore agit, licet ſine corporis miniſterio. Satis eſt in totum, ſi teneatur mentem eſſe immortalem. Huius cum duæ ſint facultates quamdiu in corporis ergaſtulum concluſa eſt, una qua æterna ſpeculatur, altera qua de bonorum ac malorum fine deliberat, ex utraque mens componitur. Hæc πρακτικὴ, illa θεωρητικὴ δύναμις, vel etiam νοῦς πρακτικὸς & νοῦς θεωρητικός. Quæ duæ ſunt quaſi partes animæ rationalis. Quærit hic igitur Ariſtoteles quomodo hæc pars animæ rationalis ab altera parte animæ irrationali ſit χωριστὴ, utrum nimirum locali diſcluſione, an ſeparatione quæ mente tantum poſſit percipi. Hos enim duos initio propoſuit χωρισμοῦ modos quibus partes animæ invicem ſeparabiles viderentur. Improbata eorum ſententia qui locis eas diſcluderent, in cæteris non eſſe dubium quin λόγῳ tantum diſcernerentur, ſed in mentis duabus facultatibus quæ rationalem partem animæ conſtituerent non adeo proclive eſſe id definire. Tandem ait, videri eſſe aliud animæ genus, id eſt, genere differre à reliqua anima. Non enim aliud ſignificant hæc verba, ἀλλ᾽ ἔοικε ψυχῆς γένος ἕτερον εἶναι. Et dubitantis, ut dixi, non affirmantis hic ſermo eſt, ἔοικε, id eſt, δοκεῖ, φαίνεται, *videtur:* Et ridicule Simplicius πρέπει, exponit. Explicat ſtatim quomodo τὸ γένος differant hæ facultates animæ rationalis à facultatibus animæ irrationalis. *Καὶ τοῦτο μόνον ἐνδέχεται χωρίζεσθαι καθάπερ τὸ ἀΐδιον τοῦ φθαρτοῦ. Hanc ſolam animæ partem ita capit ſeparari, ut ſeparatur immortale à mortali:* Et hoc ita ponit, quaſi quod etiam aliter eſſe poſſit, nec ex omni neceſſitate verum ſit. Et ridiculus etiam hic Philoponus qui ἐξ ἀνάγκης ſubaudiendum eſſe dicit. Contraria enim hæc inter ſe, τὸ ἐνδεχόμενον, & τὸ ἐξ ἀνάγκης. Plato quidem etiam voluit aliud animæ genus mortale eſſe aliud immortale, & ſimiliter ut hic Ariſtoteles, aliud τὸ θνητὸν τῆς ψυχῆς γένος, aliud τὸ ἀθάνατον pronuntiavit. Sed quod ille tanquam veriſſimum affirmabat, hic tantum probabile, & quod etiam aliter poſſet eſſe, proponit. Ex ſententia igitur Ariſtotelis hoc loço animæ rationalis facultates intellectivæ ita ſeparantur, & aliæ ſunt ab facultatibus ſentientis, & vegetantis, ut veriſimile eſt rem immortalem à mortali ſeparari ac diſtingui. Primo hic notandum eſt, per νοῦν ac θεωρητικὴν δύναμιν

eum

eum intelligere totam ſubſtantiam intelligentis animæ, ſive rationalis. Deinde facultatem eam intellectivam animæ rationalis *μόριον*, & partem animæ totius quæ corpus informat, & dat *τὸ τί εἶναι* homini, ab eo ſtatui. Tertio *θεωρητικὴν δύναμιν* ſive *θεωρητικὸν νοῦν* eundem eſſe cum eo quem alibi *τὸν ἐνεργείᾳ νοῦν* appellat, qui & *ποιητικὸς* & *ἐνεργητικὸς* appellatur, quem vulgo in ſcholis *intellectum agentem* nominant. Hæc præſtructa, quæ & in ſequentibus confirmabimus, viam muniunt ad Ariſtotelis menté explanandam, quam interpretes veteres novique ſuis hariolationibus intricarunt. Præterea inde etiam planum fiet, quod maximi ad hanc quæſtionem de animæ partibus enodandam momenti eſt, non *καθ' οὐσίαν*, ſed *κατ' ἐνέργειαν* Ariſtoteli diſtingui ac ſeparari animam rationalem ab irrationali. Quam cum *χωριστὴν* dicat *κατὰ γένος*, aut, quod idem eſt, *ἕτερον γένος ψυχῆς εἶναι*, certum eſt tamen utramque ab eodem ſub unam *οὐσίαν* redigi, ex pluribus conſtantem facultatibus, ut infra pluribus expoſituri ſumus. Nec obſtat huic ſententiæ, quod ita eas invicem ait diſtare, ut differt immortale à mortali. Non enim utramque in corpore *κατ' ἰδίαν οὐσίαν* & *ὑπόστασιν* ſubſiſtere voluit, ſed utriuſque *ἐνέργειαν κατὰ γένος* diverſam eſſe. Intelligentis quippe animæ *ἐνέργεια* nihil habet commercii cum corpore, vel cum *σωματικῇ ἐνεργείᾳ*. At ſentientis animæ & vegetantis facultatum operationes non ſine corpore exercentur. Inde eſt inter utramque *φυσικὴ* operationum differentia. Quæ mox & ipſæ in plures ſpeciales *δυνάμεις* dividuntur, ut in ſequentibus dicemus. Ut autem hîc eas ſumma diviſione *κατὰ γένος* ita diſtingui docet, quomodo ęternum ab interituro diſcernitur, ſic & in Nicomachiis obiter, quantum ad rem, de qua ibi tractat, pertinere viſum eſt, idem utriuſque animæ diſcrimen attingit. Quo loco & dubitari poſſe ait, utrũ inter ſe hæc duo dividantur in anima, ut partes ſive membra in corpore, an vero ſola cogitatione duo ſint, de cætero naturam habeant inſeparabilem. Ita enim ſcribit de Anima lib. I. Nicomachiorum, cap. XIII. *λέγεται δὲ περὶ αὐτῆς καὶ ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις ἀρκούντως ἔνια, καὶ χρηστέον αὐτοῖς, οἷον τὸ μὲν ἄλογον αὐτῆς εἶναι, τὸ δὲ λόγον ἔχον. ταῦτα δὲ πότερον διώρισται καθάπερ τὰ τοῦ σώματος μόρια, καὶ πᾶν τὸ μεριστόν, ἢ τῷ λόγῳ δύο ἐστίν, ἀχώριστα πεφυκότα, καθάπερ ἐν τῇ περιφερείᾳ τὸ κυρτὸν καὶ τὸ κοῖλον, οὐδὲν διαφέρει πρὸς τὸ παρόν. Dicta ſunt & de illa quadam affatim nobis in ſermonibus quos apud extraneos habemus, quibus utendũ eſt: nempe, aliud eius eſſe quod caret ratione, aliud rationis*

nis particeps. Hæc vero , utrum ſic dividantur quomodo ſolent corporis membra & quidquid aliud dividuum eſt, an cogitatione duo ſint, natura ſua individua, ut in circumferentia aliud eſt convexum, aliud concavũ nihil ad uſum præſentem refert. Non definit in his utrum re unum ſint, cogitatione ſola diſtincta, rationale animæ & irrationale, an ita ſeparari per partes debeant ut corporis membra, & quæcunque alia ceu corporalia diviſionem reapſe recipiunt. At hoc loco lib. II. de Anima id quaſi definitum dat, nempe cæteras animæ facultates re eſſe individuas, cogitatione diviſibiles. Τὰ δὲ λοιπὰ μόρια τῆς ψυχῆς φανερὸν ἐκ τούτων ὅτι οὐκ ἔστι χωριστὰ, καθάπερ φασί τινες, τῷ δὲ λόγῳ ὅτι ἕτερα, φανερόν. De ſola rationali parte fatetur χωριστὴν eſſe. Quomodo? An τόπῳ, quandoquidem aliæ partes ſolo λόγῳ? At quod λόγῳ ſolo χωριστὸν, id habet philoſophus pro ἀχωρίστῳ, ut in circumferentia duæ eius partes ſolo λόγῳ ſunt diviſibiles, quod in ea concavum eſt & quod convexum, quæ natura ſua ἀχώριστα. Rationale & irrationale in anima τῷ γένει χωριστὰ eſſe vult, non tantummodo λόγῳ, ut quod æternum eſt ab eo quod fluxum & fragile. Nam in IX. τῶν μετὰ φυσικὰ dicit, τὸ φθαρτὸν, & τὸ ἄφθαρτον genere differre. Ergo rationale quod ἄφθαρτον eſt, differt genere ab irrationali quod eſt φθαρτόν. Quod κατὰ γένος differant, non propterea & τῇ οὐσίᾳ differre, quod quidam hic interpretes volunt, exiſtimandum eſt. Nam & rationale in duas partes iterum dividit, quæ eodem modo inter ſe differunt, quamvis ſubſtantia non ſint aliæ. In ſexto Nicomachiorum eius animæ partis quæ ratione eſt prædita, unam eſſe portionem docet qua contemplamur eiuſmodi res quarum cauſæ aliter ſe habere non poſſunt, alteram qua incerta & fortuita, τὰ ἀναγκαῖα, καὶ τὰ ἐνδεχόμενα. Atqui hæc inter ſe genere differunt. Ergo & partes illas intelligentis animæ quæ circa diſparia genere obiecta verſantur, genere differre neceſſe eſt. Non enim poſſunt ab eadem animi parte cognoſci quæ genere toto diſtant, ut ſunt τὰ ἐνδεχόμενα, & τὰ ἀναγκαῖα. Hæc differentia diviſit τὸν νοῦν πρακτικὸν, & τὸν νοῦν θεωρητικόν, quæ intelligentiæ duæ ſpecies genere inter ſe differunt. Duæ illæ porro partes animam rationalem componunt, quæ & ipſa genere differt ab irrationali, ut incorruptibile differt à corruptibili. De his ergo duabus partibus intellexit quibus conſtat animæ rationalis pars, cum dixit, περὶ δὲ τοῦ νοῦ, καὶ θεωρητικῆς δυνάμεως οὐδέπω φανερόν. Non enim, ut diximus, de ſola contemplativa mentis parte accipienda, quæ τῆς θεωρητικῆς

τικῆς

τικῆς δυνάμεως nomine ipſi dicta eſt, & νοῦν proprie de practico intellectu uſurpavit, cum tamen uterque νοῦς vulgo dicatur. Alexander Aphrodiſæus lib. II. de Anima, capite περὶ τῆς λογικῆς δυνάμεως, ubi eadem docuit quæ Ariſtoteles habet in ſexto Nicomachiorum, de duobus diverſis ὑποκειμένοις animæ rationalis, quæ duas genere differentes eius partes conſtituunt, hæc ſubiicit: διὸ καὶ τῶν τῆς λογικῆς ψυχῆς δυνάμεων ἡ μέν τις ἐστὶ δοξαστική, ἡ δὲ ἐπιστημονική. καλεῖται δὲ ἑκατέρα νοῦς. ἀλλ' ὁ μὲν πρακτικός τε καὶ δοξαστικὸς, καὶ βουλευτικὸς, ὃς ἀρχὴ τῆς πράξεως ὅταν ἡ βούλησίς τε καὶ ὄρεξις συνοδεύσῃ τοῖς ὑπ' αὐτοῦ κριθεῖσιν. ὁ δὲ ἐπιστημονικός τε καὶ θεωρητικός. *Quare ex duabus animæ rationalis facultatibus, altera eſt opinativa, altera ſcientialis. Vtraque intellectus nomine cenſetur. Sed unus quidem finem habet actionem, atque opinatur ac deliberat, principiumque eſt actionis, cum voluntas & appetitio iis quæ ab eo decreta fuerint conſenſerit, ac ſteterit: alter ſcientias conſectatur, & contemplationem.* Cum utrumque νοῦν vocari ſcribat Ariſtoteles in tertio libro de Anima, νοῦν à ſe proprie vocari qui πρακτικὸς eſt, his verbis apertè ſignificavit: ὁ ἄρα καλούμενος τῆς ψυχῆς νοῦς. λέγω δὲ νοῦν, ᾧ διανοεῖται καὶ ὑπολαμβάνει ἡ ψυχή. Non θεωρητικὸν, ſed πρακτικὸν & δοξαστικὸν νοῦν planè deſignat. Qui νοῦς δυνάμις eſt δοξαστικὴ animæ rationalis, ut alter qui vocatur θεωρητικὸς, θεωρητικὴ eiuſdem δυνάμις. Uterque intellectus re idem, facultate diverſus, ſive potius fine, ut idem alibi Ariſtoteles aſſerit. Per hanc ergo vim intelligentem, ſive mentem, ſive intellectum, anima rationalis immortalis eſt, & æterna Ariſtoteli. Si enim dum in corpore ipſo incluſus eſt, ſine corpore tamen, & extra corpus operationes ſuas exercet, quod aliæ animæ facultates non faciunt, quæ intra corpus tantum & cum corpore operantur, magnum ex eo duci poteſt argumentum, poſt corporis interitum reſtare eum poſſe, ac per ſe ſubſiſtere. Nam ſi corporis ope opus non habet in exercendis ſuis functionibus, etiam quamdiu in corpore manet, ita à corpore poteſt diſcedere, eo diſſoluto, ut ad ſubſiſtendum, & permanendum non ei ſit neceſſaria corporis compages. Non tamen ſubſtantiam habet ſeparatam à reliqua anima dum in corpore eſt, ſed ἐνέργειαν tantum τῷ γένει ab ἐνεργείᾳ reliquarum facultatum differentem. Ἐνέργεια ipſius à corpore ſeiuncta eſt, quia non utitur corporis inſtrumentis. Anima ſentiens & vegetabilis cum corpore coniunctas habent ἐνεργείας ſuas, quia non ſine corpore officium ſuum faciunt. Quæ in ſequentibus explanabuntur.

Ff

buntur. Sed priuſquam hanc abſolvam Animadverſionem, tribus verbis explicandum, quot modis τὸ χωριστὸν, & χωρίζεσθαι apud Ariſtotelem de partibus animæ vel facultatibus accipiatur. Trifariam apud eum id verbi accipi, certum eſt. Aut enim χωριστὸς νοῦς dicitur, cum mens à corpore quaſi ſeparata intelligitur, quando nimirum extra corpus, & ſine corporis organis opus ſuum exequitur. Idē animus χωριστὸς etiam vocatur, cum à corpore in morte diſcedit, ac ſic ab eo ſeparatur, ut non ſimul intereat, ſed per ſe ſcorſim ſubſiſtat. Sic mors dicitur χωρισμὸς animæ, & corporis. Quo nomine intelligebant Stoici, τὸ ἡγεμονικὸν ἀπὸ τοῦ σώματος χωρίζεσθαι. Denique χωριστὴ alia animæ facultas ab alia cenſetur, cum vel τόπῳ diſiungitur, ut Plato eas invicem diſcrevit, vel ſola proprietate diſtinguuntur invicem, quod Ariſtoteles voluit, qui eas λόγῳ potius quam τόπῳ aut πράγματι χωρίζεσθαι dixit, id eſt, cogitatione, non re, aut loco ſeparari.

An Ariſtoteles tres animas, vel duas, ſubſtantia differentes ponat. Quid in Exotericis ſuper eo ſenſerit. Obiter Exotericorum & Acroaticorum Philoſophi differentia explicata.

Persequamur quod cœpimus de partibus animæ, an totidem animæ ſint, abſolvere. Non enim parum ad morum ſcientiam hæc pars pertinet, diſpicere, utrum duæ ſint animæ, ſubſtantia ac forma diverſæ, an una. Nam qui duas pro una vel tres finxerunt animas, non alia ad hoc comminiſcendum ratione inducti ſunt, quam quod videretur ipſis à ratione prorſus alienum quod Stoicorum aſſerit dogma, qui appetitus ἀλόγους ex eadem animæ parte oriri faciunt quæ & λόγον habet. At iſti negant, in una, atque eadem, & indiviſibili eſſentia, poſſe ſimul eſſe contrarias appetitiones. Ergo neceſſario ſtatui debere diſtinctas ſubſtantias, hoc eſt, animas duas ſubſtantia diverſas. Ariſtoteles in explicanda mentis & animæ natura, quæ duas penes alios formas conſtituunt differentes, alteram aſſiſtentem, alteram informantem, adeo mentem ipſe ſuam obſcuravit, ut quid voluerit, vix videatur voluiſſe intelligi. Adhuc de eo certant ſummi in philoſophia viri. Veteres non minus in enodandis quæ mira induſtria magnus ille artifex complicavit, laborarunt.

runt. Quidam bona fide id agere aggreſſi ſunt, ut quid ille ſenſiſſet, aperire conarentur. Nonnulli quam de anima opinionem animo conceperant, eam ex Ariſtotelis verbis adſtruere tentarunt, quaſi & in eadem ille fuiſſet,quam ipſi defenderent,ſententia. Quod non difficile illis fuit obtinere,non ſolum ex ambiguitate dictorum Ariſtotelis, ſed etiam multo magis ex iſta eius inconſtantia, qua ipſe ſecum multis in locis videtur pugnare, dum quod alibi adſtruxit,alibi deſtruere deprehenditur. In primo libro de Anima Platonem carpit,quod alia animæ parte nos intelligere, alia concupiſcere dixerit. Ex eo enim ſequi,duas in homine animas eſſe, idque eſſe prorſus impoſſibile, quia multa inde abſurda conſequi neceſſe ſit. In libro ſequente fatetur, eam partem qua intelligimus, & contemplamur,τ νοῦν ϗ θεωρητικὴν δύναμιν,aliud animæ genus eſſe, ἕτερον γένος ψυχῆς. Quis non ex his putaret,duas animas ab illo poni? Rurſus in tertio de eadem Anima volumine, ait,longe plures poſſe dari animæ partes quam duas aut tres; quæ diviſio quibuſdam placeret. Ubi Platonem intelligi,interpretes obſervant, & verum eſt. Ex quibus perſpicuum eſt per *animæ partes*, non diverſas velle intelligi ſubſtantias, ſed facultates. Non iam itaque, ille qui in alia parte animæ intelligentiam eſſe docuerit, in alia concupiſcentiam, duas animas diſtinctas, & ſubſtantia alias, ſtatuere cenſendus ſit, ut Platonem feciſſe arguebat libro primo. Poſtremo quam ibidem in tertio reprehendit bipertitam vel tripertitam animæ diviſionem, eamdem in Ethicis tam Nicomachiis, quam quæ ad Eudemum,adhibet. In Nicomachiis ubi hac diviſione uſus eſt,etiam de anima dicit quærendum eſſe ei qui rem publicam gerit, & ſe de eadem accuratius, & quantum ad rem ſatis eſſet,ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις tractaſſe, quibus eſſet acquieſcendum. Non igitur in illis exotericis auditionibus aliud de animæ partibus ſenſerat aut diſputarat, quam quæ ibi in iis commentationibus de moribus ad Nicomachum,& Eudemum ſcripto mandavit. Sed qui ſunt illi ἐξωτερικοὶ λόγοι? Hoc explicandum eſſe pluribus videtur, ut teneamus utrum aliud de anima opinari ſolitus fuerit in Exotericis ſermonibus,atque in aliis ſcriptis,aut diſputationibus. Paraphraſtes Anonymus,quem nullo iudicio, qui primi ediderunt, Andronicum Philoſophum eſſe volunt, eas videtur intelligere diſſertationes quas viva voce habebat inter diſcipulos ambulando, quæ diſtinguerentur ab his quas literis ſolitus eſſet

 man-

mandare. Ita enim ſcribit: Περὶ ψυχῆς τοίνυν οὐ μόνον ἐν συγγράμμασιν, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ σώματος πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας ἀρχαίοντως εἴπομέν ἔνια, καὶ χρήσιον αὐτοῖς. Quæ falſa ſunt, & proinde arguunt non eſſe Andronici, & perperam inſcribi hoc nomen ei πραγματείᾳ. Qui eam primus publicavit, vellem argumenta illa omnia quæ ſe collegiſſe dicit ex antiquis Ariſtotelis interpretibus, quibus ab Andronico ſcriptam probare poſſet, in medium attuliſſet. Crederem tum fortaſſe quod vult. Sed certus ſum nulla afferri poſſe. Nihil quippe mihi occurrit ſcripta eorum pervolutanti, quod huius rei fidem vel tantulam facere queat. At cætera argumenta quæ produxit, nihili ſunt, ita invalida ſunt. Τὰ ἐξωτερικὰ ille Pſeudonymus Andronicus interpretatur, *diſſertationes viva voce habitas*, & proinde alias ab illis quæ in commentariis relictæ. Alia tinnit verus Andronicus apud Agellium lib. xx. cap. vi. qui ex illius philoſophi libro, quo diſcrimine τὰ ἐξωτερικὰ, & τὰ ἀκροατικὰ Ariſtotelis dicerentur, expoſuit. Non enim docet, eo limite fuiſſe diſtincta, quod hæc in ſcriptis eſſent, illa ore tantum pronuntiata. Utriuſque quippe generis ſermones, pariter & in commentarios referre, & in conventu iuvenum diſſerere Philoſophus conſueverat. Aliud igitur erat quo diſtinguebantur. Differebant inter ſe non tantum materia, ſed etiam tractandi methodo, & perſonarum quæ ad eas auditiones admittebantur, varietate, immo & tempore quo haberi utræque ſolitæ. Acroaticis, teſte Andronico, tempus matutinum in Lyceo dabat: Exotericis eodem in loco veſpertinum. Ad illas ſoli diſcipuli admiſſi, qui ἀκροαταὶ propriè dicti. Suidas: Ἀκροατὴς, ὁ μαθητής. Inde nomen ἀκροατικοῖς λόγοις. Ad has quæ Exotericæ appellatæ quibuſlibet intereſſe promiſcue permiſit? Et præter diſcipulos etiam populo patebant, nempe omnibus ἐξωτερικοῖς, id eſt, extraneis, iiſque qui ſe in eius diſciplinam non dederant. Illi enim quaſi domeſtici, & οἰκειακοὶ philoſophi fuere, cæteri omnes alieni, & ἐξωτερικοί. Ita certè hanc vocem philoſophus ſæpe uſurpat, ut ἐξωτερικὰ ἀγαθὰ, quæ & τὰ ἐκτὸς vocantur, *externa*, vel *extraria bona*, in Politicis lib. vii. cap. i. & ἐξωτερικαὶ πράξεις. Sed & ἐξωτερικοὶ pro alienigenis lib. ii. cap. x. οὔτε γὰρ ἐξωτερικοῖς ἀρχῆς κοινωνοῦσιν οἱ Κρῆτες. *Nec enim alienigenis imperia & magiſtratus communicant Cretenſes.* Perperam legitur apud Ariſtotelem in editis: ἐξωτερικῆς ἀρχῆς. Nec rectè interpretes: *Non enim externa habent imperia Cretes.* Immo, *non committunt ea externis.*

Nec

Nec melius Lambinus : *Nec cum ullo externo principatu habent commercium.* Cautius fecit Paraphraſtes, qui hæc omiſit. Sic enim παρέφρασε : *Neque alia eſt ratio cur in officio tot annos Periœci maneant, cum iam toties defecerint Hilotes. Niſi quod externum nuper didicerunt bellum.* Ubi illa in medio quæ apud philoſophum ? οὔτε γὰρ ἐξωτερικῆς ἀρχῆς κοινωνοῦσι. Officium boni paraphraſtæ eſt, mentem potius auctoris ſui expandere, quam verba cum ſenſu decurtâre, atque admutilare. Idem philoſophus alio loco in iiſdem de Rep. libris τὸ ἐξωτερικὸν oppoſuit τῷ οἰκείῳ his verbis : οἷς οὐκ εἰσιν ἐξωτερικαὶ πράξεις παρὰ τὰς οἰκείας αὐτῶν. Non propterea tamen ἐξωτερικαὶ commentationes, aut diatribæ Ariſtoteli dictæ ſunt, quæ ſemper extra artem quam tunc declarabat, & de qua diſſerebat, eſſent ſcriptæ, aut habitæ. Qua interpretatione nihil falſius. Immo ἐξωτερικοὶ philoſopho omnes, qui ab eius diſciplina eſſent alieni. Ἀκροαταὶ, diſcipuli, ipſius familiares, & οἰκεῖοι, eoque nomine τοῖς ἐξωτερικοῖς oppoſiti. Hæc igitur vera diſtinctio *Exotericarum*, & *Acroaticarum* auditionum ac diatribarum, quod hæ ad ἀκροατὰς ac diſcipulos eius tantum haberentur, illæ ad Exotericos & extraneos, extorreſque diſciplinæ ipſius, quos in huiuſmodi diſceptationibus, *Exotericis* inde appellatis, intereſſe volebat. Nam ad Acroaticas *non quemquam temere admittebat, niſi quorum ante ingenium & eruditionis elementa, atque in dicendo ſtudium laboremque exploraſſet.* Ita legendum apud Agellium ex optimo codice, ubi vulgo eſt, *nec ad eam rem quemquam temere mittebat.* Eædem quoque ἐσωτερικαὶ dicebantur, & ἀκροατικαὶ, quia diſcipulis interioris eius doctrinæ vitæque conſciis, familiaribus, ac pæne domeſticis ſolis eas dabat. *Familiares* vulgo philoſophorum appellatos eorum auditores ſectatoreſque, hoc eſt, οἰκείους, vel οἰκειακοὺς, & *Familias* pro ſectis, quis ignorat ? Cæteri omnes igitur ἐξωτερικοί. Sic tunicæ corpori propiores, quas Latini *interulas*, & *induſia*, quaſi *intuſia* vocarunt, Græcis ἐσωτερικοὶ χιτῶνες, ut contra ἐξωτερικὰ, ea omnia veſtimenta quæ ſuperiniiciebantur, ut pallia, ac togæ lacernæque. Sed & duo genera tunicarum, id eſt, χιτώνων fuere iiſdem Græcis : unum ἀπενδύτην vocabant, alterum ἐπενδύτην. Hæc erat tunica quæ ſuper interiorem, & ἀπενδύτην induebatur, quam *ſuperulam* & *ſuperariam* tunicam inde vocarunt Latini, Græci ἐξωτερικὸν χιτῶνα. Altera quæ ſub illa indutui, Latinis *interula* & *ſubucula*, Græcis ἐσωτερικὸς χιτών, Reſpectu quidam palliorum, & chlamydum.

mydum togarumque omnes tunicæ ἐσωπεριχαί. Sed & tunicæ ipſæ inter ſe hoc diſcrimine diſtinctæ, quod alii eſſent ἐξωπερικοὶ χιτῶνες, alii ἐσωπερικοί. De quibus in commentario de re veſtiaria. Inde ergo & *Exoterica* διατριβαὶ Ariſtotelis, quæ extraneis aliiſque quam diſciplinę eius domeſticis, & interioris doctrinę auditoribus erant deſtinatæ ac dicatæ. Agellius ex Andronico: *Illas vero Exotericas auditiones exercitiumque dicendi eodem in loco veſperi faciebat, eaſque vulgo iuvenibus ſine delectu præbebat: atque eum δειλινὸν περίπατον appellabat, illum alterum ſupra ἑωθινόν. Vtroque enim tempore ambulans diſſerebat. Libros quoque ſuos, earum omnium rerum commentarios, ſeorſum diviſit, ut alii Exoterici dicerentur, partim Acroatici.* Hoc primum diſcrimen ex perſonis. Secundum ex argumento & materia rerum quas in illis diſceptationibus ac diatribis tractabat, quod ſequebatur & perſonarum διαφορὰν. Nec enim veriſimile eſt, eaſdem ſelegiſſe materias diſceptandas atque ediſſertandas coram initiatis, & iis qui in doctrina ſua iam magnos profectus fecerant, & coram rudibus & inexercitatis, imperitiſque, hoc eſt, vulgo. Pro captu quippe auditorum difficiliora aut faciliora argumenta ſumebat tractanda in his aut illis dicendi ac diſſerendi exercitationibus. Nec ſolũ captus eorum, ſed etiam guſtus in eo rationem habebat. Hominibus rempublicam gerentibus, aut capeſſere volentibus, an intima philoſophiæ naturalis ſecreta aperuiſſet, omiſſa quæ magis ad eorum propoſitum faceret, moralium diſciplinarum, & politicarum tractatione? *Ergo*, ut notat ex Andronico Agellius, *Exoterica dicebantur quæ ad rhetoricas meditationes, facultatem argutiarum, civiliumque rerum conducebant.* At philoſophiæ ſtudium ſectantibus, & cognitionem rerum naturalium contemplationemque affectantibus, & iis qui ad hoc in diſciplinam eius ſeſe dediderant, auditoribus ſuis, in Acroaticis diſſertationibus, earum doctrinarum arcana tradebat. Idem Andronicus apud Agellium: *Acroatica autem vocabantur, in quibus philoſophia remotior ſubtiliorque agitabatur, quæque ad naturæ contemplationes, diſceptationeſve dialecticas pertinebant.* Quid ſi vel ipſius Ariſtotelis verbis hanc differentiam *Exotericarum*, & *Acroaticarum* exercitationum probabimus, numquid aliquid reſtabit quod ad eam rem deſideretur? In libro de moribus ad Eudemum, I. cap. VII. ἐπέσκεπται δὲ πολλοῖς περὶ αὐτῆς τρόποις, καὶ ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις, καὶ ἐν τοῖς κατὰ φιλοσοφίαν. Viden τοὺς κατὰ φιλοσοφίαν λόγους, opponi τοῖς ἐξωτερικοῖς? Vocat proprie φιλοσοφίαν ſtudium

ſtudium ſapientiæ, quæ poſita eſt in rerum naturalium ac divinarum cognitione ac meditatione. Nam qui huic rei ſtuderent, ſolos dici proprie *philoſophos* volebant, & vere σοφὺς, eoſdemque θεωρητικὺς, quorum inſtitutum & vitæ propoſitum ἡ σοφία, καὶ ἡ θεωρία. At πρακτικὸς βίος diverſus, in quo qui ſudarent, non σοφοὶ, ſed φρόνιμοι dicebantur, ut ipſe Ariſtoteles in Politicis adfirmat. Hinc etiã differentia τῦ θεωρητικῦ νῦ, & τῦ πρακτικῦ. Ariſtoteles de Rep.lib.VII. cap.II. πότερον ὁ πολιτικὸς καὶ πρακτικὸς βίος αἱρετὸς, ἢ μᾶλλον ὁ πάντων ἐκτὸς ἀπολελυμένος, οἷον θεωρητικός τις, ὃν μόνον τινές φασιν εἶναι φιλόσοφον. Ergo alia in Exotericis tradebat exercitationibus philoſophus, alia in Acroaticis. In illis quæ ad πρακτικὸν ac πολιτικὸν βίον pertinerent, docebat, in his quæ ad φιλόσοφον ac θεωρητικόν. Et inde artium ipſarum ſcientiarumque quas *diſcipulis* tradebat, aut *extraneis*, ἀκροαταῖς, ἢ ἐξωτερικοῖς, diviſio. Nam Rhetorica, Ethica, Politica, *Exoterica* diſciplinæ. *Acroaticæ* Dialectica, Phyſica, ἢ μετὰ φυσικά. Dialectica quippe ad verum inveniendum ac probandum, & à falſo dignoſcendum ſpectat, ac proinde philoſopho convenit. Rhetorica politico, cui ſæpe publice verba facienda, & plebis animi oratione demulcendi, ac permovendi. Agellius ex vero Andronico: *Commentationum ſuarum artiumque quas diſcipulis tradebat, Ariſtoteles philoſophus regis Alexandri magiſter duas ſpecies habuiſſe dicitur. Alia erant quæ nominabat Exoterica, alia quæ appellabat Acroatica.* In his ipſis tractandis non una dicendi ratione utebatur, ſed eas artes quas docebat in Exotericis diatribis, ut erant magis ad popularem uſum accommodatæ, ita ad popularem quoque captum plenius planiuſque diſceptabat, fuſiore ambitu omnia declarare, verbiſque circumvehi ſolitus. In Acroaticis quia res erat cum intelligentibus, & qui iam plurimum promoverant in diſcendi ſtudio, brevius obſcuriuſque ea inſinuabat, quaſi apud peritos ſingula ſignans potius quam latius expandens. Quod ex reſponſione eius ad Alexandri Epiſtolam quam ex Andronici libro produxit Agellius apparet. Cum enim apud magiſtrum per litteras conqueſtus eſſet diſcipulus & auditor quondam eius Rex ille, quod diſciplinas Acroaticas quibus ab eo eruditus foret, ſcriptis editis in vulgum dediſſet, & promiſcuas omnibus feciſſet, reſpondit, ita evulgatas librorum editione fuiſſe, ut tamen populo vix propterea paterent, propter ſtili nimirum, & argumenti obſcuritatem, ſolis iis qui eas audiverant, atq; ab ipſius ore doctoris cognove-

gnoverant, intelligenda. Ἴσθι οὖν αὐτοὺς καὶ ἐκδεδομένους, καὶ μὴ ἐκδεδομένους· ξυνετοὶ γάρ εἰσι μόνοις τοῖς ἡμῶν ἀκούσασι. *Scito igitur, & editos eos eſſe, & non editos: ſolis enim qui noſtris auditionibus interfuerunt, cognobiles ſunt.* Quid his manifeſtius? *Acroatica* igitur, ut ex his conſtat, ſcriptione non differebant ab *Exotericis*, ut fruſtra ſubditivus Andronicus in paraphraſi Ethicorum expoſuit, ſed rebus ipſis, & earum tractandarum ratione, perſonarumque præterea apud quos utraque differebantur, aut quibus ſcribebantur, diſcrimine. Utraque enim cum doceri viva voce, tum in commentarios referri ab auctore ſueta, ut in gratiam diverſorum, ita diverſo argumento ac ſtilo. Hinc ἐξωτερικωτέραν vocat philoſophus eiuſmodi diſquiſitionem quæ pleniore tractatu indigeret, ut ſolebat in Exotericis auditionibus & prælectionibus. De Rep. lib. I. cap. V. καὶ γὰρ ἐν τοῖς μὴ μετέχουσι ζωῆς ἐστί τις ἀρχή, οἷον ἁρμονίας, ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴσως ἐξωτερικωτέρας ἐστὶ σκέψεως. Inrerpretes omnes abſurdo prorſus, & alieno ſenſu hæc reddiderunt. Aliquis ita vertit: *Sed hæc quidem alienæ fortaſſis ſunt diſputationis.* Alius: *Sed hæc fortaſſe ſunt animadverſionis alienioris.* Alius: *Sed hæc fortaſſe minus ſunt huius quæſtionis propria, atque aliquando alieniora, & extra rem.* Expectabam aliquid doctius à paraphraſte, ſed ille priorum orbitam ſequutus, per aliena plane inceſſit veſtigia. *Quamquam iſta*, inquit, *forte neque loci huius, neque contemplationis ſunt.* Debuit, ſi recte mentem ſui auctoris aſſequutus eſſet: *Sed hæc longioris ſunt diſquiſitionis, & ad Exotericas auditiones magis pertinentis.* Hoc ſcribit in Politicis, quæ & ipſa proprie ad diſciplinas Exotericas pertinuiſſe docuimus. Quomodo igitur quæ ibi ἐξωτερικωτέρας σκέψεως eſſe dixit, & diſpectionem magis Exotericam requirere, de *Exotericis* erunt intelligenda *diſceptationibus*? Sic enim diſtinguere videtur τὰ Ἐξωτερικὰ ἀπὸ τῶν Πολιτικῶν, cum & Politica, teſte vero Andronico, in Exotericis vulgo traderentur. Scire oportet, quoties Ariſtoteles ἐξωτερικῶν λόγων meminit, eas proprie diſceptationes intelligere quas viva voce differebat. Hoc enim λόγος ſignificat. Ideo & verbo λέγεσθαι cum de his loquitur, ſæpe uti conſuevit, & ἐξωτερικοὺς λόγους ſemper appellat. Ut in Ethicis ad Nicomachum lib. I. cap. XIII. λέγεται δὲ περὶ αὐτῆς καὶ ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις ἀρκούντως ἔνια. *Dicuntur & de illa in diſſertationibus Exotericis abunde nonnulla.* Id eſt, dicuntur à nobis ac differuntur vulgo in auditionibus Exotericis de anima nonnulla. Latius inſtatiuſque, cum viva voce de his diſſereret, ſolebat omnia explicare,

quam

quam cum litteris eadem mandaret, & in commentarios referret. Ideo *ἐξωτερικωτέραν σκέψιν* vocavit, diſpectum accuratiorem & longiorem, quales adhibuerat in *ἀκροάσεσιν* Exotericis. Nam & eo loco quem ex Nicomachiis ante attulimus id plane oſtendit: *Τὸ γὰρ ἐπὶ πλεῖον ἐξακριβοῦν ἐργωδέστερον ἴσως ἐστὶ τῶν προκειμένων. Λέγεται δὲ περὶ αὐτῆς ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις ἀρκούντως ἔνια.* Ubi vides accuratiorem enucleatioremque tractatum, & longiorem de re aliqua, in diſceptationibus quas diſſerebat, frequentius ab illo uſurpatum fuiſſe quam in commentariis. Cum enim eodem tempore de eadem re in diatriba ſermones haberet, & libros ſcriberet, idcirco parcius in commentariis ſcriptis ea attingebat quæ fuſius in diſſertatione explanaverat: ſolebatq; crebriter lectores ſuos ad illas diatribas in ſchola factas remittere, in quibus plenius eadem tractaverat. Idem lib. II. ad Eudemum cap. I. *καὶ τούτων αἱρετώτερα τὰ ἐν τῇ ψυχῇ, καθάπερ διαιρούμεθα καὶ ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις. Et horum bonorum ea quæ in anima ſunt magis ſeligenda, quemadmodum diſtinguere illa ſolemus in Exotericis diſſertationibus.* Quas viva voce nimirum habemus. Et ſic *τὰ ἠθικὰ* in commentariis relicta, licet ad Exotericas artes & ipſa pertinerent, quia de his diſſerebat inter extraneos & *ἐξωτερικοὺς*, diſtinguit *ἀπὸ τῶν ἐξωτερικῶν λόγων.* Idem lib. III. de Rep. cap. IV. *ἀλλὰ μὴν καὶ τῆς ἀρχῆς γε τοὺς λεγομένους ῥᾴδιον διελεῖν, καὶ γὰρ ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις διοριζόμεθα περὶ αὐτῶν πολλάκις.* Ita melius fortaſſe legatur, quam *διωριζόμεθα.* Quamvis & hoc ferri poſſit. Id eſt, diſtinguebamus in his quas nuper habuimus, diſſertationibus. Sæpius tamen præſenti utitur. Sic in Eudemiis: *καθάπερ διαιρούμεθα.* Quia quotidie id faceret in ſuis acroaſeſin, ideo dicit, *diſtinguimus, definimus,* id eſt, diſtinguere, & definire ſolemus in Exotericis diſſertationibus. Interpretes perperam illa reddunt. Paraphraſtes Politicorum, vir ſuo iudicio Græce doctiſſimus, ut & totius philoſophiæ Ariſtotelicæ peritiſſimus, ita eum locum Latine convertit: *Quando id iam ſæpius in aliis à nobis diſputationibus eſt factum, & præcipue in his libris quos de moribus compoſuimus.* Hæc *κακίστη παράφρασις.* Simplicius poterat, & propius ad Ariſtotelis mentem: *Quando id iam frequentius à nobis fit in Exotericis de Republica diſſertationibus.* In libris de Republica ita ſcribit, aitque, ea de re ſæpius à ſe diſputari in ſermonibus Exotericis, quos in Lyceo ambulans haberet. Qui ſermones, ſive *λόγοι ἐξωτερικοὶ* æque de Republica tractabant, ut hi libri eiuſdem in quibus

lectorem remittit ſuum ad λόγους ἐξωτερικοὺς, quia diſſerens quam ſcribens de eadem materia longe diſertius & plenius ſolitus eſſet explicare. Inde ἐξωτερικωτέραν σκέψιν, *diſceptationem pleniorem, planioremque* vocavit, ut ſupra interpretati ſumus. Sed & in libris φυσικῆς ἀκροάσεως ita videtur accepiſſe ἐξωτερικοὺς λόγους pro diſputationibus diffuſioribus & accuratioribus, lib. IV. cap. X. ubi de tempore ſe ad plenum tractaturum eſſe dicit: Πρῶτον δὲ καλῶς ἔχει διαπορῆσαι περὶ αὐτοῦ καὶ διὰ τῶν ἐξωτερικῶν λόγων πότερον τῶν ὄντων ἐστὶν ἢ τῶν μὴ ὄντων. Qui locus non eſt intellectus interpretibus. Sic igitur redde: *Et primum de eo convenit diſputare vel per Exotericas diſceptationes utrum ſit in entium numero nec ne.* Vel æque accurate ac fuſe ſe de eo diſputaturum promittit, ac ſi de re aliqua ac ſcientia Exoterica diſſereret ἐξωτερικῶς. Sic ἐξωτερικωτέραν σκέψιν ante dixit. Qui verterunt per *exteras rationes*, nugas egerunt. λόγοι in hoc ſenſu Ariſtoteli non ſunt rationes, ſed diſſertationes. Themiſtius exponit ibidem, τοὺς ἔξωθεν λόγους. Ad verbum hoc ſunt ἐξωτερικοὶ λόγοι. Non recte tamen expreſſit mentem Ariſtotelis. Et ſane ibi facit quod ſe facturum eſt pollicitus: de tempore ita abunde pertractat, ut non potuerit clarius, ac fuſius eam rem exequi. Solebat ergo omnia in ἐξωτερικοῖς λόγοις, id eſt, diſſertationibus viva voce habitis, declarare abundantius quam in Exotericis ſcriptis, & in Exotericis qua ſcriptis qua ſermonibus ſingula uberius explicare, quam in Acroaticis. De eadem re morem habuit tam libros conſcribere quam ſermones diſſerere, non ſolum in Exotericis diſciplinis, ſed etiam in Acroaticis. Sic cum in libris de moribus ad ἐξωτερικοὺς λόγους lector ab eo remittitur, illos ἐξωτερικοὺς λόγους pariter de moribus diſceptantes putare debemus. Certum eſt itaque, ἐξωτερικοὺς λόγους de Moribus ac de Republica non ratione τοῦ ἐξωτερικοῦ differre à ſcriptis de eadem ſcientia commentariis, ſed ſolo λόγων nomine, quatenus λόγοι, id eſt, diſſertationes pronuntiatæ, diſtant à commentarionibus in libros regeſtis. Ut enim artes de quibus ſolitus erat tractare in lectionibus apud ἐξωτερικοὺς, id eſt, extraneos, habitis, ἐξωτερικαὶ appellatæ, ita & libri quos de his conſcribebat, ἐξωτερικὰ συγγράμματα dicta. Sic & diſſertationes quas de iiſdem ſcientiis in ſchola diſceptabat, ἐξωτερικοὶ λόγοι vocati. In libris brevius eadem exponebat, & limatius, quam in diſputationibus ἀπὸ στόματος, ſive *Exoterica* continerent, ſive *Acroatica*. Sed in exercitationibus diſputationum, & ἀκροάσεων,

ſingula

ſingula uberius proſequebatur, tam in Acroaticis quam in Exotericis. Sciunt & cathedrarii profeſſores, prælectiones quas è ſuggeſto in corona diſcipulorum habent, minus limatas eſſe, & accurate digeſtas quam eiuſdem argumenti quæ in libros referunt, ut edanr. In genere tamen ſive in commentarios relatæ eſſent, ſive in diſſertationibus pronuntiatæ Exotericæ exercitationes, longè faciliori & magis populari methodo pertractabantur, quam Acroaticæ. Et ſane ipſæ artes quas in Exotericis tradebat qua libris qua ambulacris, vulgo magis ad intelligendum ac percipiendum erant obviæ, quam illæ diſciplinæ quas inter ἀκροατικὰ reponebat. Hinc τὰ κοινὰ & ἐξωτερικὰ appellat Clemens Alexandrinus lib. v. Stromateum: Λέγουσι δὲ καὶ οἱ Ἀριστοτέλους, τὰ μὲν ἐσωτερικὰ εἶναι τῶν συγγραμμάτων αὐτοῦ, τὰ δὲ κοινά τε καὶ ἐξωτερικά. Sic enim eo loco ſcribendum, non αὐτῶν. *Et perhibent Ariſtotelis ſectatores, quoſdam eius commentarios ἐσωτερικοὺς appellari, partim communes & ἐξωτερικούς.* Quos hic ἐσωτερικοὺς appellat, eoſdem eſſe cum ἀκροατικοῖς ſupra oſtendimus. Ibi multis docet Clemens, omnes philoſophorum familias quaſdam habuiſſe diſciplinas, vel diſciplinarum quædam arcana, quæ omnibus patere vellent, alia vero quæ ſolis diſcipulis & doctrinæ ſuæ initiatis. Tradit ibidem, & Stoicos dicere, Zenoni nonnulla ſcripto fuiſſe conſignata, quæ non temere diſcipulis quibuſlibet legenda permitteret, ſed iis tantummodo de quibus exploraſſet, an ſincere & bona fide philoſopharentur. Talia & Pythagoreis fuere reconditiores doctrinæ receſſus, tanquam adyta, ad quæ admittebant non quemlibet, ſed qui longo examine probatus ſpectatuſque, & ab omni vitiorum labe purgatus videretur. Hæc ſunt in ſingulis ſectis quaſi μυστήρια, quæ vulgari non debent, & κοινοποιεῖσθαι cæteris qui à ſecta alieni ſunt. Sic Pythagoras cœtum diſcipulorum, quibus arcana doctrinæ ſuæ aperiebat, ὁμάιον & ὁμακόϊον appellabat, qui & ἱερὸς συλλογὸς Hierocli dicitur. Et ὁμάϊον quidem ἀπὸ τοῦ ὁμοῦ ἀΐειν, à ſimul audiendo, & ὁμακόϊον ἀπὸ τοῦ ὁμοῦ ἀκούειν, vel quod aliquis putarit, ἀπὸ τοῦ ὁμᾶ κοεῖν. Nam κοεῖν eſt intelligere. Heſychius: Κοεῖ, αἰσθάνεται, νοεῖ. Sic ſcribendum. Sed & κοῦν pro audire. Idem: Κοῦ, ἀκούει, πείθεται. Inde ὁμακόϊον, conventus diſcipulorum. Ab tali conventu ac cœtu qui erant extranei, hi ἐξωτερικοὶ Ariſtoteli. Qui in eum cooptabantur, ἐσωτερικοὶ & ἀκροαταὶ, Pythagoræ ὁμακόϊοι & ὁμάϊοι. Ut autem ἐξωτερικὰ & κοινὰ ſcripta vocat Clemens quia paſſim omnibus communica-

 bantur,

bantur, ita & κοινοὺς λόγους Ariſtoteles ἐν κοινῷ γενομένους in primo de Anima, quos alibi paſſim ἐξωτερικούς. Καὶ ἄλλη δέ τις δόξα, inquit, παραδέδοται περὶ τῆς ψυχῆς, πιθανὴ μὲν πολλοῖς, καὶ οὐδὲ μιᾶς ἧττον τῶν λεγομένων, λόγους δ' ὥσπερ εὐθύνας δεδωκυῖα, καὶ ἐν τοῖς ἐν κοινῷ γινομένοις λόγοις. Opinionem eam de anima quam ibi recenſet, etſi plauſibilis multis videatur, ſub examen tamen & cenſuram venire etiam in diſſertationibus communibus ait. Ubi τοὺς ἐν κοινῷ γινομένους λόγους appellat, τοὺς κοινοὺς καὶ ἐξωτερικούς. Nam & in illis popularibus conventibus & auditionibus ſæpe de animæ natura diſſerebat philoſophus, quatenus ad mores etiam pertinet, eius naturam ſcire. Themiſtius in paraphraſi ſua poſuit: καὶ ἐν τοῖς κοινοῖς λόγοις, καὶ ἐν τοῖς ἰδίοις. De ἰδίοις nihil in textu Ariſtotelis. Sed ἴδιοι ſunt, οἱ ἀκροατικοὶ, qui familiarum & auditorum peculiarium proprii, & ſic opponuntur τοῖς κοινοῖς. De Exotericis, & Acroaticis ſive Eſotericis Ariſtotelis, qua libris qua diſſertationibus, veriſſima ſunt quæ propoſuimus, & à vero Andronico profecta. Quibus & conſentit Plutarchus, qui Ethicos & Politicos libros ἐξωτερικῶν nomine cenſet appellatos. Nec abit longius Philoponus, qui vulgo tantum, non etiam diſcipulis ſcriptos adnotat. Nos ex Andronico docuimus, non ſolos libros & commentarios ἐξωτερικοὺς fuiſſe appellatos, ſed etiam ipſas diſſertationes in Lyceo ab ambulante fieri ſolitas, ipſaſque adeo diſciplinas quas ad populi uſum ibi diſſerebat. Quæ artes Ariſtoteli ἐξωτερικαὶ dictæ, quia Exotericis hominibus, id eſt, philoſophiæ extorribus, & in gerenda republica verſatis tradebantur, non philoſophis, ut ἠθικὴ & πολιτικὴ, atque etiam ῥητορικὴ, earum artium commentarii ac diſſertationes, ἐξωτερικὰ συγγράμματα, & ἐξωτερικοὶ λόγοι appellati. Falſum igitur quod Ammonius voluit, ſolos διαλογικοὺς tractatus ἐξωτερικοὺς fuiſſe dictos. Nec verius aut melius Cicero, qui in v. de Finibus ἐξωτερικοὺς libros argumenti eiuſdem, hoc nomine à commentariis diſtinguit, quod hi limatiores eſſent: *De ſummo autem bono, quia duo genera librorum ſunt, unum populariter ſcriptum, quod ἐξωτερικὸν appellabant, alterum limatius, quod in commentariis reliquerunt, non ſemper idem facere videntur.* Quid voluerit, neſcit. Libros à commentariis videtur diſtinguere, βιβλία ἀπὸ τῶν συγγραμμάτων. Et tamen duo genera librorum de eadem re ſcripta ab Ariſtotele oſtendit. Quod populariter ſcriptum foret, id ἐξωτερικὸν appellatum: quod limatius, diverſum ab ἐξωτερικῷ. Quomodo igitur id vocatum? An ἀκροατικόν?

Ita quidem placet pleriſque. Sed eſt falſiſſimum. Nec poſſum tamen concoquere quod ait Cicero, ex duobus generibus librorũ populariter illud fuiſſe ſcriptũ quod ἐξωτερικὸν appellaretur, cum quæ in commentariis reliquiſſent, limatiora eſſent. Nam & quæ ſcripta fuiſſe docet populariter, & Exoterica appellata, συγγράμματα quoq; fuerint, ut pote in commentarios relata, prorſum oportet. Quid enim aliud commentarius quam σύγγραμμα, & res conſcripta? Videor hariolari quid Ciceronem fefellerit. Ἐξωτερικοὺς λόγους, de quibus tam ſæpe apud Ariſtotelem fit mentio, manifeſtè videtur accepiſſe pro libris ſcriptis. Nam multi apud Græcos ſcripta ſua λόγων nomine inſcripſere. Ut ecce, quos in manibus habemus, Arriani Ἐπικτήτου λόγοι, diſſertationes ſunt, quas domi habuit inter ſuos familiares, aut eos qui ipſum inviſerent, Epictetus, quas in litteras regeſſit Arrianus. Sed & plerique hiſtoriæ ſcriptores Græci commentarios rerum geſtarum quos ſcripſere, εἰς λόγους plures diviſerunt, & ſic inſcripſerunt. Ita igitur ἐξωτερικοὺς λόγους accepit Cicero apud Ariſtotelem, de ſcriptis libris & commentationibus. Qui λόγοι quia populariter exponuntur, & explicantur, cum in ſermonibus apud auditores diſceptantur, haud paulo limatiores exeunt ubi in ſcriptis eos digerere cum cura auctor aggreditur. Ita ſcriptas, & in libros relatas has diſſertationes, λόγους etiam liceat appellare, ut ſcriptis à ſe libris plurimi hunc titulum fecere. Sic ἀκροάσεις, cum proprie dictata eſſent philoſophi à ſcholaſticis auditione accepta, eadem quoque à magiſtro in commentarios relata idem nomen habebant. Inde libri φυσικῆς ἀκροάσεως Ariſtoteli, & libri πολιτικῆς ἀκροάσεως, quos hoc titulo citat Laërtius, qui hodie Πολιτικῶν inſcribuntur. Nec eſt quod argumento hoc utatur aliquis argutulus, quaſi & τὰ πολιτικὰ ad ἀκροατικῶν cenſum pertineant, quia πολιτικὴν ἀκρόασιν libris de Republica titulum fecerit Ariſtoteles, ut περὶ φυσικῆς ἀκροάσεως illis libris qui de principiis naturalibus tractant, quos pertinere ad ἀκροατικὰ certum eſt. Nam ἀκρόασις commune vocabulum diſſertationibus Exotericis & Acroaticis. Hinc *auditiones Exotericas* vertit ex Andronico Agellius, quæ Andronico ipſi ἀκροάσεις ἐξωτερικαί. *Illas vero Exotericas auditiones exercitiumque dicendi eodem in loco veſperi faciebat, eiuſque iuvenibus ſine delectu præbebat.* At Ἀκροατικὰ quatenus ab ἐξωτερικοῖς diſtincta, ea ἀπὸ τῶν ἀκροατῶν dicta. Sic, qui ſe in diſciplinam philoſopho alicui tradiderant, proprie vocabantur, ut aſſidui & quotidiani eius eſ-

 ſent

ſent auditores. Cęterum ἀκρόασις appellatio ad omnes extendebatur quicunque audituri philoſophum accedebant, etiam Exotericos, & extraneos eius diſciplinæ ac doctrinæ. Ut ergo ἀκροάσεις dictæ non tantum quæ auditione ſola accipiuntur, ſed etiam quæ & litteris conſignantur, diſputationes & exercitationes, ita & λόγοι. Hoc Ciceroni impoſuit. Ubicunque enim apud Ariſtotelem ἐξωτερικῶν λόγων occurrit mentio, cum dicit, ſe eadem de re ἐν ἐξωτερικοῖς λόγοις diſputare ac diſſerere ſolitum, quibus acquieſcendum ſit, per Exotericos λόγους certum eſt intelligere diſſertationes quæ ἀπὸ τοῦ στόματος πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας fiebant, ut loquitur ſpurius Andronicus. Et recte ille quidem πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας dixit, non πρὸς τοὺς ἀκροατάς. Nam de Exotericis ſermo eſt. Et ἐντυγχάνοντες ſunt quicunque philoſophum audituri accedebant, ut mos erat in Exotericis diatribis. At minus bene Andronici interpres: *ſed & viva voce apud auditores noſtros nonnulla ſatis luculenter tradidimus.* Politicæ diſciplinæ ad Exotericas ut diximus exercitationes & auditiones pertinebant, ut & Ethicæ. Cum ergo in Ethicis aut Politicis ſcriptis meminit Ariſtoteles ἐξωτερικῶν λόγων, non ſcripta ulla aut commentarios de his ſcientiis compoſitos deſignat, ſed ipſas διατριβὰς quas ἀπὸ στόματος habuit πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας. Eas popularius diſſerendo explicabat. Si in commentarios eadem referret, ut habemus de Moribus ac de Republica libros eius, tum limã ſcriptionis iis adhibebat, ac breviore ſtilo & accuratiore ea conſtringebat. Quoniam autem eo tempore illa conſcribebat quo de his quotidie diſſerentem illum iuvenes audiebant, idcirco lectores ſuos ad illas auditiones quas in Lyceo habebat remittit, inde affatim accepturos, quæ ſtrictim in libris de eodem argumento conſcriptis attingeret. Ut hic in Nicomachiis de Animæ partium diviſione: λέγεται δὲ περὶ αὐτῆς καὶ ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις ἔνια. Quia de his ait ſe nonnulla copioſe dicere ſolitum in quotidianis Exotericis Lycei diſſertationibus, ideo ſe exactius hanc rem hic pertractaturum negat. Hinc addit, καὶ χρηστέον αὐτοῖς. Et ſufficere, inquit, illa ad uſum debent, quæ in Lycei ambulacris Exotericis diſſerimus, ut non neceſſe ſit, hæc eadẽ in his libris cum pari apparatu reponere. Si commode locus ille Ciceronis, quem ſupra adduximus, accipiatur, eam plane confirmat quam de Exotericis & Acroaticis qua λόγοις qua συγγράμμασιν attulimus diſtinctionẽ. Nam ἐξωτερικοὶ λόγοι populariter diſſerebantur. Ἐξωτερικὰ συγγράμματα,

ματα, hoc eſt, quæ de eodem argumento in libris & commentariis perſcribere ſolitus fuerat, limatius erant digeſta. Idem fuit & circa ἀκροατικοὺς λόγους & ἀκροατικὰ συγγράμματα. Nam λόγοι ἀκροατικοὶ quorum mentio in Epiſtola Alexandri apud Andronîcum, diſſertationes fuere, quibus diſcipulos ſuos privatim imbuerat, ad rerum naturalium cognitionem, & remotiores ſubtilioreſque philoſophiæ arcana pertinentes. Eas à magiſtro ſuo libris editis invulgatas doluit, & conqueſtus eſt ad eum Alexander. Cum eas auditiones interioris ſapientiæ diſcipulis ſuis ἀπὸ σώματος traderet, veriſimile eſt, & familiarius copioſiuſque de his verba habuiſſe: in commentarios regeſta, ut vulgarentur, non tam fuſe & explicate ea digeſſiſſe. Hinc Ariſtoteles Alexandro reſpondens, ita ſe ἀκροατικοὺς λόγους edidiſſe fatetur, ut viderentur haud ſecus quã ſi omnino editi non eſſent. Quia ſolis iis nimirum qui eadem ab ipſo audiſſent in familiaribus diſſertationibus, penituſque illa percepta haberent, intellectu faciles eſſent. Cum Ammonius διαλογικοὺς ſolos libros Exotericos fuiſſe putavit, magnopere erravit. Nam ſi διαλόγους accepit de eo ſcripti genere quod proprie hoc nomen apud Græcos habuit, in quo duæ aut plures perſonæ loquentes introducuntur, inter opera Ariſtotelis nulli διάλογοι tales repeŗiuntur: qui in Platonicis ſcriptis plures recenſentur, ut & aliorum philoſophorum. Sin autem nomine διαλογικῶν ſimpliciter τοὺς λόγους vel διαλέξεις & diſſertationes in Lyceo habitas, & poſtea ſcriptis mandatas intelligit, non ſola Exoterica hoc nomine veniunt appellanda, ſed etiam ἀκροατικά. Unde ἀκροατικοὶ λόγοι, ut ἐξωτερικοὶ dicuntur. Non igitur, ut falſo falſus Andronicus in paraphraſi ſua dicit, Exoterici λόγοι per ſe differunt à commentariis ſcriptis, ἀπὸ τῶν συγγραμμάτων, ſed ἀπὸ τῶν ἐξωτερικῶν συγγραμμάτων. Sic Acroatici λόγοι priuſquam ab Ariſtotele in commentarios ſcriptos relati vulgatique eſſent, ἀκροατικοὶ λόγοι tantum fuere, ſicut erant à philoſopho ἀπὸ τοῦ σώματος pronuntiati, atque ediſſertati. Ubi ſcripto ſignati ab eo ſunt, atque editi, evaſere ἀκροατικὰ συγγράμματα. Accuratius hæc ſcripta erant, quam ἀκροατικοὶ λόγοι, & ἐξωτερικὰ συγγράμματα, quam λόγοι ἐξωτερικοὶ exquiſitius compoſita. Longe tamen facilitate & dilucid:tate præſtabant ſcripta Exoterica ſcriptis Acroaticis, ut viciſſim eadem analogia diſſertationes Exotericæ planiores & fuſiore ambitu expoſitæ quã Acroaticæ. Diſcrimen eorũ maxime faciebat materia in Exotericis ad intelligendum magis expoſita,

ſita, & ad captum vulgi magis accommodata, quam quæ in Acroaticis pertractabatur. Mirum porro eſt, quam facile labantur Græci interpretes Ariſtotelis recentiores in his exponendis. In hoc eodem Ethicorum libro Ariſtoteles ait, ſe in ἐγκυκλίοις ea de re dixiſſe plura, utrum virtus honore potior ſit in ſummo bono perſequendo, quod appetit Politicus: καὶ περὶ μὲν τούτων ἅλις, ἱκανῶς γὰρ καὶ ἐν τοῖς ἐγκυκλίοις εἴρηται περὶ αὐτῶν. Quidam hæc ἐγκύκλια cum Exotericis eadem volunt eſſe. Euſtratius notat, carmina quædam ab Ariſtotele fuiſſe compoſita de beata vita, quorum idem erat principium ac finis, & propterea ἐγκύκλια inſcripta. Quod eſt nugatorium. Non enim dubitandū eſt quin ἐγκύκλια ſint quæ pertinent ad ἐγκύκλιον παιδείαν. Sic ἐγκύκλια προβλήματα, in quibus quęſtiones ad orbem ſcientiarum omne genus pertinentes diſputantur. Ita inſcripſerat quæ hodie extant, in quibus non ſolum φυσικαὶ quęſtiones, ſed etiam ἠθικαὶ, & πολιτικαὶ, & ἰατρικαὶ proponuntur. Sic enim ea citat Agellius. At quæ de una ac certa materia quærebant, inde nomen habuerunt, ut φυσικὰ προβλήματα, μηχανικὰ, & alia. Interpres pſeudonymi Andronici, ἐγκύκλια vertit, *promiſcuas diſputationes.* Quod Latinum non eſt. Saltem dixiſſet, *miſcellaneas.* Aliud enim *promiſcuum*, aliud *miſcellaneum.* Lex *miſcellanea* eſt vel *miſcella*, quæ plura & mixta capita de variis rebus continet. Sic *miſcelliones* Feſto, *qui non certæ ſunt ſententiæ, ſed variorum mixtorumque iudiciorum.* Miſcellaneum ergo eſt τὸ σύμμικτον, ut σύμμικτος ὄχλος, ex variis hominum generibus, ætate, ſexu, conditione conflata turba. *Miſcellanea* ea turba diceretur, non *promiſcua.* Nam *promiſcuum eſt*, quod multis paſſim & indifferenter communicatur. Sic etiam τὸ ἀδιάφορον exponunt. Ut *promiſcue aliquid facere*, modo hoc, modo aliud, ἀδιαφόρως. At *miſcellaneum* eſt quod ex variis rebus compoſitum eſt. Non ſunt igitur ἐγκύκλια *promiſcuæ diſputationes*, ſed *miſcellaneæ* quæſtiones vel *miſcella* ſcripta, quæ tractatus habent varios ac quæſtiones de omnibus artibus ac diſciplinis liberalibus, quas Græci ἐγκυκλίους παιδείας, & ἐγκύκλια μαθήματα vocant. De ſcriptis ad varias artes pertinentibus commentariis accipiendas eſſe, oſtendit illud quod dicit, ὡς εἴρηται. At cum loquitur de diſputationibus ἐξωτερικοῖς, quæ viva voce diſſeruntur, dicit, ὡς λέγεται, διορίζόμεθα, vel διωρίζόμεθα, ut *diſſerimus*, ut *diſputamus* ac *definimus* vel *definiebamus* in diſſertationibus Exotericis. An hic vocat ἐγκύκλια problemata quæ extant? Si enim ſub hoc citat titulo Agellius,

lius,in quibus quærit etiã de virtute,& de honore,& ſi quæ alia pertinentia ad Ethicam ac Politicã. Non puto tamen, hæc ἐγκύκλια hic deſignari. Partes omnes diſciplinas præter Theologiã, quia pro exoticis eas habent, ut τὰ ἔξω appellant,ita & ἐγκύκλια,quia conſtituunt τὴν ἐγκυκλοπαιδείαν Græcorum. Heſychius: Ἐγκύκλια, τὰ ἔξω μαθήματα. Verum de his alibi. Hinc ergo liquet, quantum verus Andronicus à falſo diſſentiat in Exotericorum Ariſtotelis ab Acroaticis diſtinctionibus. Multis aliis argumentis poſſem probare,non eſſe Andronicum illius παραφράσεως auctorem. Quis enim credat, tanti nominis Peripateticum otium ſuum occupaſſe in Ethicis Ariſtotelis paraphraſi elucidandis, quo libro nihil eſt lucidius? Præterea hic paraphraſtes in tam multis abit à mente Ariſtotelis, ut Andronici eſſe genuinum opus ſoli poſſint credere qui nihil in litteris his vident. Ut hic de animæ diviſione, ubi Ariſtoteles λόγῳ χωριστὴν rationalem ab irrationali eſſe dicit, ut in circumferentia τὸ κοῖλον & τὸ κυρτὸν diſtinguitur λόγῳ tantum, paraphraſtes iſte λόγῳ interpretatur τῷ ὁρισμῷ. Certe λόγος etiam pro definitione ſumitur,& λόγος ὅρου ſæpe occurrit apud Ariſtotelis interpretes,ſed hic omnino aliud ſignificat,ut ante explicavimus. Idem quippe eſt quod ἐπίνοια,intellectus, cogitatio, mens. Alia infinita ſunt quæ in illa paraphraſi peccavit, de quibus alius erit dicendi locus. Hanc autẽ de Exotericis Ariſtotelis & Acroaticis digreſſionẽ boni conſulent, qui ſcient, non parum conducere ad eam philoſophi quam hoc loco de animę partibus ſententiã proſequimur,elucidandã. Scribit in primo Nicomachiorum cap.XIII.ſe de anima pleraque accuratius & uberius diſputaſſe in Exotericis diſſertationibus, quibus acquieſcendum ſit. Etſi dicat Cicero, in Exotericis diſſertationibus non ſemper eadem peripateticos ſolitos docere de ſummo bono, atque in aliis commentariis in quibus iſta diſquiſitius ſcripta reliquerunt; cum tamen hic Ariſtoteles lectorem ſuum iubeat eſſe contentum his quæ in diſputationibus Exotericis de anima diſſeruerit, non aliam ſententiã ibi propugnarat de eius diviſione, ab ea quam in Ethicis ſcriptis tuetur. Probat ergo illam eius partitionem qua in rationale & irrationale dividitur. Quærit tantum utrum, ut corpus, re ipſa dividua ſit,an ſola cogitatione partes eius ſeparari poſſint, ut in circumferentia conuexum, & concavum. Non igitur duas animas pro una ex illis duabus partibus efficiendas cenſet. Partem animæ irrationalem iterum ſubdividit ibidem in duas

partes: in eam quæ ex toto caret ratione, & illam quæ rationalis eatenus dici poteſt quod rationi obtemperet. Eam porro partem quæ rationi obſequitur ex anima irrationali, alibi etiam dividit in iram & concupiſcentiam, εἰς θυμὸν καὶ ἐπιθυμίαν, ut etiam facit Plato, alibi pro una has duas partes habet. Nihil igitur minus cogitavit quam ut plures animas, quæ partes ſunt vel facultates, eſſe putarit. Idem & libro VI. eorundem Nicomachiorum, cap. I, ut antea partem animæ irrationalem in duo membra diviſerat, ita & rationali ſimiliter eamdem diviſionem accommodari debere docet. Πρότερον μὲν οὖν, inquit, ἐλέχθη δύο εἶναι μέρη τῆς ψυχῆς, τό, τε λόγον ἔχον, καὶ τὸ ἄλογον, νῦν δὲ περὶ τοῦ ἔχοντος τὸν αὐτὸν τρόπον διαιρετέον. *Antea dictum eſt, duas eſſe animæ partes, unam rationis participem, alteram expertem. Nunc vero & eà quæ rationem habet eodem modo dividenda eſt.* Integer eſt locus, nec deſunt, ut viſum eſt Mureto, aliquot verba, quibus ſignificaretur, eam quæ ratione careret diviſam iam, & in duas partes fuiſſe diſtributam. Satis quippe clarum eſt quid velit, cum dicit, ſimiliter & hanc animæ rationalis partem in duo eſſe membra dividendam, ut ante diviſerit alteram ratione carentem. Ut igitur illam bipertitam fecerat, ita & hanc: cuius duas eſſe partes dicit, unam qua contemplamur eiuſmodi res quarum principia aliter ſe habere non poſſunt, alterã autem qua incerta & fortuita. Hæc diviſio eſt, εἰς νοῦν θεωρητικὸν, καὶ νοῦν πρακτικὸν, vel quod idem eſt εἰς λόγον ἐπιστημονικὸν, & δοξαστικόν. In magnis Moralibus, τὸ βουλευτικὸν, & τὸ ἐπιστημονικὸν, vocat; & ſubintelligendum μόριον τῆς ψυχῆς. In Politicis lib. VII. dividit eam animæ partem in qua ineſt ratio, εἰς λόγον πρακτικὸν, & λόγον θεωρητικόν. Qua de re infrà ubi λόγον & νοῦν idem eſſe docemus. Ut hæ duæ rationis, vel animæ rationalis, partes, non faciunt duas animas rationales ſubſtantia differentes, ita certum eſt, nec duas partes animæ ratione carentis, τὸν θυμὸν καὶ τὴν ἐπιθυμίαν, duas diverſas animas irrationales efficere. Saltem verum eſt, immo vero verius, non ita ſenſiſſe Ariſtotelem. Eadem quippe ratio eſt in utraque. Nam ſi anima irrationalis bifariam diviſa in concupiſcentiam & iram quaſi partes, totidem ſubſtantias, id eſt, animas format, ut Galeni opinio eſt, cui dubium erit, quin pariter anima rationis particeps, in duo membra ſecta, in intellectum nempe practicum & theoreticum, ut ab Ariſtotele dividitur, duas animi mentes det, ut ſpecie, ita & ſubſtantia diverſas? Nec hic valebit quod alteram ex his partem animæ rationalis,

nalis, practicum nempe intellectum, Græci interpretes mortalem eſſe ſtatuant, theoreticum autem immortalem. Hæc enim duo ita unicam partem conſtituunt rationalis, uti rationalis pars & irrationalis totam animam ſubſtantia uniformem, quamvis alteram partem mortalem, alteram immortalem tam Plato quam Ariſtoteles eſſe velint. Quod infra pluribus explicabimus. Cum uterque intellectus activus & ſpeculativus fine ſecundum Ariſtotelem differant, non recte Scaliger Iulius, qui vult videri in pleriſque divinum ſuum Ariſtotelem ſequi, τ̀ θεωρητικὸν νοῦν, promotione quadam fieri πρακτικὸν, contra Cardanum diſputat. Ab altero enim fine ad alterum non tranſitus fit promotione, ſed mutatione obiecti, & mediorum quibus ad finẽ pervenitur. Male etiam reprehendit Cardanum, qui dixerit, practicum intellectum eſſe de iis quæ opinione conſtant. Quam ſententiam ab Ariſtotele hauſit Cardanus, qui πρακτικὸν νοῦν ſcribit eiuſmodi res contemplari quæ aliter atque aliter habere ſe poſſunt, ut ſunt fortuita & incerta, τὰ ἐνδεχόμενα ἄλλως ἔχειν. Atqui in his opinio locum habet, quæ & ipſa rerum eſt quæ aliter ſe habere poſſunt. Hinc iſtam intellectus ſpeciem non ſolum πρακτικὸν νοῦν, ſed etiam δοξαστικὸν appellant. Verum de his in ſequentibus. Si activus hic intellectus, à contemplativo diverſus eſt, & ut ſic diviſi duo veluti membra ſunt partis animæ rationalis, duas quoque animas diverſas ſubſtantia faciunt, concedam & illud quod contendit Galenus, ſimiliter animæ irrationalis partes, θυμὸν καὶ ἐπιθυμίαν, duas animas irrationales diſtinctas conſtituere. A qua opinione longiſſime abfuiſſe Ariſtotelem, ea quæ diximus ſatis probant. Idem philoſophus in magnis Moralibus diſertè Platonis diviſionem laudat & approbat, qua animam in rationale & irrationale partitus eſt, lib. 1. cap. 1. μετὰ δὲ ταῦτα, inquit, Πλάτων διείλετο τὴν ψυχὴν εἴς τε τὸ λόγον ἔχον, καὶ εἰς τὸ ἄλογον ὀρθῶς. Eodem loco damnat Socratis ſententiam qui virtutes ſcientias eſſe volebat. Ex qua opinione conſequeretur, nullam eſſe animæ partem irrationalem. Collocabat enim ea definitione virtutes omnes in animæ parte quæ rationis eſt particeps. Scientiæ quippe omnes cum ratione. Ergo facienti virtutes ſcientias, tollitur pars animæ irrationalis. Γίνονται οὖν αἱ ἀρεταὶ πᾶσαι κατ' αὐτὸν ἐν τῷ λογιστικῷ ψυχῆς μορίῳ. συμβαίνει οὖν αὐτῷ ἐπιστήμας ποιοῦντι τὰς ἀρετὰς, ἀναιρεῖν τὸ ἄλογον μέρος τῆς ψυχῆς. Ita enim hic locus legendus. *Conſiſtunt igitur ſecundum ipſum virtutes omnes in ratio-*

nali animæ parte. Ex eo conſequitur, ut qui virtutes ſcientias eſſe velit, animæ partem irrationalem tollat. Nulla ergo iuxta Socratem animæ pars irrationalis. Et notandum, hanc fuiſſe poſtea Stoicorum doctrinam, non ſolum virtutes eſſe ſcientias, ut Socrates opinabatur, ſed etiam nullam eſſe animæ partem ratione carentem, quod ex ea opinione Socratis concludi debere Ariſtoteli videbatur. Ex his omnibus liquet, Ariſtotelem in Ethicis & Politicis non ſolum probaſſe partitionem animæ Platonicam in duas partes, rationalem & irrationalem, ſed etiam in tres, qua irrationalis in duas iterũ ſubdividitur. Præterea *μέρη* & *μόρια ψυχῆς* omnibus illis locis quos attulimus, appellaſſe animæ illas facultates, quæ efficacia & opera inter ſe differrent, non ſubſtantia: ut mirari ſatis nequeam, non ſolum Galenum, ſed Porphyrium & Philoponum negare, diverſas animæ facultates in quas animam diſtribuere placuit Ariſtoteli, *μέρη* & *μόρια* uſpiam ab eo vocari. Locum Galeni quo hoc affirmat iam ſupra attulimus. Porphyrius in libro *περὶ τῶν τῆς ψυχῆς δυνάμεων* idem aſſerit his verbis: *ῥητέον δὲ ὡς δύναμις μέρους διήνεγκεν, ὅτι τὸ μὲν μέρος ἐκβέβηκε κατὰ γένος τὸν χαρακτῆρα τοῦ ἄλλου μέρους, αἱ δὲ δυνάμεις περὶ τὸ αὐτὸ στρέφονται γένος. διὸ τὰ μὲν μέρη παρῃτεῖτο Ἀριστοτέλης ἐπὶ τῆς ψυχῆς, τὰς δυνάμεις οὐκέτι. Quapropter Ariſtoteles partes in anima nominare parcebat, facultates non item.* Quam vera hæc ſint, ea quæ ante adduximus, declarant.

An Ariſtoteles in Acroaticis aliam de animæ partibus ac diviſione ſententiam propoſuerit quam in Exotericis. An τριψυχίαν crediderit. Diverſæ ſuper eo Græcorum eius interpretum ſententiæ.

Quæ in priore Animadverſione poſuimus, fidem faciunt, Ariſtotelem in Exotericis diſſertationibus, & commentariis, unam omnino tantum animam agnoviſſe, eamque in eaſdem ac totidem partes ſecuiſſe, ut Platonem, quamvis partes eas pro facultatibus intellexerit. *μέρη* quinetiam ac *μόρια* facultates illas nomináſſe. Exoterica porro eſſe *τὰ ἠθικὰ καὶ τὰ πολιτικά*, eadem Animadverſione ſatis probatum eſt. Quod in his autem Exotericis etiam aliquando tractarit diſputaritq; de anima, & de ideis, non propterea exiſtimandum, quod quidam faciunt, cum Acroaticis ea confundi. Nam de idea boni, in Ethicis quærendum fuit: ac de anima ſimiliter inquirere ad morum

doctri-

doctrinam neceſſarium fuit. Nec parum enim refert diſcutere utrum una tantum ſit anima rationalis in homine, ut Stoici voluere poſt Socratem, an duæ eius partes ſint contrariæ, rationalis & irrationalis, uti Platoni & Ariſtoteli placuit. Si una tantum eſt anima rationalis, tam virtutes quam vitia in una ſede quæ & rationem obtinet, ponendæ ſunt. Si duæ, in irrationali conſiſtent. Qua de re infra erit diſſerendum. Nunc videamus ut in Exotericis eam animæ diviſionem quæ Platoni probatur, amplexus eſt, an eamdem ſequutus ſit in Acroaticis. Nec enim dubium quin tres libri de Anima ἀκροατικοὶ ſint habendi. Non enim tractandi tantum ratio, ſed etiam materia diſtinguit inter ἐξωτερικοὺς λόγους, & ἀκροατικούς. Diſquiſitio igitur de anima ſubtilior, & obſcurior, ut in illis tribus libris à philoſopho pertractata eſt, præter argumentū ipſum, quod totum ἀκροατικὸν eſt, ſoliſque legitimis eius auditoribus conveniens, plane teſtatur, non vulgi auribus datos eſſe illos commentarios, ſed captum ſuperare popularem. Ideo nec populariter ibi diſceptatur ea quæſtio, ſed ita ut ſolis eruditis in rerum φυσικῶν, & τῶν μετὰ φυσικὰ cognitione ad intelligendum ſit expoſita. Fatendum eſt, in his libris non parum abire diverſum philoſophum ab illis quæ in Exotericis diſputarat, Ethicis nimirum & Politicis commentationibus. In Exotericis animam diſtribuerat iuxta Platonē ſumma diviſione in rationalem, & irrationalem. Diviſione ſequenti irrationalem ſecuerat in iraſcentem & concupiſcentem facultatem: rationalem, in intelligentiam activam & contemplativam. Quinimo Platonem nominatim recte talem animæ diviſionem excogitaſſe dixit primo magnorum Moralium. Ex omnibus illis locis tam Politicorum quam Ethicorum nihil minus colligi potuit quam plures animas ſubſtantia diſtinctas poſuiſſe. Aperte enim in illis tractatibus quid de eo ſentiret oſtendit, cum dixit, ſolo λόγῳ partes illas animę invicem ſeparatas eſſe, ut in circumferentia quod concavum eſt, & convexum. In Acroaticis de Anima libris in alia omnia diſcedit. Ut non mirum ſit quod Cicero dixit, non idem eum dicere videri in Exotericis quæ populariter erant ſcripta, & in illis commentariis quos limatius conſcriptos reliquiſſet. In primo libro de Anima ſub finem reprehendit Platonem, quod docuerit, alia parte animæ nos intelligere, alia concupiſcere. Atqui in Ethicis hanc Platonis ſententiam calculo ſuo confirmaverat. In tertio de eadem anima libro docet, longe

plures animę partes poſſe dari quam in quot vulgo diſtribueretur, ſive quis duas faceret, rationalem & irrationalem, ſive in tres divideret, rationalem, iraſcibilem, & concupiſcibilem. Eſſe enim pæne infinitas animæ partes. Atqui in Politicis & in Ethicis utramque diviſionem amplexus eſt, quam & quadripertitam fecerat, rationalem iterum in duas dividendo partes, quæ contemplationi intenta eſt, & quæ in rebus agendis occupata. In ſecundo porro libro τὸ φθαρτὸν τῆς ψυχῆς, & τὸ ἄφθαρτον, hoc eſt, rationale & irrationale, κατὰ γένος inter ſe differre dixit, cum in Ethicis in eam ſententiam pronus videatur, quæ τὸ ἄλογον, & τὸ λόγον ἔχον in anima τῷ λόγῳ tantum diſtare affirmat, id eſt, intellectu potius quam re ipſa. Quærendum igitur hoc nobis loco eſt, cum tantus philoſophus in tantum ſibi ipſi contrarius in aliis atque aliis ſcriptis deprehendatur, utrum ratione rerum quas tractabat, & perſonarum quibus eos tractatus dabat, modo ſic, modo aliter ſenſerit, an vero ut in aliis fecit, hic quoque à ſemet ipſo diſſenſerit? Sic in Metereologicis aliam de viſu ſententiam ſe habere oſtendit quam in libro περὶ αἰσθήσεως καὶ αἰσθητοῦ. Multa ab aliis obſervata ſunt, ex quibus, non ſibi eum ubique conſtare, facile conſtat. An, quod aliis placere video, ea animæ tripertita diviſio virtutum gratia comparata eſt tam ab Ariſtotele quam à Platone, ut numerus eis ſuus conſtaret pro ratione partium animæ quibus ſua ſingulis attribueretur virtus? Ergo huic diviſioni locus tantum ſit in tractatu de moribus ac republica, non in illis diſceptationibus ubi quæritur philoſophicis ac ſolidis argumentis quid ſit anima, & quot in partes vere tribuenda ſit. Ita quidem tradunt Porphyrius, Iamblichus, Simplicius & Philoponus, eam τριμερῆ διαίρεσιν utilẽ eſſe πρὸς ἀρετῶν σύστασιν, quæ verba Iamblichi ſunt. Porphyrius dicit, ὡς ἡ τριμερὴς διαίρεσις τῆς συστάσεως ἕνεκα τῶν ἀρετῶν παρείληπται. Simplicius ad tertium de Anima notat, Platonẽ in libris de πολιτείᾳ ubi animam partitur in tria membra, non propoſitum habuiſſe omnes animæ partes ea partitione comprehendendi, ſed tres tantum ſumpſiſſe dicis gratia, quia talis diviſio ad activam vitam conduceret. Οὐ γὰρ ἀρκεῖ, inquit, οὔτε ἡ εἰς δύο διαίρεσις ἅπαντα τῆς ψυχῆς ἐμφῆναι μόρια, ἡ εἰς λόγον καὶ ἄλογον γινομένη, οὔτε ἡ εἰς τρία παρὰ τῷ Πλάτωνι ἐν Πολιτείᾳ, εἰς λόγον, καὶ θυμὸν, καὶ ἐπιθυμίαν, ἐπεὶ μηδ᾽ ἐκεῖνος προθέμενος τῆς ὅλης ψυχῆς ποιήσασθαι διαίρεσιν, ἀλλὰ ταῦτα, ὧν πρὸς πρακτικὴν ἐδεῖτο ζωὴν, τρία μόνα παρείληφεν. *Non enim plena eſt ea diviſio ad omnes animæ partes comprehendendas*

das & oſtendendas, quæ in rationale ſit, & irrationale. Nec quæ in tria eam partitur apud Platonem in libris de Republica, in rationem, iram, & cupiditatem. Quoniam non ibi ille propoſuit totius animæ diviſionem inſtituere, ſed has tantum quibus indigeret vita actibus occupata, tres ſolas partes aſſumpſit. Ergo in πρακτικῷ tantum βίῳ ea adhibenda animæ diviſio, non ἐν τῷ θεωρητικῷ, quæ cauſas rerum rimatur & inquirit. Mirum de Ariſtotele, qui & in Ethicis ac Politicis eadem quam Plato diviſionem probavit, nihil dicere. Porphyrius enim & idem propoſitum Ariſtoteli quod Platoni fuiſſe in illa tripertita diviſione edenda ſcribit: Παρὰ δὲ Πλάτωνι καὶ Ἀριστοτέλει ἐν τοῖς ἠθικοῖς τριμερὴς ἡ ψυχὴ λέγεται εἶναι, καὶ κεκράτηκε τοῦτο παρὰ τοῖς πολλοῖς ἀγνοοῦσιν, ὡς ἡ τοιαύτη διαίρεσις τῆς συστάσεως ἕνεκα τῶν ἀρετῶν παρείληπται. Sed addit Simplicius, Ariſtotelem ſimiliter in Ethicis, cum προαίρεσιν definiret, eam ἐν λόγῳ καὶ ὀρέξει poſitam eſſe dixiſſe. Et ὄρεξιν pro appetitione irrationali accepiſſe. πρὸς γὰρ λόγον, inquit, ἀντίκειται αὐτῷ ἡ ὄρεξις. Et ſic videtur Ariſtoteles animam in rationem & appetitionem diviſiſſe non totam, ſed ſolam quæ verſatur in actione, & moribus: Κἀκεῖνος οὖν εἰς λόγον καὶ ὄρεξιν φαίνεται διαιρῶν οὐ τὴν ὅλην ψυχὴν ἀλλὰ τὴν πρακτικὴν καὶ ἠθικήν. Hæc abſurda ſunt & aliena. Cur non fatetur id quod veriſſimum eſt, etiam Ariſtotelem tripertitam illam animæ διαίρεσιν cum Platone in Ethicis amplexum eſſe? Quid enim manifeſtius? An Ariſtoteli autem hæc ratio inſederit animæ tripertito dividendæ, ut numero & ſtatui virtutum à ſe conſtituto conſuleret, neſcio, & id infra videbimus. Nam non ſtetit ubique conſtans in hac diviſione ratinenda. Quinimo in Ethicis & Politicis eam probatam videtur in aliis ſcriptis in quibus ſubtilius de eius natura diſquirit improbaſſe. Ad Platonem quod attinet, certe ille non tantum in libris περὶ πολιτείας, ſed etiam in Timæo, ubi ex profeſſo de natura animæ tractat, ac de eius partibus ad ſolidum ac plane diſputat, in eadem diviſione tripertita manet, nec alia uſpiam utitur, ut infra dicemus. Cæterum Galenus in ea ſententia videtur fuiſſe, ut totidem animas ſtatui debere cenſeat quot virtutes ponuntur. Nam Chryſippum eo nomine reprehendit, quod cum unam agnoſcat in homine animam rationalem, virtutum tamen innumerabilium veluti examen introducat. Ariſtonem quippe Chium qui unitatem animæ tuebatur, unam quoque virtutem conſtituiſſe pluribus nominibus appellatam, ſecundum πρός τι relationem. Νομίζει, inquit, ἀνὴρ ἐκεῖνος μίαν οὖσαν

σαν τὴν ἀρετὴν ὀνόμασι πλείοσιν ὀνομάζεσθαι κατὰ τὴν πρός τι σχέσιν. Non in hac hæreſi tantum fuit Ariſto, ſed ipſiſſimam hanc & Zenonis fuiſſe conſtat, niſi quod in virtutis nomine differebant. Ea *ὑγεία* Ariſtoni dicebatur, Zenoni *φρόνησις*. Plutarchus in libro de virtute morali: *Ἀρίστων δὲ ὁ Χῖος τῇ μὲν οὐσίᾳ μίαν καὶ αὐτὸς ἀρετὴν ἐποίει, καὶ ὑγείαν ὠνόμασε.* Cæterum illa ſanitas Ariſtonis, non alia à *φρονήσει*. Sanitas enim mentis intelligitur, quæ plane eſt *φρόνησις*. Is enim *φρονεῖ* qui mente conſtat, & ſanus eſt. Et ille qui optat *mentem ſanam in corpore ſano*, ut *ὑγίειαν* tam corporis quam mentis habere cupit, ita illa *ὑγίεια* mentis eſt, qua mens ſapit & ſana eſt. *Φρονήσιν* per hoc ſe optare oſtendit. Sic Zenoni *φρόνησις* generale nomen ad omnes virtutes. Ea ſi cernatur in rebus diſtribuendis unicuique ex æquo, *iuſtitiam* appellari: ſi in tolerandis adverſis, *fortitudinem*. Atque ita de cæteris. Ait Galenus in lib. VII. de decretis Hippocratis & Platonis, ei qui unam tantum animam rationalem ſtatuat, ut faciebat Chryſippius cum Zenone, conſequenter neceſſe eſſe unam tantum ſubſtantia virtutem admittere, eamque *φρόνησιν*. Ita enim refert ex libris Poſidonii contra Chryſippum: *ὥσπερ γὰρ ἀναιρεῖται τὰ πάθη τῆς ψυχῆς, εἰ μόνον εἴη τὸ λογιστικὸν τῆς ψυχῆς αὐτῆς, μηδενὸς μήτ' ἐπιθυμητικοῦ μήτε τοῦ θυμοειδοῦς ὄντος, οὕτω καὶ τῶν ἀρετῶν πλὴν φρονήσεως αἱ λοιπαὶ πᾶσαι. Et quemadmodum affectiones animi tolluntur, ſi ſola ſit animæ pars rationalis, nulla neque concupiſcibili neque iraſcibili parte in ea exiſtente, ita & virtutes cæteras excepta prudentia tolli neceſſe eſt.* Cur ſola *φρόνησις* relinquenda ſit, ſi unitas animæ & ea rationalis retineatur, in promptu cauſa eſt. *Φρόνησιν* Plato & Ariſtoteles virtutem propriam huius animæ partis, in qua ineſt ratio, faciebant. Sequetur inde, ſi tollantur reliquæ partes animæ quæ ab iis ſtatuuntur, concupiſcentia, & iraſcentia, ut virtutes pariter quæ earum partium propriæ ſunt, neceſſario debeant tolli. Hoc eſt, quod & in Socrate reprehendebat Ariſtoteles, qui, cum plures virtutes faceret, nec in earum numero diſſentiret, quod tamen eas eſſe ſcientias definiret, ex eo videretur non agnoſcere partem animæ illam quæ caret ratione. Nam ſcientiæ in rationali ſunt. Ergo & virtutes, ſi ſcientiæ ſunt. Nulla itaque in anima *ἐπιθυμητικὴ* aut *θυμικὴ* facultas, ſed ſola *λογιστική*. Ita & Chryſippus hoc nomine reprehenditur à Galeno, quod cum ipſe unam ſubſtantia *λογιστικὴν* animam ponat, tantam virtutum multitudinẽ agnoſcat eſſentiali qualitate inter ſe differentiũ. Conſentaneum

huic

huic opinioni Galeni videtur, tot animæ partes ſubſtantia diverſas eſſe ponendas,quot ſint virtutum ſubſtantiæ qualitate eſſentiali invicem diverſæ. Atque ita quidem Pythagorei, Platonici & Ariſtotelici exiſtimarunt quantum ad numerum virtutum attinet, & partium animæ, cuius ſingulæ partes ſingulas ac ſuas ſibi attributas obtineant virtutes. Sed non neceſſe eſt, quod pertendit Galenus, eas animæ partes totidem eſſe animas ſeparatas. Satis eſt ſi totidem facultates animæ cenſeantur, quot ponuntur ab his virtutes ſubſtantia & qualitate eſſentiali differentes. Et Galeni, ut iam ante dixi, ſententiæ, vel hic virtutum numerus & *σύνταξις* quæ ab illis philoſophis ſtatuitur, & ab ipſo pariter agnoſcitur, maxime videtur in eo adverſari, quod cum tres virtutes tribus animæ partibus reſpondere ſtatuant,quartam, *iuſtitiam*, animæ ex toti tribus illis partibus conſtanti dicant convenire. Unde perſpicue colligitur, unam ab illis ſubſtantia animam poni,in tres facultates quæ quaſi partes totius ſint, diviſam. De virtutibus,quatenus inter ſe differant,nos alio & ſuo loco. Ariſtoteles nunc nobis repetendus, qui cum animam & ipſe tres in partes in Ethicis & Politicis,ſicut Plato, diviſiſſet, eam diviſionem in libris de Anima damnat, & Platonem quem in Ethicis propter illam laudaverat, & recte diviſiſſe iudicarat, mutata velificatione nunc ob id ipſum ſuggillat. Cum illam tripertitam diviſionem, immo & quadripertitam probaret, certum erat illum unam animam & uniformem credere. Nam partes illas, ſive facultates, τῷ λόγῳ tantum diſtare, id eſt, earum inter ſe differentiam ſola cogitatione & intellectu percipi poſſe,cū reapſe unius eſſent & individuæ ſubſtantiæ facultates, videbatur ibi omnino velle. Nunc cum in his libris quos ex profeſſo de Animæ natura ſcripſit, id quod in aliis probaverat, ſummopere improbet circa animæ partium diſtributionem ac numerum, videndum an & de animæ unitate aliter quoque hic quam in Ethicis & Politicis ſentiat. Nam magna de hoc ſententiarum tam apud veteres quam neotericos eius interpretes,aliosque philoſophos varietas. Unius ex recentioribus vir magni nominis ita ſcribit in libro de Anima: *An una ſit tantum hominis anima, videlicet rationalis, continens ſimul vires aliarum animarum, videlicet ſentientis, & vegetativa. An vero ſint diſtincta anima in homine, vegetativa, ſentiens, & rationalis, ſicut Plato, Ariſtoteles & Galenus loquuntur.* De Galeno verum eſt, tres ab eo animas diſtinctas conſtitui.

De Platone id falſum eſſe, iam ante docuimus. De Ariſtotele æque falſum, & magis. Platoni cum hanc ſententiã tribueret Galenus, & eum inde ſuas in partes traheret, Ariſtotelẽ tamen falſus eſt in alia eſſe. Ita enim ſcribit initio lib. v i. de decretis Hippocratis & Platonis : Προὔκειτο μὲν ἐξ ἀρχῆς, ἐπισκέψασθαι περὶ τῶν διοικουσῶν ἡμᾶς δυνάμεων, εἴτ' ἐκ τῆς καρδίας μόνης ὁρμῶνται σύμπασαι, καθάπερ Ἀριστοτέλης τε καὶ Θεόφραστος ὑπελάμβανον, εἴτε τρεῖς ἀρχὰς αὐτῶν τίθεσθαι βέλτιον, ὡς Ἱπποκράτης τε καὶ Πλάτων ἐδόξαζον. *Propoſitum*, inquit, *nobis erat ab initio, diſpicere de facultatibus quæ vitam adminiſtrant, utram ex corde omnes oriantur, ut Ariſtoteles ac Theophraſtus exiſtimarunt, an melius ſit tria earum principia diverſa ponere, ſicut viſum eſt Hippocrati & Platoni.* Hoc poſito ut vero, quod ait, Ariſtotelem cenſuiſſe, tres illas animæ facultates in una ſede cordis eſſe collocatas, & inde emanare ut in totum corpus permanent, nulla ratione fieri poteſt ut quis ſibi perſuadeat, tres ab illo animas diſtinctas fuiſſe agnitas. Unde enim & quomodo tres animæ ſubſtantia diverſæ in tantilla corporis parte quale eſt cor? Saltem diviſas cordis particulas, ſingulæ ſibi ſeorſim attributas occupare deberent, alia ſiniſtrum ventriculum cordis, alia dextrum, alia capſulam cordis ſive membranã. Nam qui in corde τὸ ἡγεμονικὸν ſtatuerunt, non unam ei in corde ſtationem omnes adſcripſerunt. Diogenes in ventriculo cordis quem ἀρτηριακὴν κοιλίαν vocant, conſtituit principalem eam animæ partem. Alii in τραχήλῳ cordis. Nonnulli ἐν τῷ ὑμένι, quam *capſulam cordis* appellant. Si itaque tres illæ animæ facultates tanquam animæ ſubſtantia differentes in una ſede cordis ab aliquo ponerentur, in ipſo corde locis vel loculis eas diſſeptas oportuit. At nemo unquam repertus eſt qui eo modo totius animæ facultates in corde repoſuerit, quin unam animam, non plures, eodem in loco ſitam eſſe crediderit. Etiam ſi autem per ſinus cordis varios eas diviſiſſent, non tamen plures inde animas confici neceſſe eſſet. Sic diverſis unius animæ facultatibus diverſæ in capite & cerebro partes aſſignatæ ab his qui λογικὴν animæ partem in eo conſignarunt. Anteriorem quippe partem, τῷ φανταστικῷ dederunt: interiorem, ac mediam, τῷ διανοητικῷ: poſteriorem, τῷ μνημονευτικῷ. Nemo certe eorum qui τριψυχίαν olim defenderunt, tribus illis animabus unicum in una corporis partẽ domicilium, & unum idemque organon attribuit. E contrario nemo ex illis qui omnium animæ facultatum cor ſedem eſſe voluerunt, & principium, & fontem, eas animæ facul-

facultates pro totidem animabus ſubſtantia differentibus accipiendas iudicavit. In his Stoici omnes, tam antiqui & ſectæ conditores, ut Zeno, Chryſippus, Cleanthes, quam poſteriores, ut Poſidonius, Panætius, Hecato. In his quoque Ariſtoteles, ut omnes eius fere interpretes conſentiunt, atque ex ipſius ſcriptis poteſt omnino comprobari. Cum enim nervi ſint inſtrumenta ſenſitivæ, & loco motivę facultatis, coſque à cerebro oriri inter omnes pæne conſtet, Ariſtoteles tamen τὸ πρῶτον αἰσθητικὸν cor eſſe putavit. Inde in magnam incidit abſurditatem. In ſomno quippe definiendo, quem quietem eſſe principii ſenſuum volunt, ſive τοῦ πρώτου αἰσθητικοῦ, ut loquitur Ariſtoteles, ſi πρῶτον illud αἰσθητικὸν cor eſſe putemus, ſequetur ex eo, ſomnum fieri impedito vel ceſſante corde. Quorum neutrum verum poteſt eſſe, cum certum ſit, per quietem cor vehementius dormientibus anhelare ex reducti in ſe caloris vi & copia, quam vigilantibus. Sed hæc non ſunt huius loci. Ideo hæc attulimus, ut conſtet, Ariſtotelem credidiſſe, cor eſſe principium motus ac ſenſuum. Atqui etiam ſi quis concederet, caput eſſe τῆς κινήσεως ἀρχὴν, propter nervos qui inde oriuntur, non tamen inde conſequi dicebat Chryſippus, partem animæ principalem in capite eſſe locatam. Verba Chryſippi apud Galenum: ἐν τῇ καρδίᾳ μὲν τοῦ ἡγεμονικοῦ ὄντος, τοῦ δὲ τῆς κινήσεως ἀρχῆς ἀπὸ τῆς κεφαλῆς οὔσης. Quæ ita explicat Galenus: ὃ γὰρ δὴ βούλεται λέγειν ὁ Χρύσιππος ἐν τῇδε τῇ ῥήσει, τοιοῦτόν ἐστιν, εἰ καὶ συγχωρήσειέ τις ἀρχὴν εἶναι νεύρων τὴν κεφαλὴν, οὐ πάντως ἐν αὐτῇ συγχωρήσειε τὸ ἡγεμονικὸν ὑπάρχειν. *Quod enim vult dicere Chryſippus in his quæ attulimus verbis, tale eſt. Etiam ſi quis concederet principium nervorum caput eſſe, non omnino tamen concedendum haberet, in capite partem animæ principalem conſiſtere.* Non igitur hoc dabat Chryſippus, nervorum principium in capite eſſe, ſed etiam ſi quis id daret, non inde ſequi, & ſedem caput eſſe habendum τοῦ ἡγεμονικοῦ. In corde itaque Stoici, ut & Ariſtoteles, principium motuum & ſenſuum ponebant, ut cæterarum animæ facultatum quibus homo διοικεῖται. De Ariſtotele quod hæc eius ſententia fuerit, cum ex pleriſque antiquorum poſſimus id confirmare, unicum Chalcidii teſtimoniū reor ſufficere, qui luculente id demonſtrat commentario in Timæum Platonis. Sic enim de Ariſtotele loquens ait: *Namque venarum & nervorum initium & quidem nodus ipſum cor eſt, iuxta quod intellectus agitatur, & rationabiliter ignitus ibidem coacervare ſe creditur, poſſibilitate quidem illic habitans,*

effectu vero extra conſeptum corporis atque viciniam commeans. Quid his apertius? De reliquis animæ facultatibus, omnes illas è corde manare tanquam ſuo principio ac fonte, ſecundum Ariſtotelē, ſcribit ibidem idem Chalcidius: *Principalem vero animæ partem Ariſtoteles aſſerit locatam eſſe in penetralibus cordis, ubi aliæ quoque ſpecies animæ ſunt locatæ, id eſt, imaginatio, memoria, appetitus, excurſio.* Vocat hic *excurſionem* τὴν κατὰ τόπον κίνησιν, quæ miniſterio fit nervorum, qui aliis à capite oriuntur, Ariſtoteli à corde. Sequitur apud Chalcidium: *Quippe omnium animæ virium initia, & quaſi quædam radices à ſede cordis emanant, quando confecti cibi ſuccus per venas cordis cæterum corpus irrigat, & motus corporeus, qui locularis eſt, à corde initium ſumit.* Hic vocat *locularem* motum ſive potius *locarem* pro locali, quæ κατὰ τόπον κίνησις Ariſtoteli vocatur, & paulo ante *exturſionem* dixit. Igitur cum unam ἀρχὴν omnibus animæ facultibus ac partibus ponat Ariſtoteles, eamque in corde eſſe velit, nulla ratio eſt quæ perſuadere cuiquam poſſit, tres illum animas quarum una eſſet ἀρχὴ, confinxiſſe. Si ne ſecundum quidem Platonis ſententiam, qui tres animæ facultates illas quas diximus ita partitus eſt ut ſingulis propriam in corpore ſedem aſſignaverit, id efficiatur ut tres animas ſubſtantia diverſas fabricarit, multo minus hoc idem conſequetur ex Ariſtotelis opinione, qui omnes in una ſede veluti fixit. Tres illas corporis partes quas Plato tribus animæ partibus tribuit, quaſi τρεῖς ἀρχὰς trium animarum Galenus interpretatus eſt, & τριψυχίαν inde Platoni aſſertam putavit. Quod tamen eſſe falſum, multis ante argumentis confecimus. Iam reſtat ut diſpiciamus, an ex ipſis Ariſtotelis verbis ullo modo colligi queat, hanc eius mentem fuiſſe de tribus aut duabus diſtinctis animabus, quam volunt plerique interpretum. Ex Ethicis aut Politicis illius ſcriptis iam vidimus nihil tale poſſe elici, quinimmo contrarium manifeſto probari. In libris de Anima, non ſequitur quod videbatur eſſe ſequutus in Moralibus circa animæ diviſionem bipertitam, aut tripertitam. Fortaſſean exotericis, & vulgo, propter morum doctrinam quam tractabat, eam partitionem dederit: Philoſophiæ autem ſtudioſis ac ſectatoribus ſuis, legitimiſque auditoribus ac diſcipulis, aliam & proprie ſuam, in Acroaticis libris explicatam ſententiam aperuerit. Hæc ergo qualis ſit, excutiendum, & an duas aut tres animas ſuadeat pro partibus aut facultatibus animæ conſtituendas. In primo quidem libro ut iam ante monſtravimus ab ea opinio-

opinione ita averſus videtur, ut Platonē impugnet ea maxime de cauſa quaſi ex eius dogmate de animæ partibilitate hoc conſequi videretur. In tertio ſimiliter libro ſatis manifeſtus eſt contrariæ illi aſſertioni ſententiæ, tametſi & ab illa quam in Ethicis probaverat diviſione diverſus abeat. Nam ibi clare, præter illam duarum aut trium partium animæ διαίρεσιν, longe plures poſſe dari partes, & pæne infinitas,& quidem haud paulo minus invicem diſiunctas quam illæ tres ſunt inter ſe in quas animam Plato partiebatur. Unicus igitur ſupereſt locus ex libro ſecundo unde τριψυχίαν vel διψυχίαν interpretes quidam Ariſtoteli creditam ideo volunt, quia & ipſi talem credunt. Tanto igitur auctore ſuam ſatagunt tueri ſententiam, ſecuri an illam habuerit, dum perſuadeant habuiſſe. Illa igitur verba ſunt quæ interpretibus iſtam mentem induerunt, qua putant, Ariſtoteli aliam mentis,ſive animæ rationalis, eſſe ſubſtantiam, aliam irrationalis: Ἀλλ᾽ ἔοικε ψυχῆς γένος ἕτερον εἶναι, καὶ τοῦτο μόνον ἐνδέχεται χωρίζεσθαι, καθάπερ τὸ ἀΐδιον τοῦ φθαρτοῦ. Ad quem locum notat Philoponus,manifeſte philoſophum ſcribere,alterius animum eſſe ſubſtantiæ quam animam, & vocem ψυχῆς, eſſe æquivocam: διὰ γὰρ τοῦ,inquit, εἰπεῖν ἕτερον γένος εἶναι τῆς ψυχῆς τὸν νοῦν, ἔδειξεν ὅτι ὁμώνυμόν ἐστι τὸ τῆς ψυχῆς ὄνομα, εἶτα ὅτι ὁ μὲν νοῦς μόνος χωριστὴν ἔχει τὴν οὐσίαν, ἡ γὰρ λοιπὴ πᾶσα ψυχὴ ἀχώριστον. Duas animas hic plane ab Ariſtotele fieri vult ſubſtantia diverſas, mentem, ſive intellectum, ut cum ſcholis loquamur, & reliquam animam. Quod animæ nomen ideo dicit ὁμώνυμον, quia tam de rationali quam irrationali dicitur anima, vel quod idem eſt, immortali & mortali. Quæ duæ ſunt ſpecies ſubiectæ eidem generi univoco, quod eſt Anima. Sic ille duas prorſus animas ſpecie ac ſubſtantia differentes, ſub unum idemque genus collocat ὁμώνυμον. Ut enim nomē animalis convenit equo & homini, ita nomen animæ convenit rationali & irrationali formæ.Cum dixit igitur Ariſtoteles, animum, id eſt, νοῦν, eſſe ἕτερον γένος ψυχῆς,per γένος non intelligit γενικώτατον, ſed εἰδικὸν, idemque eſt ac ſi dixiſſet, ἕτερον εἶναι εἶδος ψυχῆς. Nam ψυχὴ generis nomen eſt, animus autem ſpecies eſt animæ, id eſt, ψυχῆς. Non tres eſſe animas Ariſtoteli creditas tradit,ut Platoni Galenus, ſed duas. Et ſane omnes qui partes animæ ſubſtantia diverſas fecerunt, non tres, ſed duas tantum agnovere. Ad hunc quoque Ariſtotelis locum reſpexit Servius in VIII Aeneidis de Erylo, cui naſcenti tres ani-

mas matrem Feroniam dediſſe canit poëta: *Per tranſitum oſtendit illam Platonis & Ariſtotelis contentionem, qui dubitant, utrum quattuor an tres animæ ſint in homine, φυτική, αἰσθητική, νοητική, remota κινητικῇ.* Hæc eius verba iam ſupra attulimus & expendimus. Inſcite putat, hanc tantum inter Platonem & Ariſtotelem fuiſſe contentionem, utrum tres animæ an quattuor tantum fuerint. Uter quattuor voluit? An Ariſtoteles? Ita certe exiſtimaſſe videtur. Nam ita ille hoc loco ſcribit: Νῦν δ᾽ ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω μόνον, ὅτι ἡ ψυχὴ τούτων ἐστὶν ἀρχὴ τῶν εἰρημένων, καὶ τούτοις ὥρισται, θρεπτικῷ, αἰσθητικῷ, διανοητικῷ, κινήσει. Atqui non hic determinat, quattuor eſſe animas, ſed dicit, animam omnium harum partium ſive facultatum eſſe principium, alentis, ſentientis, intelligentis, & motivæ. Quod addit, πότερον δὲ τούτων ἕκαστόν ἐστι ψυχὴ ἢ μόριον ψυχῆς, utrum unumquodque horum anima ſit an pars animæ, non hoc definit, ſed quæri ait poſſe. Etiam ex ſequentibus apparet, non eum id velle, ut ſingulæ illæ facultates totidem ſint animæ, ſed partes. Nam totam quæſtionem eo deducit, utrum partes illæ τόπῳ diſiunctæ ſint, an λόγῳ. At Servius hoc inter illos controverſum eſſe cenſet, utrum quarta tribus anima addenda ſit, quæ motum habet locarem, an illa remota tres ſint tantum animæ relinquendæ. Certe circa motivam animæ partem non convenit Ariſtotelicis cum Platonicis. Non tamen ea eſt inter illos diſſenſio, an anima ſit ſpecialis quæ tribus reliquis adiungi quaſi quarta κατ᾽ ἰδίαν, ut loquuntur, ὑπόστασιν debeat. Plato, motivam facultatem à mente, id eſt, principali animæ parte & imperium in cæteras obtinente, venire cenſuit. Ut enim in animalibus ratione carentibus quæ præcipua ac princeps animæ in illis pars eſt, animal ipſum movet, nempe φαντασία, ita & hominem, quæ in eo eſt principalis portio & cæteris imperans, motivam quoque excitare facultatem. Eam autem eſſe mentem, τὸν νοῦν. Sic ergo κινητικὴ Platoni ſub νοητικῇ comprehenſa eſt. Ariſtoteli vero id quod movet hominem non eſſe intellectivam, ſed vitalem facultatem placuit, ac proinde diverſam ſtatuendam ἀπὸ τῆς νοητικῆς. Si itaque hæ quattuor facultates pro quattuor animabus computandæ ſunt, quattuor animas Ariſtoteles crediderit oportet, qui τὴν κινητικὴν ἀπὸ τῆς νοητικῆς ſeparavit, Plato tres tantum, qui τὴν νοητικὴν ſub ſe motivam comprehendere maluit. Sed hæc ridicula ſunt. Non enim tantum quattuor, ſi iſta ſint, poſuerit animas Ariſtoteles, ſed quinque, quia ὀρεκτικὸν etiam quattuor

memo-

memoratis adnectit. Et Nemeſius aliique tradunt, Ariſtotelem ἐν τοῖς Φυσικοῖς quinque animæ partes facere: Ἀριστοτέλης δὲ ἐν μὲν τοῖς Φυσικοῖς πέντε εἶναι λέγει τὰ μέρη τῆς ψυχῆς, τό τε φυτικὸν, καὶ τὸ αἰσθητικὸν, καὶ τὸ κινητικὸν, καὶ τὸ ὀρεκτικὸν, καὶ τὸ διανοητικόν. Idem tradit Iamblichus de Animæ facultatum numero: Ἀριστοτέλης δὲ, εἰς πέντε αὐτὰς διαιρεῖ, φύσιν, αἴσθησιν, κίνησιν κατὰ τόπον, ὄρεξιν, διάνοιαν· *Ariſtoteles vero eas facultates quinquepertitas facit, naturam, ſenſum, motum locarem, appetitionem, cogitationem.* In tertio tamen de anima τὸ ὀρεκτικὸν commune facit partis animæ rationalis & irrationalis, intellectivæ ac ſenſitivæ. Interdum enim moveri hominem ab appetitu rationalis, interdum ab irrationalis. Sed de his infra. Non ſane dici poteſt, Ariſtotelem in Phyſicis certum partium animæ numerum definiviſſe, cum diſerte profiteatur pæne infinitas eſſe. In Ethicis & Politicis quattuor conſtanter eſſe affirmat, duas unius rationalis, & duas irrationalis. Intelligentiam activam, intelligentiam contemplativam, iraſcentiam, & concupiſcentiam. Cæterum tres animas ſubſtantia ac ſpecie ſeparatas nemo poſſit niſi admodum ridicule confingere, quia ex una irrationali duæ eſſent conficiendæ. Quod conſiſtere non poteſt. Cur enim & quæ duæ rationalis partes ſunt, non erunt pariter animæ duæ? Quæ ſatis ſupra confutavimus. Fabulam de tribus animis Eryli ad tres animæ facultates eſſe referendam, melius dixit Iohannes Lydus; quam Servius ad tres animas hominis ἑτερουσίως differentes. Hæc eius verba ſunt: Ὅτι. Ἔρυλον τὸν περὶ Ἰταλίαν, ὃν κατὰ τὰς Εὔανδρος κατέσχε τὴν χώραν, τρίψυχον γενέσθαι ὁ μῦθος αἰνίττεται φιλοσοφώτατα· τριπλᾶς γὰρ ἔχειν τὴν ψυχὴν δυνάμεις ὁ ἐν Φαίδωνι Σωκράτης παραδίδοται, ἡνίοχον μὲν τὸν νοῦν, ἵππους δὲ τὰς τῆς ψυχῆς δυνάμεις. Ταύτῃ καὶ χαλινῶσαι τὴν ψυχὴν θεσπίζει τὰ λόγια.

Χρὴ δὲ χαλινῶσαι ψυχὴν βροτὸν ὄντα νοητὸν
Ὄφρα μὴ ἐγκύρσῃ χθονὶ δυσμόρῳ ἀλλὰ σαωθῇ.

Τῆς γὰρ τῆς φύσεως ἐξ ἐναντίων δυνάμεως τυγχανούσης, ἀνάγκη καὶ τῇ διὰ πάντων κεχωρηκυίᾳ τὰς ἐναντίας ἐφαρμόζειν ἀρχάς. Τὸ μὲν γὰρ αὐτῆς λογικὸν ἐκ τῆς μονάδος, τοῦτ᾽ ἔστι τοῦ νοῦ, τὸ δὲ θυμικὸν καὶ ἐπιθυμητικὸν ἐκ τῆς δυάδος, οἷον τῆς ὕλης, ἐστίν. Hæc Pythagorica ſunt & Platonica. Ita τρεῖς ἀρχὰς in hominis anima ſtatuunt, ut unam tantum ſubſtantiam ex his conflatam agnoſcant, quia tres illæ ἀρχαὶ ſunt δυνάμεις. Sic univerſi naturam ex contrariis eſſe facultatibus compoſitam, ut anima quæ ipſam imitatur tribus inter ſe oppoſitis ac diſſidentibus conſtat.

ſtat poteſtatibus. Addit, hanc animæ τριάδα θείαν ab oraculo vocari, trinitatem facultatum in una ſubſtantia, eſſentialiter tamen invicem diſtinctarum.

Διψυχίαν Ariſtotelis ſententiæ minime convenire, multo minus τριψυχίαν. Philoponi interpretatio, quæ illi hanc opinionem tribuit, expenſa & exploſa. Excepta partitione idem ſenſiſſe de animæ facultatibus Ariſtotelem & Platonem. Stoicorum de eadem re dogma explicatum. Iamblichus reprehenſus.

Laborabamus ante, ut probaremus, Platoni unam eſſe animę ſubſtantiam facultatibus multifidam, contra Galenum, qui tres eum animas aſſerere dixit, cum tamen de Ariſtotele fateatur, non diverſas in anima illum ſubſtantias, ſed facultates ponere. At nunc Ariſtoteles non minus ab hac τριψυχίας opinione vindicandus, quam ei plerique interpretes tribuunt. Unicus ille locus ex ſecundo de Anima in eam illos impulit ſententiam & interpretationem, qua νοῦν ſibi videri dixit ἕτερον γένος εἶναι ψυχῆς, & ἐνδέχεσθαι χωρίζεσθαι. Quæ verba cum dubitantis ſint an ita ſit, non affirmantis, Simplicius tamen & Philoponus ita accepere quaſi omnimodo neceſſe ſic eſſe Ariſtoteles pronuntiarit. Sed ab Ariſtotele ipſo iidem revincuntur, qui alio loco, in ſecundo de Anima, ἴσως, ſimiliter poſuit in proponenda animi ſive intelligentię divinitate & impaſſibilitate. Ὁ δὲ νοῦς, inquit, ἴσως θειότερόν τι καὶ ἀπαθές ἐστιν. Ita igitur & hic cum eadem hæſitatione de eo loquitur, an immortale quid ſit, & à corpore ſine interitu ſuo ſeparabile, & alterum genus animæ: ἀλλ' ἔοικε ψυχῆς γένος ἕτερον εἶναι, καὶ τοῦτο μόνον ἐνδέχεται χωρίζεσθαι, καθάπερ τὸ ἀΐδιον τοῦ φθαρτοῦ. Ex his verbis recentiores Græciæ philoſophi, iidemque interpretes Ariſtotelis, adſtruxerunt, intellectum neque pro facultate animæ eſſe habendum, neque pro parte, ſed pro alia ac præſtantiore eſſentia, quæ ineſt deteriori, id eſt animæ. Simplicius & Philoponus hoc ſine ullo ambigendi ſcrupulo tuentur. Themiſtius hæſitat. Ex veteribus Peripateticis nemo fuit qui hanc Ariſtoteli ſententiam affinxerit, ſed omnes uno ore conſentiunt, unam eſſe animæ οὐσίαν πολυδύναμον, atque ita ſenſiſſe Ariſtotelem docent. Nec aliud

ſenſit

ſenſit Theophraſtus nec Andronicus, nec inter enarratores Ariſtotelis Alexander Aphrodiſæus, & Porphyrius. Sextus Empiricus in referenda Peripateticorum, nominatim Ariſtotelis & Theophraſti, ſententia non aliam ab illa quam diximus eis adſcribunt. Huius verba nos in ſequentibus afferemus & explicabimus, atque etiam emendabimus. Galenus etiam fatetur, non diverſas οὐσίας animæ ab Ariſtotele agnoſci, ſed tantum varias δυνάμεις. Plutarchus quoque idem exiſtimavit, cum Aphrodiſæo. Utrumque propterea nugari ac mentiri dixit Philoſophus, quoniam Ariſtotelis eam eſſe mentem interpretarentur. Sic enim ſcribit ad tertiam de Anima: Ἐνταῦθα δὲ γεγονότες Ἀλέξανδρος καὶ Πλούταρχος, φασὶν, ὅτι ἐγκαλεῖ τῷ Πλάτωνι Ἀριστοτέλης, ὡς διελόντι τὴν ψυχὴν ὡς ὅλον εἰς μέρη, ὡς ἂν αὐτὸς ὡς μίαν οὐσίαν εἰς δυνάμεις διαιρῶν. Βούλεται γὰρ τὴν ψυχὴν μίαν οὐσίαν πολυδύναμον. ἔστι δὲ ψεῦδος. *Hoc in loco cum eſſent Alexander & Plutarchus, aiunt, quod Ariſtoteles Platonem incuſet eo nomine quia animam ut totum in partes diviſerit, cum ipſe illam tanquam unam ſubſtantiam in plures facultates tribuat. Vult enim, animam unicam eſſe eſſentiam pluribus conſtantem facultatibus. Atqui hi mentiuntur.* Immo ipſe Philoponus mentitur. Nihil enim verius quam Ariſtotelis hoc fuiſſe genuinum de animæ dogma, μίαν eſſe οὐσίαν πολυδύναμον. Porphyrio uni longe magis ſuper eo crediderim quam centum Philoponis, qui diſerte in libro περὶ τῶν τῆς ψυχῆς δυνάμεων tradit, Ariſtotelem ideo abſtinuiſſe τῶν μερῶν appellatione in anima dividenda, ſed nominaſſe tantum δυνάμεις, id eſt, *facultates*, quia τὸ ἑτερομερὲς diverſitatem ſubiecti innuat, cum τὸ ἑτεροδύναμον circa unum idemque ſubiectum cernatur. Falſum tamen illud quod ait Porphyrius, Ariſtotelem μέρη animæ non nominare, ſed μερῶν nomine intelligere δυνάμεις, quas vocet etiam μέρη καὶ δυνάμεις. Cur Plutarchus autem cum Aphrodiſæo mendacia dicere videantur, nec hanc eſſe Ariſtotelis ſententiam, ut una ſit animæ ſubſtantia, multis conſtãs facultatibus, ita Philoponus evincere vult: Αὐτὸς γὰρ ἀλλαχοῦ ἔφη μηδέποτε τῶν δυνάμεων τῆς αὐτῆς οὐσίας τὰς μὲν εἶναι φθαρτὰς, τὰς δὲ ἀφθάρτους, ἀλλ' ὁμοίως ἢ ἀφθάρτους πάσας ἢ φθαρτάς· λέγει δὲ τὸν μὲν νοῦν ἀΐδιον, τὸ δὲ ἄλογον φθαρτήν· ὥστε οὖν οὐ μία. *Ipſe enim alibi dixit, nunquam facultatum eiuſdem ſubſtantiæ alias eſſe corruptibiles, alias incorruptibiles, ſed eodem modo omnes aut debere eſſe corruptibiles aut incorruptibiles. Atqui dicit, intelligentiam eſſe immortalem, facultatem autem animæ irrationalem corruptibilem. Ergo non eſt una eſſentia.* Hæc præcipua eſt atque unica

propemodum quæ afferri cauſſa poteſt, & vulgo affertur ab illis qui volunt duas in anima diverſas eſſe ſubſtantias, hoc eſt, duas animas, quod pars eius carens ratione mortalis ſit, illa autē in qua ineſt ratio, immortalis. Ergo duæ ſunt ſubſtantiæ diverſæ. Nam vel ipſo Ariſtotele teſte eiuſdem ſubſtantiæ facultates partim corruptibiles, partim incorruptibiles eſſe non poſſunt. Si hoc verum, valebit etiam ratio adverſus Platonem, qui pro definito tenuit, aliam animæ partem eſſe mortalem, aliam immortalem. τὸ θνητὸν γένος τῆς ψυχῆς, & τὸ ἀθάνατον appellat in Timæo. Atqui certum eſt ex his quæ in ſuperioribus attulimus, Platonem unam tantum οὐσίαν animæ ſtatuiſſe. Aut ſi plures οὐσίας agnovit, eas accepiſſe tanquam partes unius ſubſtantiæ. Ipſe quippe Ariſtoteles auctor eſt, ſubſtantiarum partes etiam eſſe ſubſtantias. At non plures animas credidiſſe Platonem, vel ipſe Plato teſtis eſt ἀξιόχρεως in Theæteto, ubi dicit, hominis corpus non eſſe tanquam equum durateum in quo plures diverſentur animæ. Quo argumento ad pluralitatem animarum refutandam uſum eſſe Clementem, ſupra oſtendimus. Eodem quoque utitur Themiſtius in libro primo de Anima: Ἄξιον δὴ καὶ τοῦτο πολλῆς ἂν εἴη φροντίδος, ἆρα πολλὰς θετέον ψυχὰς ὑπάρχειν τῷ ζώῳ, οἷον φυτικὴν, θρεπτικὴν, ὀρεκτικὴν, διανοητικὴν, ὥσπερ καὶ τὰ μέρη ἐφ' ὧν καὶ αὗται, ἢ πολλαὶ μὲν οὐκ εἰσὶν ἐν ἑκάστῳ ψυχαί· γελοῖον γὰρ, ὥς φησιν ὁ θεῖος Πλάτων, καθάπερ ἐν δουρείῳ ἵππῳ καθεζομένας φέρειν ἕκαστον ἡμῶν πλείους ψυχὰς, μιᾶς δὲ ὅλης αὐτῆς ὑπαρχούσης τὰ μόρια διενήνοχε. *Quæſitu & hoc dignum eſt, & cum cura quidem, utrum ſtatuendum ſit, plures in animali animas exiſtere, ut vegetativam, nutritivam, appetitivam, & intellectivam, ut & plures corporis ſunt partes, in quibus & ipſæ, an vero minime quidem ſint in ſingulis animæ. ridiculum enim eſt, ut divinus ait Plato, tanquam in durateo equo reſidentes plures animas unumquemque noſtrum circumferre, ſed cum una in totum exiſtat, partes eius invicem diſſitæ ſunt, ac diſſident.* Si Plato, qui diverſas in corpore ſedes diverſis animæ facultatibus aſſignavit, & totidem partes animæ fecit locis diſtinctas, non tamen plures animas poſuit, multo minus id feciſſe putandus Ariſtoteles, qui circa idem ſubiectum omnes verſari voluit, nec locis eas variis diſpeſcuit. Cæterum ſi ex illa ratione qua eiuſdem ſubſtantiæ partes alias corruptibiles, alias incorruptibiles eſſe non datur, rectè concluſum habere volueris ſubſtantia differre id quod in anima mortale eſt atque immortale, valebit quidem argumentum ad duas animas con-

conſtituendas, non ad tres. Cur igitur vult Philoponus, Ariſtotelem tres animas agnoſcere, & eo titulo Platonem carpere quod unam ex rationali & irrationali fecerit animam, eamque in duas ſecuerit partes, in rationem, iram, & cupiditatem. Verba Philoponi hæc ſunt: κατ' ἄλλο δὲ ἐγκαλεῖ Πλάτωνι, ὡς τὰς δύο ψυχὰς, τήν τε λογικὴν φημι, καὶ τὴν ἄλογον, ὡς μίαν ποίησαντι, καὶ διελόντι τὴν μίαν ταύτην εἰς τρία, εἰς λόγον, θυμὸν, ἐπιθυμίαν. Ἀριστοτέλης δὲ βούλεται τὰς τρεῖς ψυχάς. Sed cur vellet Ariſtoteles tres animas, cum duas tantum debuerit ex illo argumento quo omnes debent unius ſubſtantiæ facultates aut corruptibiles eſſe aut incorruptibiles, non alię corruptibiles, alię incorruptibiles? Numquid iraſcibilis facultas ita differt à concupiſcibili, ut incorruptibile corruptibili, quomodo Ariſtoteles differre dixit intellectivam animæ facultatem à reliquis? Immo utraque pariter corruptibilis. Quorſum igitur duas ex his duabus facultatibus animas conſtituere quæ ex æquo ſunt corruptibiles? Atqui ipſe Ariſtoteles cum antea diviſiſſet iuxta Platonem animæ partem irrationalem in duas facultates, iraſcentem & concupiſcentem, poſtea in unam eas reduxit, ut Plutarchus teſtatur, quatenus ὁ θυμὸς non etiam eſt abſque ἐπιθυμίᾳ. Qui enim iraſcitur, male facere illi cupit cui offenſus eſt, aut ſi id ipſe non poteſt præſtare, ſaltem ei aliquid mali quo vindicetur, evenire optat. Præterea falſiſſimum eſt quod hic ait Philoponus, Ariſtotelem Platoni ſuccenſere quod ex duabus animabus rationali & irrationali unam faciat. Contra eſt. Ariſtoteles quippe in primo de Anima ſub finem, Platonem vel Timæum Platonis reprehendit, quod animam partilem faciat, & alia parte nos intelligere velit, alia concupiſcere. Ex quo conſequens eſſe, non unam ſed duas animas ſtatui oportere. Si enim ſic dividatur anima per partes, opus fore vinculo quod partes ita diviſas iungat & concilier. At illud ipſum quod vinculi vicem præſtabit in partibus animæ copulandis, animam potius appellari debere. Si hoc anima erit, & præterea anima cuius illæ partes erunt intelligendi & concupiſcendi, geminæ inde exibunt animæ. Immo & plures. Nam & quærendum adhuc reſtabit, utrum illa anima quæ vinculi vicem ſuſtinebit, una ſit, an πολυμερής. Si multipartilis, iterum alia anima fuerit advocanda quæ partes illas in unum colligat. Hic enim verus ac germanus illius Ariſtotelici loci ſenſus. Inde etiam conſtat, philoſopho placere, omnino unum quid animam eſſe debere, non in

plures partes diſtribuendum, ſed nec pro una plures animas eſſe ſomniandas. Ad eum tamen locum commentatur Philoponus, non propterea hæc ibi ab Ariſtotele dici, quod unam animæ velit eſſe ſubſtantiam, ſed ex pluribus adunatis ſubſtantiis compoſitam, atque ita invicem connexis, ut una ſit omnium compaſſio. Ταῦτα δή φασιν ὁ Ἀριστοτέλης, οὐκ ἀρεσκόμενος τῷ δόγματι, ὡς ἤδη εἴπομεν, λέγω δὴ τὸ μιᾶς οὐσίας εἶναι τὴν ψυχὴν, ἀλλ' ἐγκαλῶν τῷ Τιμαίῳ κατὰ τὰ μόρια τοῦ σώματος διαιροῦντι καὶ τὴν ψυχὴν, καὶ γὰρ αὐτὸς οὐ βούλεται μὲν μίαν οὐσίαν εἶναι τὴν ψυχὴν, ἀλλ' ἐκ διαφορῶν συγκεῖσθαι οὐσιῶν, ἡνωμένων μέντοι τούτων ἀλλήλαις, καὶ συνεχῶν οὕτως, ὡς καὶ μίαν γίνεσθαι αὐτῶν τὴν συμπάθειαν. Si animæ facultates variæ, totidem ſunt ſubſtantiæ diverſæ ex quibus compoſita eſt ſecundum Philoponum, iam illæ ſubſtantiæ totidem quoque animas facere debebunt, ſi verum eſt quod ipſi placuit. Nam ex tribus animæ facultatibus, rationali, iraſcente, & concupiſcente, cũ tres animas exiſtere velit diverſas ſubſtantia, reliquas pariter animæ facultates quas recenſet Ariſtoteles, æque pro ſubſtantiis & animabus diſtinctis habeat neceſſe eſt. Atqui & infinitas pæne eſſe animæ facultates, & partes, idem philoſophus ait in tertio de Anima, ubi in Platonem invehitur quod tres tantum poſuerit. Ergo infinitæ erunt in corpore animæ, & totidem quot facultates, ſi vera eſt Philoponi opinio, & ille durius equus Platoni irriſus nobis inde exſurget. Quod autem ait, animam ἐκ διαφόρων συγκεῖσθαι οὐσιῶν, ἡνωμένων μέντοι τούτων ἀλλήλαις καὶ συνεχῶν, οὕτως ὡς καὶ μίαν γίνεσθαι αὐτῶν συμπάθειαν, hæc quidem fuit quorumdam opinio, ſed ab Ariſtotelica in tantum diverſa, quantum Hypanis Veneto diſſidet Eridano. Porphyrius in libro de Animæ facultatibus: Τοῖς δὲ δοκεῖ, δύο ψυχῶν εἰς ταὐτὸ συμπλακεισῶν ἀλλήλαις διπλασίας εἶναι τὰς κινήσεις, ὁμοιουμένων ἀλλήλαις ἐκ τοῦ ἀπολαύειν ἑκατέραν τῶν τῆς ἑτέρας παθημάτων κατὰ τὴν ἕνωσιν. *Quidam opinantur, duarũ animarum in unum coniunctarum duplices eſſe motiones, invicem aſſimilatarum ex eo quod altera alterius paſſionibus participet, per adunationem.* Hæc eſt συμπάθεια quam vult Philoponus inter ſubſtantias diverſas, & invicem iunctas, ex quibus anima componitur, intercedere. Sed melius illi qui duas tantum animas ita connexas volunt ut ex ea connexione emergat illa συμπάθεια inter rationalem & irrationalem. Quid enim opus, quod facit Philoponus, totidem animas ſive ſubſtantias, quot ab aliis ponuntur animę facultates, propterea concinnare? Multo abſurdius eſt hanc opinionem Ariſtoteli affingere

fingere, de qua nunquam cogitavit, quæque etiam refellitur tam plane ab ipſo Ariſtotele, ſi quis recte mentem eius attendat? Quærit enim ille, ſi plures animæ partes locis diſcretæ ponantur, ut à Timæo fit, ut altera intelligamus, altera concupiſcamus, ecquod erit quo ceu vinculo omnes illæ partes contineantur? Nonne hoc idem telum torqueri poteſt in eos, qui dixerint, ex diverſis ſubſtantiis animam componi, ita iunctis & unitis, ut omnium continenter vinctarum una ſit συμπάθεια? Ecquod enim erit illud quo omnes diverſæ ſubſtantiæ in unum compingentur & compaginabuntur? Nec refert quod locis eas diſtinctas, ut Plato, non proponat. Æque enim re ipſa eas diſtinguit qui docet diverſas eſſe eſſentias quarum unaquæque ἰδίαν habeat in corpore ὑπόστασιν. Quid igitur eas invicem conciliabit, ac iunget? Non enim συμπάθεια eſt quæ hanc συνέχειαν animabus illis præſtabit. Quinimo ex ſic iunctis συμπάθεια procedit, & oritur. Nam, ut ex Porphyrio colligitur, non κατὰ τὴν συμπάθειαν ἡ ἕνωσις fit, ſed κατὰ τὴν ἕνωσιν ἡ συμπάθεια. Coniunctio illa ſubſtantiarum diverſarum vel animarum in corpore quam defendit Philoponus, vel κατὰ πρόσφυσιν debet fieri, vel κατὰ σύμφυσιν. Si κατὰ πρόσφυσιν, ſic altera alteri adplicita erit & adnexa, ut apes in examine conglobatæ προσφυῶς tenentur, *pedibus per mutua nexis*, ut ait poëta, vel grana racemi in uno. Hic modus nexus quo diverſæ ſubſtantia animæ in unum coguntur, Baſilidis opinionem referet, qui προσαρτήματα, & *appendices* plurium animarum commentus eſt invicem ſibi κατὰ πρόσφυσιν adtextarum. Si κατὰ σύμφυσιν accipiamus eum velle illas plures animas hominis connecti, tum id quod voluit Plato habebimus. Immo & fortaſſe etiam quod Ariſtoteles. Nam animæ illæ ſic κατὰ σύμφυσιν iunctæ unam animam conſtituunt. Erunt quippe ut partes unius ſubſtantiæ, quæ ſubſtantiæ & ipſæ. Eæ ſubſtantiæ, quæ partes ſunt totius, ita totam animam component quaſi unam ſubſtantiam. Quæ plane Platonis fuit ſententia, ut Iamblichus his verbis, quæ iam ſupra retulimus, manifeſte probat: Πλάτων μὲν οὖν οὐχ ὡς ἑτέρας τὰς δυνάμεις ἐν ἑτέρᾳ τῇ ψυχῇ ἐνεῖναι ἡγεῖται, συμφύτους δ' αὐτὰς καὶ κατὰ μίαν ἰδίαν συνυφεστηκέναι λέγει διὰ τὴν σύνθετον οὐσίαν τῆς ψυχῆς. Dicit ſubſtantiam animæ compoſitam, ex pluribus nempe ſubſtantiis, ſive ſubſtantiarum partibus, quæ per unam ſubſiſtunt formam. Quænam illæ ſubſtantiæ ſunt, ſive partes ſubſtantiales quibus anima conſtat ſub una ἰδέᾳ ſive forma? Ratio, ira

& concupiſcentia. Non ita ſecundum Platonem hæ facultates animæ, nam & δυνάμεις appellat, in anima inſunt ut accidentia in ſubſtantia. Accidens quippe ſubſtantiæ ineſt ὡς ἕτερον ἐν ἑτέρῳ. At δυνάμεις ψυχῆς οὐχ ὡς ἑτέρας ἐν ἑτέρῳ ineſſe dicit, ſed tanquam μέρη οὐσίας ἐν οὐσίᾳ, tanquam partes ſubſtantiæ in ſubſtantia. Sunt enim δυνάμεις οὐσιώδεις, quibus anima, ut totum ex partibus, componitur. Συμφύτους eas facultates eſſe dicit, non προσφύτους. Quod ſi plures eſſent animæ ſeparatæ ac diſtinctæ, ut eas eſſe vult Philoponus, non poſſent σύμφυτοι dici, ſed πρόσφυτοι vel προσφυεῖς omnino dicerentur. Quod Baſilidi neceſſario tenendum fuit, cum de ſingulis animę facultatibus doceret, totidem eas eſſe animas diſtinctas, velut per appendicem invicem ſibi adhærentes, id eſt, προσφυῶς. Unde προσάρτηματα vocabat. Ubi enim altera deſinit, altera incipit, & ſequens priori adnexa eſt. At Platoni anima una eſt ſubſtantia & unum συνάρτημα, unaque contextura ex pluribus partibus συμφύτοις. Sed dices, ſi eas locis diſcrevit, quomodo erunt σύμφυτοι? Cerebrum vel caput occupante ratione, cordi inſidente iraſcentia, & iecur obtinente concupiſcentia, & ſic unaquaque propriam ſibi ſedem quaſi regnum poſſidente, altera alterius fines non tranſilibit, ſed ſuos quæque ſervabit. Hoc ſane eſt quod Timæo & per eum Platoni obiecit Ariſtoteles, in ea opinione quæ animam per regiones corporis certas dividit ac partitur, quæri poſſe quid illud ſit quod omnes ſimul contineat, & in unam ſubſtantiam ſub una forma redigat. Nam cum ita ſegregatæ ac diſiunctæ locis ſint, ut à Platone ſeparantur, aut diſtinctas eſſe animas fatendum eſt, quod Plato nolebat, aut ſi, quod voluit, unam efficiunt ſubſtantiam, quærendum, ut ait Ariſtoteles, aliud, quo anima ſic diviſa contineatur. Τί οὖν δήποτε συνέχει τὴν ψυχὴν, εἰ μεριστὴ πέφυκεν; *Quid igitur animam continet; ſi dividuam habet naturam?* Id eſt, ſi per partes locis diſſitas dividi poteſt. Sed infra explicabitur, quomodo μεριστὴν eſſe animam Plato intellexerit. Non dubitandum autem, quin Philoponus ſubſtantias illas quibus animam componi dicit, κατὰ σύμφυσιν connexas eſſe invicem aut crediderit, aut credere debuerit. Nam & ἡνωμένας eas dicit, & συνεχεῖς: quæ non conveniunt niſi rebus κατὰ σύμφυσιν iunctis, ac plane unitis. Quod cum ita ſit, fruſtra ſubſtantias ſic nexas uno & continuo textu pro diverſis habet formis ſubſtantialibus & animabus forma diſtinctis. Quærendum & illud, utrum Porphyrii

phyrii verba de duabus animabus ſecundum quoſdam κατὰ συμπλοκὴν iunctis, & eo nexu συμπάθειαν teſtantibus, intelligenda ſint de eadem illa connexione cui συνέχεια partium competit. De quo infra agemus. Interim hic demonſtrandum eſt, non illud obieciſſe Platoni Ariſtotelem quod putat Philoponus, cur animam in tres partes ſciderit, cum ipſe tres eſſe animas vellet. Nihil enim minus quam de hoc cogitavit Ariſtoteles. Immo contrarium plane utrobique verum eſt. Platoni quippe potius improperat quod tres animas pro una ſtatuerit, cum ſic eas locis diſcluſas dederit. Atque unam eſſe ſubſtantiam animæ individuam, variis tantum facultatibus multiplicem. Non aliud tamen viſum fuiſſe Timæo aut Platoni quam animam eſſe unam ſubſtantia, quamvis in tres partes eam locis diſterminatas divideret, omnes eius interpretes paucis exceptis conſentiunt. Nam qui tres eum animas poſuiſſe putarunt, ut Galenus autumat, hanc opinionem cum ipſi prius imbibiſſent, ut tanto auctore ſe tuerentur, ex illa eius animæ diviſione per certas corporis partes diſtributæ id elici poſſe ſibi perſuaſerunt. Sed nec Ariſtoteles, ſi quis recte æſtimet, id Platoni adfinxit. Non enim ita illum ſentire aſſerit, ſed ex eius ſententia qua animam μεριστὴν fecit, id per conſequentiam colligi poſſe dixit. Re autem vera idem exiſtimare Ariſtotelem quod Platonem de animæ facultatibus, ſi diviſionem illam animæ partium τοπικὴν excipias, inter ſaniores utriuſque interpretes, ac philoſophos veteres convenit. Iamblichus ubi docuit, Platonem facultates animæ non ut alias in alio ſubiecto ineſſe putaſſe, ſed coalitas in unam ſubſtantiam & formam ſubſiſtere omnes, de Ariſtotele ita ſubiicit: Ἀριστοτέλης δὲ ὡσαύτως ἁπλῆν οὐσίαν, ἀσώματον, εἶδος τελεσιουργὸν, τὴν ψυχὴν ὑποθέμενος, ποιεῖ τὰς δυνάμεις αὐτῆς ὡς ἐν συνθέτῳ τινὶ τῇ ψυχῇ παρούσας. Perperam legitur hodie addita negatione, οὐ ποιεῖ τὰς δυνάμεις. Quod ſequutus interpres contrarium Ariſtotelis ſententiæ ſenſum reddidit. Sic igitur verte: *Ariſtoteles vero ſimiliter, ſimplicem ſubſtantiam, incorpoream, formam effectricem, animam ponens, facultates eius ei ineſſe facit tanquam alicui compoſito.* Cum anima Ariſtoteli ſimplex ſit ſubſtantia & incorporea, ex facultatibus, quibus prædita eſt, quaſi compoſitam eſſe voluit. Ergo partes οὐσιώδεις τῆς οὐσίας animæ, facultates eius eſſe credidit, quibus conſtaret, quaſi συνθετόν τι, cum tamen ſimplex ſit eius natura. Ita ſane credidiſſe oportuit Ariſtotelem, niſi mallet

iuxta

iuxta Stoicos, facultates animæ tanquam qualitates ſubſtantiæ accidere, & in ſubiecto ineſſe tanquam accidentia. Sic enim ſequitur apud Iamblichum de Stoicis : Ἀλλὰ μὴν οἵγε ἀπὸ Χρυσίππου καὶ Ζήνωνος φιλόσοφοι, καὶ πάντες ὅσοι σῶμα τὴν ψυχὴν νοοῦσιν, τὰς μὲν δυνάμεις ἐν τῷ ὑποκειμένῳ ποιότητας συμβιβάζουσιν, τὴν δὲ ψυχὴν ὡς οὐσίαν προϋποκειμένην ταῖς δυνάμεσι προτιθέασιν. *Cæterum Stoici à Zenone & Chryſippo, & omnes omnino qui animam corpus ducunt, facultates quidem eius ut qualitates in ſubiecto ineſſe conſentiunt, animam vero tanquam ſubſtantiam facultatibus illis ſubiectam proponunt.* Addit : ἐκ δ' ἀμφοτέρων τούτων σύνθετον φύσιν ἐξ ἀνομοίων συνάγουσιν. *Ac de utriſque compoſitam naturam ex ſibi diſſimilibus conſtituunt.* Componunt animam, quæ ipſis corpus eſt, ex diſſimilibus, nempe ex ſubſtantia, & facultatibus ſubſtantiæ, tanquam ſubiecto inhærentibus. Sic illi facultates in animo tanquam ἑτέρας ἐν ἑτέρῳ ineſſe exiſtimarunt, ut accidentia in ſubiecta ſubſtantia. Quod contrarium Platonis ſententiæ, qui ſic eas in anima ineſſe negabat, ſed tanquam unius ſubſtantiæ partes συμφύτους eas conſiderabat. Nec aliter iudicabat de his Ariſtoteles, qui ſimiliter, & convenienter Platoni, quamvis ſimplicem eſſe animæ naturam crederet, & minime compoſitam, facultates tamen ei adeſſe tanquam alicui compoſito putabat, non tanquam accidentia in ſubiecto. Ergo & quaſi partes ſubſtantiæ ex quibus anima conſtaret, eas ducebat. Sed nec Stoicorum ſententia ab hac Platonis & Ariſtotelis diverſa, ſi quis recte eam interpretetur, quamvis alia videatur Iamblicho. Falſum enim quod ait, Stoicis ex diſſimilibus componi animam, hoc eſt, ex ſubſtantia & facultatibus, quaſi accidentibus ſubſtantiæ, ut pote, qualitatibus. Quod animam tanquam οὐσίαν ſubiici facultatibus ſuis dixere, non tamen intellexerunt, facultates illas animæ velut meras ac nudas qualitates in ſubiecto eſſe ut accidentia ſunt, ſed ut de partibus ſubſtantiarum dici ſolet, eas quoque in toto tanquam in ſubiecto eſſe videri. Ita quippe ſcribit Ariſtoteles in Prædicamentis: Μὴ ταραττέτω, inquit, ἡμᾶς τὰ μέρη τῶν οὐσιῶν ὡς ἐν ὑποκειμένοις ὄντα τοῖς ὅλοις, μήποτε ἀναγκασθῶμεν οὐκ οὐσίας αὐτὰ φάσκειν εἶναι. Οὐ γὰρ οὕτω τὰ ἐν ὑποκειμένῳ ἐλέγετο ὡς τὰ μέρη ὑπάρχοντα ἔν τινι. Hoc eſt, ut vertit Boëthius, *Non conturbant autem nos ſubſtantiarum partes, ut quæ ita ſint in toto, quaſi in ſubiecto, ne forte cogamur confiteri, eas non eſſe ſubſtantias. Non enim ſic dicebamus ea eſſe quæ ſunt in ſubiecto, ut quaſi partes eſſent in aliquo.* Accidentia non ita ſunt in ſubiecto, ut quaſi

partes

partes ſint eius. At ſubſtantiarum partes ita ſunt in toto, quaſi in ſubiecto, nec tamen propterea pro accidentibus habendę. Sic Stoici τὴν ψυχὴν ὡς οὐσίαν ὑποκεῖσθαι ταῖς δυνάμεσι definiebant, *animam tanquam ſubſtantiam ſubiectum eſſe facultatum.* Ita enim reddendum, non ut vertit doctiſſimus Græce interpres, *animam tanquam naturam priorem facultatibus propoſitam eſſe.* At facultates animæ Stoicis ſunt partes ipſius ſubſtantiæ, id eſt, animæ, quæ in tota ſunt tanquam in ſubiecto. Ποιότητας autem illas, ſive δυνάμεις ψυχῆς, non partes tantum ſubſtantiæ ipſius eſſe ducebant, ſed etiam corpora, ut pote unius corporis membra. Cum enim anima ipſis ſit corpus, & partes eius, hoc eſt, δυνάμεις, etiam corpora, vel corporũ partes erunt. Ita quippe animam ὀκταμερῆ conſtituunt, ut ſingula μέρη, πνεύματα ſint, quemadmodum & totius animæ ſubſtantia, πνεῦμα ab illis definitur. Non minus autem συμφύτους eſſe δυνάμεις illas animæ, & οὐσιώδεις crediderunt, quam vel Plato vel Ariſtoteles. Et quamvis ſecundum corporis partes eas animæ partes determinarint, ut Plato etiã fecit, ita diviſas tamen localiter voluere, ut nihilo ſecius unam concinnarent & componerent ſubſtantiam, partibus κατὰ σύμφυσιν iunctis conſtantem, non κατὰ πρόσφυσιν, per coaleſcentiam, non per adhæſionem. Vis animæ viſualis in oculo poſita eſt. Is τοπικῇ circumſcriptione facultatem eam animæ, ſive partem, comprehendit, quæ una ex octonis, in quas anima ſecundum eos dividitur. Quamvis certo loco circumſcripta videatur, non tamen ita aliis adhæret partibus, ut quaſi limite quodam interpoſito, quaſi diſſepto, cum his iungatur. Exempli gratia, viſualis facultas ut ab audituali diverſa, ſic etiã loco diviſa. Hæc autem, ut illa oculum, obtinet. Sunt tamen inter ſe σύμφυτοι, non πρόσφυτοι. Et ſic de cæteris ſive partibus, ſive qualitatibus animæ, quas octonas faciunt. Ita enim diſgregatæ ſunt & diviſæ localiter, ut tamen minimè acervi inſtar de anima totum quid efficiant, ex pluribus congeſtis partibus accumulatum. Confuſæ rurſus videri non debent, ut una indigeſta moles ex partibus quæ diſcerni nequeant, inde conſurgat. Sed quemadmodum ſcientiæ plures in una anima, non confuſe permixtæ ſunt, nec rurſus ita aliæ aliis incumbunt, ut grana frumenti, aut corpuſcula pulveris in acervo, eodem exemplo & facultates animæ ſine confuſione totam componunt, & cum diſcretione operationum ſeſe explicant per organicas corporis partes quibus ſingulæ ſunt attributæ. Ab uno quippe

corde ut principio ſuo & fonte omnes illæ facultates exeunt iuxta Stoicorum ſcita, & totum corpus pervadunt. Ubi ad oculum pervenere illi ſpiritus à corde aſcendentes, videndi facultatem in eo efficiunt & exerunt: ubi ad aures, auditum: ubi ad nares, odoratum, & ſic in aliis. Ita ergo omnes σύμφυτοι, ut quæ ab eadem origine procedant, & unam conflent ſubſtantiam. Πνεύματα ſunt, unius πνεύματος partes.

De partibus animæ, κατὰ σύμφυσιν an κατὰ πρόσφυσιν iunctis. De corporum diviſione, quæ continua, compoſita, & quæ ex diſtantibus. De animæ partium συμπαθείᾳ vel ἀντιπαθείᾳ, & Stoicorum opinione.

Quod ad σύμφυσιν attinet animæ partium, eam ſic tuetur Ariſtoteles, ut à corde ſimul omnes oriri velit, non ſecus ac Stoici. Cor enim ὁρμητήριον facit omnium animæ facultatum, quas & partes appellat, ſed partes κατὰ δύναμιν, non κατὰ τόπον, ut Stoici & Plato. Quas enim partes in anima agnoſcit, non certis corporis partibus eas attribuit, ſed ſola cogitatione ex proprietatum atque efficaciarum diverſitate diſtingui aſſerit, non ἑτερουσίως, ſed ἑτεροδυνάμως. Quid ſi & ἑτερουσίως? Quod verum eſt, ſi & ſingulas facultates ab aliis οὐσιώδει δυνάμει differre dicamus. Quam Ariſtotelis fuiſſe ſententiam, infra docebimus. Non propterea tamen verum queat eſſe quod placet Philopono, Ariſtotelem nolle, μίαν οὐσίαν εἶναι τὴν ψυχὴν, ἀλλ' ἐκ διαφόρων συγκεῖσθαι οὐσιῶν, ἡνωμένων μέντοι τούτων ἀλλήλαις, καὶ συνεχῶν οὕτως ὡς καὶ μίαν γίνεσθαι αὐτῶν τὴν συμπάθειαν. Hanc ille vult ſententiam eſſe Stagiritæ, non unam eſſe ſubſtantiam animam, ſed ex diverſis ſubſtantiis conflatam, his quidem ſic invicem in unum coalitis & continenter iunctis, ut una ex ipſis exiſtat συμπάθεια. Hoc eſt, ut altera ſubſtantia alterius paſſionibus participet, & invicem altera alteri communicet per ſympathiam, quod ſuæ eſſentiæ proprium eſt. Eas ſubſtantias animæ alio loco ad tertium de Anima librum totidem diverſas animas ſtatuit. Ἀριστοτέλης δὲ, inquit, βούλεται τὰς τρεῖς ψυχάς. Cor tribus illis animabus, ſi tres putavit, ſedem fixit. Nam & ſentiendi principium, quod alii omnes in cerebro locant, ipſe in corde ponit, ut ante docebamus. Quomodo igitur illæ tres animæ ſubſtantiis diverſæ in una cordis ſede ſubſiſtent, & hærebunt?

Aut quomodo invicem ibi iunctæ ac nexæ tenebuntur ? Unam ex iunctis ſympathiam exiſtere dicit Philoponus, & modum etiam iunctionis exprimit, quam σύμφυσιν eſſe, verba eius declarant. Si eſt σύμφυσις, ita coalitę & concretę unam omnino ſubſtantiam, atq; adeo unam animam reddent, differentibus facultatibus συμφύτοις conſtantem. Quo enim attineat, diſtinctas animas & ſubſtantia alias ita per σύμφυσιν connectere, ut unum quid ſint, & tamen differentes videantur ſubſtantiæ? Si κατὰ πρόσφυσιν adhærent ſibi, & inter ſe iunctæ ſunt, diſtinctæ quidem ac diverſæ inde exibunt animæ, quaſi apes in examine aliæ aliis adnexæ: ſed non minus in hac adhæſione quærendum & aliud erit vinculum quo inter ſe contineantur, quam in illa Platonica opinione, qua locis & partibus corporis animæ partes determinavit. Quod enim in uno corde ſic ſibi connexæ ſint, ſi κατὰ πρόσφυσιν iunctæ intelligantur, non minus τοῖς πέρασιν diviſæ ac ſeparatæ putari debent, quam ſi alteram in corde, alteram in iecore collocaveris, tertiam in capite vel cerebro. Ubi enim ad confinia ventum erit, ibi προσφυῶς altera alteram continget, haud ſecus ac ſi in ipſo corde tres ita iunctæ reponerentur. In uno cordis domicilio ſi contiguæ ad eum modum habitare cenſeantur, quomodo ſe habent res plures κατὰ πρόσφυσιν connexæ, ut inde per totum corpus vadant, ac permeent, an tenorem illum contiguitatis, quacunque ibunt, in omnibus corporis partibus ſervabunt, non συμφυῆ ſed προσφυῆ? Hoc ſi eſſet, idem illis contingeret quod pleriſque fluviis, cum bini eodem alveo, iunctoque aquarum agmine meant, nec permiſcentur tamen, ſed quod alter rapidius, alter lentius fluat, ex eo incommunicabiles, quod aquę color diſpar oſtendit, ſociatis nihilominus curſibus, in idem ſeſe evolvunt mare, ac per eadem oſtia. Quis vero in facultatibus animæ variis ab eodem fonte, id eſt, corde, ut Ariſtotelis opinio eſt, orientibus, & per totum corpus æquali poteſtate ſęſe diffundentibus, idem poſſit imaginari? Nempe ut eant iunctis paſſibus quaqua ibunt, ſed diſcretis lineis, & πρόσφυτοι potius invicem quam σύμφυτοι? Idem Philoponus, dum explicat ſympathiam illam quæ eſt inter contrarias animæ ſubſtantias, vel potius, ut ipſe retur, animas, non intellexiſſe ſe oſtendit quæ ſententia fuerit Ariſtotelis de his animæ partibus. Διαβαίνει γάρ τι, inquit, ἐκ τοῦ λόγου εἰς τὰ πάθη, καὶ ἐξ ἐκείνων εἰς τὸν λόγον. Τό, τε γὰρ ὑποπεπτάχθαι καὶ εἴκειν λόγῳ, ἄνωθεν ἐκ τῆς τοῦ λόγου συλλήψεως αὐτοῖς ἐφήκει. Τό, τε πρὸς τὰς οἰκείας

ἐνεργείας ἐμποδίζεσθαι τὸν λόγον, ἐκ τῆς πρὸς τὰ πάθη σχέσεως αὐτοῦ περίγινεται. *Tranſit enim aliquid è ratione ad affectus, & ab illis ad rationem. Quod enim affectus ſubiiciuntur, & obtemperant rationi, ſuperne hoc illis accidet ex rationis comprehenſione. Quod autem ratio impeditur ad proprias operationes obeundas, id illi ex habitudine quæ cum affectibus intercedit, contingit.* Quod dicit, ἄνωθεν ἐκ τῆς τοῦ λόγου συλλήψεως, *ſuperne ex rationis conceptu*, patientiam, quam rationi indulgent, affectibus accedere, indicat ſe putaſſe, in capite rationem eſſe collocatam. Atqui longe abit ab Ariſtotelis mente, qui λόγον non in cerebro vel capite conſtituit, ut Plato, ſed in corde cum reliquis omnibus animę facultatibus, ſenſitiva, motiva, appetitiva, & aliis quæcunque dentur. Addit ſtatim Philoponus: οὕτως οὖν μία οὐσία ἡ ψυχή. Quid? an propter illam συμπάθειαν quę eſt inter rationalem partem & irrationalem animæ, inter rationem & affectus, una eſt animæ ſubſtantia? Ego vero contra exiſtimaſſem, ab unione animæ ſympathiam exiſtere, non à ſympathia unionem. Ita enim auctores ſympathię credere, Porphyrius diſertè tradit. Copulabant uno nexu duas animas, quarum repugnantes & contraverſæ ſibi duæ motiones, nihilominus quaſi ex contagione συμπλοκῆς, altera ab altera aliquid mutuaretur & participaret. Ita ἕνωσις in illis σύμπαθειαν faciebat, non συμπάθεια ἕνωσιν. Sed explicat ſe Philoponus, & modum exponit illius ἑνώσεως, qua tot diverſæ ſubſtantiæ, unam tamen οὐσίαν conficiunt: οὕτως οὖν μία οὐσία ἡ ψυχὴ, ὡς καὶ τὸν ὅλον ἄνθρωπον μιᾶς φαμὲν εἶναι οὐσίας, καὶ ἁπλῶς τὰ ἐξ ὕλης καὶ εἴδους. *Sic igitur una eſt anima ſubſtantia, quemadmodum dicimus totum hominem unius eſſe ſubſtantiæ, & omnino quæcunque ex forma ac materia conſtant.* Ergo ita ſentit Philoponus, diverſas illas animę facultates quæ & ſubſtantiæ ſunt ſeparatæ, ita unam tamen conflare ſubſtantiam, ut ex forma & materia una conflatur. Quod eſt maxime ridiculum, & alienum prorſus ab Ariſtotelis Philoſophia. Si una eſt animæ ſubſtantia, non ſunt plures ſubſtantiæ. Nam & compoſitum ex forma & materia, una eſt ſubſtantia, non duæ. Ita homo qui ex anima & corpore conſtat tanquam ex forma & materia, unius eſt ſubſtantiæ. Si ad hoc inſtar, ut velle videtur, animæ partes inter ſe coniunctæ ſunt & unitæ, ut anima eſt cum corpore, non erunt plures animæ, ſed una, & una proinde ſubſtantia, non plures ac diverſæ. Quomodo igitur dicit, Ariſtotelem nolle animam unam eſſe ſubſtantiam, ſed ex differentibus componi ſubſtantiis, ἐκ διαφόρων συγκεῖσθαι οὐσιῶν,

ἠναι-

ἡνωμένων μέντοι τούτων ἀλλήλαις καὶ συνεχῶν οὕτως ὡς καὶ μίαν γίνεσθαι αὐτῶν συμπάθειαν, *ex diverſis ſubſtantiis ita quidem inter ſe unitis, & uno nexu continuatis, ut una ſit omnium* συμπάθεια. Hæc connexio partium corporis propria eſt, quæ continuatione ita inter ſe iunctę ſunt, ut unitatem corporis efficiant. Et hæc ipſa eſt quam κατὰ σύμφυσιν fieri diximus. Notum quippe eſt ex definitione Stoicorum & aliorum philoſophorum, alia corpora eſſe continua, ut hominem. Quædam compoſita, ut navem & domum, & omnia quarum diverſæ partes in unum ſunt coactæ. Quædam ex diſtantibus, quorum adhuc membra ſeparata ſunt, ut exercitus, populus, ſenatus. Ubi contextum per unitatem corpus eſt, partes eius non diverſa faciunt corpora, ſed unum. Quis dubitet, ſi animæ partes unitæ ſunt, ut fatetur eſſe Philoponus, non diverſas inde exiſtere ſubſtantias, ſed unam? Ἡνωμένα vocat & συνεχῆ. Ariſtoteli συνεχὲς καθ' ἑαυτὸν hoc vocat, quod continuum per ſe, & unitum. Sic differt à compoſito & commiſſo, quod Græci συναπτόμενον appellant. Nam *continuatio*, teſte Seneca in Naturalibus, *eſt partium non intermiſſa coniunctio. Item, unitas eſt ſine commiſſura continuatio.* ἄνευ συναφῆς συνέχεια. Sic ex continuatione partium unitas corporis & ſubſtantiæ exit. *Numquid*, inquit, *dubium eſt, quin ex corporibus quæ videmus tractamuſque, quæ aut ſentiuntur, aut ſentiunt, quædam ſint compoſita? Illa conſtant aut nexu aut acervatione, ut puta funis, frumentum, navis. Rurſus non compoſita, ut arbor, lapis.* Ita etiam homo, vel corpus hominis. Putant interpretes, in his verbis Senecam duo tantum corporum genera recenſere, & tertium omiſiſſe, quod alibi in Epiſtolis poſuerat, cuius membra ſeparata ſunt. Atqui non vident, ſub genere compoſitorum & hoc comprehendiſſe. Nam compoſita duum ſunt generum, aut *nexu* conſtant, aut *acervatione. Nexu* conſtant, ut navis, ædificium, armarium, quæ connexa ſunt, & συνημμένα Græci vocant. *Acervatione*, quorum membra ſeparata ſunt, ut frumentum, ut pulvis, quæ ex diſtantibus compoſita ſunt corpuſculis: ut populus, ſenatus, grex. Hæc ſunt quæ ἐκ διεστώτων Græci dicunt conſtarę. Quæ unitate continua ſunt, vel continuitate una, Ariſtoteles in Phyſicis definit, ὧν ἕν τι ἑκατέρου πέρας οἷς ἅπτονται, *quorum unus utriuſque terminus quo invicem ſe contingunt.* Pomponius *uno ſpiritu contineri* ea dicit in leg. xxx. D. de uſurpationibus, & uſucapionibus, & Gręcè ἡνωμένον, id eſt, *unitum* vocari. Qua voce etiam utitur, ſed cum venia, Seneca. *Expedire*

me poteram, inquit, *ſi philoſophorum lingua uti voluiſſem, & dicerem, unita corpora. Hoc cum tibi remittam, tu invicem mihi refer gratiam. Quare iſtud, ſi quando dixero, unum memineris, me non ad numerum referre, ſed ad naturam corporis, nulla ope externa, ſed unitate ſua cohærentis.* Ad partes animæ ſi referas, ita quoque una erit, ut unitate ſua cohæreat, quæ μία & συνεχής. Tantum abeſt ut pro una eius ſubſtantia plures ponendæ ſint ac diverſæ, ſeparatæque. Ad ſimilitudinem igitur corporum, quæ continentur uno ductu, & individuo termino coniunguntur, animæ quoque facultates, quæ & partes eius, unitatem ſubſtantiæ reddunt. Atque hæc eſt tam Platonis quam Ariſtotelis ſententia, ut ex Iamblicho ſupra oſtendimus. Quorum ille δυνάμεις ψυχῆς συμφύτους eſſe docet, & κατὰ μίαν ἰδέαν συνυφεστηκέναι, *coalitas & unitas in una forma ſubſiſtere.* Quibus verbis eas invicem εἰς μιᾶς οὐσίας ὑπόστασιν ἑνοῦσθαι omnino vult. Hic etiam teſte eodem Iamblicho, ποιεῖ τὰς δυνάμεις ὡς ἐν συνθέτῳ τινὶ τῇ ψυχῇ παρούσας. *Facit facultates ut in compoſito quodam animæ adeſſe.* At Philoponus negat, hunc velle unam eſſe animæ ſubſtantiam, ut pote quæ ex pluribus conſtet ſubſtantiis, ita unitis & continuis ut συμπάθεια una omnium earum exiſtat. Et hanc unionem non impedire quominus plures ſint animæ ſubſtantia diſtinctæ. Nam & tres animas conſtituere Ariſtotelem, ad librum tertium notat. Quod eſt maximè ridiculum. Deinde eam unitatem diverſarum ſubſtantiarum in anima comparat ei modo unionis vel ἑνώσεως quo anima corpori vel forma materiæ coniuncta eſt atque unita. Atqui non caret difficultate ille modus unionis animę & corporis. Ἕνωσιν quidem fieri, συμπάθεια oſtendit. Nam & corpus animæ συμπάσχειν, & animam corpori, cum alibi Ariſtoteles ſcribit, tum in Phyſiognomonicis, ubi docet, ἐξαλλάττειν τὰς διανοίας ὑπὸ τῶν τοῦ σώματος παθημάτων, καὶ τοὐναντίον δὴ τοῖς τῆς ψυχῆς παθήμασι τὸ σῶμα συμπάσχειν. Sed hæc ſympathia corporis & animæ affectuum longe alia eſt quam quæ intercedit inter animæ ipſius partes & facultates, exempli gratia inter partes rationalem & irrationalem, vel inter irrationalis alteras duas facultates ac partes, iraſcentiam & concupiſcentiam. Immo ſi quis verum quærat, ἀντιπάθεια potius inter illas quam συμπάθεια eſt. Rebellant enim paſſiones contra rationem. Sed & ipſæ paſſiones inter ſe pugnant, ex parte iraſcibilis & concupiſcibilis. Quod & ipſe Philoponus fatetur, qui tamen ex eo colligi vult, ne partis quidem animæ quæ caret ratione unam

eſſe

eſſe ſubſtantiam. *ἐπεὶ ὅτι γε οὐδὲ ἡ ἄλογος ψυχὴ πᾶσα μιᾶς οὐσίας ἐστὶ, δείκνύει τὸ μάχεσθαι ἀλλήλοις πολλάκις τὰ πάθη, θυμὸν λέγω καὶ ἐπιθυμίαν.* Antipathia itaque potius quam ſympathia inter animæ partes intervenit, quarum *ἕνωσιν* ex *συμπαθείᾳ* ipſarum monſtrari pertendit hic Grammaticus. Quod enim aliquando cedit ratio paſſionibus, & viciſſim interdum paſſiones rationi concedunt, non poteſt inde ulla argui inter eas animæ facultates ex ſympathia conſenſio. Ubi enim rationalis pars paret quæ imperare debebat, non ſe parem eſſe in illo certamine oſtendit. At cum rurſus ſuperior exiſtit, ſe prævaluiſſe paſſionibus, teſtatur. Inter hoſtem victorem & victum & *συμπάθεια* daretur, ſi dari ulla poſſet inter animæ partes diſſentientes atque invicem diſſidentes, & modo victas, modo vincentes. Nulla itaque *συμπάθεια* inter illas fingi poteſt qualem comminiſcitur Philoponus, qui *διαβαίνειν τι ἐκ τοῦ λόγου εἰς τὰ πάθη, καὶ ἐκ τῶν παθῶν εἰς τὸν λόγον* dicit. Quod ſi aliqua *πάθη* rationi obediunt, ut Ariſtoteles *τὸ θυμικὸν* & *τὸ ἐπιθυμητικὸν λόγου ὑπήκοα* tradit, Plato vero ſolum *τὸ θυμικὸν*, non poſſet ex ea qualicunque *συμπαθείᾳ ἕνωσις* earum animæ partium probari. Quid ita? Quia certè longe validius argumentum duci poteſt διαστάσεως atque *οὐσιῶν ἑτερότητος* ex ipſa earumdem *ἀντιπαθείᾳ*, quia longe manifeſtior eſt quam *συμπάθεια*. Et tamen cum hæc ita ſint, contrarias illas animæ facultates unam *οὐσίαν* componere, tam ex Platonis quam Ariſtotelis ſententia certũ eſt. Nec alio modo, ſi incorporea corporeis aſſimilari fas eſt, hęc *ἕνωσις* animæ partiũ peragitur, quã in corporis partibus, quę uno ductu continuantur, & uno ſpiritu continentur. Quod etiam magis locum habet in opinione Ariſtotelis quam Platonica. Nam ille animam non dividit niſi *λόγῳ*, hic vero ſic eam re ipſa partitur, ut ſingulis eius partibus certas in corpore adtribuat ſedes. Cum tamen hoc faciat, non propterea *σύμφυσιν* partium inter ſe diſſociat ac diſterminat, ſed uno individuoq; termino, ubi partes ſe contingunt, uniuntur, ut verbo philoſophorum utamur, hoc eſt, *ἑνοῦνται*. Verbi gratia, cor ſedes eſt animę parti iraſcibili, iecur domicilium eſt concupiſcibili, caput vel cerebrum, hoſpitium rationabilis. Non iſtę partes, ubi ad ſua venerunt confinia, ita ſe contingunt ut *πέρασι* ſint *διειλημμέναι*, ac terminos habeant diſtinctos, ſed uno eodemque termino individuo, qua parte ſe tangunt, coniunguntur. *Τῶν τριῶν ἐν πέρας, οἷς ἅπτονται.* Sic *σύμφυτοι* ſunt, & *συνεχεῖς*. Quę partium continuatio

rio & unitas longe probabilior, &, ita dixerim, ad intelligendum expeditior in opinione Ariſtotelis, qui tres illas animæ facultates ab una ſede oriri facit, & per totum corpus ſic συνεχῶς & συμφύτως æqualiter diffundi, ita ut anima ex his omnibus una, ſine illa partitione locali aut reali, tota in qualibet parte ſit. Quæ eadem fuit Stoicorum ſententia, qui licet in octonas eam partes dividerent, ſpiritum tamen eſſe definiebant, à corde, ubi principalis eius pars ſedem habet, per totum corpus uſque in pedes permiſſum. Ideo σύμφυτον πνεῦμα Zeno animam definiebat, quod Tertullianus vertit, *conſitum ſpiritum*. Alii *concretum corpori* dicunt. Nam *concreſcere* eſt συμφύεσθαι. Et ſane duplex σύμφυσις hic conſideranda in hoc πνεύματι συμφύτῳ, quo animæ οὐσίαν definiebant Stoici. Eſt enim σύμφυτον & συνεχὲς corpori, concretum ac continuum, per quæ ἕνωσις animæ & corporis ab his ſignificatur. Sed & ſic toto corpore σύμφυτον intelligi debet, ut etiam partes illius πνεύματος, quamvis certis corporis membris & organis determinatæ ſint, inter ſe nihilominus συμφύτως cohærere exiſtimandæ ſint. Ita ergo toto corpore conſitus eſt ille ſpiritus, ut, & partes eius invicem ſibi ſint concretæ & σύμφυτοι, quas δυνάμεις eſſe volebant, in anima tanquam in corpore & ſubiecto exiſtentes, ut accidentias. Ariſtoteles, cui anima una, ut & Stoicis, ideoque indiviſibilis, & non partibilis niſi ratione, cum illam σύμφυσιν in partibus eius quales à Platone determinantur concoquere non poſſet, quæſtione dignum putavit, ſi anima eſſet dividua eo modo quo Platoni placeret, quo vinculo diſperſæ partes continerentur, & inter ſe colligarentur. Animæ pars eſt rationabilis in capite, iraſcibilis in corde, concupiſcibilis in iecore. Quæri poteſt, utrum iſtæ partes, animæ totidem ſint diſtinctæ. Si ſunt animæ ſeparatæ, non eſt quærendum quid eas invicem contineat & copulet. Per ſe quippe ſingulæ ſubſiſtent in ſuis locis ac ſedibus, altera alteri contiguæ & appoſitæ, ac κατὰ πρόσφυσιν, ut eas Baſilides adgregabat, ſibi invicem cohęrentes. Aut etiam, quod idem eſt, κατὰ συμπλοκὴν, ut illi de quibus ait Porphyrius. Τοῖς δὲ δοκεῖ, δύο ψυχῶν εἰς ταὐτὸ συμπεπλεκυιῶν ἀλλήλαις διπλασίας εἶναι τὰς κινήσεις. Ibidem vocat ἕνωσιν iunctionem animarum, quę ſic κατὰ συμπλοκὴν combinatæ ſunt, ſed generali appellatione, & impropria. Nam ἕνωσις proprie de his corporibus dicitur quæ Græci ἡνωμένα vocant & συμφυῆ, quorum unitas eſt continua. At συμπλοκὴ ad eam pertinet corporum iun-

ctionem

ctionem quæ nexu tenentur, & συναπτόμενα Græci vocant. Quod alterum genus eſt ex compoſitis quæ nexu teneri inter ſe dicit Seneca; ut ſunt catenæ, & funes, & alia huiuſmodi. Ita ea definit Sextus: ἐκ συναπτομένων δὲ, τὰ ἐκ τῶν παρακειμένων, καὶ εἰς ἓν κεφάλαιον νευόντων συνεστῶτα. Hæc ſunt quæ προσφυῆ etiam dicuntur, cum τὰ ἡνωμένα eadem ſint ac συμφυῆ, quæ ὑπὸ μιᾶς ἕξεως κρατεῖσθαι idem Sextus docet, ut lapides, arbores & animata corpora. Non mirum igitur ſi in his animabus, quæ κατὰ πρόσφυσιν & συμπλοκὴν compoſitæ ſunt, illa συμπάθεια quam dicit Porphyrius locum habuit. Ex binis quippe animabus ſubſtantia diſtinctis, & προσφυῶς cohærentibus, altera de ratione quam habet propriam, aliquid in eam tranſmittit quæ paſſionibus eſt obnoxia. Et viciſſim iſta de paſſionibus ſuis alteri in qua ineſt ratio quod habet communicat. At Philoponus hanc συμπάθειαν tranſtulit in eam animæ unitatem quæ ſubſtantiæ ſingularis partes omnes habet ἡνωμένας & συνεχεῖς. Et notandum eſt, Porphyrium, opinionem illam quæ animas duas rationalem & irrationalem κατὰ συμπλοκὴν cohærere facit, hoc eſt, κατὰ πρόσφυσιν, neque Platoni neque Ariſtoteli tribuere. Poſſe hic dubitari video quomodo duæ illæ animæ ἀλλήλαις συμπλακεῖσαι intelligi inter ſe nexæ debeant, utrum κατὰ σύμφυσιν, an κατὰ πρόσφυσιν. Nam quod ἕνωσιν ex his ita iunctis fieri dicit, videtur σύμφυσιν potius quam πρόσφυσιν ſignificare. Deinde eodem etiam ducit ἡ ἀπόλαυσις ἑκατέρας τῶν τοῦ ἑτέρας παθημάτων κατὰ τὴν ἕνωσιν, quæ συμπάθειαν utriuſque animę deſignat. Quam & ita nominat Philoponus, qui & ſimiliter de eodem genere ἑνώσεως intellexit quod fit κατὰ συμφυσιν, & συνέχειαν duarū, aut plurium ſubſtantiarum ſub eadem unitate, individuis terminis continuatarum. Atqui συμπάθεια proprie convenit huiuſmodi rebus quas ἡνωμένας Græci vocant. Sextus Empiricus adverſus Mathematicos: ἐπὶ τῶν ἐκ συναπτομένων, ἢ διεστώτων οὐ συμπάσχει τὰ μέρη ἀλλήλοις, εἴγε ἐν στρατιᾷ πάντων, εἰ τύχοι, διαφθαρέντων τῶν στρατιωτῶν, οὐδὲν κατὰ διάδοσιν πάσχειν φαίνεται ὁ περισωθείς. ἐπὶ δὲ τῶν ἡνωμένων συμπάθειά τις ἐστίν. Ergo συμπάθεια non eſt in compoſitis corporibus, ſed in his quæ unitatis habent ſine ulla commiſſura continuationem. Exempli gratia, ſi digitus amputatus fuerit, totum corpus afficitur dolore. εἴγε δακτύλου τεμνομένου, inquit Sextus, τὸ ὅλον συνδιατίθεται σῶμα. Cęterum non eadem hęc συμπάθεια intelligi debet ineſſe omnibus animę partibus inter ſe non intermiſſa coniunctione unitis. Corpus quidem

& anima hoc modo coniuncta συμπάσχει ἀλλήλοις. Nam mala corporis animam tangunt, & viciſſim animæ ægritudines corpus ſentit. Sed quæſtionis eſt, an hæc eadem συμπάθεια partibus animæ ita iunctis per continuationem interveniat. Pone intervenire. Talis συμπάθεια declarat earum inter ſe ἕνωσιν, σύμφυσιν, & συνέχειαν. At ſi προσφύσει eas tantum feceris cohærere, ut ea quæ nexu conſtant & συμπλοκῇ, nulla erit inter eas συμπάθεια quam ſolis continuis corporibus convenire ait Sextus. Porphyrius autem inter illas duas animas ſubſtantia diſtinctas talem intercedere συμπάθειαν dicit. Ergo non κατὰ πρόσφυσιν, ſed κατὰ σύμφυσιν iunctæ videntur, & coalitæ concretæve. Si ita ſunt unitæ, non iam duæ erunt animæ, ſed una. Rurſus verbum illud quo uſus eſt in earum copulatione ſignificanda, diverſas potius res nexu ac iunctura in unum coactas & commiſſas denotat, quam continuas. Nam συμπλέκεσθαι nunquam aliter apud Græcos ſumitur. Sic radices arborum vel harundinum ſibi invicem adſitarum mutuo nexu implicitas, συμπεπλεγμένας vocare ſolet Theophraſtus, ut lib. IV. de Plantis, cap. XII. κώμυθας δὲ καλοῦσιν οὗ ἂν ᾖ συνηθροισμένος κάλαμος, καὶ συμπεπλεγμένος ταῖς ῥίζαις. Harundines in harundineto radicibus implicitis iunctas κώμυθας vocabant. Κώμυς etiam ſignificat faſciculum vel manipulum fœni aut rerum quarumlibet quæ in unam poſſunt manuam colligi ac colligari. Heſychius in voce κώμυθα· δηλοῖ δὲ καὶ δεσμὸν χόρτου, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν δεσμευμάτων. Sic idem Theophraſtus de arboribus loquens inter quas naturalis amicicia ac ſocietas intercedit, quæque gaudent iunctas & connexas habere radices, hoc eodem verbo συμπλέκεσθαι utitur, lib. III. de cauſis plantarum, cap. XV. καθάπερ ἐλαία δοκεῖ τῶν δένδρων καὶ μύρρινος. τάς τε γὰρ ῥίζας συμπλέκεσθαί φησι τῶν δένδρων Ἀνδροτίων. In iſta radicum συμπλοκῇ ac mutuo nexu nulla fit σύμφυσις, & tamen συμπάθεια quædam eſt inter huiuſmodi arbores quæ in hunc modum ſibi adſitæ radices per mutua nexas & implicitas habent. Non igitur neceſſe eſt, ut συμπάθεια ſit inter res duas, ita iunctas eſſe, ut σύμφυσις ex duabus unam faciat. Sic apes, ut ante dixi, in examine conglobatæ πρὸς συμπεπλεγμέναι tenentur, non συμφυῶς, ſed προσφυῶς. Nec igitur intellexere illi quos ait Porphyrius duas animas conſtituere ἀλλήλαις συμπλακείσας, eas ita concretas inter ſe & coolitas iungi, ut unius corporis partes uno ſpiritu contentas, ſed ut duo corpora mutuo nexu inter ſe copulata. Nec minus tamen συμπάθεια

πάθεια inter animas ita coniunctas invenitur, quamvis unitate continua coalitæ minime teneantur. Sed de alio genere συμπαθείας id intelligendum. Corporis partes ſic συμφύτως ſine intermiſſione & commiſſura continenter unitæ ſunt, ut vel in digitulo ulcus totum corpus in partem doloris trahat. Sic partes corporis aliis partibus συμπάσχουσιν. Cum una læditur, noxæ ſenſus ad alias etiam κατὰ συμπάθειαν pertinet. Quod negat *Sextus, aliis corporibus convenire συμπάθειαν quā quæ ἡνωμένα ſunt ac συνεχῆ, una ac continua, de eo videndū. Nec facit ad rem, quod in exercitu qui conſtat ex diſtantibus corporibus, ſi omnes interire contigerit, qui ſolus incolumis evaſerit, nihil patietur ex aliorū interitu, qui ad ipſum nihil attinebit. In corporibus utcunque hoc verum, ſed in animis non procedit. Amico dolente, cur amicus æque afficitur ac ſi dolorem illum in ſe ex proprio ac privo malo, damno, aut luctu ſentiret? Agitur hic de partibus animę, non de partibus corporis, ut ſciamus, qualis inter illas συμπάθεια ſit, & qualis etiam ἕνωσις. Si de συμπαθείᾳ illa intelligamus, qua affectiones ſuas ac πάθη altera in alteram tranſmittit, non neceſſe eſt κατὰ σύμφυσιν ea de cauſa illas coniungere, ut poſſint invicem quod unaquæque proprium ſibi habet πάθος transferre in alteram, & communicare. Hoc enim poſſunt etiam citra coaleſcentiam. Nam & in corporibus diſiunctis ac κατὰ διάφυσιν ſeparatis, ſæpe τὸ πάθος unius in alterum tranſit, & ſic non raro totus grex cadit unius porci ſcabie ac porrigine. Duplex igitur eſt συμπάθεια, una quam ipſa ἕνωσις facit non aliter futuram, eaque ἕνωσις de συμφύσει accipienda. Sic partes omnes corporis inter ſe ſunt σύμφυτοι, ut una ex his noxam ſentire non poſſit quin omnes κατὰ συμπάθειαν ſenſu eiuſdem mali ac doloris afficiantur. Et de hoc genere συμπαθείας intellexit Sextus, cum dixit, ἐπὶ τῶν ἡνωμένων συμπάθειάν τινα εἶναι, *in his quorum continuæ partes ſunt, ſympathiam quamdam eſſe*, hoc eſt, patiendi, ut ita dicam, communionem & ſocietatem quaſi individuam. Nam ut idem ait ibidem, ἐπὶ τῶν συναπτομένων ἢ διεστώτων οὐ συμπάσχει τὰ μέρη ἀλλήλοις, in his quarum partes commiſſura invicem iunguntur, aut aliæ ab aliis diſtant, ipſæ partes compatiendi, hoc eſt, idem malum ſentiendi quod aliqua ex his ſentiat, ſingulæ affectu carent. Altera eſt συμπάθεια priori contraria, quæ non in partibus concretis cernitur, nec ex ea concretione exiſtit, ſed quæ ipſa eam facit rerum diverſarum coniunctionem, ut poſſe ſine qua nulla eſſet

 futu-

futura inter res illas talis coniunctio. Sed ea coniunctio non poteſt eſſe huiuſmodi, ut σύμφυσις ex ea pariatur, ſatis eſt ſi πρόσφυσις inde exiſtat diverſarum ſubſtantiarum. Hanc ſympathiam Cicero *continuationem convenientiamque naturæ* Latine reddidit. Melius *convenientiam* tantum dixiſſet. Nam *continuatio*, in his tantum ſpectatur quæ κατὰ σύμφυσιν coaleſcunt, quam συνέχειαν Græci vocant, qui ſolis corporibus quæ per continuitatem una fiunt, eam tribuunt. Sympathia eſt naturalis inter ferrum & magnetem. Ea ſympathia præſtat ut admotum magneti ferrum illi adhæreat, non κατὰ σύμφυσιν, ſed κατὰ πρόσφυσιν. Sympathia igitur ipſa talem gignit coniunctionem ferri, & magnetis, non ipſa συμπάθεια gignitur ex continuatione partium κατὰ σύμφυσιν iunctarum, ut in membris ac partibus unius corporis συμφύτοις. Eodem modo arbores diverſi generis quæ hanc inter ſe convenientiam naturalem habent, ſi altera alteri vicinæ plantentur, radices miſcere gaudent, & implicare invicem. Quæ συμπλοκή, nexus eſt προσφυής, non συμφυής, & ad illum partium iungendarum modum pertinet, quem ἐκ συναπτομένων vel συνημμένων Græci vocant. Eadem συμπάθεια ſi intercedat inter res ſeſe moventes, ut ſunt animalia, eam coniunctionem appetunt, quæ in illis corporibus ſpectatur quæ conſtant ἐκ διεστώτων, & *congregatio* vocatur. Hæc συμπάθεια ut plurimum inter pares ætate cernitur. Unde proverbium ἧλιξ ἥλικα τέρπει, & Latinis, *pares cum paribus facile congregantur.* Non naturales συμπάθειαι ſunt, quas generat idem ſtudium, eadem ars, atque eadem profeſſio. Unde & in urbibus omnibus ſeculis inſtituta collegia & corpora artificum idē profitentium. In his non συμπάθεια congregationem, & corporationem, ut ita dicam, collegii fecit, ſed artium ſimilitudo συμπάθειαν peperit, deinde illa συμπάθεια ex artium ſimilitudine creata in unum cœtum ac corpus conveniendi cupiditatem ingeneravit. Naturalis tamen & illa poſſet videri repetenti rem ex alto. Nam inclinatio in aliquā artem eſt à natura & ingenio, quam ſequitur & propenſio in eiuſdem artis profeſſores. Eo quippe nomine eos maxime videmur amare, quod idem quod nos ament. Sic naturaliter magis favemus eumdem nobiſcum guſtum habentibus quam diverſum: iis qui eamdem quam nos erga rem quamcunque affectus aut ſtudii ſignificationem oſtenderint, quam qui contrariam. Hinc illæ animorum συμπάθειαι & ἀντιπάθειαι naſcuntur. Ex his porro amor, aut odium. Primo

eſt

eſt ſimplex ἐπίκλισις, quæ ex facultate principalis animæ partis oritur, quam ἐπεκλεκτικὴν δύναμιν appellant. Ea facultas maxime apparet ἐπὶ τῶν ἀπαραλλάκτων, in rebus nihil plane differentibus, nec ullam maiorem qua præferatur altera alteri, dignationem aut pretium præ ſe ferentibus. In rebus eiuſmodi plane per omnia paribus ſi altera ſeligenda eſt, cum nulla cauſa ſit quæ hanc potius quam illam optare ſuadeat, in alteram tamen magis ferimur propenſione quadam, & ἐπικλίσει naturali. Ἐπεκλεκτικὴ enim illa δύναμις τοῦ ἡγεμονικοῦ in illa dubitatione, utra ex duabus rebus oblatis & cætera partibus ſumenda ſit, αὕτη τῆς ψυχῆς ἐπίκλισιν ἐξ αὑτῆς λαβοῦσα διέκοψε τὴν ἀπορίαν, protinus per ſe aſſumpta animæ inclinatione dubium ſolvit, & alteram eligit. Hæc eadem ἐπίκλισις in hominibus amplectendis & amandis æque ſpectatur, quam in rebus eligendis. Ex duobus qui in ſphæriſterio ludunt, nunquam antea viſis, ſtatim nulla de cauſa illa ἐπεκλεκτικὴ mentis facultas, inclinat magis in alterum illorum, & vincere illum cupit, alterum vinci. Nam ἐπίκλισιν Chryſippus non ſine cauſa fieri cenſebat, & reprehendebat illos philoſophos qui nulla præcedente cauſa ſive interna ſive externa incidere eam animo putabant. Qui tamen ipſe alibi, ut in aliis multis ſibi contrarius, ſine cauſa eam fieri dixit. Οἷα γὰρ, inquiebat, ὅταν δυοῖν προκειμένων δραχμῶν ὁμοίων κατὰ τὰ λοιπά, ἐπὶ τὴν ἑτέραν ἐπικλίναντες λαμβάνωμεν αὐτήν. *Vt fieri amat, cum duabus propoſitis drachmis, cætera ſimilibus, in alteram inclinantes eam potius eligimus.* Hic motus animi, quem κατ' ἐπίκλισιν ἐπεκλεκτικὸν vocabant, nihil aliud eſt quam amor vel amicicia in potentia. ἔρωτα δυνάμει vel φιλίαν liceat appellare. Si accedat mox conſuetudo & convictus, in habitum exit, & talis plerumque ἐνεργείᾳ ex eo evadit συμπάθεια, quaſi ſi ex duobus unum fieret. Inde illa:

Corporibus geminis ſpiritus unus erat.

Et Plato ἐνοῦσθαι τὸ ἐρῶν τῷ ἐρωμένῳ dixit. Hinc uno dolente aut gaudente, alter quoque dolet aut gaudet. Ea ratio eſt cur ſuadeat poëta, ſodalitates & amicicias non nimis eſſe perſequendas. Nam qui nemini eſt ex intimo affectu amicus, ut gaudet minus, ita minus dolet. Inter tales quippe amicos talis exiſtit συμπάθεια, ut dolere alterius dolore debeat alter, alterius gaudio gaudere. Et vero ſæpe ita fit. Ita hæc συμπάθεια ex animorum coniunctione quæ præceſſit plane videtur exoriri, haud ſecus atque illa quæ ex unione partium

corporis κτ̀ σύμφυσιν exiſtit. Nam ut illa σύμφυσις partium & unitio, ut ita loquar, ſive ἕνωσιν malis, cauſa eſt illius συμπαθείας qua digito dolente totum corpus dolore afficitur, ita arcta hæc inter intimos amicos animorum coniunctio etiam συμπάθειαν illam producit qua eoſdem affectus induunt, & amici dolorem ſuum putat eſſe amicus. Si recte tamen æſtimemus, hæc συμπάθεια originem ſumpſit ab illa naturali quam κατὰ ἐπίκλισιν fieri diximus, & ex ea facultate animi quam ἐπεκλεκτικὴν vocarunt. Quæ συμπάθεια naturalis, materiæ vicem obtinet, cum hæc eius forma ſit. Illa enim δυνάμει eſt, hæc ἐνεργείᾳ. Naturali illi συμπαθείᾳ oppoſita eſt & naturalis ἀντιπάθεια, qua plerumq; certos homines, ut ſine cauſa amamus, ita ſine cauſa averſamur. Hinc illud diſtichon:

Non amo te, Sabidi, nec poſſum dicere quare:
Hoc tantum poſſum dicere, non amo te.

Ea naturalis ἀντιπάθεια, quæ ex offenſione & averſatione ingenita procedit, & potentia tantum eſt, ſi diſſenſionibus & ſimultatibus perpetuis foveatur & augeatur, in actum tantum producitur, & quæ ſimplex extiterat ex naturæ imperio averſio, inimicicia evadit. Quæ alienatio diſiunctionem animorum tantam parit, quantam amor aut amicicia coniunctionem. His præſtructis de duplicis συμπαθείας & ἀντιπαθείας generibus, videamus quęnam ex his in animæ partibus inducenda ſit συμπάθεια, & qualis proinde ἕνωσις in his ſit intelligenda. Idem velle atque idem nolle, ut maxima eſt animi coniunctio, ita ex ea procedit atque oritur maxima συμπάθεια. Sed hæc minime naturalis, quamvis ex naturali originem videatur ducere. Convictus enim, conſuetudo, & familiaritas eam coniunctionem peperit, coniunctio vero συμπάθειαν. At naturalis quæ fit κατ' ἐπίκλισιν, quæque etiam inter diverſi generis animalia reperitur, cauſa ut plurimum fit coniunctionis & congregationis in illis animalibus quæ hanc à natura συμπάθειαν inter ſe habent. Expetit enim unumquodque eorum ei maxime proximum fieri, ac, in quantum poteſt, coniungi feſtinat cum eo quod ex inſita diligit inclinatione. Naturalis quoque eſt illa συμπάθεια quę intercedit inter omnes unius corporis partes quę συμφύτως continuantur, & uno ſpiritu continentur. Una lęſa, nec lęſionis expertes cęterę; & ſenſus doloris in totum corpus diffunditur. An in animę partibus idem fit, ex quibus συμφύτοις totam animam

animam componi, opinione Platonis & Ariſtotelis unanimi liquet? Conſtat illa rationali, & irrationali parte. Ubi illa συμπάθεια naturalis inter has duas partes quæ eſt in corporis partibus? Ἀντιπάθεια potius eſt, ut ante dicebamus. Si idem velle & idem nolle maxima eſt συμπάθεια, non idem vult ratio quod cupiditas. Habet quidem ſuam naturalem ὄρεξιν animi mens, habet & ſuam pars illa animæ quæ ἐπιθυμητικὴ vocatur, & rationis eſt expers. Ea quoque ſubdividitur in duas iteram partes, in iraſcentem & concupiſcentem. Inter quas & ipſas tantum abeſt ut συμπάθεια ſit, quin ſæpius tanta laborant ἀντιπαθείᾳ ac repugnantia, ut quod altera vult altera nolit. Quod nec diſſimulat Philoponus his verbis: ἐπεὶ ὅτι γε ὐδὲ ἡ ἄλογος ψυχὴ πᾶσα μιᾶς ὐσίας ἐςὶ, δεικνύει τὸ μάχεσθαι ἀλλήλοις πολλάκις τὰ πάθη, θυμὸν λέγω καὶ ἐπιθυμίαν. Ut qui iuxta Satyricum, *altercante libidinibus tremit oſſa pavore*, θυμὸν habet pugnantem cum ἐπιθυμίᾳ. Libido audacem facit, ſed puſillanimitas metu contrahit, ac retrahit. Si inter duas partes unius animæ rationalis tanta eſt ἀντιπάθεια, quanto maior futura eſt inter animam rationalem & irrationalem? Eas tamen invicem συμφύτυς eſſe Philoponus dicit, quippe qui animam velit συγκεῖσθαι ἐκ διαφόρων ὐσιῶν, ἡνωμένων ἀλλήλαις καὶ συνεχῶν, ex pluribus differentibus ſubſtantiis conſtare, unitate continuis. Partes ſic continuæ non poſſent unæ eſſe niſi per σύμφυσιν. Idem tamen negat, unam ὐσίαν animæ eſſe quæ ſic ex partibus per σύμφυσιν unitis conſtat. Quod abſurdum eſt. Addit, συνεχῶν ὕτως ὡς καὶ μίαν γίνεσθαι αὐτῶν συμπάθειαν. Ideo videtur ἡνωμένας & συνεχεῖς animæ partes feciſſe, quia inter eas συμπάθεια eſſet. Atqui ut talis συμπάθεια ſit inter partes, non opus eſt eas per σύμφυσιν iunctas teneri, cum etiam poſſit eſſe in partibus κατὰ πρόσφυσιν connexis. Immo etiam in diſiunctis, & διάφυσιν habentibus potius quam σύμφυσιν, quemadmodum videre eſt in grege. Tranſitione quippe ex uno gregali τὸ πάθος in alterum tranſmittitur, & ſic totum gregem lues pervadit. Ita enim ſcribit, διαβαίνει τὸ ἐκ τῦ λόγυ εἰς τὰ πάθη, καὶ ἐξ ἐκείνων εἰς τὸν λόγον. Sextus Empiricus vocat διάδοσιν. Contagio ſic totum gregem ab uno invadit, κατὰ διάβασιν καὶ διάδοσιν. Ovidius: *Multaque corporibus tranſitione nocent*. Inde & illi qui duas animas ſubſtantiali forma diverſas agnoverunt, eamdem συμπάθειαν qualem Philoponus in partibus animæ συμφύτοις admittit,

inter

inter illas intercedere exiſtimarunt, quæ tantum πρόσφυτοι ſunt. Nam etſi συμπάθειαν non nominat Porphyrius, ex verbis tamen eius facile colligitur & intelligitur, cum dicit, ἀπολαύειν ἑτέρου τῶν τοῦ ἑτέρου παθημάτων. Hæc enim συμπάθεια eſt quæ fit κατὰ διάδοσιν, quæ & cadere poteſt in partibus compoſitorum corporum per connexionem, id eſt, πρόσφυσιν, iunctis. Nec aliam poſſunt ſtatuere connexionem duarum diverſarum animarum qui eas ſubſtantia invicem diſtare volunt, quam πρόσφυσιν. Et miror, Philoponum, qui huiuſmodi συμπάθειαν ponat inter animæ partes, συμφύτους eas facere, cum alioquin opinio quam defendit, quamque Ariſtoteli attribuit, partes animæ per πρόσφυσιν potius adhæreſcere invicem poſtulet quam per ζύμφυσιν coaleſcere. Tres enim animas conſtituit. Ergo κατὰ πρόσφυσιν iunctæ ſunt & connexæ. Nec enim aliter poteſt. Male itaque ἡνωμένας ἀλλήλαις καὶ συνεχεῖς eſſe perhibet, quæ non unam ſubſtantiam componant, ſed plures, iuxta eius ſententiam. Sed nec ζυμπάθεια naturalis talem σύμφυσιν requirit, ut corpora quæ hanc inter ſe convenientiam habent à natura, continua per unitatem reddantur. Quæ non naturalis eſt, ut ea quam conciliat longa habitudine & familiaritate contracta amicicia, effectus potius eſt, ut diximus, coniunctionis & ἑνώσεως, quam cauſa. Quæ ζυμπάθεια ergo eſt inter animæ partes, videtur potius ex eo genere eſſe quod habitu contrahitur. Ubi prava ἕξις invaluit ex vitiorum familiaritate, & malorum hominum converſatione, tum ratio ζυμπαθὴς fit cæteris partibus animæ ratione carentis, iræ, ac cupiditati. Tum, inquam, quod dicit Philoponus, διαβαίνει τὸ κακὸν ἐκ τῶν παθῶν εἰς τὸν λόγον. At ubi contrariam ἕξιν ex virtutum acquiſitione ac bonorum contuberniis contraxerit anima ἐπιθυμητικὴ & θυμικὴ, ζυμπαθεῖς fiunt rationi, nec aliud volunt niſi quod illa exigit. Ut in contraria ἕξει vitioſitatis, ratio quæ debet imperare, ſeſe mancipat cupiditatum imperio, & ita cum illis conſentit, ut idem per ζυμπάθειαν velit ac nolit. Priuſquam autem utraque ἕξις animum occupaverit, quæ ζυμπάθειαν inter animæ partes inducat vel in bonum vel in malum, quæque aut vitiis deterrimum hominem efficiat, aut virtutibus perfecte ſapientem, pugna eſt & ἀντιπάθεια naturalis inter animæ partes. Modo ratio dominatum tenet, & ei ſe adplicant patientiamque indulgent partes animæ ratione carentis, modo illæ viciſſim regnum poſſi-

poſſident ac rationem ſub iugum mittunt. Et hæc alternis fiunt intra unum ſæpe horæ momentum. In corporis partibus non mirum eſt talem conſenſum reperiri ac συμπάθειαν, ut una offenſa cæteras etiam offenſio & noxa attingat. Quamvis enim diſſimiles ſint ſibi,non tamen ſunt contrariæ, ut caput, pectus, manus, pedes. Præterea cum uno ſpiritu contineantur, à quo profecta eadem ſentiendi facultas ad omnes ſimul permanat, non poteſt ſenſu.mali affici una pars,quin aliæ quæ eadem ſenſitiva prędıtæ ſunt, id pariter ſentiant. Et hæc eſt συμπάθεια quam Sextus ineſſe dicit τοῖς ἡνωμένοις σώμασι, id eſt, quorum partes ex continuatione unitatem habent.Quæ tamen συμπάθεια,ſi recte æſtimemus, animæ potius eſt quam corporis partium. Nam cum corporis partes ſibi diſſimiles ſint, ac ſpecie invicem differant, quod continuæ ſunt, eam συνέχειαν opera ſpiritus poſſident, ſive animæ; à qua continentur. Ea ὁμοειδὴς, ſecundum quoſdam,& ἀμέριστος, corpus autem ipſum in partibus ſuis ἀνομοιοειδὲς, & μεριστόν. Ideo & partes eius non habent proprie eam συμπάθειαν quam dicit Sextus, ſed anima, vel certe per animam eam habent. Cum dolet caput, pedes non dolent, & contra. At cum dolor eſt in pedibus,anima quæ in capite eſt, eum ſentit. Si ita ſe haberet anima ut corpus, aliis atque aliis partibus ſpecie differentibus conſtans, parte altera affecta ſenſus mali ad alteram non perveniret. Nam, ut dixi, ſæpe dolore tentantur pedes, cum & officio ſuo fungi non poſſunt, cum tamen manus opus ſuum ſanæ adminiſtrant. Multi ſunt cardiaci,quos lien non enecat,& ſic de aliis. Si ad hunc modum anima quæ ineſt in pedibus, alia eſſet ab illa quæ manus ſenſificat, & per ſe, cum illa pars aliquo morbo affecta eſt,eius ſenſu ſola tangeretur, ita ut ad animam quę in manibus & capite eſt,dolor non pertineret, tum neceſſario plures forent animæ ponendę. Hæc illi,quibus anima eſt ὁμοειδὴς, & ἀμέριστος, & ὁμοιομερὴς,quique cenſent animam in qualibet parte corporis eſſe totam. Nullam eius partem principalem agnoſcebant, ſed per totum corpus æqualiter diffuſam volebant. Non enim aliter eſſe συμπάθειαν poſſe omnium eius partium, nec συνέχειαν, niſi talis induceretur. Quæ συμπάθεια non poſſet inter partes animæ procedere ſecundum eos qui animam in partes dividerent, ut Stoici. Nec iuvari eo quod dicerent quaſi per gradus ac numeros ab reliquis partibus per διάδοσιν ac διάβασιν ſenſum ad partem principalem tranſmitti. De Stoicis enim intelli-

telligendum quod ait Plotinus Ennead. iv. lib. ii. Οὐ γὰρ δὴ ὅπερ ἀπατῶντες ἑαυτοὺς λέγουσιν ὡς διαδόσει ἐπὶ τὸ ἡγεμονοῦν ἴασιν αἱ αἰσθήσεις, παραδεκτέον. Quam ſententiam multis ibi refutat. Quod enim, inquit, aliqua ſit pats animæ principalis, id ſine ulla probatione ſumitur. Quomodo enim partientur illud ἡγεμονοῦν, aut quali ſpatio partes eius circumſcribent, aut quas eis differentes qualitates adſcribent, ἑνὸς καὶ συνεχοῦς ὄγκου ὄντος; Vide reliqua eius argumenta. Ex his perſpicitur, ab illis qui animam in partes deſcriberent, qua diviſione veluti συνέχειαν eius diſpertirent, rationem exigi poſſe quomodo partes illæ eſſent συμπαθεῖς. Reſpondebunt illi, eam συμπάθειαν κατὰ διάδοσιν fieri, diſtributione & tranſmiſſione ab altera parte in alteram, donec ad principalem partem quæ in medio ſita eſſet, διαδοτικῶς ac διαβιβαστικῶς ſenſus perveniret. Ita enim dicebat Chryſippus, *ſicut aranea in medietate caſſis omnia filorum tenet pedibus exordia, ut cum quod ex beſtiolis plagas incurrerit ex quacunque parte de proximo ſentiat, ſic animæ principale poſitum in media ſede cordis, ſenſuum exordia retinere, ut cum quod nunciabunt de proximo, recognoſcat.* Quæ verba ſunt Chalcidii iam paulo ante à nobis allata. Qui plures animas fabricabant, per eamdem διάδοσιν ab altera in alteram τὰ παθήματα ſingulatum tranſmitti cenſebant, quamvis invicem per σύμφυσιν iunctę non ſint, ſed per πρόσφυσιν. Eamdem διάδοσιν etiam admittit Philoponus in partibus animę ἡνωμέναις κατὰ συνέχειαν. In quibus tamen διάδοσις non datur, niſi partes animę ſecundum partes corporis diſtributę ſint ac diſpoſitę, ut à Platone determinantur, & à Stoicis, ſed alio modo. Ubi enim animę ὄγκος unus & συνεχὴς, ἀμέριστος καὶ ὁμοιομερὴς, huiuſmodi ςυμπάθεια per διάδοσιν fingi non poteſt. Quę διάδοσις quia in partibus animę unius localiter diviſis ęque ac in pluribus animabus ſubſtantia diſtinctis locum habet, ideo plerique auctores non dubitarunt credere, plures animas ab illis ſtatui qui animam in plures partes τοπικῶς dividerent. Sic Galenus Platonem putat tres animas poſuiſſe quia animam in tres partes regionibus diſſeptas partitus eſt. Ita & Plotinus ex eorum ſententia qui animam ad illum modum tantum dividerent, ut corporis certę partes certis animę partibus ſubiicerentur, totidem animas effici ſcripſit. Ipſe & ἀμέριστον ſimul & μεριστὴν diverſo reſpectu eſſe vult. De cuius ſententia, ut & Platonica, cui Plotinica ex parte conſentit, nos in ſequentibus. In anima quidem brutorum quę tantum ſenſitiva eſt, non ratiocinatrix,

natrix, facile poteſt defendi illa partium eius ὁμοιομέρεια & ὁμοπάθεια. Primum quidem anima eorum ita tota corpori commixta eſt, & continua cum eo, ut una ſit, atque inſeparabilis, συγκεκραμένη, ϗ συνεχής, ϗ ἀχώριστος. Deinde ipſius animæ ὄγκος unus eſt, ac συνεχής, & per totum corpus ex æquo diffuſus & concretus, ita ut tota ſit anima in parte qualibet corporis. Cum igitur aliqua pars in eorum corpore laborat & dolore aliquo afficitur, tota anima id ſenſu percipit, & fit συμπάθεια & ὁμοπάθεια omnium animæ ſenſitivæ partium. Nam & in homine illa συμπάθεια quæ proponitur, ſolam animam eius ſenſiferam ſpectat. At nunc quæſtio eſt, quandoquidem præter ſentientem etiam rationali anima ac mente homo præditus eſt, quænam ſit inter utraſque συμπάθεια, ſiquidem ſub unam ſubſtantiam reducantur, ut à Platone & Ariſtotele factum eſt. Nam qui duas animas ſubſtantia diſtinctas ex his duabus partibus fecerunt, συμπάθειαν inter eas, vel communicationẽ παθημάτων, per διάδοσιν fieri exiſtimarunt. Nec aliter eam procedere in partibus loco diſtinctis, ſub unam tamen ſubſtantialem formam redigendis, ſicut cenſuit Plato, quibuſdam placuit. Quinimo & id locum habere in opinione Ariſtotelis, quamvis non ita illam divideret ſicut Plato, ut totum in partes. Sed cum partem eius ἀχώριστον faciat corporis, alteram χωριστὴν, ἀντιπάθεια potius inter eas quam συμπάθεια naturalis cernitur, dum rationi repugnat cupiditas. Quinimo ſæpe maior inter duas animas diverſis incluſas corporibus συμπάθεια ex amore vel amicicia eluceſcit, quam in una eidem corpori indita vel inſita, cuius partes inter ſe diſſentiunt. Diceres, inter illas duas geminis corporibus diſcluſas, ex voluntatum concordia naturalem σύμφυσιν & σύμπνοιαν intercedere, haud ſecus quam ſi ab uno ſpiritu continerentur. At in illa anima, quę partes habet diſſidentes ac diſſentientes, ut cum ratio altercatur paſſionibus, quamvis una ſubſtantia ſit utriuſque partis, maior διάστασις ac διάφυσις apparet inter eas, quam in grege ex diſtantibus corporibus conſtante. Ut de ſola ſentiendi facultate dicamus, ſæpe animus, quæ facultas eſt animæ νοητικὴ, dum aliis intentus eſt, quæ ad aures eius dicuntur non audit: quæ oculis incurrunt, non videt. Pars quinetiam θυμικὴ, dum in medio ardore pugnæ verſatur, adeo corpori vulnus inflictũ non ſentit, ut quamdiu aliquid ei reſtat ſanguinis, pugnet, nec ſciat vulneratum, niſi defectu virium extremo, & morte ipſa. Tunc non συμπαθὴς eſt θυμικὴ τῇ αἰσθητικῇ.

πικῆ. Sed aliquis poſſet dicere, non ſolam θυμικὴν tum ibi opus agere,ſed ipſam mentem, qua illa impellitur ac dirigitur,

Et ſimul in pugnæ ſtudio quod dedita mens eſt,
Corpore reliquuo pugnam cædeſque peteſſit,
Nec tenet,amiſſam lævam cum tegmine ſæpe
Inter equos abtraxe rotas, falceſque rapaces.
Nec cecidiſſe alius dextram, cum ſcandit & inſtat.
Inde alius conatur adempto ſurgere crure,
Cum digitos agitat propter moribundus humi pes.

Fatendum tamen præcipuum ibi opus eſſe τῆς θυμικῆς, nullum pæne mentis,interdũ nullum plane. Ut plurimum enim ſine mente ac conſilio præcipites ruunt in vulnera homines, ſolo iræ impetu nixi; quam cotem eſſe fortitudinis,Peripatetici cum Platonicis dicebant. Quod autem *mentem* poëta vocat, ex ſectæ ſuæ ſcitis loquitur, quæ mentem animumque ab anima non diſtare docet. Si igitur pars animæ quæ θυμικὴ dicitur, præ ſtudio agendi quod agit, vi ſentientis facultatis deſeritur,quanto magis ipſa νοητικὴ, quam & χωριςὴν eſſe à corpore volunt,cum reliquæ partes, ἡ θυμικὴ & ἐπιθυμητικὴ, ſint plane ἀχώρισοι? Quæ ſocietas denique rei mortalis cum immortali, ut eſt animus & anima? Si nulla eſt inter eos ἕνωσις, nec erit συμπάθεια ulla. Atqui ἕνωσιν eſſe Plato & Ariſtoteles pertendunt, & tantam quidem, ut una ex duabus fiat ὐσία. Si una eſt utriuſque ὐσία,unde igitur illa inter utramque, quæ tam ſæpe exiſtit, & fere ſemper,niſi in ſapientibus qui rari ſunt aut nulli, ἀντιπάθεια & contrarietas? Hæc cum viderent alii, ut hanc dividiam evitarent, negarunt eſſe animum, quin & animam quoque, *vimque omnem eam qua vel agamus quid, vel ſentiamus, in omnibus corporibus cuivis æquabiliter eſſe fuſam, nec ſeparabilẽ à corpore eſſe, quippe quæ nulla ſit: nec ſit quicquam niſi corpus unum & ſimplex ita figuratũ,ut temperatione naturæ vigeat,& ſentiat.* Hæc fuit ſententia Dicæarchi, quæ ne ſic tamen illi dubio poteſt occurrere,cur in corporibus brutorum animalium iſtę contrarietates & repugnantiæ non reperiantur,quæ cernuntur in humanis corporibus. Si enim iſta, eadem ratione, hoc eſt,naturę ſimili temperatione, vigent ac ſentiunt, ut pecuina, cur quod pecora non habent homines habent, ut modo velint, modo nolint idem, & intra horam interdum ſæpius ſibi ipſi ſint contrarii, aliud atque aliud adpetendo? At beſtiæ impetum naturæ ſequuntur, & in iis perſequendis ad quæ fert

ſert eas ille naturalis inſtinctus, ſemper ſibi conſtant. Nulla alia res videtur efficere hanc in hominibus ἀντιπάθειαν τοῦ λόγου καὶ τῆς ὀρέξεως, *rationis* ac *cupiditatis*, niſi animus ad animam additus, quo carent beſtiæ. Stoici noſtri diverſam in totum viam inſtiterunt, & plane oppoſitam illi ſententiæ Dicæarchi. Nam τὸ ἄλογον ex humana anima ſuſtulerunt, ſolum relinquentes λογιστικὸν, ſive λογικόν. Unde igitur apud iſtos paſſiones & affectus in homine rationi & rectæ menti contrarii? Unde vitia & morbi animi, ſanitati eiuſdem ac rectæ valetudini contraverſi? Ut in corpore, cuius una eſt ὑγεία, morbus ex humorum ἀσυμμετρίᾳ oritur, ſi bilis ſuperaverit, ſi phlegma, ſi ſanguis, aut humor melancholicus, nec apto concentu inter ſe omnes ſint temperati, ita & ſimilem ἐνεργειῶν animæ facultatumque eius ἀσυμμετρίαν, morbos eius ac vitia creare. Idem ſpectarunt qui animam eſſe harmoniam voluerunt, & ſimilem hominem choro concinenti, in quo alii acutas, alii graves voces edunt. Si concordent, bonus eſt concentus. Si diſcordent, vitioſus & pravus. Sed hæc in ſequentibus fuſius. Platonici aliam etiam viam ſequuti ſunt, ut docerent, quam ob rem interdum recta capeſſeret, interdum contraria homo idem. Animam quaſi medium quid eſſe inter mentem animi & corpus, & σχέσιν ad utrumque habere, & συμπάθειαν naturalem. Cum vergit in partem deteriorem, eique συμπλέκεται, tum tota corpori addicta & ei immerſa non curat niſi quæ ad illud fovendum, ac bene tractandum pertinent. Cum vero ad mentem ſe erigit, & ad meliorem ſui portionem ſeſe adplicat, melior etiam inde fit ac divinior, quia divinæ particulam auræ quæ ipſi ingenita eſt, excolere ſatagit potius quam terreſtrem & corpoream, cui ipſa ingenita & inſita. Priore modo συμπαθὴς evadit corpori, per nexum quem cum illo contrahit. Nam ἐκ τῆς ἑνώσεως συμπάθεια. Posteriore, ita cum mente coniungitur, ut etiam ei exiſtat συμπαθής. Tum & inter partes animi συμπάθεια conciliatur, vice ἀντιπαθείας, quę prius extiterat. Nam θυμικὴ & ἐπιθυμητικὴ ſeſe dicto audientes ac morigeras præbent τῇ λογιστικῇ. Nec ita longe abit Ariſtoteles ab hac opinione, quamvis animam μεριστὴν non faciat. Sed nec mere μεριστὴ Platoni dicitur, qui diverſo reſpectu ἀμέριστον ac μεριστὴν eſſe probat, quod infra explicabimus. Cæterum longe alia eſt membrorum corporis συμπάθεια, alia partium animæ. Inter χωριστὴν & ἀχώριστον animæ partem modo eſt συμπάθεια, modo ἀντιπάθεια, prout

cum ratione pars irrationalis convenerit, aut ab ea diſſenſerit. At inter membra corporis ſemper συμπάθεια intercedit, quæ illius partis animæ opera procuratur, quæ eſt ἀχώριστος corporis. Hinc uno membro male affecto tranſit πάθος ad cætera membra. Sic in matricis pravo affectu torpent membra cætera, ut ait Galenus, qui cauſam huius torporis aſſignat, conceptum ſtuporem ab illa per frigiditatem. Reprehenditur à Fracaſtorio, & Scaligero: Vigere enim ſenſus cum internos tum externos, motus autem per ligamenta torpere. Et quærit quidem Fracaſtorius, uno membro affecto, ex cuius affectione alia quoque membra patiantur, utrum ſpecies à qua primum male habetur membrum, producat aliam ſpeciem in aliis illis membris, an ſola illa ſpecies ſatis ſit, quæ etiam è longinquo ſe ipſam promotione atque continuatione exhibeat. Utrovis modo id fiat, nihil diſconveniens eſſe putat Fracaſtorius. Sed Scaliger nondum ſolutam quæſtionem putat, in matricis & cruris συμπαθείᾳ. In crure enim neque eamdem ſpeciem eſſe, neque aliam, ſed animam unam totam ubique eſſe & ſemper. Quocirca in pede exiſtens, ſcit quid facto opus ſit propter matricem; ubi æque exiſtit. Scit ergo, non movendum eſſe crus, ſine ulla ſpeciei delatione. Solvit dubium per aliud dubium. Non certum eſt quippe, an anima tota in qualibet parte ſit. Immo certius, non eſſe. Si demus eſſe, non de rationali hoc verum, quæque τὸ γνωστικὸν habet, ſiquidem hæc à corpore χωριστή. Nam de ſola vegetante ac ſentiente quæ ἀχώριστος eſt corporis, id poteſt dici. Quamvis ne de hac quidem, quod ita ſit, omnes conſentiant. Ridiculum autem, ideo in matricis affectibus, crus ab anima non moveri, quia intelligat non eſſe movendum. Quam multi intelligunt quid ſibi expediat, qui tamen temperare non poſſunt quin faciant. A ſcabie ungues multi abſtinere neſciunt, etiamſi poſtea plus dolituros ſe ſciant. Motus præterea brachiorum etiam nocivus eſt pravis illis matricis affectibus. Et vidi, multas ex eo motu peius ſe habere, & in paſſionem ὑστερικῆς πνιγὸς incidere, quæ tamen ne brachia moverent, non poterant ſibi imperare. Cum crure maior matricis ſympathia quam cum bracchio, ob ligamenta. Et certe maiori inter ſe ſympathia tenentur copulata quæ iiſdem quaſi nervis iuncta habentur, etiam ſi longiori intercapedine in corpore diſſita ſint, quam quæ breviori ſpatio diſtant, nec iiſdem nervis alligata ſunt. Humerus male affectus

ctus non tranſmittit in alterum paſſionem, quamvis haud ita longe diſſitum. Vulneratur in crure aliquis: ſi nervus offenſus ſit, cerebrum συμπάσχειν certum eſt, ob nervos qui à capite pertinent ad pedes. Non igitur anima quæ in talo æque tota eſt, ut in cerebro, per eam συμπάθειαν id facit. Alioquin idem præſtaret in omnibus aliis partibus ac membris, & quidem ex æquo. Non audent, inquiunt, ſeſe agitare partes, ne maius afferant ex diſtentione ac convulſione nocumentum. Certe auderent, ſi poſſent, ac niſi torperent propter ligamenta, quorum miniſterio participant paſſione male affectæ matricis. Nam & brachia ſæpe movent, quia poſſunt, ex quorum tamen motu ſibi non parvam noxam afferunt mulieres ei vitio obnoxiæ. Quod aiunt, dubitari poſſe, utrum ab affecto membro ſpecies producat alias ſpecies in aliis membris, an ſola illa ſufficiat quæ ſe ipſam promotione quamvis à longinquo repræſentat, neutrum fieri putarim, ſi anima ſentiens vel etiam rationalis tota in qualibet parte ſit, non partibus corporis diſtinctis determinata. Si enim partilis eſſet ſecundum corporis membra, membro uno affecto ſenſus ad alterum non perveniret niſi per διάδοσιν, & promotionem unius eiuſdem ſpeciei, quæ in affecto membro eſt, ad alia non affecta, aut per productionem alterius ſpeciei in aliis membris. Sed tunc plures animæ eſſent ponendæ, & unumquodque membrum ſuam haberet ἐντελέχειαν à qua contineretur. Nunc ſi ſtatuatur tota eſſe in toto anima & in qualibet parte, ſine eiuſdem ſpeciei continuatione, aut aliarum ſpecierum productione, ſtatim uno affecto membro, uno ductu ac tenore ad reliqua ſenſus mali perveniet. Neque tamen id fit niſi in illis membris quæ communionem inter ſe habent arteriæ alicuius aut nervi miniſterio, quæ ſenſum fert protinus ab uno membro ad alterum. In quo διάδοσις ac δια[illegible]ασις magis locum habere videatur, quam aliarum ſpecierum productio. Ut ſi ſuper flumine bombarda explodatur, ſonus auditur ab eiuſdem fluminis accolis etiamſi per duo aut tria vel amplius milliaria inde diſſiti ſint ubi ſonus editur, non audiendus interioribus continentis incolis longe vicinioribus. Διάδοσις tamen illa potius admitti debet in iis corporis partibus quæ nexu & commiſſura in unum coactæ ſunt, quam in iis quæ coalitæ & concretæ. Cæterum, ut dixi, non inter omnia membra eadem eſt συμπάθεια, quamvis anima tota ſentiat quidquid in quolibet membro læſionis acciderit. Nec enim

tota

tota in ſingulis partibus, quamvis poteſtate præſens ſit in omnibus. Tota per oculum quippe videt, licet in oculo non ſit tota, ſed tantum facultas eius viſualis per quam videt tota. Qua de infra pluribus erit diſputandum. Quærit Scaliger, *ex duobus id quod patitur, puta ferrum à magnete, probene dicatur συμπαθεῖν? Non enim*, inquit, *magnes patitur. Quo igitur modo ferrum particeps erit paſſionis?* Tandem concludit, *magnetem non pati, ſolum affectum eſſe in ferro.* Immo in utroque reciprocus ac mutuus. Niſi enim affectus in magnete eſſet, & προσπάθειαν ἰδίαν ad ferrum haberet, non illud traheret, aut etiam ſimul alia traheret. Rurſus niſi προσπαθῶς ad magnetem ſe haberet ferrum, non ſic trahi ab illo ſineret. Ut in amante ac redamante mutuus eſt affectus, ita in magnete ac ferro. Recte dictum eſt, qui omnes amat, neminem amare, ſed nec vere amatur ab his quos ſic promiſcuè amat. Eodem modo ſi magnes vim haberet trahendi quodcunque, facultas hæc in eo naturalis ad omnia ſe porrigens ex imperio quaſi quodam & virtute maiore inſita ageret, non προσπάθειαν ad certam rem aliquam haberet. Nunc cum peculiaris hæc in eo trahendi virtus in ſolum ferrum dirigatur, ita invicem alter ad alterum προσπαθῶς habent, ut ex utriuſque inter ſe προσπαθείᾳ, fiat συμπάθεια. Ridicule quidam *paſſionem* aut *perpeſſionem*, ut magis Latini viderentur, reddere voluerunt. Non eſt hæc συμπάθεια qua alter alteri συμπάσχει. Nam πάθος illa notione ea animi motio eſt quam Stoici definiunt motum animi præter rationem, aut turbidum animi motum, quo præter modum concitatur. Unde autem rebus inanimis tale πάθος? Ne in beſtiis quidem reperitur. Si inter ſe στοργὴν habent quæ ſunt eiuſdem generis qua una libenter congregantur, non naturales excedit limites. Si autem, ut ſæpe fit, naturali quadam inclinatione animalia quædam ducuntur ad ea quæ toto genere differunt amanda, ut turtur pſittacũ, hæc συμπάθεια nihil pertinet ad illam philoſophorum τοῦ πάθους definitionem, quæ in ſolum hominem cadit. Πάθος hic non eſt aliud quam διάθεσις vel σχέσις φυσικὴ inter res duas genere diverſas, quæ & in rebus inanimis reperitur, ut animantibus. Ideo auctores ἔχθραν aut φιλίαν potius ſolent nominare quam συμπάθειαν, aut ſi συμπάθειαν, eam intelligunt quæ ἀπὸ τοῦ πάθους fit, quod eſt σχέσις & διάθεσις, vel ἐπίκλισις φυσική. Plinius in procemio lib. xx. *pax ſimul in his aut bellum naturæ dicetur, odia amicitiæque rerum ſurdarum ac ſenſu carentium.*

tium. Et quo magis miremur, omnia ea hominum cauſa. quod Græci ſympathiam appellavere. quibus cuncta conſtant, ignes aquis reſtinguentibus, aquam ſole devorante. Res ſenſu carentes etiam paſſione carent. Nec altera ab altera patitur niſi in perniciem propriam. In quo ἀντιπάθεια eſt potius, quam συμπάθεια. Cum ignis ab aqua patitur, reſtinguitur. Cum lignum ab igne, in cineres redigitur. In his τὸ πάθος ſignificationem habet τοῦ πάσχειν ad interitum eius, & exitium quod patitur. Hinc Græci duplici modo πάθος ſumi notant. ἢ γὰρ τὸ εἰς φθορὰν ἄγον, ἢ εἰς τελείωσιν. λέγεται γὰρ πάσχειν τὸ ξύλον ὑπὸ τοῦ πυρὸς, ὡς εἰς φθορὰν ἀγόμενον. λέγεται πάσχειν τὰς αἰσθήσεις ὑπὸ τῶν αἰσθητῶν, ἀντὶ τοῦ τελειοῦσθαι, καὶ ἐκ δυνάμεως εἰς ἐνέργειαν ἄγεσθαι. Neutro modo συμπάθεια, quæ amicicia eſt vel convenientia naturalis inter res ſentientes, & ſenſu carentes, accipi poteſt. Non enim deſtruitur ferrum à magnete, neque in exitium agitur magnes à ferro per illam συμπάθειαν quæ inter illa intercedit. Non igitur alter ab altero patitur, ferrum à magnete, eo modo, quo lignum ab igne. Quod tamen dici poſſet ſi ferro tanquam pabulo uteretur magnes, & conſumeretur ipſe aut minueretur, ut quidam volunt, niſi ſubinde ea illi eſca ſubminiſtraretur. Sed verius hoc mutuum inter utrumque πάθος intercedere, hoc eſt, σχέσιν φυσικήν. Nam & repetitur aliud genus magnetis quod ferrum abigit, per ἀντιπάθειαν quamdam, id eſt, inimiciciam naturalem, & odium inſitum. Nec porro videtur altera illa τοῦ πάθους ſignificatione, qua ſenſus pati dicuntur à ſenſilibus, ferrum pati à magnete, magnes à ferro, quaſi è potentia in actum deducatur. Quod in magnete tamen potius locum haberet. cum enim vim habeat ferri trahendi, ſi ferrum admoveatur, ἐκ δυνάμεως εἰς ἐνέργειαν ἄγεται. Sed & hæc in ferro vis, ut trahatur à magnete, quæ non eſt in aliis metallis. Aeque igitur dici poſſet, & ferri illam δύναμιν, admoto magnete, re ipſa & actu exeri. Eſt enim mutuum πάθος. Profecto nec ille modus συμπαθείας inter magnetem & ferrum cernitur, qua ex paſſionibus corporis ad animum aliquid tranſit, dum cum dolente ſimul dolet, & ex eius gaudio voluptatem percipit. ὅτι ἐκ τῶν παθῶν τοῦ σώματος διαβαίνει τι πρὸς τὴν ψυχὴν, ἀλγοῦντι γὰρ συναλγεῖ, καὶ εὐθυμοῦντι συνήδεται. Hæc enim συμπάθεια in res animatas ac ſenſiferas tantum cadit. Poſtremo nec ea συμπάθεια qua partes corporis affectæ aliæ aliis συμπάσχουσι convenit in res inanimas, & ſenſu carentes. Nam quorum eſt ſentire, eorum eſt & πάσχειν, ac proinde συμπάσχειν.

πάσχειν. Neutrum habent res quæ ſenſum non habent. Sympathia ergo rerum ſenſu carentium nihil eſt aliud quam mutua inter eas amicicia, & σχέσις. Theophraſtus lib. III. de cauſis plantarum, cap. xv. προσφιλῆ vocat, inter quas hæc amicicia, ſive πάθος, quod συμπάθειαν facit: καὶ ὅσα προσφιλῆ τυγχάνει, καθάπερ ἐλαία δοκεῖ τῷ δένδρων, ἡ μύῤῥινος. Non dubium eſt & inter homines hanc eamdem συμπάθειαν inveniri, quæ κατὰ σχέσιν fit. Nam certorum conſortio magis gaudemus quam aliorum. Ex tali igitur συμπαθείᾳ, ut iam ante diximus, naſcitur ἕνωσις, ſed non talis quæ κατὰ σύμφυσιν ſit. Nam magnes ex ea quam cum ferro habet συμπάθειαν, ei iungitur, aut illud ſibi adiungit κατὰ πρόσφυσιν, non κατὰ σύμφυσιν. Nec audio recentiores philoſophos qui magnetem cum ferro fieri unum volunt per coniunctionem formæ utriuſque, & coniungi ſic, quia ſe ipſas formæ propagent atque promoveant, ita ut etiam egredientes in medio ſpatio occurſu mutuo uniantur. Hic enim modus unionis, eſt plane σύμφυσις, non πρόσφυσις. Verum de his alibi. Ex hac porro συμπαθείᾳ quæ ſola naturali propenſione conficitur & προσπαθείᾳ duorum, poſt firmatam longa conſuetudine & familiaritate ἕξιν, illa efficitur συμπάθεια qua invicem συμπάσχουσι. Cuius ſoli homines capaces, non brutæ animantes, nec res ſenſu carentes. Illi naturali συμπαθείᾳ contraria eſt ἀντιπάθεια, ut magnetis quod ferrum abigit, & ferri. A parte magnetis, incertum, an à parte ferri oriatur, an ab utroque. Dici poſſet, ab uno magnete procedere, quia duplex ferri genus non extat, ut duplicis generis magnes. Ferri enim ſimplex natura eſt. At magnes duorum generum, quod trahit ferrum, & quod abigit. Ergo à magnete illa ἀντιπάθεια. Sed cur non æque dicatur, ut ferro cum illo magnete bene convenit, ita cum iſto male concordare, ideoque ad illum non adplicari? Nec verum eſt quod ait Scaliger, ſi abigitur à magnete ferrum, tunc nullo modo ἀντιπαθεῖ. Immo ἀντιπαθεῖ quod averſionem habet, eo modo πάθος ſumendo, ut ſupra in συμπαθείᾳ diximus, pro σχέσει & φιλίᾳ naturali. Dubitari enim poteſt utrum ſe retrahat ac fugiat à tali magnete ferrum, an magnes illud abigat. Si hoc potius, tum magnes ἀντιπαθὴς ferri quaſi inimici ſui, ideo illud abigere & fugare. Sic remedia ἀντιπαθῆ eorum humorum quos expellunt, quæ & ἀντίδοτα dicuntur, & ἀντιφάρμακα.

Platoni animam non ſimpliciter ex variis facultatibus compoſitam dici, ſed quaſi compoſitam. Quid in eo reprehenderit Ariſtoteles. De Chryſippi ſententia, qui ἐνεργείας animæ, partes eius faciebat. Eo nomine à Galeno reprehenſus. An recte.

POST obſervatas animæ συμπαθείας vel ἀντιπαθείας, quæ inter partes eius conſpicuæ ſunt, animadverſione etiam dignum eſt, cum Plato ex variis virtutibus animam componit ſub eamdem formam ſubſiſtentibus, non ſimpliciter σύνθετον eam, id eſt, compoſitam dicere, ſed illas facultates ὡς ἐν συνθέτῳ exiſtere, haud ſecus ac ſi compoſita eſſet. In illo igitur copulationis genere quo duæ animæ ſibi appoſitæ & contiguæ κατὰ πρόσφυσιν tenentur, non quæri debuit quo vinculo continerentur. Subſiſtunt quippe ipſæ per ſe, & ſingulæ ſuam habent formam, atque ἰδίαν οὐσίας ὑπόστασιν. Ut in catena ex pluribus annulis conſtante ſinguli annuli poſſunt ſolvi, & corpus ſeorſim conſtituunt, qualia multa invicem nexa catenam formant. Aut ut apes quæ in examine pedibus per mutua nexis aptæ inter ſe ſunt, ubi connexionem illam abruperunt, ſingula ſunt animalia, quæ & invicem cohærere ſic queunt, & rurſus disiungi. Quod ſi Plato alteram animam eſſe qua intelligimus dixiſſet, alteram qua concupiſcimus, non quæſiſſet Ariſtoteles, ſi anima partilis eſt ſecundum Timæum Platonis, ecquid animam contineret. Λέγουσι δὲ, inquit, τινὲς, μεριστὴν αὐτὴν εἶναι, καὶ ἄλλῳ μὲν νοεῖν, ἄλλῳ δὲ ἐπιθυμεῖν. Τί οὖν δή ποτε συνέχει τὴν ψυχὴν, εἰ μεριστὴ πέφυκε; Non aliud igitur obiecit Platoni Ariſtoteles, quam quod animam ut totum in partes divideret, quam ipſe aliter diviſibilem negaret niſi ratione, intellectu, & cogitatione, hoc eſt, λόγῳ. Ipſe quidem μέρη & μόρια animæ paſſim vocat, ſed eo nomine δυνάμεις tantum intelligit, quæ & μέρη κατὰ δύναμιν appellat. Partes illæ operæ ſunt, & efficaciæ animæ, non regionibus ac locis diſtincta membra rei ſuapte natura individuæ. Sic Chryſippus μέρη & μόρια ψυχῆς vocabat ipſas ἐνεργείας animæ, ex quarum partium inter ſe convenientia & diſconvenientia, ut ita loquar, anima decora, aut turpis exiſteret. Galenus lib. v. de dogmate Hippocratis & Platonis, hæc eius verba refert: διὸ καὶ καλὴ, ἢ αἰσχρὰ ψυχὴ ἀνάλογον ῥηθήσεται κατὰ συμμετρίαν

τινὰ καὶ ἀσυμμετρίαν ποιῶνδέ τινων μερῶν. Non illas partes intellexit in quas revera animam diſtribuebat cum Zenone, quas octonas fuiſſe ſupra docuimus, quinque ſenſus, genitalem facultatem, vocalem, & principalem partem. Hæc enim diviſio animæ Zenonis æquiparatur illi Platonicæ ab Ariſtotele reprehenſæ, quæ τόπῳ χωριστὴ eſt, non λόγῳ. At μέρη appellat ipſas ἐνεργείας animæ quæ ſi bene inter ſe conveniant, & concordent, talem animi pulcritudinem & honeſtatem reddunt, qualem in corpore partes ipſius rectè diſpoſitæ, & bona συμμετρίᾳ invicem ſibi reſpondentes. Hoc nomine vapulat ibi Galeno Chryſippus quod μέρη vocaverit animæ quæ ἐνέργειαι ſunt: ὅτι μὲν οὖν κατὰ συμμετρίαν τέ τινα καὶ ἀσυμμετρίαν ποιῶνδέ τινων μερῶν τῆς ψυχῆς, ἢ καλλὴν ἢ αἰσχρὰν αὐτὴν εἶναι, λεκτέον ἐστὶν, καὶ ὑγιαίνουσαν καὶ νοσοῦσαν, ὀρθῶς εἴρηται τῷ Χρυσίππῳ. τίνα δέ ἐστι ταῦτα τὰ τῆς ψυχῆς μόρια μὴ δυνάμενος εἰπεῖν, ὡς ἂν ἐν ἑνὶ μόνῳ λογιστικῷ καὶ τὴν ὑγίειαν αὐτῆς, καὶ τὴν νόσον, καὶ τὸ κάλλος καὶ τὸ αἶσχος τιθέμενος, ἀναγκάζει περιπλέκειν τε τὸν λόγον, καὶ τῶν ἐνεργειῶν αὐτῆς ὡς μερῶν μνημονεύειν. Idem Galenus verba ex eodem Chryſippo citaverat lib. III. de dogmate Hippocratis, quibus animam in octo partes dividit ſecundum corporis partes, ſingulis aſſignatas. Quæ tamen partitio unitatem vel continuitatem unius in animæ ſubſtantiæ quam Stoici tuebantur non diſcindebat. Non enim in ea ipſa diviſione octopertita facienda Chryſippus ex eo prohibitus eſt animam definire, πνεῦμα σύμφυτον, καὶ συνεχὲς παντὶ τῷ σώματι. *Spiritum conſitum, & toto corpore continuum.* Quibus verbis unitas ſubſtantiæ in anima adſtruitur, quamvis in octonas partes ab eo ac Zenone diſtribueretur. de quibus ita Varro lib. VIII. de l. L. *Non homines omnes cum ſint ex anima & corpore, partes quoque horum proportione ſimiles? Quid ergo, cum omnes animæ hominum ſint diviſæ in octonas partes, quinque quibus ſentimus, ſexta qua cogitamus, ſeptima qua progeneramus, octava qua voces mittimus?* Quæ ex Stoicis hauſit. Nec igitur Platonis animæ partitio in tria membra τὸ συνεχὲς ipſius animæ, & unitatem in continuo abrumpit, aut divellit. Verba Chryſippi apud Galenum, quibus eam octupartitionem explicat, mendoſa ita emendanda ſunt: ἡ ψυχὴ πνεῦμά ἐστι σύμφυτον καὶ συνεχὲς παντὶ τῷ σώματι διήκον ἐστ' ἂν τὰ τῆς ζωῆς αἰσθητήρια παρῇ ἐν τῷ σώματι. Ταύτης οὖν τῶν μερῶν ἑκάστῳ διατεταγμένων μορίῳ, τὸ διῆκον αὐτῆς εἰς τὴν τραχεῖαν ἀρτηρίαν, φωνὴν εἶναι, τὸ δὲ εἰς ὀφθαλμοὺς ὄψιν, &c. *Anima ſpiritus eſt concretus*

cretus ac continuus toto corpore permanans, quamdiu inſtrumenta vivendi ac ſentiendi in corpore adfuerint. Cum huius igitur partes in ſingulis corporis partibus ſint conſtitutæ ac diſpoſitæ, quod ex ea ad arteriam aſperam pertinet, vox eſt, quod ad oculos, viſus. Et quæ ſequuntur. Aſt idem cum alio loco de animi partium inter ſe convenientia & συμμετρίᾳ ageret, quibus rectè inter ſe conſpirantibus ac conſentientibus exiſtit animæ pulcritudo, ut ex contraria habitudine ac affectu eiuſdem fœditas exſurgit, μέρη ψυχῆς, ſive potius illius animæ partis qua cogitamus & ratiocinamur, τὰς ἐνεργείας eius ita vocavit. Sic enim eas partes definit, his verbis quæ ab eodem Galeno afferuntur ibidem: Ἔστι δὲ τῆς ψυχῆς μέρη δι᾽ ὧν ὁ ἐν αὐτῇ λόγος συνέστηκεν, καὶ ἡ ἐν αὐτῷ διάθεσις, καὶ ἔστι καλὴ ἢ αἰσχρὰ ψυχὴ κατὰ τὸ ἡγεμονικὸν μόριον ἔχον οὕτως ἢ οὕτως κατὰ τοὺς οἰκείους μερισμούς. *Sunt autem animæ partes, per quas conſiſtit, & quibus conſtat, quæ in ea ineſt ratio, ipſiuſque affectio. Eſtque honeſta aut fœda anima, prout principalis eius pars, hoc an alio modo, ſe habuerit ſecundum partium eius diviſiones.* Apparet, hæc μέρη animæ quas ἐνεργείας vocat, ad ſolam animæ partem, in qua ratio eſt, pertinere. Sic animus, cum ſit animæ illa pars ſecundum Ariſtotelem in qua ineſt ratio, ab eodem in alias ſimiliter facultates ac partes diviſus eſt, εἰς πρακτικὴν καὶ θεωρητικὴν δύναμιν. Quæ ſint illæ partes principalis animæ partis, hoc eſt, rationis, non alibi à Chryſippo explicatum eſſe aut definitum Galenus queritur, & ipſi pro magno crimine hoc obiectat. Ex aliis tamen eius ſcriptis colligi poſſe ait quas partes animi intellexerit, nempe τὰς ἐννοίας καὶ τὰς προλήψεις. In quo plus ſimplici vice eum peccaſſe arguit. Primum quod partes eas animæ dixerit, cum ſint ſolius ἡγεμονικοῦ, hoc eſt, rationis, quæ principalis animæ pars ab eo ſtatuitur. Atqui hæc obiectio Galeni leviſſima eſt ac ſophiſtica. Nam ſatis clare dixit Chryſippus in illis verbis quæ Galenus citavit, partes illas eſſe ἡγεμονικοῦ, id eſt, rationis ſolum. Ἔστι δὲ, inquit, τὰ τῆς ψυχῆς μέρη δι᾽ ὧν ὁ ἐν αὐτῇ λόγος συνέστηκεν. *Sunt partes quibus conſtat, aut per quas conſiſtit, quæ in ea ineſt, ratio.* An non ſatis per hæc explicavit, velle ſe, partes eas eſſe rationis, ſive partis rationalis? Quod & expreſſe Chryſippum dixiſſe in tractatu de ratione, fatetur ibidem Galenus. Ἀλλ᾽ εἴπερ ἑκάστην τῶν ἐννοιῶν καὶ προλήψεων εἶναι μόριον νομίζεις τῆς ψυχῆς, ἁμαρτάνεις διττά, πρῶτον μὲν γὰρ οὐ ψυχῆς ἐχρῆν ἀλλὰ λόγου ταῦτα μόρια φάσκειν, ὥσπερ οὖν καὶ γράφεις ἐν τῇ περὶ λόγου πραγματείᾳ. *Sed ſiquidem exiſtimas, unamquamque* ἐννοιῶν & προλήψεων *ani-*

ma eſſe partem, duplici genere peccas. Primo quidem quod non animæ te oportebat, ſed animi ſive rationis partes illas dicere, quemadmodum & ipſe ſcribis in tractatu de ratione. Cavillatorem ſe eſſe ſummum, in iſtis ſe ſatis prodit Galenus. Secundum quod in Chryſippo culpat peccatum, illud eſt, quod partes animi vocaverit quæ ſunt ἐνέργειαι. Nihil enim eſſe quod ex propriis efficaciis & facultatibus compoſitum ſit. Ἔπειτα δὲ, inquit, εἰ καὶ τοῦτό τις ἐάσειεν ἀνέλεγκτον, ἀλλά τοι τάς γ' ἐννοίας καὶ περιλήψεις οὐ μόρια τῆς ψυχῆς εἶναι λεκτέον, ἀλλ' ἐνεργείας τινάς. Οὐδὲν γὰρ ἐκ τῶν οἰκείων ἐνεργειῶν σύγκειται. Οὔτε οὖν ὁ ὀφθαλμὸς, οὔτε τὸ οὖς, οὔτε χείρ. Atqui partes illas animi alio loco idem Chryſippus Galeno ipſo fatente ἐνεργείας vocaverat. Αἱ μὲν γὰρ ἔννοιαι καὶ αἱ περιλήψεις ἐνέργειαι τῆς ψυχῆς, ὡς αὐτὸς οὐ δι' ἑτέρων ἐκδιδάσκεις. At nollet Galenus confundi ἐνεργείας, hoc eſt, δυνάμεις animæ, cum partibus. Μὴ τοίνυν μηδὲ ἐπὶ τῆς ψυχῆς σύγχει τὰ μόρια τῶν ἐνεργείαις. *Nolito igitur neque in anima quidem facultates ſive efficacias cum partibus confundere.* Iſta etiam obiicienda fuere Ariſtoteli, qui ubique μόρια, ac μέρη ψυχῆς appellat, quas eſſe ἐνεργείας & δυνάμεις tantummodo vult. Sed & alios philoſophos, ut ante docebamus, vocem μέρος in animæ facultatibus diſtinguendis paſſim uſurpaſſe conſtat. Quod μέρος κατὰ δύναμιν, & μέρος κατὰ ποιότητα vocarunt. Alii qui re ipſa animam in partes certam corporis partem ſingulas obtinentes diviſerunt, etiam μέρος de facultate intellexerunt. Nec enim alia re diſtat μέρος animæ κατὰ ποσὸν, & μέρος κατὰ ποιὸν, niſi quod facultas animæ quæ κατὰ ποσὸν dicitur certam obtinet corporis partem, ſive membrum, in quo vim ſuam ac virtutem, hoc eſt, ἐνέργειαν oſtendat. Ut viſualis vis in oculo, cogitativa in cerebro, iraſcibilis in corde. At μέρος κατὰ τὸ ποιὸν facultas eſt vel vis animæ, quæ per totum corpus fuſa operationem ſuam exercet, ut vis ſenſualis, ut motiva. Hanc δύναμιν proprie vocarunt, illam μέρος, quia membrum eſt animæ per partes corporis μεμερισμένης. Hoc ſenſu μέρος quod κατὰ ποσὸν dicitur diſtat ab alio μέρει, ſubiecto, ſpecie, & efficacia. Sic enim definiunt: μέρος ἐστὶ ὃ καὶ τῷ ὑποκειμένῳ, καὶ τῷ εἴδει, καὶ τῇ ἐνεργείαις διαφέρει. At μέρος κατὰ ποιὸν, quod δυνάμεως nomine proprie nuncupari volunt, ſola ἐνεργείᾳ differt ἀπὸ τοῦ μέρους, non etiam ὑποκειμένῳ. Exempli gratia idem eſt ὑποκείμενον ſenſitivæ, appetitivæ, & motivæ. Nam totum corpus, non certa pars corporis, ſubiectum eſt ſentientis facultatis, & motricis, & appetentis. Si non omnibus, certe plurimis partibus corporis com-

communes pleræque animæ facultates. Nec τῷ ὑποκειμένῳ tantum, & τῷ εἴδει, & τῇ ἐνεργείᾳ differre τὸ μέρος ἀπὸ τοῦ μέρους proprie ſumptum, ſed etiam τῇ οὐσίᾳ, dicere debuerunt, quatenus partes animæ ſic diviſæ, ut partem ſingulæ occupant ſubſtantiæ corporis, quæ ipſis pro ſubiecto ac ſede, ita & ipſæ ſubſtantiæ totius animæ partem aliquam decerpunt. Sed ut illæ partes ſubſtantiæ corporis quæ adſignantur ſingulis animæ partibus, ita ſubſtantiæ partes ſunt, ut non videri debeant ſubſtantiæ ſeparatæ, & corpora ſingularia, ita & animæ portiones illæ quæ certa corporis membra habent ſibi ſubiecta, ſunt quidem & ipſæ ſubſtantiæ unius partes, ſed non animæ ſubſtantia diſtinctæ. Sic animæ ita diviſæ μέρος differt ab alia parte non ſolũ ſubiecto & ſpecie & efficacia, ſed etiam ſubſtantia, id eſt, ſubſtantiæ quadam parte. Quod videndum an liceat dixiſſe in eo genere partitionis quo uſus Ariſtoteles, qui partes eas animæ non loco nec re ipſa dividendas opinatur, ſed tantummodo cogitatione. In hac enim opinione τὸ μέρος notionem videtur facultatis habere tantum, & facultas totius intellectum, quatenus totum corpus permanat. Porphyrius: ἐφάπτεται γὰρ ἡ μὲν τοῦ μέρους ἔννοια ποσοῦ, πρὸς τὴν τοῦ ὅλου κατασκευὴν ὀλιγωτέραν ποσότητα ἀπολαμβάνοντος, ἡ δὲ τῆς δυνάμεως τοῦ ὅλου τὴν ἐπίνοιαν ἀπείληφεν, διόπερ ἀμερεῖς μὲν αἱ δυνάμεις, καὶ δι' ὅλου κεχωρηκυῖαι. τὰ δὲ μέρη ἠλλοίωται διὰ μερισμοῦ ἔχοντά τινα τοῦ ὅλου ποσότητα. Quæ verba vulgo corruptiſſima ſic reſtituimus, ita etiam vertenda, peſſime à doctiſſimo Græce interprete reddita: *Notio enim partis de quanto intelligenda, pauciorem, ſi ad totius fabricam reſpicias, quantitatẽ accipientis. At facultatis acceptio intellectũ totius recipit, quatenus individuæ ſunt facultates, & totũ pervadentes, partes autem alterantur per partitionẽ, certam ex toto habentes quantitatem.* Dubium tamen non eſt, quin Ariſtotelica diviſio animę in facultates, æque recipiat τῆς οὐσίας, & τοῦ εἴδους differentiam, ut illa Platonis partitio, quæ localiter eas diſpertit. Omnes certe veteres Ariſtotelis interpretes, δυνάμεις illas, ſive ζωὰς animæ, οὐσίας eſſe aſſerunt. Et ex operationibus τῆς οὐσίας fidem conſtare, præcipue in rebus incorporeis, in quibus neque ex colore neque ex figura de eorum ſubſtantia licet iudicare, ſed ea colligitur ex ſola ἐνεργείᾳ. Simplicius ad primum de Anima: Ἑπομένως τῷ Πλάτωνι ἐκ τῶν ἐνεργειῶν τὴν οὐσίαν πιστοῦται, καὶ μάλιστα ἐπὶ τῶν ἀσωμάτων, ὧν οὔτε σχῆμα οὔτε χρῶμα, ἐξ ὧν καὶ αὐτῶν ἐνίοτε ἐπὶ τὴν οὐσίαν ἡ ἀναφορά. Alio loco in iiſdem commentariis, πᾶσαν ζωὴν, οὐσίαν eſſe affirmat. Ζωὰς autem ubique vocat animæ

mæ facultates ac δυνάμεις, ex quibus animam conſtare numero pluribus volebat Ariſtoteles. Ita enim ſcribit de intellectu ad primum de Anima: ἡ δὲ ἀνθρωπίνη ψυχὴ, ἣν νοῦν καλεῖ, κινητικὴ ἐνεργείας. ἐγγίνεσθαι γοῦν αὐτὴν φησι δηλαδὴ τῷ σώματι, ἀλλά ποτε καὶ ὡς χωριστήν. ὅπερ ἀλλαχοῦ φησιν ἐπεισιοῦσαν, καὶ οὐσίαν τινὰ εἶναι ἀποφαίνεται, οὐχ ὅτι μὴ αἱ ἄλλαι ψυχαὶ οὐσίαι, πᾶσα γὰρ ζωὴ οὐσία, ἀλλ᾽ ὡς ἄϋλον ὑπάρχουσαν, καὶ καθ᾽ ἑαυτὴν ὑφεστῶσαν. Quod enim animæ partem intellectualem οὐσίαν vocet Ariſtoteles, non inde ſequi quin & aliæ eius partes οὐσίαι ſint. Nam πᾶσα ζωὴ, inquit, id eſt, omnis animæ facultas, ſubſtantia eſt. Et ψυχὰς appellat, & ζωὰς animæ facultates, ut & ipſe Ariſtoteles, ne quis inde cenſeat plures animas ab illo ſtatui. Nam & paulo poſt eamdem atque unam animam ex pluribus ζωαῖς componi dicit: καὶ μιᾶς συντεθειμένης ἐκ πλειόνων ζωῶν. Ita legendum, non ζώων. Vocat enim ζωὰς, δυνάμεις. Et paſſim τὰς ἀλόγους ζωὰς etiam in hoc commentario in Epictetum nominat, quæ ἄλογοι δυνάμεις & ipſi & aliis dicuntur. Iamblichus in libro de Anima ſcribit, Ariſtotelicos & omnes qui individuam eſſe animam imaginantur, facultates eius κατ᾽ οὐσίαν differre velle, operationes κατ᾽ εἶδος. Κατὰ δὲ τοὺς Ἀριστοτελικοὺς, καὶ πάντας ὅσοι ἀμέριστον τὴν ψυχὴν διανοοῦνται, κατὰ μὲν τὴν οὐσίαν αἱ δυνάμεις, κατὰ δὲ εἶδος δι᾽ ὧν δύνανται ποιεῖν. Intelligit τὰς ἐνεργείας, quarum plura eſſe εἴδη dicit ſecundum Ariſtotelem, cum ipſæ δυνάμεις, quarum ἐνέργειαι, eſſentialiter inter ſe differant. De quo nos adhuc inferius tractabimus.

In partitione animæ Platonica pars à parte differt non ſolum τῇ οὐσίᾳ, ſed etiam τῷ ὑποκειμένῳ. In Ariſtotelica diviſione facultates à facultatibus differunt οὐσίᾳ tantum, non ſubiecto. Ἕξιν dici ſpiritum quo continentur partes in corporibus naturalibus. Alia multa.

Ex his quæ diximus conſtat, non ſolum τὸ μέρος ut partitus eſt animam Plato differre ἀπὸ τοῦ μέρους εἴδει καὶ τῇ οὐσίᾳ, ſed etiam δύναμιν ἀπὸ τῆς δυνάμεως. Quæ & ipſa partem animæ facit ab aliis ſpecie & ſubſtantia differentem. Non ergo diverſa δύναμις animæ, ut eam Ariſtoteles accepit, ἀπὸ τοῦ μέρους, ſicut accipitur Platoni, niſi ſolo ὑποκειμένῳ. Aeque enim facultas à facultate, ut pars à parte differt τῷ εἴδει καὶ τῇ οὐσίᾳ, ſed facultas à parte differens eſt ὑποκειμένῳ. Summa

igitur

igitur quæſtio eſt utrum una ſit anima in unoquoque animali an plures. Plures eſſe, neque Platoni, neque Ariſtoteli placuit. Utrique enim ex æquo unam eſſe in ſingulis animalibus ſtatuitur. Sed hæc inter illos controverſia unam eſſe conſentientes, utrum ἁπλῆ κατ' οὐσίαν, ταῖς δυνάμεσι πληθυνομένη, ἢ καὶ κατ' οὐσίαν πολλή. Ita ſcribit Simplicius, qui & alio modo hoc ſic exprimit: καὶ εἰ μία, πότερον σύνθετος ἐκ πλειόνων οὐσιῶν, ἢ ἁπλῆ μὲν, πολυδύναμος δὲ, ὅθεν τὸ πλῆθος τῶν ἐνεργειῶν. Nam ex multitudine facultatum unius animæ emergit multitudo ἐνεργειῶν, non ex multiplici animarum numero. Sed ſi ex ἐνεργείᾳ argumentum ac fides τῆς οὐσίας ducitur, ut alio loco ſcripſit Simplicius, non minus erunt multæ οὐσίαι in anima ex diviſione Ariſtotelis, quam ex Platonis. Et certe ita eſt πολυδύναμος animæ οὐσία ſecundum Ariſtotelem, ut ſingulæ δυνάμεις ab aliis differant non ſolum τῷ εἴδει, ſed etiam τῇ οὐσίᾳ. Idem etiam alibi ait, ſingulas ζωὰς vel δυνάμεις, eſſe οὐσίας. Quomodo igitur id inter eos controverſari ait, de unitate animæ cætera concordantes, utrum κατ' οὐσίαν ἁπλῆ ſit, an κατ' οὐσίαν πολλή, ſi æque πολλαὶ οὐσίαι in anima Ariſtotelis unica, quam in Platonis? Deinde cum Plato manifeſto animã ὡς σύνθετον ἐκ πολλῶν οὐσιῶν faciat, quaſi ex pluribus ſubſtantiis compoſitam, ut Simplicius & Iamblichus tradũt, nec minus Ariſtoteles iuxta eumdem Iamblichum, ποιεῖ τὰς δυνάμεις ὡς ἐν συνθέτῳ τινὶ τῇ ψυχῇ παρούσας. Recte itaque Philoponus ſententiam Ariſtotelis hanc fuiſſe refert, animam ἐκ διαφόρων συγκεῖσθαι οὐσιῶν, ἡνωμένων ἀλλήλαις καὶ συνεχῶν, *ex differentibus conſtare ſubſtantiis, invicem unitis & continuis*, ſed male ex eo infert, Ariſtotelem non unam animæ eſſe voluiſſe ſubſtantiam. Quod eſt ridiculum. Plures quippe ſubſtantiæ ita unitæ & continuæ, ut ille vult, non poſſunt niſi unam efficere ſubſtantiam. Ut in corporibus quorum partes ita unitæ ſunt, etſi τῇ οὐσίᾳ ſeparatæ ſint ac τῷ εἴδει, unam nihilominus ſubſtantiam corporis componunt. Unica eſt igitur ac ſpecifica Ariſtotelicæ & Platonicæ de anima ſententiæ differentia, in uno, aut pluribus ſubiectis. Hic ita animam partitur, ut ſingulas partes ſubiecto invicem diſtare velit, ille unum idemque omnium eſſe ſubiectum. Sic ἀμερὴς Ariſtoteli anima, quæ plures tamen habet facultates, οὐσίᾳ & εἴδει differentes, non ὑποκειμένῳ. Platoni eſt τριμερὴς, tripertita, cum totidem facultatibus, ſubſtantiis, atque etiam ſubiectis. Explicari hic deberet, quomodo una eademque anima ἀμερὴς ſit ac τριμερὴς, ſed infra melius ſuo loco id explicabitur.

In utriuſque diviſione, vel per *facultates*, ut Ariſtotelis, vel per *partes*, ut Platonis, pariter plures ſubſtantiæ ponuntur, ſed quæ ſint ſingulæ tanquam unius atque eiuſdem ſubſtantiæ partes. Μέρος ac δύναμιν ſic etiam diſtinguenda docet idem Porphyrius his verbis quæ in editione Canteri mendoſiſſime excuſa ſunt, ita emendanda: διαφέρει δὲ μέρους δύναμις, ὅτι αἱ μὲν δυνάμεις ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑνὸς ὑποκειμένου πλείους θεωροῦνται, οὐκ ἐν ἄλλῳ καὶ ἐν ἄλλῳ παρατεταγμέναι τῷ ποσῷ τῆς ὑποκειμένης οὐσίας, τὰ δὲ μέρη ἀπολαμβάνει ἐν αὐτοῖς ποσόν τι τῆς οὐσίας, καὶ περιγράφει ἀλλοῖόν τι μόριον αὐτῆς. *Differt à facultate pars, quia facultates in eodem & uno ſubiecto plures cernuntur, non in alio atque alio quanto ordinatæ ac diſpoſitæ, ſubiectæ ſubſtantiæ: partes vero deſumunt certam ſubſtantiæ quantitatem, & circumſcribunt portionem eius aliam atque aliam.* Hoc probat pomi exemplo, quo omnes Ariſtotelis interpretes uſi ſunt. Αὐτίκα, inquit, τοῦ μήλου αἱ μὲν δυνάμεις πᾶσαι ἐν ἑνὶ, τὰ δὲ μέρη ἄλλα ἀλλαχοῦ κεχώρισται. *Vt ecce in pomo omnes facultates in uno ſunt ſubiecto, partes vero aliæ aliis locis ſeparatæ exiſtunt.* Ut malum unum ſubiectum eſt, & varias habet facultates per totum ſubiectum pertinentes, odorem, colorem, figuram, ſaporẽ. At partes aliæ ſunt, & locis diviſæ. Sed quantumis μέρος ac δύναμιν diſtinguant, has tamen δυνάμεις, quæ in toto variæ conſiderantur ut in eodem ſubiecto, μέρη & μόρια Ariſtoteles appellat, & alii philoſophi. Hæc tantum eſt differentia, quod hæc μέρη κατὰ τὸ ποιὸν intelligenda ſunt, quæ per totum manant, & in eodem ſubiecto verſantur: alia μέρη κατὰ τὸ ποσὸν appellanda, quibus certa quantitas ex ſubſtantia ſubiecta attribuitur. Hoc qui faciunt, revera animam μεριστὴν eſſe volunt. Aliud eſt itaque, μέρος animæ appellare, quæ facultas eſt, ut Ariſtotelis ſententia eſt, aliud μεριστὴν eam facere, quod Platoni viſum eſt. Ariſtoteles quidem non minus quam Plato exiſtimavit, ὅλην τὴν ψυχὴν ἄλλῳ καὶ ἄλλῳ νοεῖν καὶ ἐπιθυμεῖν, *totam animam alia atque alia parte intelligere, & concupiſcere.* Nam & ipſe Ariſtoteles ubique aliud eſſe quo intelligimus dixit, aliud quo concupiſcimus. Plato vero non ſolum aliud eſſe voluit quo cogitaret anima, aliud quo cuperet, pro indiviſo tota, ſed tanquam dividuam ac per partes ſeparatas id facere. Atqui debuit, inquit Simplicius, ὡς ἀμέριστον φάναι καὶ διαφόροις ζωαῖς ἀμερίστως ἀλλήλαις συμφυομέναις *tanquam indiuiduam dicere, & diverſis facultatibus pro indiviſo invicem coalitis, & concretis.* Nec ſolum facultates illæ variæ animæ, quas ζωὰς διαφόρους vocat Simplicius, inter ſe unitæ & concretæ eſſe debent,

ſed

ſed etiam toto coalitæ, ac συμφυεῖς. Ut tota anima ſentit per ſenſitivam facultatem, quia facultas illa toti κατὰ σύμφυσιν coniuncta eſt ac concreta. Simplicii verba ſic legenda, ὡς αἰσθάνεται ἡ ὅλη κατὰ τὴν αἰσθητικὴν δύναμιν, διὰ τὸ ἐκείνην ἀμερίστως τῷ ὅλῳ συμφύεσθαι. Et paulo poſt, omnium animæ facultatum, excepta intellectuali, ἀμέριστον σύμφυσιν ἐν ὅλῃ τῇ ψυχῇ, *indiviſibilem concretionem in tota anima cerni* dixit, & per eam corpus totum ab anima contineri. In ſententia Platonis, quæ animæ facultates locis dividebat, & in certas partes regionibus corporis diſterminatas totam animam partiebatur, quæri poſſe cenſuit Ariſtoteles quæ partes illas copula contineret. Diximus ſupra, corporum alia κατὰ σύμφυσιν, alia κατὰ πρόσφυσιν ex partibus ſuis componi. In his duobus ſolis quærendum videtur quæ ratio partes cum toto conciliet, eaſque inter ſe iungat. Nam in illis corporibus quæ acervatione, & ex diſtantibus partibus conſtant, ſupervacua hæc quæſtio, cum nullo vinculo & copula partes illæ invicem contineantur, ut in acervo frumenti, & in grege ovium, & in concione populi. Hæc ſunt quæ κατὰ διάστασιν componuntur, & in quibus διάφυσις eſt, qua ſingulæ partes ſeparātur, non σύμφυσις, neq; πρόσφυσις. At in iis quæ κατὰ πρόσφυσιν inter ſe cohærēt, ut in partibus domus vel navis, vel catenę, cauſa quæ illas contineat, & coniungat, diſpicienda eſt. In pariete lapides lapidibus per arenatum cohærent, vel, arenati vice, bituminis ope, ut apud Babylonios, parietes cum parietibus & cęterę partes domus aliis vinculis & ἱμαντώμασιν coniunguntur, & ſic totam componunt domum. Navis ita etiam aſſeribus ac tabulis contexitur & compaginatur, multis ſubſcudibus ac clavis. Atque ita de cęteris quę κατὰ πρόσφυσιν cohęrent, & συναπτόμενα Gręci vocant, ἐκ τῶν παρακειμένων, καὶ πρὸς ἕν τι κεφάλαιον νευόντων συνεστῶτα. Qui duas animas ſubſtantia diſtinctas in corpore imaginabantur, eo modo eas inter ſe connectebant, ut Baſilides, qui προσφυεῖς ψυχὰς multas hariolabatur, quę προσαρτήματα, & appendices propterea vocabat. Sed qui duas ponebant, ut illi de quibus Porphyrius, κατὰ συμπλοκὴν eas ſibi cohęrere ſomniabant, quod idem eſt ac κατὰ πρόσφυσιν, ut ante docuimus. Nam ſi σύμφυσιν accipiamus, non erunt amplius duę animę, ſed una, ex duabus concretis, & συμφύτοις facultatibus conſtans. Ut in corporibus partes κατὰ πρόσφυσιν iunctas habentibus quęſtio moveri poteſt de vinculo quo continentur, utrum ſit gluten, an plumbum, an ferrumen, an bitumen, an ſubſcudes, ita de duabus

 anima-

animabus,ita per συμπλοκὴν, & πρόσφυσιν cohęrentibus in corpore, quęri poteſt quę cauſa illam πρόσφυσιν effecerit. Alioquin, ſi nulla eſt qua invicem teneantur πρόσφυσις aut συμπλοκὴ, ita appoſitas & contiguas tangere ſe termino dividuo dicendum ſit, ut oves in grege, aut homines in concione, aut grana in acervo frumenti. Quod multis modis abſurdum videatur. Rurſus ſi aliqua res dabitur quę πρόσφυσιν illam & nexum copulationis inter duas animas faciat, quodnam illud erit? Facultas nimirum aliqua ęque nobilis atque ipſa anima, vel etiam nobilior, quatenus potens ſit res duas in totum diverſas, ut animam rationalem & irrationalem, ſic connectere atque uno complexu vincire. Non ex propria virtute cuiuſque animę hic nexus poteſt contingere. Qui enim id pote in tam contrariis utriuſque animę viribus ac virtutibus? Anima igitur fuerit oportet, vel aliquid animę ἀνάλογον, quod duas animas ſubſtantia diverſas in corpore ita apte ac cohęrenter connectere idoneum ſit. Sic tres pro duabus exurgent animę. An Plato, qui unam quidem animę ſubſtantiam agnoſcebat, ſed partes plures re ipſa diſtinctas ac locis diviſas, eas partes κατὰ πρόσφυσιν inter ſe necti putavit? Si id putaſſet, quęrenti certe Ariſtoteli quo vinculo partes illę animę inter ſe continerentur, potuiſſet reſpondere, animam eſſe. Ut in anulis ferreis, quos effuſus è magnete lapide ſpiritus coniungit & continet, qui omnes quidem κατὰ πρόσφυσιν, non enim κατὰ σύμφυσιν, tenentur, & unam quaſi catenam reddunt. De quo eleganter Lucretius his verſibus:

Hunc homines lapidem mirantur: quippe catenam
Sæpe ex anellis reddit pendentibus ex ſe.
Quinque etenim licet interdum, pluresque videre
Ordine demiſſos levibus iactarier auris.
Vnus enim ex uno dependet ſubter adhærens,
Ex alioque alius lapidis vim, vinclaque noſcit,
Vſque adeo permananter vis pervalet eius.

Prorſus tamen ratione caret, ut una eademque ſubſtantia, qualem in confeſſo eſt animę tribuere Platonem, partes habeat κατὰ πρόσφυσιν adhęrentes. Nam πρόσφυσις proprie eſt coniunctio diverſarum ſubſtantiarum, & naturarum nexu uno alterius rei opera ac miniſterio devinctarum. Πρόσφυσις quippe ſecundum notationem nominis nihil aliud eſt quam φύσεως πρὸς φύσιν adiunctio & adhæſio, qua

ſub-

ſubſtantia & natura alia ad aliam adiungitur & adplicatur, ut ſimul connexæ maneant. Sic lapidem lapidi calx iungit, tabulam tabulę taurinum gluten·, aut ſubſcudes. *Adoleſcere* id vocabant Latini, hoc eſt, προσφύεσθαι. Salluſtius apud Iuñium Philargyrum: *Tabulæ glutine adoleſcebant.* Sic *inoleſcere eſt* ἐμφύεσθαι. Virgilius: *Vdoque docent inoleſcere libro.* Et *cooleſcere* συμφύεσθαι. Si partes igitur animæ variæ κατὰ πρόσφυσιν iunctæ una compage necterentur, totidem ſubſtantiæ & φύσεις deberent intelligi , & ſic totidem animæ cenſeri. Certum eſt igitur, Platonem, qui unitatem ſubſtantiæ in animæ partibus, quamvis loco ac re ipſa diviſis, tuetur, non aliter eas quam συμφύτους potuiſſe ſtatuere. Nam plures σύμφυτοι δυνάμεις, aut plura σύμφυτα μέρη unam ſubſtantiam ac naturam conſtituunt. Nec aliud eſt σύμφυτον ex vi verbi quam res unius & eiuſdem φύσεως atque οὐσίας. Et Simplicius, qui videtur σύμφυσιν partium inſeparabilium in anima Ariſtotelis tantum agnoſcere, plane erravit, ſi ita putavit. Non enim minus Platoni illa σύμφυσις aſſerta quam Ariſtoteli, ut diſerte præter alios teſtatur Iamblichus, qui hac in parte Ariſtotelem Platoni paria ſentire affirmat. Sed Platonis animæ δυνάμεις ita ſunt σύμφυτοι ut etiam χωρισταὶ ſint, quas Ariſtoteles ἀχωρίστους vult omnes, una excepta intellectiva. De quo inferius. Cur igitur Ariſtoteles, cum Platoni animæ facultates omnes σύμφυτοι ſint inter ſe, unius ut pote ſubſtantiæ, quamvis aliud ſit quo intelligat, aliud quo cupiat, quęrere inſtitit, quid animam contineat, ſi partibilem habeat naturam?· An σύμφυσις non datur, niſi in his quæ ſunt individuæ naturæ? aut in quibus partes omnes ὁμοιομερεῖς? Atqui ſi exemplum à corporibus ſumamus, quę ἡνωμένα Gręci vocant ac συμφυῆ, alia quidē ſunt quæ partes habent ſibi invicem diſſimiles, alia vero quæ ſimiles. In lapidę partes ſunt ὁμοιομερεῖς, in arbore non omnino, in animali multo minus. Pomponius: *Tria autem corporum genera ſunt: unum quod continetur uno ſpiritu, & Græce* ἡνωμένον *vocatur, ut homo, tignum, lapis, & ſimilia.* Sextus Empiricus: ἡνωμένα μὲν οὖν ἐστι τὰ ὑπὸ μιᾶς ἕξεως κρατούμενα, καθάπερ φυτὰ καὶ ζῶα. Hoc eſt, quod reddidit Pomponius, *quæ uno ſpiritu continentur,* τὰ ὑπὸ μιᾶς ἕξεως κρατούμενα. Ita etiam loquutus eſt Seneca Epiſt. c 11. *Nullum bonum putamus eſſe quod ex diſtantibus conſtat. Vno enim ſpiritu unum bonum contineri debet ac regi: unum eſſe unius boni principale.* Ita etiam loquutus eſt Quintilianus in Inſtitutionibus, ſed locus nunc ad manum non eſt. Non ſolum

in his plantæ & animalia, ſed etiam lapides & ligna. Ut idem paulo poſt Sextus oſtendit, τὰ ὑπὸ ψιλῆς ἕξεως κρατούμενα, οὐδεμίαν ἀξιόλογον μεταβολὴν τε καὶ τροπὴν ἀναδέχεται, καθάπερ ξύλα καὶ λίθοι. Ligna, vel, ut Pomponius, tigna, & lapides, in numero eorũ ſunt quæ Græci ἡνωμένα vocant ac συμφυῆ. Unita & continua concretaque. Sed horum partes ὁμοιομερεῖς, ac proinde eorum σύμφυσις ὅλη τοῖς μορίοις ὁμοειδής. In plantis & animalibus aliud eſt. Ita συμφυῆ ſunt, ut partes habent, ceu vulgo barbari vocant, diſſimilares, quæ tamen σύμφυτοι ἀλλήλαις habentur. Poſſunt itaque in partes ac membra dividi ac μερίζεσθαι. Arborem in truncum, in ramos, in radices partiri liceat: animal in ſua membra & partes, quas liquet eſſe ἀνομοιομερεῖς. Nec minus tamen in his partibus σύμφυσις cernitur, quam in ſaxis & lignis. Si quęratur quæ ſit cauſa συμφύσεως in lapidibus ac tignis, quę uno quaſi ſpiritu continentur, palam eſt reſponderi debere, ſpiritum illum eſſe quo continentur. Ψιλὴν ἕξιν eum ſpiritum vocat Sextus. Quia ἕξις proprie dicitur de his quæ ſolum habent τὸ εἶναι, quæ & ἑκτικὴ δύναμις vocatur, ut ſupra oſtendimus. Hæc ipſa ἕξις qua ſunt, ea continet, quam & ψιλὴν ἕξιν appellat Sextus cum reliquis Philoſophis. Non enim habent animam φυτικὴν, ut muta, non λογικὴν, ut homines. Ideo ὑπὸ ψιλῆς ἕξεως continentur. Idem Sextus dixit, omnia corpora quæ ἡνωμένα Græci vocant, ὑπὸ μιᾶς ἕξεως κρατεῖσθαι, quod Latini dixere, *uno ſpiritu contineri*, καθάπερ, inquit, φυτὰ καὶ ζῶα. Ergo & ἕξις etiam in plantis & animalibus. Nam ἕξις vel ἑκτικὴ δύναμις facultas ea eſt, vel ſpiritus, qua res omnes tam inanimes quam animatæ, in ſtatu ſuo, &, ut barbari vocant, *ſuo eſſe*, continentur. Omnia enim corpora opus habent aliqua vi ac virtute qua contineantur. Eatenus quippe corpora ſunt, ac dicuntur, quatenus continentur, & in ſtatu ſuo manent: diſſoluta ac diſſipata non ſunt amplius corpora. Ἕως συνέχεται καὶ συσφίγγεται τὸ σῶμα, εἶναι λέγεται, διαλυόμενον δὲ φθείρεται. Platonici omnia corpora vivere, non omnia animam habere cenſebant. Inanima ὑπὸ ψιλῆς ἕξεως continebantur, quam & ἑκτικὴν ζωὴν vocabant Platonici, quia ab ea continentur, ne diſſolvantur. Quia autem animam hæc propriam ac peculiarem non habent, ab anima mundi hanc ἕξιν ea obtinere credebant. ζῆν μὲν λέγουσι καὶ τὰ πάντη ἄψυχα ἑκτικὴν ζωὴν, καθ' ὃ συνέχεται ὑπὸ τῆς τοῦ παντὸς ψυχῆς, τῷ εἶναι μόνον, καὶ μὴ διαλύεσθαι. Nec ea tantum fuit Platonicorum opinio, ſed & Thaletis & Stoicorum,

unum

unum nempe à Deo ſpiritum omnes ſubſtantias tam animatas quam inanimas permeare, & ſic nihil rerum omnium ſine vita reperiri. At ſpiritus qui plantas continet vitalis eſt ac naturalis: qui animalia, ſenſualis & motualis: qui homines, rationalis, & intellectualis. Sextus: Τῶν ἡνωμένων σωμάτων τὰ μὲν ὑπὸ ψιλῆς ἕξεως συνέχεται, τὰ δ' ὑπὸ φύσεως, τὰ δὲ ὑπὸ ψυχῆς. καὶ ψιλῆς μὲν ἕξεως, ὡς λίθοι καὶ ξύλα, φύσεως δὲ, καθάπερ τὰ φυτὰ, ψυχῆς δὲ, τὰ ζῶα. *Continuorum corporum alia à ſolo ſpiritu continentur, alia à natura, alia ab anima. Et à ſolo quidem ſpiritu, ut lapides ac ligna: à natura, ut planta: ab anima, ut animalia.* Hæc ipſa, aut eadē omnino Stoici, qui φύσιν plantis dabant, non etiam ζωὴν, ut Ariſtotelici, multo minus ψυχὴν, ut Platonici. Quæ hìc docet Sextus, omnium corporum alia eſſe quæ ὑπὸ τῆς ἕξεως, alia quæ ὑπὸ τῆς φύσεως, alia quæ ὑπὸ τῆς ψυχῆς continentur ac διακρατοῦνται, alia porro quæ ἀπὸ τοῦ νοῦ, à mente actatione, ut corpora hominum, ſunt ipſiſſima Zenonis ſcita. Themiſtius ad librum 1. de Anima: Τάχα δὲ καὶ τοῖς ἀπὸ Ζήνωνος σύμφωνος ἡ δόξα, διὰ πάσης οὐσίας πεφοιτηκέναι τὸν θεὸν τιθεμένοις, καὶ ποῦ μὲν εἶναι νοῦν, ποῦ δὲ ψυχὴν, ποῦ δὲ φύσιν, ποῦ δὲ ἕξιν. Τάχα δὲ αὐτῷ Πλάτωνι, ψυχὴν γάρ φησιν εἰς τὸ μέσον θεὶς διὰ παντός γε ἔτεινε. *Fortaſſean & Zenonis ſectatoribus hæc opinio conſentit, qui per omnem ſubſtantiam Deum permeare credunt, & alibi hunc mentem eſſe, alibi animam, alibi naturam, alibi ſpiritum. Forte & ipſi Platoni. Animam quippe, ut ait, in medio reponens, per univerſum eam extendit.* Νοῦς eſt in hominibus, ſic enim τὸ ἡγεμονικὸν appellant, ψυχὴ in mutis, φύσις in plantis, ἕξις in rebus animæ vitæque expertibus. Hic ſpiritus eſt diſtinctus, ab intellectu, anima, & natura plantarum, quo inanima continentur. Anima igitur, ἕξις eſt in animalibus qua continentur, συνέχονται. In plantis, φύσις. In corporibus anima carentibus ſola eſt ἕξις, quæ ea continet. Quæ ἑκτικὴ δύναμις etiam ſpiritus eſt, ex anima mundi, qui res omnes pervadit, etiam inanimas. Hoc eſt, quod voluit Ariſtoteles, dum quærit quid animam contineat, ſi in partes diviſibilis ſit, ut placuit Platoni. Non enim à corpore contineri, cum potius anima contineat corpus. Τί οὖν δήποτε συνέχει τὴν ψυχὴν εἰ μεριστὴ πέφυκεν; οὐ γὰρ δή γε τὸ σῶμα. δοκεῖ γὰρ τοὐναντίον μᾶλλον ἡ ψυχὴ συνέχειν τὸ σῶμα. Anima eſt igitur, aut animæ ἀνάλογος ſpiritus, quæ corpora omnia, & partes eorum uno quaſi vinculo copulat, ac συμφύτους reddit, ſive ſint ὁμοιομερεῖς, & ὁμοειδεῖς τῷ ὅλῳ, ut in auro, argento, ſaxo, ligno, & ſimilibus, ſive ἀνομοιομερεῖς, ut in plantis mutis, & hominibus.

bus. Ipſam quoque animam in corporibus animatis, quorum σύμφυσιν conſervat ac continet, illis ipſis corporibus eſſe σύμφυτον, plane liquet. Sed hic quæſtio eſt de animæ ipſius partibus, ſi τοπικῶς dividantur, ut factum à Platone, quid eas continere valeat, & συμφύτους invicem efficere. Nam de corporis partibus loco & forma differentibus, hoc eſt, ἀνομοιοειδέσιν & ἀνομοιομερέσι, nullum eſt dubium quin anima ſit quæ σύμφυσιν eis conciliet. Sine anima aut naturali aliqua vi quæ illis præſtat ut invicem σύμφυτοι ſint, hoc non haberent, ſed appoſitæ tantum & adplicatæ aliæ aliis κατὰ πρόσφυσιν tenerentur, aut etiam in cumulum coacervatæ. Anima igitur aut individua, aut dividua, partes illas corporis diſſimiles, & ſpecie differentes in unum per σύμφυσιν conciliatas continet. Si ipſa individua eſt atque ἀμέριστος, ut ab Ariſtotele ponitur, ſupervacuum eſt laborare quærendo quid partes contineat, in re quæ partitioné non recipit, aut, ſi recipit, non alia erit, quá qua facultates eius diverſæ ſeparantur invicem, non loco, nec re ipſa, ſed ſola mente & intellectu. Si dividua eſt, ut eam fecit Plato, & porticus magiſtri, Zenon & Chryſippus, partes habebit, συμφύτους, aut ἀσυμφύτους. Si ἀσύμφυτοι, oportet ut aut κατὰ πρόσφυσιν iungantur, aut κατὰ διάστασιν. Illud in corporibus, quarum diverſæ partes iunctim in unum coactæ. Hoc in illis quę diſtantibus ac ſeparatis partibus conſtant. At neutro modo partes animæ, ſi dividatur, intelligere poſſumus, quin plures animæ pro una exeant. Probavimus autem ſupra, Platonem unitatem animæ in ſubſtantia non ſolum ubique aſſerere, ſed etiam partes eius omnes συμφύτους ſub una forma atque ἰδέᾳ conſiſtentes affirmare. Quæ ratio igitur Ariſtoteli quærendi, quid illas partes, in quas animam diviſit Plato, contineret? Oſtendimus paulo ante, aliquid eſſe omnino debere quod partes in toto, ſive ſint ὁμοειδεῖς, ſive ἀνομοιοειδεῖς, contineat, ac συμφύτους efficiat. Anima eſt, quæ in corpore, ut toto, partes eo modo continet. Si autem eodem modo & anima ut totum in partes dividatur, quantumlibet illas partes invicem συμφύτους imagineris, aliquid tamen eſſe debet quo contineantur. Non eſt corpus, inquit Ariſtoteles, quod illas continet, nam ipſum potius ab anima continetur. Non ipſa eſt anima, cuius illæ ſunt partes. Ut enim in corpore non corpus eſt quod eius partes continet, ſed alia eſt ἕξις qua in unum corpus illæ partes rediguntur, & continentur, ut in arboribus ἡ φύσις, in animalibus ἡ ψυχή: Sic in animæ partibus, ſi dividua

ſit,

ſit, aliud omnino eſſe neceſſe eſt præter animam, à quo illæ contineantur. Nam ut ait Simplicius ad hunc locum, τὸ μεριστὸν πᾶν δεῖται τοῦ συνέχοντος. *Omne quod dividuum eſt, opus habet à quo contineatur.* Si vero anima in partes diſcedat, neque ſe ipſam, neque aliud quicquam continebit, ſed neque ipſum corpus. Atqui certum eſt, corpus ab ea contineri. Ergo ἀμέριστος. Videndum quid ſit illud συνέχειν. Averroes ita accepit quaſi idem ſit quod συνεχὲς ποιεῖν. Ita enim eius verſio: *Quid igitur continuat animam*, id eſt, unam & continuam facit, ἡνωμένην, καὶ συνεχῆ, καὶ σύμφυτον. Per quod partes eius ἀλλήλαις συμφυόμεναι reddantur. Alio loco *copulare* interpretatur. Quod Græcis συνδῆσαι. Sic enim in oraculo accipitur in quo anima τριὰς θεία vocatur, trinitas divina, ex duabus ſubſtantiis compoſita, mente, & ſpiritu divino, & tertio, quaſi utriuſque copula, Amore ſancto. Quem συνδετικὸν propterea appellat, id eſt, συνεκτικόν.

> *Ψυχαῖον σπινθῆρα δυσὶν κεράσας ὁμονοίαις,*
> *Νῷ, καὶ πνεύματι θείῳ, ἐφ' οἷς τρίτον ἁγνὸν ἔρωτα,*
> *Συνδετικὸν πάντων ἐπιβήτορα σεμνὸν ἔθηκεν.*

Ergo cum συνέχειν idem ſit quod συμφύειν, & συνεχὲς ποιεῖν, ac συνδεῖν, id verbi conveniet tantum his corporibus quæ Græci ἡνωμένα, συνεχῆ, & συμφυῆ vocant, quæque unitate diviſionem reſpuente continua ſunt, *& uno ſpiritu contineri*, ut loquitur Seneca, *ac regi debent.* Ut τὸ συνέχον tamen videtur accepiſſe Ariſtoteles, etiam in his quæ compoſita Latini, Græci συναπτόμενα appellant, locum habet. Nam τὸ συνέχον vocat quod τὸ συνεχόμενον dilabi ac diſſipari vetat. Sic anima eſt τὸ συνέχον, corpus τὸ συνεχόμενον. Ubi reliquit anima corpus, tum διαπνεῖται ac σήπεται, diffluit, difflatur, ac putreſcit. In compoſitis quæ nexu conſtant, aliquid etiam eſſe oportet quo contineantur ac copulentur, ne partes quibus conſtat, diſſipentur. In muris lapide ſtructis calx & arena id præſtat. In armariis, aut arcis quæ ex diverſis tabulis & aſſeribus compaginatæ ſunt, gluten id facit, aut ſubſcudes ferreæ ligneæve. Quin tabulæ tabulis ita arcte ope glutinis iunguntur, ut συμφυῆ videantur, & ſæpius ea parte hient & rumpantur qua σύμφυτοι ſunt invicem, quam qua per gluten cohærent. Lucretius:

> *Saxa vides primum ſola coaleſcere calce.*
> *Glutine materias taurino ita iungier una,*
> *Vt vitio tabulæ venarum ſæpius hiſcant,*
> *Quam laxare queant compages taurea vincla.*

In concamerationibus non calx eſt quæ lapides contineat,ſed forma arcuata. In nexilibus ac plexilibus forma quoque eſt, atque ipſa πλοκὴ quæ eas continet. Sutilia linum coniungit. In his omnibus quæ ſic compoſita ſunt ex partibus non per σύμφυσιν cohærentibus nec continuis & concretis, aliquid eſt tamen συνέχον, quo partes in toto continentur, ne decidant ac diffluant. Ergo συνέχειν non eſt proprie τὸ συνεχὲς ποιεῖν, ut interpretatus eſt Averroes,ſed τὸ διακρατεῖν. Quo verbo Sextus Empiricus uſus eſt ut κρατεῖν, quod idem valet atque illud Ariſtotelis συνέχειν. Ἡνωμένα μὲν οὖν ἐςι τὰ ὑπὸ μιᾶς ἕξεως κρατούμενα. Et paulo poſt de partibus mundi: Πάντως δὴ καὶ ὁ κόσμος ὑπό τινος τούτων διακρατεῖται, καὶ ὑπὸ μὲν ψιλῆς ἕξεως οὐκ ἂν συνέχοιτο, τὰ γὰρ ὑπὸ ψιλῆς ἕξεως κρατούμενα, οὐδεμίαν ἀξιόλογον μεταβολήν τε, ἢ τροπὴν ἀναδέχεται. Ubi vides, τὸ συνέχεσθαι, κρατεῖσθαι & διακρατεῖσθαι unius eiuſdemque rei verba eſſe ſynonyma, atque etiam de his corporibus proprie ab illo uſurpari,quę continuationem unitatis habent,& partium invicem concretarum in toto,atque coolitarum,unitatem. Sed & in anima corpus continente non eſt dubium quin illa συνέξις, vel ἕξις qua corpus continetur, ſit συνεχείας & ἑνώσεως ποιητική. Et rectè ad eam explicandam verbis *continuandi*, & *copulandi* ſignificationem habentibus uſus eſt Averroes. Licet autem in compoſitis opus etiam ſit aliqua re vel ἕξει quæ partes inter ſe iunctas quaſi nexu contineat, ac ne diſſolvantur prohibeat, illud tamen συνέχον non eſt συνεχὲς, ut neque partes quas continet, ſunt συνεχεῖς. Satis eſt partes partibus adpoſitas quodam vinculo teneri invicem, ne ſeorſum abeant, ac diſſipentur. Ut ergo partes compoſitorum non ſunt ſub eadem unitate continuæ, ita nec illud quidquid eſt quo iunctæ inter ſe adtinentur, unum & continuum eſſe neceſſe eſt. Immo totidem ſunt minimo minus τὰ συνέχοντα, quot ſunt τὰ συνεχόμενα μέρη. Duæ quidem tabulæ ad menſam unam compingendam iunctæ, unum in medio habent τὸ συνέχον, gluten nimirum quo coaleſcunt. Si tres ſunt tabulæ,duo ſunt diverſa τὰ συνέχοντα. Gluten enim quod primam tabulam cum ſecunda facit cohærere, non unum eſt ac continuum cum eo glutine quod ſecundam cum tertia conciliat,& componit. At in corporibus unitis per σύμφυσιν, & συνέξιν, oportet quoque ut ἕξις ipſa qua continentur una ſit, atque continua. Corpora animalium talia ſunt, una & continua. Ergo & cauſa, quæ præſtat ut hoc ſint, & omnes eorum partes

uno

uno συμφύσεως vinculo copulat & continuat, talis quoque eſſe debet in toto corpore συνεχὴς ac συμφυής. Hæc anima eſt. Ergo ſic tota totum corpus continet, ut per partes proprias, id eſt, facultates vitales varias, ſed individuas, corporis quoque partes συμφύτους inter ſe devinciat. Συνέχει μὲν ἡ ὅλη ψυχὴ τὸ σῶμα, κατὰ δὲ τὰς ἀχωρίστους αὐτῆς ζωάς, διὰ τὴν καὶ τούτων ἀμέριστον ἐν τῇ ὅλῃ σύμφυσιν, ut ait Simplicius. Pone, animam dividuam eſſe, atque ut ipſa tota totius eſt corporis, per extenſionem in toto, συνεκτική, ita partes eius ſingularum corporis partium συνεκτικὰς eſſe videri, ut totidem nimirum animæ dentur partes, quot ſunt partes corporis, quæ unicuique animæ parti continendæ ſubiicientur. Simplicius; cuius verba ita emendanda ſunt: Ἀλλ' εἰ καὶ δοίη τις, αὐτὴν μεριστὴν οὖσαν καὶ συνεκτεινομένην τὴν ὅλην, κατὰ ὅλου εἶναι συνεκτικήν, ἔσται καὶ τὰ μέρη τῶν μερῶν κατὰ τὸ ἑκάστῳ ἐπιβάλλον συνεκτικόν, ὡς καὶ ἕκαστον ψυχικὸν μόριον σωματικοῦ εἶναι συνεκτικὸν μορίου. Si hoc detur, inquam, etiam mens debebit ſuam ſortito obtinere corporis partem, quam contineat.

Duobus maxime argumentis partitionem animæ Platonicam ab Ariſtotele refelli. Quomodo partes animæ contineat pars eius principalis. Principalem partem pro tota anima à Stoicis dici. Philoponus explicatus & refutatus.

DUÆ igitur hæ difficultates, quas opponit Ariſtoteles Platonis opinioni, partibilem animam facienti. Prima, quia ſi in partes dividatur, aliquid inveniendum ſit quod partes illas in unum cogat, & continuet præter animam, quodque videatur eſſe principium huius ἑνότητος καὶ συνεχείας. Secunda, qua videri poteſt, ſi tota anima totum corpus contineat, probabile eſſe, & partium eius ſingulas aliquam partem corporis continere. Ad hanc reſpondet, id impoſſibile videri, quia menti nulla corporis portio poſſit dari quam propriatim contineat. Ad primam dicit, ad infinitum quęrenda fore illius unitatis & continuationis principia, nec unquam perveniri ad ullam unitatem poſſe ſi ultra animam aliud quid proponatur quo partes eius contineantur. Videamus quid ad utramque obiectionem dici queat. Εἰ μεριστή, inquit, πέφυκεν ἡ ψυχή, τί οὖν δή ποτε συνέχει αὐτήν; *Si recipit anima partitionem, quid igitur eſt quod illam continet?* Facilis reſponſio. Quod anima eſt corpori vel eius partibus, hoc erit ani-

mus animæ. Ut anima partes corporis continet, ita animus animæ partes, eaſque continuat. Nec opus erit ad infinitum procedere quærendo utrum & ipſe animus ſit μεριστός. Nihil enim in homine ſupra animum de quo id quæri poſſit. Is ergo ἀμερής. Anima autem μεριστή. Animus igitur eſt qui partes illas animæ συνέχει, ut anima corporis. Sic in oraculo quod paulo ante produximus, cum animæ partes duas faciat, mentem ac ſpiritum, copulam illis dat Amorem qui ipſas continet. Ergo ſecundum oraculum anima partilis eſt in mentem & ſpiritum. Ipſe autem Amor ἀμερής, quia partes cæteras quaſi coniugat & copulat. Ἐπιβήτορα vocat eum, & συνδετικόν. Ita Platoni νοῦς eſt ἐπιβήτωρ, aurigæ enim vicem habet, reliquæ duę partes animę, τὸ θυμικὸν & τὸ ἐπιθυμητικὸν, combinatorũ equorum in biga. Ut auriga equos continet copulatos invicem, eoſq; moderatur ac regit, ita mens partes animæ quæ equis adſimilantur, quaſi inſidet, quæ ipſi velut ὀχήματα ſunt. Unus ex illis equis oris durioris & magis contumax, nempe pars concupiſcibilis: alter frænis parere docilior, nimirum iraſcibilis portio animæ. Sic Platoni animus ſive mens, quaſi anima animæ, quia eam continet. Stoici, cum & ipſi unitatem animæ tueantur, & tamen in partes quoque eam dividant, unam principalem faciunt, quæ cæteras contineat, quia ab illa emanant, ut rivuli ab uno fonte, ut rami ab uno trunco, aut ut cirri è corpore polypi. Chalcidius commentario in Timæum, de Stoicorum ſuper anima dogmate: *Porro animæ partes velut ex capite fontis, cordis ſede manantes, per univerſum corpus porriguntur, omniaque membra uſquequaque vitali ſpiritu complent, reguntque & moderantur, innumerabilibus diverſiſque virtutibus nutriendo, adolendo, movendo, motibus localibus inſtruendo, ſenſibus compellendo ad operandum, totaque anima ſenſus, qui eius ſunt officia, velut ramos ex principali parte illa tanquam trabe pandit, futuros eorum quæ ſentiunt nuncios, ipſa de iis quæ nuntiaverint, iudicat, ut rex.* Pars partem non continet. Ut ἀκουστικὸν μόριον, non continetur ὑπὸ τοῦ ὀρατικοῦ, ſed illa pars principalis è qua cæteræ omnes deſcendunt, & in quam referuntur, omnes συνέχει. Ideo & in medio eam partem principalem collocabant corporis, id eſt, corde, ut ſenſuum omnium principia retineret, & in eam veluti convenirent, ut diverſæ viæ urbis in forum, quod eſt in medio urbis, conveniunt. Chryſippus apud Galenum lib. III. de dogmate Hippocratis: εἰς ὃ τὸ συμβαίνει πάντα ταῦτα μέρη, de animæ partibus loquitur, ἐν τῇ καρδίᾳ

εἶναι

εἶναι μέρος ὂν αὐτῆς τὸ ἡγεμονικόν. Idem Chalcidius ibidem: *Solus vero homo ex mortalibus principali mentis bono, hoc eſt, ratione utitur, ut ait idem Chryſippus. Sicut aranea in medietate caſſis omnia filorum tenet pedibus exordia, ut cum quid ex beſtiolis plagas incurrerit ex quacunque parte de proximo ſentiat, ſic animæ principale poſitum in media ſede cordis ſenſuum exordia retinere, ut cum quid nuntiabunt, de proximo recognoſcat.* Ideo illius ἡγεμονικοῦ nomine, quod principale erat animæ membrum, & cætera continebat, totam animam ſolebant intelligere. Hoc enim maxime illis viſum eſt animæ appellatione dignum, quod per partes ſuas & quaſi facultates à ſe emanantes, in totum corpus effunderetur. Namque ut corpus ipſum totum ab illis partibus à principali emanantibus continetur, ita & ipſæ partes ab illo principali quod in medio ſitum eſt. Omne principium motus ac ſenſus quo corpus inſtruitur, ab illo principali oriri iidem affirmabant. Zeno apud Sextum Empiricum adverſus Mathematicos: Πάσης φύσεως καὶ ψυχῆς ἡ καταρχὴ τῆς κινήσεως γίνεσθαι δοκεῖ ἀπὸ τοῦ ἡγεμονικοῦ, καὶ πᾶσαι αἱ ἐπὶ τὰ μέρη τοῦ ὅλου ἐξαποστελλόμεναι δυνάμεις ὡς ἀπό τινος πηγῆς τοῦ ἡγεμονικοῦ ἐξαποστέλλονται, ὥστε πᾶσαν τὴν δύναμιν τὴν περὶ τὸ μέρος οὖσαν καὶ περὶ τὸ ὅλον εἶναι, διὰ τὸ ἀπὸ τοῦ ἐν αὐτῷ ἡγεμονικοῦ διαδίδοσθαι. *Cuiuſvis enim naturæ & animæ principium motus videtur oriri à parte principali, & omnes quæ in partes totius emittuntur facultates, tanquam è fonte quodam è principali parte emittuntur, adeo ut omnis vis & facultas quæ eſt in parte, ſit etiã in toto, quia ab eius principali parte per omnes diſtribuitur.* Ita reddendus ille locus Latine fuit. Hinc iidem Stoici cum ψυχὴν vocabant, plerumque τὸ ἡγεμονικὸν intelligebant. Duplici enim modo ut notat idem Sextus ψυχῆς nomen accipiebatur: aut pro eo quod totam corporis compagem continet, aut pro principali: Φασὶ γὰρ ψυχὴν λέγεσθαι διχῶς, τό, τε συνέχον τὴν ὅλην σύγκρισιν, καὶ κατ' ἰδίαν τὸ ἡγεμονικόν. Atqui Stoici ab ipſo ἡγεμονικῷ totam σύγκρισιν contineri putabant, quatenus virtutes ab ipſo effuſæ & profectæ totius corporis contextum permearent. Principalem enim illum ſpiritum multos particulares ſpiritus à ſe emittere qui totum corpus pervaderent. Inde & Cleanthes & rationem ab hegemonico procedentem uſque in pedes permitti dicebat, cum Chryſippus ſolum hegemonicum rationem eſſe vellet. Seneca Epiſt. CXIII. *Inter Cleanthem & diſcipulum eius non convenit quid ſit animæ ratio. Cleanthes ait ſpiritum eſſe à principali uſque in pedes permiſſum: Chryſippus ipſum principale.* Non video ratio-

 nem

nem diſſenſionis in hac de animæ ratione Cleanthis & Chryſippi opinione. Uterque idem dicit. Chryſippo principale animæ ratio eſt, ſive principalis animæ pars. Principale illud per totum corpus meat, ſecundum ipſius ac Zenonis ſententiã, ſpirituum variorum qui ex illo principali ſpiritu dividuntur, & in totum corpus ſparguntur, ſcaturigo. Quæ alia mens Cleanthis, docentis, ratione ſpiritum eſſe à principali uſque in pedes permiſſum? Nam ratio ipſa illis ἡγεμονικὸν eſt. Forſitan voluerit Cleanthes, vim illam rationalem per totum corpus diffundi ab ipſo principali ortam, cum Chryſippus, in ipſo ἡγεμονικῷ, quod in corde ſitũ eſt, hærere eam proprie, intelligat. Sed de his infra pluribus. Hinc ut dixi per ψυχὴν ipſam ſæpe ſolum ἡγεμονικὸν intelligebant, & viciſſim nomine ἡγεμονικοῦ ipſam. Sextus: Ὅταν εἴπωμεν συνεστάναι τὸν ἄνθρωπον ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος, ἢ καὶ θάνατον εἶναι χωρισμὸν ψυχῆς ἀπὸ σώματος, ἰδίως καλοῦμεν τὸ ἡγεμονικόν. *Quando enim dicimus, hominem conſtare anima & corpore, aut mortem eſſe diſcidium animæ à corpore, proprie ſic appellamus principalem animæ partem.* Ὡσαύτως δὲ, inquit, ὅταν διαιρούμενοι φάσκωμεν, ἀγαθῶν τὰ μὲν εἶναι περὶ ψυχὴν, τὰ δὲ περὶ σῶμα, τὰ δὲ ἐκτὸς, οὐ τὴν ὅλην ψυχὴν ἐμφαίνομεν, ἀλλὰ τὸ ἡγεμονικὸν αὐτῆς μόριον, περὶ τοῦτο γὰρ τὰ πάθη, καὶ τὰ ἀγαθὰ συνίσταται. *Similiter & ſi quando dividendo dicimus, bonorum alia eſſe in anima, alia circa corpus, alia autem extra, non totam animam ſignificamus, ſed eius tantummodo partem principalem, quia circa hanc exiſtunt perturbationes, & bona animi.* Sic cum Zeno definiebat φαντασίαν eſſe impreſſionem in anima, ψυχῆς nomine nihil aliud intellexit quam eius principalem partem. Ita ergo cum & Chryſippus ex συμμετρίᾳ & ἀσυμμετρίᾳ τῶν μερῶν τῆς ψυχῆς conſtare eius pulcritudinem aut fœditatem diceret, appellatione ψυχῆς, τὸ ἡγεμονικὸν eius μόριον, in quo ratio ineſt, ſignificabat. Et perperam Galenus eum hoc nomine perſtrinxit quod ψυχὴν dixiſſet pro ἡγεμονικῷ. Quod ſupra notabamus. Πρώτων μὲν γὰρ οὐ ψυχῆς ἐχρῆν ἀλλὰ λόγου ταῦτα εἶναι μόρια φάσκειν, ὥσπερ οὖν καὶ γέγραφεν ἐν τῇ περὶ λόγου πραγματείᾳ. Hæc pars igitur animæ quæ cæteras continet, τὸ ἡγεμονικὸν non ſolum Stoicis, ſed & Platoni etiam appellatur. Ea porro eſt νοῦς tam Platoni quam Stoicis. Et quemadmodum Stoici animam ὀκταμερῆ faciunt, ex quibus ſeptem partes ab una continetur principali, ita & τριμερὴς Platoni cum anima facta ſit, ex tribus una eſt quæ cæteras duas continet, quæ rectoris & aurigæ partes implet, cum duæ reliquæ bigam equorum ab illa quæ principatum

tenet regendorum, ſimulitudinem referant. Ut Stoici principale animæ in medio locarunt, ut quaſi in centro omnes ab eo partes in totum corpus emiſſas contineret, ſic Plato ἡγεμονικὸν in capite quaſi in arce, quo in cæteras ſubiectas ſibi partes dominatum exerceret, poſuit, aurigæque ac rectoris vices obiret. In diſpari ratione idem utrique ſequuti ſunt, ut nimirum una pars animæ eſſet quæ in cæteras imperium inhiberet, eaſque contineret. Aliter enim animam corpori alligavit Plato, aliter Stoici, aliter etiam Ariſtoteles. De quo erit infra diſſerendum. Hìc nos tantum id agimus, cur in opinione Platonis, qui alia parte nos intelligere dixit, alia concupiſcere, quærendum ſibi putaverit Ariſtoteles, quidnam ſit quo illæ partes animæ contineantur. Ubi æqualitas eſt, ut in pluribus hominibus eiuſdem ætatis ac ſortis dignitatiſque, quæri poteſt, quis illis præſit, & ſub imperio eos uno cõtineat. At ubi unus inter plures eminet, ætate, meritis, auctoritate, qui & re ipſa omnes ſub dominatu ſuo tenet, fruſtra in dubium vocari putem à quo homine tot homines regantur. Si ſeptem tantum partes animæ poſuiſſent Stoici, quinque quibus ſentimus, ſextam qua voces proferimus, & ſeptimam qua progeneramus, merito ambigi deberet quid illas partes contineret. Non enim veriſimile foret, partem ac facultatem generatricem continere eam quæ voces mittit, aut illam ab hac contineri, nec alterutram cæteras quinque ſenſiferas, nec aliquam ex ſenſiferis reliquas eiuſdem generis, aut etiam duas illas quas prius propoſuimus, vocalem & ſeminalem. Ita enim hæ omnes invicem diſſident, ut altera alteri non prævaleat, ſed pæne pares ſint in ſui generis facultate, quam ut propriam ſingulæ illæ partes obtinent. Sed cum illis ſeptem octavam addunt, rationalem vel intellectivam, quam & principalem faciunt, & è qua cæteras oriri & manare volunt, palam eſt, ab ea illas etiam contineri. Ita ſi Plato duas tantum animæ partes conſtituiſſet, animoſitatem, quæ θυμικὴ eſt, & concupiſcentiam, quæ ἐπιθυμητικὴ, non ſine ratione dubitatum foret, quænam copula ex duabus illis partibus unam efficeret ſubſtantialem formam. Sed cum tertiam addiderit partem, quæ duabus longe potior meliorque, & hominis naturę propria, nemini dubium potuit eſſe, quin illa ſit à qua reliquæ duæ contineri debeant, ut pote quæ & principatum in eas obtineat. In mutis animalibus, quæ teſte eodem Ariſtotele non ſolum θρεπτικὴν animam habent, qualis in plantis eſt, ſed etiam αἰσθη-

τικὴν

τικὴν, & κινητικὴν κατὰ τόπον, ſimiliter quæri deberet de tertia aliqua vel quatta anima quæ illas omnes facultates ſive partes in animali contineret. Aliam quippe eſſe facultatem qua alitur animal, aliam qua ſentit, aliam etiam qua movetur, ex eo perſpicuum eſt, quod arbores neque moventur neque ſentiunt, & quod animalia quædam ſunt, quæ ſentiunt, & non moventur localiter. Cum horum animalium quæ ſentiunt & ſecundum locum moventur, una ſit, & continua anima unoque ſpiritu totum corpus eorum contineat, licet variis facultatibus ac partibus conſtans, ecquid illud erit quod partes omnes tam diverſas in eadem ſubſtantia copulabit & quaſi coniugabit, atque ut Græci loquuntur, συνέξει καὶ συμφύσει? Senſiferam animam in his præcipuam eſſe conſtat. Hanc enim ἐξαιρέτως habent, qua carent plantæ. Atqui ea αἰσθητικὴ ψυχὴ quam præcipuam obtinent præter arbores, in quinque ſenſus particulares, locis etiam ac partibus corporis diſtinctos, dividitur. Sic πενταμερὴς brutorum anima partitione τοπικῇ æque ſtatui poteſt, ut humana τριμερὴς ex diviſione Platonica. Nam eadem anima αἰσθητικὴ, quæ præcipua & in beſtiis, & reliquas omnes facultates continet, in homine pars eſt humanæ ſecundum Platonem, quæ rationalis eſt. Atque ut tota anima in brutis dividitur in ſenſus quinque, quæ totam αἰσθητικὴν componunt, præter locomotivam, & altricem ac generatricem, in homine non hæc diviſio eſt totius animæ, ſed ſubdiviſio unius partis. De cæteris partibus ſive facultatibus nihil laboramus, quas cõſtat per totum corpus æqualiter diffuſas, ſed de his tantum quæ certas corporis partes obtinent. Nam de his tota quæſtio. Non negat quippe Ariſtoteles, diverſas in anima eſſe facultates plures, quæ quaſi totidem eius partes efficiant, ſed cum omnes ex una ſede oriri eas velit, quemadmodum & Stoici, in eo Platonem reprehendit, quod certas partes corporis certis animæ partibus aſſignarit. In qua partitione dubitari poſſe ait, quid partes ita diſgregatas ac locis diſpulſas in unam ſubſtantiam compellat. Quaſi vero non & idem & maiori cum ratione in brutorum anima in dubium revocari queat, quæ cum præcipua anima ſentiente cenſeantur, ea, ut dixi, etiam diviſionem ſimilem recipit, qualem in humana Plato admiſit, nempe τοπικήν. Aliud eſt enim in corpore membrum quo audiunt, aliud quo vident, aliud quo odorantur, & ita de cæteris. Aliud etiam eſt in his quod vim genitricem continet. In plantis, quarum anima eſt ſimpli-

ſimpliciſſima, ſi & anima illa eſt, & non φύσις, ut placet Stoicis, nomine ψυχῆς indigna, an non alia pars in arbore cernitur qua alimentum trahit, alia qua fructum profert, alia qua folia? Ex aliis quippe locis exeunt frondes ſine floribus fructum promittentibus, ex aliis flores in fructum formandi. Adeo certum eſt, in certa parte arboris vim generatricem & propagatricem contineri, ut, qui ſurculos ex ea ad inſitionem deſecant, niſi eum elegerint qui oculum habeat genitabili vi plenum, inſitus non coaleſcat. Fibræ ex radicibus ſumptæ non inoleſcerent. Ex quo patet, eam vim in radicibus non eſſe, ſed in ſummitate frondium. Sed nec omnes plantæ per inſitionem propagantur. In quibuſdam facultas illa propagatrix per totam æqualiter plantam videtur diffuſa, ut in ſalicibus & aliis. Nam talea quælibet ex his deſecta, ac in terram depacta pullulat, ac radices agit. Salici hoc ideo natura indulſit, quia niſi iſto modo proveniret, non poſſet propagari, cum nec ſemen habeat, quo pleræque generant ſibi ſimile, nec per inſitionem plantari queat. Cum igitur vegetante anima ſola donatæ ſint plantæ, quæ omnium ſimpliciſſima eſt, eam tamen in plures etiam partes diſcedere localiter diviſas, certum eſt. Multo magis hoc idem fit in animalibus, quibus anima data cum pluribus facultatibus, corpori infuſa membris inſtructo pluribus, & multiformibus. Quod etiam in homine magis conſpicitur, quatenus animam quoque ſortitus eſt longe πολυδυναμωτέραν quam eſt animalium ceterorum. Rationem quippe habet qua illa carent, eamque non una facultate præditam. Enimvero negare non queat Ariſtoteles, niſi omnia neget, de quibuſdam animæ facultatibus fatendum omnino eſſe, in quibuſdam corporis partibus ita eas emicare ut ſedem in iis propriam habere cenſeri debeant. De corde, in quo animoſitatem locat animalium Plato, certum eſt, ex eius conformatione magis aut minus animoſos homines exiſtere. Quibus parvum eſt, fortiores eſſe atque impavidiores: quibus maius pro cæterorum inteſtinorum proportione, eos puſſilanimes deprehendi obſervatum eſt. Notatum eſt de quibuſdam ex antiquitate, in quibus cor piloſum à morte diſſectis repertum eſt, quod inaudita animi fortitudine præditi in vita fuiſſent. Huius rei cauſam in pilis obſito corde placuit reponi, ut de Ariſtomene Meſſenio narrant. Sabiros Indiæ populum Dionyſius in Baſſaricis ſcripſit ideo magnanimos eſſe ac fortitudinis ſingularis, quod omnes in

corde pilos haberent. Si hæc incertæ fidei, conſtat, quoſdam memoriam amiſiſſe lapide ictos in occipitio. Ergo in ea parte ſedes memoriæ. Indubitatum etiam eſt, multos ex morbo omnium etiam propinquorum cepiſſe oblivionem, recuperata ad cætera valetudine. Affecta itaque parte in qua τὸ μνημονευτικὸν reſidet, cum reliquam ſanitatem recepiſſent, in hac ſola facultate quæ morbum perpetuum contraxerat, vitio partis in qua ſedem habuit, manſiſſe ægrotos. Quis neſcit, exemptis geminis homines ad generandum inhabiles atque ineptos reddi? In illis igitur vaſis σπερματικοῖς contineri palam eſt vim ac virtutem generatricem quaſi certa ſede incluſam. De ſenſibus nihil dicam exterioribus, quibus & ipſis ſingulis ſua in corpore ſedes & καθέδρα attributa. De ſplene pæne compertum eſt, magna ex parte eam facultatem quæ homini propria tributa eſt, qua riſibilis exiſtat, in eo viſcere ſitam videri. Hinc illud vulgarium: *Splen ridere facit, cogit amare iecur*. Perinde igitur ut eſt affectus lien vel formatus, ita riſui magis aut minus obnoxios eſſe homines, & ἀγελάστους ex eo quoſdam vel γελαστικωτέρους exiſtere. De his omnibus facultatibus animæ quas in certis corporis locis ſitas, atque invicem diſſitas eſſe compertum eſt, queri æque poſſet, quæ cauſa eas in unum conciliet, & unam ex his ſubſtantiam efficiat. Αἰσθητικῆς autem totius principium in capite eſſe, inter omnes convenit, quam tamen Ariſtoteles, ne diſcederet à principiis ſui dogmatis, in corde collocavit, præter rationem. At Plato tribus tantum corporis partibus tres præcipuas animæ partes determinaverat, rationalem capite, concupiſcentem iecore, iraſcentem & animoſam corde. Non quod non eſſent plures, ut Porphyrius & Iamblichus ſcribunt, animæ facultates, ſed ut numerus virtutum his facultatibus & partibus animæ & corporis adæquandus conſtaret. Ariſtoteles hanc diviſionem tripartitam in duo contraxit, ἄλλῳ μὲν νοεῖν, ἄλλῳ δὲ ἐπιθυμεῖν. Per hæc diviſionem ſummam animæ ſequitur, quæ in duas eam partes ſcindit, rationalem & irrationalem. Nam rationalis eſt τὸ νοεῖν, & irrationalis τὸ ἐπιθυμεῖν. Sic in Politicis animam ex duobus diſſimilibus ait compoſitam, ex ratione, & appetitione, ut animal ex corpore & anima. Ἔτι ἐπεὶ, inquit, ἐξ ἀνομοίων ἡ πόλις, ὥσπερ ζῶον εὐθὺς ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος, καὶ ψυχὴ ἐκ λόγου καὶ ὀρέξεως, καὶ οἰκία ἐξ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς, καὶ κτῆσις ἐκ δεσπότου καὶ δούλου. Ubi λόγος καὶ ὄρεξις, reſpondent τῇ νοήσει καὶ τῇ ἐπιθυμίᾳ, quæ ſumma eſt animæ diviſio

diviſio Platonica æque & Ariſtotelica. Nec eam in Platone improbat, niſi quatenus putavit ille, aliam eſſe in corpore partem quæ ſedes ſit intellectus ac rationis, aliam quæ concupiſcentiæ & appetitionis. Sic enim μεριστὴ anima inducitur, ſecundum μερισμὸν corporis. Quod Ariſtoteli non placet, & dubitari ex ea diviſione poſſe ait, quid animam contineat, ſi μεριστὴ πέφυκεν, ſi diviſionem recipit. Maior & potior continebit minorem, ἡ νοητικὴ nempe τὴν ἐπιθυμητικὴν, ut & alias omnes, quæ à ſe ut principali dependent. In μερισμῷ Stoicorum eadem poſſet dubitatio emergere, quæ cauſa tot partes illas in quot animam illi diviſerunt contineret. Sed in promptu reſponſio eſt, τὸ ἡγεμονικὸν, hoc eſt, νοῦν vel λόγον, cæteras omnes continere. Non eſt igitur ambiguum, quin Ariſtoteles hoc ſolum in diviſione animæ Platonica reprehenderit atque improbarit, quod eam ut totum in partes ſecuerit, corporis partibus diviſibiles. Et recte Plutarchus & Alexander Aphrodiſæus hanc differentiam utriuſque opinionis in eo conſiſtere adnotarunt, quod Ariſtoteles animam ὡς μίαν οὐσίαν in facultates divideret, Plato vero, ὡς ὅλον εἰς μέρη. Uterque autem unam animæ ſubſtantiam vel formam ſubſtantialem fatebatur, quam alter individuam re ipſa in plures facultates vireſque dividebat, λόγῳ θεωρητάς: alter re ipſa dividuam in plures partes ſecabat, iuxta corporis membra diviſibiles. Nugatur itaque Philoponus, qui Platonem notat ideo ab Ariſtotele reprehenſum, quod duas animas ſubſtantia diſtinctas, rationalem & irrationalem, unam faceret, & quod hanc ipſam unam ita factam rurſus in tres divideret partes, rationem, iram, & cupiditatem. Quæ falſiſſima ſunt & abſurdiſſima. κατ᾽ ἄλλο δὲ, inquit, ἐγκαλεῖ Πλάτωνι, ὡς τὰς δύο ψυχὰς, τὴν τε λογικὴν φημι, καὶ τὴν ἄλογον, ὡς μίαν ποιήσαντι, καὶ διελόντι τὴν μίαν ταύτην εἰς τρία, εἰς λόγον, θυμὸν, ἐπιθυμίαν, Ἀριστοτέλης δὲ βούλεται τὰς τρεῖς ψυχάς. Nec Platonis ſententiam nec Ariſtotelis ille ſatis percepit, & ab utriuſque mente abit quam longiſſime. Uterque enim ex æquo μίαν οὐσίαν ψυχῆς agnovit, circa diviſionem eius tantum diſſident, cuius partes Plato τόπῳ diſtinguit, Ariſtoteles, λόγῳ, mente & intellectu. Sic Ariſtoteli ἀμερὴς ψυχὴ, ſed πολυδύναμος. Platoni & πολυμερὴς & πολυδύναμος. Philoponus ex eo quod imaginatur, ab Ariſtotele culpatum Platonem quia animam ſubſtantia unam in tres partes diviſiſſet, ita pro Platone reſponderi poſſe ait. Μήποτε δὲ ἐστιν εἰπεῖν ὑπὲρ Πλάτωνος, ὅτι διὰ τοῦτο

μέρη ἔλεγε τὰ τρία ταῦτα, διὰ τὸ μίαν ἐμψυχίαν ποιεῖν, ἓν μὲν γάρ ἐστι τὸ ἔμψυχον, καὶ οὐ τρία. Ponit ſive fingit optimus Philoponus, Ariſtotelem opinari, tres eſſe animas ſubſtantia diverſas, & Platoni obiicere quod unam conſtituat. Hæc prima obiectio. Huic alia ſuccedit, quod abſurdum videatur Ariſtoteli, Platonem, qui unam animam ſtatuat, eam tamen in tres partes diſcindere ac partiri. Quod contrarium ſit unam animam facienti. Pro Platone igitur reſpondet, ideo in tres partes animam eum ſeparare, unamque nihilominus ex his tribus partibus componete, quia una fiat ex omuibus ἐμψυχία. Sed hæc omnia falſa. Subiicit & aliud, de quo Ariſtoteles Platoni dicam ſubſcribit: εἶτα καὶ δεύτερον ἐγκαλεῖ τῷ Πλάτωνι, διὰ τί πολλὰ μέρη παρῆκε, καὶ εἴρηται τούτου ἡ ἀπολογία, ὅτι ἐν τῇ Πολιτείᾳ τοῦτο ἐποίησεν, οὐκ ἐν Τιμαίῳ, αὐτῶν μὲν γὰρ μόνων ἔχρῃζε τῶν τριῶν. Verum quidem eſt, Ariſtotelem in tertio de Anima dicere, plures dari animæ partes poſſe quam duas vel tres, quæ partitio quibuſdam placeret, & Platonem intelligere. Sed & ipſe Ariſtoteles non minus huic reprehenſioni affinis, qui alibi eamdem bipertitam, & tripertitam diviſionem probaverit ac ſequutus ſit. Quod autem Platonem in ea diviſione tripertita, dum plures omiſit partes illa partitione non comprehenſas, defendi poſſe ait Philoponus, falſam & hanc eius defenſionem eſſe, manifeſtum eſt. Quomodo enim ei patrocinatur? Dicit, in libris de Republica uſum illa eſſe, non in Timæo. Pluribus partibus quam tribus diſputationẽ quæ ἐν Πολιτείᾳ habetur non opus habere. Idem omnino dicit quod Porphyrius, Iamblichus & Simplicius, ideo τριμερῆ animam propoſuiſſe Platonem in tractatu de virtutibus, ut earum σύστασιν ad numerum animæ partium accommodaret. Quod tamen à veritate longe abeſſe in ſequentibus demonſtrabimus. Præterea & illud falſum eſt, quod ait Philoponus, in libris de Πολιτείᾳ Platonem eam tantum tripertitionem animæ uſurpaſſe, non in Timæo, ubi de animæ natura nullo reſpectu ad mores ac virtutes facto accurate diſceptat. Nam in hoc ipſo Timæo animam primo in duo dividit, εἰς τὸ θνητὸν γένος & τὸ ἀθάνατον, deinde illud ipſum θνητὸν μέρος in duas partes ſubdividit, εἰς τὸ θυμικὸν, καὶ τὸ ἐπιθυμητικόν. Quod ſatis ſupra à nobis explicatum eſt. Tertium eſt quod in Platone incuſaſſe ait Ariſtotelem, ὅτι διέσχισε τὰ μέρη ταῦτα ἀπ' ἀλλήλων. *Quod eas animæ partes invicem diſcidit*; id eſt, locis diſcluſit. Hoc unum eſt ac ſingulare quod in partitione Animæ Platonica carpendum iudicavit

cavit Ariſtoteles, non de tribus unum. Hoc uno quippe ſublato, quod ille partes animæ locis diviſit, cætera conveniunt. Nam & *μόρια* ac *μέρη* ipſe quoque Ariſtoteles non dubitat appellare quæ diverſæ ſunt facultates, quas *ἔπερα λόγῳ μόρια* eſſe vult, partes ſolo intellectu ſeparabiles, & alias. At Platonis ſententiam, qui *τὰ μόρια διαχωρίζει*, eo maxime nomine damnat, quod difficile dictu ſit, quo vinculo vel qua copula inter ſe iungantur. *ὅσον γὰρ ἐπὶ τούτων, οὐκ ἔστι ῥᾴδιον εἰπεῖν, τί τὸ ἑνοῦν.* Ita legendum apud Philoponum, non ut eſt vulgo, *τί τὸ κινοῦν.* Facile tamen eſt, ſi quis recte quid Plato voluerit attendet, quid in illis animæ partibus ſic loco diviſis in unum cogendis & continendis vinculi vicem præbeat, divinare. Ex tribus enim una eſt quam *τοῦ ἡγεμονικοῦ* vim ac virtutem habere tradit. Ea eſt mens. Ut ergo cæteras partes regit, ac moderatur, ita & continet. Adeo verum eſt *τὴν ἑνοποιὸν δύναμιν* illi parti principali animæ tribuiſſe Platonem, ut etiam principium *τῆς κινήσεως κατὰ τόπον* eidem aſſignet, cum Ariſtoteles id quo movetur animal de loco in locum, non eſſe *γνωστικὸν ἰδίωμα* cenſeat, ſed potius *ζωτικόν.* Proprietatem quippe mentis eſſe potius, cognoſcere & intelligere, quam virtutem habere locomotivam. Adfert & hanc cauſam Ariſtoteles, cur non recipienda ſit opinio Platonis de tribus partibus animæ regione diſſeptis, quod plures dari poſſint quæ invicem diſſideant quam illæ tres inter ſe. *Κατὰ γὰρ τὰς διαφορὰς δι' ἃς ταῦτα χωρίζουσι, καὶ ἄλλα φαίνονται μόρια μείζω διάστασιν ἔχοντα τούτων περὶ ὧν καὶ νῦν εἴρηται, τό, τε θρεπτικὸν, ὃ καὶ τοῖς φυτοῖς ὑπάρχει, καὶ πᾶσι τοῖς ζώοις.* Si, inquit, ratio & ira & cupiditas ita invicem diſcrepant, ut etiam locis diſſita ſint ſecundum Platonem, pars animæ quæ altrix vocatur, quæ & beſtiis plantiſque communis eſt, longe magis ab aliis diſceſſerit partibus quam vel ira vel cupiditas invicem diſiunguntur. Iſtæ enim partes ſunt animæ irrationalis, at facultas nutriens ad animam vegetativam pertinet. Anima autem vegetativa toto genere diſtat ab irrationali. Ergo ira & cupiditas ſpecies ſunt animæ ſub unum genus reducendæ, nempe animæ rationalis, cum *θρεπτικὴ* in diverſo ſit genere. Sed Plato *τὴν θρεπτικὴν* comprehendit ſub anima *ἐπιθυμητικῇ*, quatenus & plantæ non nutriuntur ſine appetitione alimenti. Multo minus in animalibus hæc facultas ſine appetitu reperiatur. De parte animæ imaginativa movet etiam controverſiam Ariſtoteles, & inde ducit argumentum, quo ſubruat partitionem Platonis, quę

animæ facultates partito in regiones diverſas dividit. Ἐπὶ δὲ τὸ φανταστικὸν τῷ μὲν εἶναι πάντων ἕτερον, τινὶ δὲ ταὐτὸν, ἢ ἕτερον, ἔχει πολλὴν ἀπορίαν, εἴ τις θήσει κεχωρισμένα μόρια τῆς ψυχῆς. Facultas animæ quæ imaginatur, quam φανταστικοῦ μορίου nomine appellat Ariſtoteles, eſſentialiter ab omnibus aliam eſſe dicit. Si quis igitur, inquit, tres animæ partes fecerit locis diſtinctas, dubium erit, cuinam illarũ partium debebit accedere, aut à qua velut diverſa diſcedere. Utrum parti irrationali attribuenda ſit, an rationali. Si rationali, in capite erit collocanda, ubi ſedem habet ratio. Si irrationali, aut erit adiungenda cupiditati, aut iræ, aut utrique. At beſtiæ τὸ φανταστικὸν habent. Ergo in irrationali ponenda. Utri parti animæ rationalis eadem dicetur? Quodcunque ex his dixeris, res difficultate non carebit, præſertim, ſi, quod facit Plato, duas illas animæ irrationalis partes locis invicem diviſeris, alteram in corde ſtatuendo, alteram in iecore. Similiter & de ὀρεκτικῷ μορίῳ, hoc eſt, appetitiva animæ parte, litem ei diviſioni quam Plato inſtituit, intendit. Τὸ ὀρεκτικὸν, tam λόγῳ quam δυνάμει videtur diverſum à trinis illis animæ partibus quas Plato invexit. Abſurdum itaque hoc divellere, τοῦτο διασπᾶν, hoc eſt, ſedem illi diverſam à cæteris tribuere. In parte quippe animæ rationali eſt voluntas, quæ eſt ὄρεξις, in parte irrationali ira & cupiditas, θυμὸς καὶ ἐπιθυμία, quæ & ipſæ ὀρέξεις ſunt. Si in tres ergo partes dividatur anima, unamquamque ſua ſequetur ὄρεξις. εἰ δὲ τρία ἡ ψυχὴ, ἐν ἑκάστῳ ἔσται ὄρεξις.

Quattuor diverſæ veterum de opinione Platonis & Ariſtotelis circa animæ diviſionem ſententiæ. Neutrum plures animas crediviſſe. Servii interpretatio de tribus aut quattuor animabus & totidem umbris exploſa. Virgilius explicatus.

Ex his omnibus patet, non aliud improbaſſe in diviſione animæ Platonis Ariſtotelem, quam quod partes eius diſpertiret regionibus, quæ ſolo intellectu eſſent ſeparandæ. Hinc etiam liquet, non alio melius auctore probari quam Ariſtotele, Platonem unicam tantum animę ſubſtantialem formam agnoviſſe, non plures animas. Qui animam enim dicit μεριστὴν, & eam ſicut totum in partes dividit, non plures eius ſubſtantias ponit, ſed unam, cuius partes ita ſubſtantiæ ſunt,

ſunt, ut unius ὑσίας τὰ μέρη etiam ὑσίαι ſunt. Falſum itaque quod à multis proditũ eſt, Ariſtotelem Platoni obiicere, quaſi plures, & tres animas pro una crediderit. Et cum hæc ita ſint ut diximus, mirum tamen eſt, quattuor diverſas extitiſſe auctorum ſententias circa hanc Platonis & Ariſtotelis de animæ diviſione opinionem. Quidam Platonem volunt tres animas conſtituiſſe ſubſtantia diverſas, Ariſtotelem unam in plures tantum facultates diviſam. In his Galenus ex veteribus, & ex recentioribus philoſophis Scaliger, cuius hæc verba ſunt in Exercitatione contra Cardanum CCCVII. *Quocirca non ſolum Plato tres animas totidem certis locis diſpoſitas diſpeſcebat, ſed etiam è noſtris quidam, non ſine validiſſima ratione à ratione aberrantes.* Nonnulli è contrario Platonem ferunt unam animam probaſſe, cum Ariſtoteli placuerit tres animas eſſe, quem etiam contendunt ea gratia Platoni dicam impegiſſe quod unam pro duabus aut tribus animam faceret. In his eſt Philoponus. Alii rurſus ſunt, qui Platonem & Ariſtotelem idem ſenſiſſe autumant de unitate animæ, cum tamen de diviſione eius in partes aut facultates diſſentirent. Ex eo numero ſunt Porphyrius, Iamblichus & maior pars veterum philoſophorum. Atqui & alios fuiſſe conſtat, qui contrariam his viam inſiſtentes ſibi perſuaſerunt, tam Platonem quam Ariſtotelem tres an quattuor animas ſubſtantia diſtinctas ſtatuiſſe. Nec mirum eſt reperiri qui ſic crediderint, quandoquidem fuere qui hanc Platoni ſententiam de tribus animabus tribuerint, & qui eiuſdem quoque opinionis auctorem Ariſtotelem fecerint. Non difficile his fuit ab utriſque id mutuari, & ſic in idem dogma coniicere magiſtrum ac diſcipulum. Servius hos ſequutus eſt, vel eorum ore loquutus, cum iſta ſcribit ad Aeneid. V. *Plato & Ariſtoteles, & omnes periti dicunt, in homine quattuor eſſe animas. Vnam intellectualem, per quam & cogitare, & iudicare poſſumus. Alteram eſſe ſenſualem, ut in mutis animalibus, in quibus eſt ſenſus & timoris & gaudii. Eſſe & motualem, ut in vermibus, qui tantum moventur. Eſſe etiam quartam infra omnes, quæ* φυσικὴ *vocatur, naturalitas, ut eſt in herbis & in arboribus, quæ etiam motu carent, vitam tamen habent. Nam & naſcuntur, & creſcunt, & pereunt. Inde eſt, atque interfice meſſes. His rebus colligitur, hominem harum omnium animarum eſſe participem.* Sic legenda hæc eius verba. Nam perperam de tertia anima quam vermibus tribuit, ſcriptum eſt in editis: *Eſſe etiam vitalem, ut in vermibus.* Scribi enim debet, ut correximus: *Eſſe & motualem*

tualem, id eſt, κινητικὴν. Idem quippe & ad lib. VIII. eiuſdem poëtæ contentionem eſſe dicit inter Platonem & Ariſtotelem, dubitantes, utrum quattuor an tres animæ in homine ſint, φυτικὴ, αἰσθητικὴ, νοητικὴ, remota κινητικῇ. Cęterum qua de re dubitaſſe eos ac contendiſſe inter ſe ibi dicit, hîc ait conſentire, quattuor eſſe animas in homine. At mirum etiam de motuali anima, quam propriam vermium ac peculiarem facit, quaſi hanc animam ſolam habeant. Quæcunque enim animalia τὴν κινητικὴν habent, omnino etiam in illis & αἰσθητικὴ reperitur. Contra multa ſunt quibus αἰσθητικὴ ineſt, quæ carent κινητικῇ κατὰ τόπον, ut ſpongiæ & alia ζωόφυτα. Vermes autem non ſolum moventur, ſed etiam ſentiunt. Non igitur ſpecialis anima poni debet, quæ motu tantum cenſeatur. Tres enim, non quattuor animæ gradus ſunt, quorum medius motũ habet cum ſenſu, cum nulla ſint animalia quibus ineſt motus, quin & ſenſum participent. At non ſolum ζωόφυτα, ſed etiam φυτὰ quædam ſunt, quæ ſine motu locali, ut pote radicibus ſolo hærentia, ſenſum tamen quemdam præ ſe ferunt, ut palma. Fœminæ enim marem ſentiunt, & in illud latus quo adſita illi mas palma, toto capite comiſque procumbunt. Herba caſta in America ad tactum contrahit folia, & mox ea iterum expandit. Quærit ibidem Servius, ſi quattuor ſunt animæ, an totidem debeant eſſe umbræ. Nam Virgilius eo loco *umbras* & *animas paternas* ſimul nominat:

------ ſalvete recepti
Nequicquam cineres umbræque animæque paternæ.

De umbris, inquit, *facilis eſt probatio. Nam ſi quattuor ſunt animæ, ſequitur ut tot ſint umbræ, ut ſi quis inter duas ſtet lucernas, geminam umbram creat. Hoc autem de animis etiam Lucretius aſſerit, ſed non tantum veritati ſtudet, quam ſectæ Epicureæ. Alii iſta fugientes dicunt, animæ & umbræ genitivum eſſe ſingularem, ut ſit, cineres umbræ & animæ paternæ. Quod non valde probandum eſt. Nec enim umbra, aut anima cineres habet.* Probat igitur Servius, in illis poëtæ verbis, ut quattuor ſunt animæ in unoquoque homine vivente, ſubſtantiis ac forma diſtinctæ, ita poſt mortem apud inferos quattuor Anchiſæ umbras vagari intelligendas, & totidem in cœlo animas. Nam quorum anima cœlo poſt obitum recipiebatur, eorumdem umbra inferos petebat, ſecundum antiquam philoſophiam. Quænam illa eſſet umbra, idem Grammaticus fuſe interpretatur ad illud IV. Aeneidis:

Et nunc magna mei ſub terras ibit imago.

Bene imaginem dixit. Valde enim quæritur apud philoſophos quid illud ſit quod inferos petat. Nam tribus conſtamus, anima, quæ ſuperna eſt, & originem ſuam petit: corpore, quod in terra deficit: umbra, quam Lucretius ſic definivit, Spoliatus lumine aër. Ergo umbra ſi ex corpore creatur, ſine dubio perit cum eo, nec eſt quicquam reliquum de homine quod inferos petat. Sed deprehenditur eſſe quoddam ſimulacrum, quod ad noſtri corporis effigiem fictum inferos petit. Et eſt ſpecies corporea quæ non poteſt tangi, ſicut ventus. Hinc in ſexto: Corpora viva nefas ſtygia vectare carina. Hanc autem rem etiam Homerus requirit, ſimulacro Herculis apud inferos viſo. Et ſciendum, ſimulacra hæc eſſe etiam eorum qui per ἀποθέωσιν dii facti ſunt. Vnde aut viſi eſſe apud inferos, aut illuc deſcendiſſe dicuntur. Sciendum autem, abuti poëtas, & confuſe vel ſimulacrum, vel umbras dicere. Certe Homerus εἴδωλον & σκιὰν vocat indifferenter. Et εἴδωλα καμόντων paſſim apud eum de huiuſmodi ſimulacris vel umbris mortuorum. Alias notant ad eum Grammatici, εἴδωλον aliquid eſſe λεπτότερον ψυχῆς ἢ σκιᾶς, *ſubtilius anima vel umbra.* Id eſt, umbra quam corpus ſoli vel lucernæ oppoſitum in contrariam partem iacit. Iidem definiunt εἴδωλον νεκροῦ, mortui ſimulacrum, effigiem eius aëre expreſſam, eodem habitu & figura qua è vita diſceſſerit. Φαντάσματα etiam appellant Græci, ἐπεὶ καὶ λῆρος ἦν Ἑλληνικὸς, τὸν ἀέρα εἴδωλα τῶν τεθνεώτων σκιώδη καὶ ἀμυδρὰ σχηματιζόμενον, ὡς οἷον ἐν σκιογραφίᾳ εἰκονικῇ τυποῦντα, φαντάζειν οὕτω τοὺς βλέποντας. Si iuvenis eſſet aut infans, aut ſenex, aut vir, mortuus, in tali ſtatu apparebat. Quinimo & quali genere mortis eſſet extinctus, umbra eius talem ſe oſtendebat: cum vulnere, ſi cæſus fuiſſet: cum pallore buxeo & macie mortuali, ſi morbo longo confectus obiiſſet. Comparant huiuſmodi mortuorum umbras ſimulacris in ſomnio viſis. Unde & σκιὰν & ὄνειρον & εἴδωλον pro eodem ponunt. Ψυχὰς vocare Homerum, id eſt, animas, huiuſmodi animarum umbras, ψυχομαντεία eius in Odyſſea ſatis indicat. Tales animas defunctorum apud inferos diverſari ait, ſimiles umbræ aut ſomnio. Ita enim Vlyſſes apud eum loquitur, cum animam matris prendere cuperet, ſed manus eius effugeret,

Τρὶς δέ μοι ἐκ χειρῶν σκιῇ ἴκελον ἢ καὶ ὀνείρῳ,
Ἔπτατο.

Et cum quereretur quod ita anima matris ſe comprehendi ab eo non ſineret, etiam quærit, numquid illius hæc vera non ſit anima, ſed

animæ tantum maternæ εἴδωλον, quod ipſi Proſerpina pro vera anima obiecerit.

Ἦ τί μοι εἴδωλον τόδ᾽ ἀγαυὴ Περσεφόνεια
Ὤτρυν᾽, ὄφρ᾽ ἔτι μᾶλλον ὀδυρόμενος στεναχίζω.

Reſpondet ei mater vel matris anima, non ipſum decipi à Proſerpina, falſa obiecta animæ eius imagine quæ prehendi nequeat à cupiente & captante, ſed infit,

Ἀλλ᾽ αὕτη δίκη ἐστὶ βροτῶν ὅτε κέν τε θάνωσιν.

Non enim carnes habent amplius nec oſſa, cum omnia hæc igne combuſta ſint ſtatim atque animus è corpore evolaverit.

Ψυχὴ δ᾽ ἠΰτ᾽ ὄνειρον ἀποπταμένη πεπότηται.

Ex quibus patet, non credidiſſe Homerum, alibi animam, alibi umbram eiuſdē degere poſt mortem, illam in cœlo, iſtam apud inferos. Una quippe eademque res illi, anima quæ ex corpore evolavit, & inferos petit, & umbra, vel ſimulacrum. Σκιὰν enim vocat, quia umbræ ſimilis, hoc eſt, *aëri*, ut definit Lucretius, *privato lumine.* Εἴδωλον appellat, non quia hæc umbra animæ ſit ſimulacrum, ſed quia anima ipſa ab exceſſu corporis ita per ſe ſubſiſtens, figuram eius reddit ac repræſentat aërea illa, qua conſtat, ſubſtantia. Falſum igitur quod Euſtathius ibi notat, aliud poëtæ eſſe σκιὰν & εἴδωλον, aliud ψυχήν. Ἄλλως δέ γε, inquit, ἀκριβέστερον ταὐτὸν οὐδὲν εἴδωλον καὶ σκιὰν καὶ ὄνειρον, ἄλλο δέ γε τὴν ψυχὴν παρὰ τὰ τρία ταῦτα, ὅθεν ὥσπερ μὴ δυνάμενος δέξασθαι ψυχῆς, ἀπορεῖ, μήποτε οὐ ψυχὴ τοῦτο, ἀλλὰ εἴδωλον. Dubitat quidem Vlyſſes an ſit εἴδωλον potius id quod videt quam vera matris anima, quia nihil ſolidi in ea videretur quod prehendi poſſet ac manibus teneri: ſed ab anima ipſa matris confirmatur, ipſiſſimam hanc eſſe animam ſuam quæ ei apparet, rationemque reddit, cur ita manum effugiat, *levibus ventis volucrique ſimillima fumo.* Aliud eſſe animam à ſimulacro vel umbra mortui, probare vult Euſtathius illo verſu Homerico qui ſtatim ſequitur,

Ψυχὴ δ᾽ ἠΰτ᾽ ὄνειρος ἀποπταμένη πεπότηται.

En, inquit, οὐ σκιὰν φησὶ καὶ ὄνειρον αὐτὴν εἶναι, ἀλλ᾽ ἀποπτῆναι δίκην ὀνείρου. *Non eam umbram dicit eſſe aut ſomnium, ſed more ſomnii avolare.* Atqui quod umbræ ſimiles eſſent animæ defunctorum, ideo umbras, id eſt, σκιὰς paſſim appellat, ut in iſto: τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσιν. Vocat & εἴδωλα, ut iam dixi, quia effigiem corporis repræſentant. Cum enim conſtet homo anima & corpore, ubi corpus anima dereliquit,

in eadem qua corpus effigie fuit, ſubſiſtens, ſine corpore, umbræ ſimilis volitat ac vagatur. Cum igitur apud Virgilium moritura Dido dicit,

Et iam magna mei ſub terras ibit imago,

non umbram tantum vel imaginem animæ ſuæ inferos intelligit petituram, ſed animam ipſam in imagine corporis. Poſterior itaque Homero opinio fuit, quæ animas & umbras mortuorum ſic diſcrevit, ut umbræ apud inferos vagarentur, animæ in cœlum evolarent. Ideo utrumque Virgilius de patre poſuit, quaſi in eodem loco anima eius & umbra verſaretur, eademque res eſſet

----- *animaque umbraque paterna.*

Et cum evocabant ex inferis animas in νεκυομαντείοις, lac & ſanguinem ex hoſtiis cæſis iis affundebant, quibus delectari eas credebant. Inde Varro ſcripſit, *mulieres in exequiis & luctu ideo ſolitas ora lacerare apud veteres, ut ſanguine oſtenſo inferis ſatisfacerent, & ex eo inſtitutum, ut apud ſepulcra & victima crederentur.* Veras igitur animas, & apud inferos quidem degentes, non eorum umbras & vana ſimulacra, lacte & ſanguine gaudere crediderunt, & his quaſi alimento paſci. Quod & de dæmonibus ac ſpiritibus perſuaſum illis fuit veteribus. Unde & victimis hoſtiiſque cæſis eos placari putabant. Quos priſci Romani *Manes* dixere, ac *deos Manes*, eo nomine certum eſt ſignificaſſe ſingulorum animas quæ de corporibus receſſerant. Ridicule igitur Servius, cum umbra & anima eadem ſit, quia anima corpore exuta umbræ ſimilis, eas umbras cum iis confundit quas corpus oppoſitum lumini creat. Eo enim argumento probare intendit, ut plures ſunt animæ unius hominis, etiam in morte ut in vita, ita & totidem umbras eſſe debere. *Nam ſi quattuor ſunt animæ, ſequitur, ut tot ſint umbræ, ut ſi quis inter duas ſtat lucernas, geminam umbram creat.* Quid ſimile huic umbræ quam corpus oppoſito lumine creat, & umbræ cui ſimilis eſt anima poſt mortem ſine corpore ſubſiſtens? Ut duæ lucernæ duas umbras ex corpore inter utraſque poſito faciunt, an eo modo duæ animæ tanquam duo lumina duas pariter umbras pariunt? Incredibilis abſurditas. Si corpus aliquod non obſtaret, lumen lucernæ vel ſol totum illud ſpatium luce impleret in quo corpus poſitum eſt. Nec tantum corpus hominis, ſed qualecunque ſolidum ac minime διαφανὲς, eam partem quam occupat à lumine illuſtrari prohibet, & umbram ex menſura magnitudinis ſuæ talem

facit tantamque, prout lumen ei oppoſitum altius fuerit erectum aut ex adverſo ſitum. Si umbræ animarum inde eſſent, cum umbræ & animæ ſint eædem, ſequeretur, lapides, ligna, & alia inanimata animam quoque habere, quia umbram quoque efficiunt in ſole vel lumine poſita. Quæ nullam ὑπερβολὴν abſurditatis relinquunt. Anima autem quomodo umbram poſſit creare ubi à corpore exceſſerit quæ tam longe à ſe diſſita ſit ac remota, ut volunt eam cælo recipi, cum umbra ipſius apud inferos agat, non video. Et hæc ineptiſſima ſunt, ut pudeat refellere. Si recta eſt comparatio de corporis umbra, quoniam unum eſt corpus, ita & unam eſſe umbram par foret, non plures. Quod addit de Lucretio, neſcio plane quid velit. *Hoc autem de animis etiam Lucretius aſſerit, ſed non tantum veritati ſtudet, quantum ſectæ Epicureæ.* Tractat ille quidem lib. IV. de umbra, quomodo fiat, ut corpus ubique ſequatur. Sed hoc nihil ad hunc locum, aut ad Epicuream propriе ſectam pertinet, quodque ſit veritati, & aliorum philoſophorum dogmati contrarium. An alludit Servius ad ea quæ docet lib. III? Si anima eſt immortalis, inquit, & poteſt ſentire ſecreta, id eſt, χωρισθεῖσα à corpore, ſenſibus etiam quinque præditam eſſe oportere. Nec, inquit, alia ratione poſſumus nobis proponere animas apud inferos vagari, niſi ſentire eas concedamus. Inde & pictores, & omnes antiqui poëtæ introduxerunt illas cum ſenſu apud inferos vagantes. Cuius opinionis illuſtre præbet teſtimonium Homerus in Necyomantia, ubi animæ agnoſcunt & alloquuntur ſuos, ad lac & ſanguinem accedunt ut bibant, & omnia faciunt quæ facerent auctæ ſenſibus. Atqui, inquit, neque oculi, neque nares, nec manus ipſæ, ab anima derelictæ, poſſunt officio ſuo fungi, neque per ſe ſentire nec eſſe. Rurſus nec anima ſine oculis videre, ſine auribus audire, & alios ſenſus adminiſtrare ſine eorum organis.

At neque ſorſum oculi, neque nares, nec manus ipſa
Eſſe poteſt anima: neque ſorſum lingua, neque auris
Auditum, per ſe poſſunt ſentire, nec eſſe.

Ita legendi hi verſus ex optimo ac vetuſtiſſimo codice clariſſimi Voſſii. *Auris auditum* dixit pro auditu. Verſus quos adtexuit Lambinus ſpurii ſunt, nec ad mentem Lucretii implendam deſiderantur. Satis eſt quod dixit, oculos, nares & aliorum ſenſuum inſtrumenta ſeorſum ab anima eſſe per ſe non poſſe. Inde enim ſequitur,

tur, nec animam ſine his ſentire poſſe. Si non ſentit ſine his, nec vivit. Ergo nec immortalis. Non tamen ad hunc Lucretii locum reſpexiſſe Servium crediderim, ſed ad illum potius ex eodem lib. III. ubi probat alio argumento, animam eſſe mortalem. Quod dividi, inquit, in partes ac ſcindi poteſt, etiam poteſt interire. Toto corpori ineſt vitalis ſenſus, & proinde totum eſt animale, id eſt, anima velut conſitum. At ſi ſubito celerique ictu vis aliqua corpus præciderit, ut in duas diſcedat partes, vis quoque animæ ſimul diſpertita diſiicietur.

At quod ſcinditur, & partes diſcedit in ullas,
Scilicet æternam ſibi naturam abnuit eſſe.

Hac eadem ratione & argumento utebantur contrà Platonem Ariſtotelici, qui animam μεριστὴν faciebat, & tamen incorpoream eamdem eſſe volebat & æternam. In rebus enim incorporeis idem eſt μεριστὸν εἶναι, & μεμερισμένον. Si igitur partibilis anima cenſetur, etiam diſpertietur, ac proinde totum peribit, cuius partes invicem re ipſa ſecernentur. In corporibus ſecus eſt, & aliud in illis τὸ μεριστὸν, & τὸ μεμερισμένον. Εἰ οὖν inquiunt, μεριστή ἐστίν ἡ ψυχὴ, καὶ μεμερισμένη ἔσται, καὶ οἰχήσεται τὸ ὅλον, φθαρήσεται γὰρ καὶ αὐτὸ τὸ εἶναι κοινὸν καὶ ὅλον, τῶν μερῶν διαιρεθέντων ἐνεργείᾳ ἀπ' ἀλλήλων. Sed de alia diviſione intelligebat Plato, de alia Epicurus. Per illam ſuam animæ partitionem Plato non exiſtimavit, animam eſſe totam in ſingulis partibus, ut Ariſtoteles & Epicurus, ut in unaquaque parte omnes ſint animæ partes & facultates. Nam τὸ ἐπιθυμητικὸν μόριον in iecore locabat Plato, in cerebro τὸ λογικὸν, in corde τὸ ἐπιθυμητικόν. At ſecundum Epicurum cum corporis partibus, ſi aliquo ictu diſcindantur, etiam anima διαιρετὴ fit, haud ſecus atque anima plantarum & inſectorum. Nam φυτὰ, ut ait Ariſtoteles, διαιρούμενα ζῇ, diviſæ plantæ in partes vivunt. Sic inſecta in partes ſecta partibus illis aliquamdiu ſentiunt & moventur localiter. Si ad multum tempus hoc non faciunt, nihil mirum. Non enim habent organa quæ diutius poſſint vitam cuſtodire. Ἀλλ' οὐδὲν ἧττον, inquit, ἐν ἑκατέρῳ τῶν μορίων ἅπαντα ἐνυπάρχει τὰ μόρια τῆς ψυχῆς, καὶ ὁμοειδῆ εἰσιν ἀλλήλοις καὶ ὅλῃ, ἀλλήλων μὲν ὡς χωριστὰ ὄντα, τῆς δ' ὅλης ψυχῆς, ὡς διαιρετῆς οὔσης. Anima quæ in plantis & inſectis ita diviſibilis exiſtit, ſi quo caſu corpus, in quo ineſt, præciſum fuerit, etiam tota tandem interit, quamvis ad aliquod tempus anima in ſingulis partibus quæ ſecretæ ſunt invi-

cem, retineatur. Ita ergo ſecundũ Epicurum animę humanæ vis quę diſcinditur cum corpore diſciſſo, quamvis partes ſeparatæ aliquantiſper motum & ſenſum vitamque conſervent, paulo poſt tamen, ut diviſa in diviſis partibus extinguitur, ita & tota abolêtur omnino. Manu amputata digiti ſemianimes aliquanto tempore micant. Et caput à cervice revulſum, vivente adhuc trunco, *Servat humi voltum vitalem, oculoſque patentes.* In ſerpentibus hoc idem evenire ſubiicit, cum in multas partes diſciſſæ fuerint.

Omnia iam ſorſum cernes anciſa recenti
Volnere tortari, & terram conſpergere tabo
Ipſam, ſeque retro partem petere ore priorem,
Volneris ardenti ut morſu premat icta dolore.

Quid igitur, inquit Lucretius? In omnibus illis particulis eſſe totas animas dicendum? Neutiquam. Inde enim ſequeretur,

Vnam animantem animas habuiſſe in corpore multas.
Ergo diviſa eſt ea quæ fuit una, ſimul cum
Corpore. Quapropter mortale utrumque putandum,
In multas quoniam partes diſcinditur æque.

Hoc eſt, quod dicit Philoponus, τὸ μεριστὸν in anima etiam μεμερισμένον debere intelligi, ac proinde τοῦ ὅλου φθαρτικόν. Sed de ea ſententia quæ dicit, totam eſſe animam in qualibet parte, & quomodo intelligenda, in ſequentibus explicabimus. Illud certum eſt, ſecundum Epicurum non ſolum animam vegetativam & ſenſitivam, ſed etiam rationalem corpore diviſo dividi, qui tamen negabat, in ſingulis partibus diviſione abiunctis totam animam eſſe, quia inde ſequeretur, plures unum animal animas habere.

Omnibus eſſe igitur totas dicemus in illis
Particulis animas? at ea ratione ſequetur,
Vnam animantem animas habuiſſe in corpore multas.

Quæ verba Servius, nam ad ea alluſit, ita accepit, quaſi & plures animas Lucretius diceret in uno corpore ineſſe, ut Ariſtoteles & Plato aſſerebant, ſed hoc illum ex ſectæ Epicurææ dogmate tenere, quod illis non probaretur, nempe eas animas eſſe mortales. *Nam ſi quattuor ſunt animæ, ſequitur ut tot ſint umbræ. Hoc etiam de animis, ſcilicet quod plures ſint, aſſerit Lucretius, ſed non tantum veritati ſtudet quam ſectæ Epicureæ.* Sed nihil minus quam quod ille vult, voluiſſe Lucretium, ex his quæ attulimus, patet. Ridiculum eſt autem interpretamentum eiuſdem

Servii

Servii illorum poëtæ verborum, *umbræque animæque paternæ*, quæ in vocativo plurali accipit, ut de pluribus animabus intelligantur ex ſententia Platonis & Ariſtotelis. Falſiſſimum quippe, Platonis & Ariſtotelis hanc fuiſſe ſententiam, & longe falſius hanc eſſe poëtæ mentem. Si in vocativo caſu illa verba accipimus, plurali numero uſus fuerit Virgilius pro ſingulari, pro *umbra & anima paterna*. Non putarim tamen, *animas* pro anima, nec *umbras* pro umbra uſurpaſſe. Et omnino verior eorum expoſitio qui in genitivo caſu interpretati illa ſunt:

--- Salvete recepti
Nequicquam cineres umbræque animæque paternæ.

Nec contra facit quod opponit huic expoſitioni Servius, *animam aut umbram cineres non habere*. Certe anima & umbra cineres non habet, ſed illi cineres illius umbræ & animæ ſunt. Ex eorum opinione loquitur poëta, qui animam credebant poſt exceſſum tamdiu manere quamdiu durarent corporis reliquiæ. Sed & ipſam circa corpus oberrare, donec iuſta funeris percepiſſet, & ſepulcro conditi eſſent cineres. Sic de Polydoro lib. III. dixit, cum iuſta ei faceret Aeneas ac ſepulturæ mandaret,

--- animamque ſepulcro
Condimus.

Id eſt, cineres Polydori animæ. Ubi tamen Servius interpretatur de anima ad tumulum lacte ac ſanguine elicita. Quod melius eſt, licet eodem hæc interpretatio redeat. Nam & Polydoro inſtauratum funus primo dixit, & ingentem tumulo aggeſtam tellurem, & manibus eius aras ſtructas, & cymbia lactis tepidi & ſanguinis inlata, animamque ſepulcro conditam, id eſt, cum cineribus ſuis ibidem in eodem ſepulcro repoſitam, ut idem Servius exponit. *Rite ergo*, inquit, *reddita legitima ſepultura redit anima ad quietem ſepulcri, quam Stoici herciſcundi, id eſt, medium ſequuti tamdiu durare dicunt, quamdiu durat & corpus. Unde Aegyptii periti ſapientiæ condita diutius reſervant cadavera, ſcilicet ut anima multo tempore perduret, & corpori ſit obnoxia, nec cito ad alia tranſeat. Romani contra faciebant, comburentes cadavera, ut ſtatim anima in generalitatem, id eſt, in ſuam rediret naturam.* Atqui ex crematis corporibus cum cineres remaneant & oſſa, non penitus eo pacto abolitum corpus cenſebatur, & anima facile, quamvis apud inferos eſſet, ſacris evocata ad locum ubi iacebant ſuæ reliquiæ veniebat,

bat, ſanguinem illatum guſtatura. Nam etiam creditum fuit pleriſque antiquorum, inſepultorum animas non ante ad inferos redigi quam ſepulturæ honore legitimæ donati eſſent. Utroque modo *cineres animæ & umbræ* dici potuere poëtæ, cum quibus una eſſet condita ac requieſceret anima, aut ad quas libens reverteretur orco remiſſa, ut ſanguinem & lac oblatum depaſceretur, ut pote corporis reliquiis ſemper obnoxia. Hinc paulo poſt ait, Anchiſæ patris animam vocaſſe fuſis vino & ſanguine, & manes eius ab inferis remiſſos.

Vinaque fundebat pateris, animamque vocabat
Anchiſæ magni, maneſque Acheronte remiſſos.

Ubi vocat *animam & manes*, ut ſupra *animam & umbram.* Sed & *manes* defunctorum, & *larvæ*, & *umbræ* res eadem. *Larvæ* δαίμονες, & εἴδωλα, & *umbræ* ſimiliter & *manes.* Sic enim Gloſſæ veteres interpretantur. Tantam autem coniunctionem & ἕνωσιν cinerum & relliquiarum corporis, cum ipſis manibus & anima cuius illi cineres fuerunt, veteres intercedere crediderunt, ut manes & animam lædi putarent, cum oſſa violarentur, aut cineres diſſiparentur, vel etiam indiligentius tractarentur. Quinimo & inquietari exiſtimabantur ipſæ animæ ſi oſſa earum loco moverentur. Quod ſummæ religioni erat ne fieret, & cavebant inſcriptionibus monumentorum & conſecrationibus, ne à quoquam attentaretur. Hinc illa in veteribus ſaxis: *Peto ne inquietes oſſa mea.* Et *requietoria* vulgo dicebantur monumenta. In inſcriptione Divionenſi cinerarii Chyndonactis cuiuſdam, qui ἱερέων ἀρχηγὸς vocatur, arcentur impii à cinerum violatione. Δυσσεβὲς ἀπέχου, Λύσιοι κόνιν ὁρῶσιν. *Impie, abſtine, Lyſii cineres cuſtodiunt.* Ubi vocat Λυσίους θεοὺς qui præſident ſolutis corporibus & manibus defunctorum, eorumque curam habent. Non igitur mirum eſt, ſi *cineres animæ paternæ* dixit erudititiſſimus poëta, cum poſt diſſolutionem corporis magnam σχέσιν intercedere cineribus cum ipſa anima perſuaſum eſſet antiquis. Nec cum Servio plures animas & totidem umbras poſt mortem unius hominis vagari hariolemur. Quæ interpretatio incredibilem ſummi grammatici ſtuporem arguit. Nam ex his, qui putarunt, animas fabrica corporis eſſe antiquiores, & poſt eius interitum reſtare, nemo unquam tenuit, plures animas unius eſſe individui. Et quomodo tres aut quattuor animæ ſine corpore conſiſterent? In corpore

pore quidem dum ſunt poſſet dici, quamvis non admodum probabili ratione, tres illas animas à corpore contineri. Hoc ipſum quippe eſt cur Ariſtoteli viſa ſit abſurda Platonis opinio de partitione animæ, quia dubium eſſet, quo vinculo partes eius continerentur. A corpore enim contineri ſi diceretur, potius id animæ convenire ut contineat corpus, quam corpori, ut animam, vel eius partes ὀυσιωδῶς ac τοπικῶς ſeparatas. Nam ut Averroës ait, ad illum Ariſtotelis locum, *omne quod eſt, unum & continuum non eſt per ſuam materiam, ſed per formam.* Præterea etiamſi duas aut tres animas Pythagoras, vel Plato, aliive qui eam partitionem animæ admiſerunt, in corpore vivente diſtinctas poſuiſſent, non tamen poſt diſſolutum corpus tres adhuc animas durare ac per ſe ſubſiſtere, ut Servio placuit, exiſtimarunt. Nam ex ſumma animæ diviſione, quam probarunt, in mortalem & immortalem, palam eſt eos inde opinatos eſſe, alteram partem quod τὸ θνητὸν ψυχῆς μόριον appellant, una cum corpore interire. Unica ergo poſt mortem anima reſtabit, ut unica etiam erat ante generationem ex opinione Pythagoræ & Platonis, qui animam per ſe ſine corpore ſubſiſtere perhibuerunt, perpetuamq; eſſe, ſive in diverſa corpora ſtatim tranſeat, pro meritis vitæ prioris quæ μετεμψύχωσις eſt Platonica ſecundum Servium, ſive in corpora eadē redeat, ſed poſt tempus, quæ παλιγγενεσία eſt Pythagorica. Si autem Ariſtoteles etiam alteram animæ partem immortalem, alterā mortalem agnovit, ut videtur addubitare, ſine dubio & unam ab interitu corporis animam permanere duxerit, eamque quam χωριστὴν ἀπὸ τοῦ σώματος eſſe dixit, cum reliqua ἀχώριστος cum corpore ſimul pereat. Sic omni modo ridicula deprehenditur hariolatio Servii de pluribus poſt corporis φθορὰν animabus permanentibus & totidem umbris, ſive ex Ariſtotelis dogmate rem arbitremur, ſive ex Platonico. Aliud eſt ſi quamdiu in corpore manet, non una ſed multiplex credatùr. Quod tamen & ipſum nec Platoni nec Ariſtoteli uſpiam dictum, immo contrarium ubique aſſertum, quæ ſupra docuimus, oſtendunt.

INDEX GRÆCUS.

A.

Ἄγνοια. 34. 36 Vide *Inſcientia*.

Ἀδιάφορα, μήτε ὁρμῆς, μήτε ἀφορμῆς κινητικά. 27

Ἀδιάφορον, *promiſcuum*. 240

Ἀδούλωτος, ἀδούλωτος. 10

Αἱματικὴ οὐσία, *humor natiuus, caloris paſtus*. 178

Αἵρεσις. 47

Αἱρῶν λόγος. 108

Αἰσθήσεις, δυνάμεις. 168

Αἰσθητικὴ ζωή. 133. 134. 135

Αἰσθητικὴ, *quæ* ἄνευ κινητικῆς. 320

Αἰσθητικῆς *principium & ſedes*. 314

Αἰσθητικὸν μέρος, *ſenſorium, ſenſus quinque*. 187

Αἰσθητικὸν, *quidnam complectatur?* 194.

Αἰσθητικὸν τὸ πρῶτον, *cor, Ariſtoteli*. 251.

Ἀκατάληπτος συγκατάθεσις. 35. 37.

Ἀκρασία, *omnium perturbationum fons & cauſſa*. 93. 108. 109. 114.

Ἀκροάσεις ἐξωτερικαί. 233

Ἀκροάσεις, & ἀκροατικά. 237. 238.

Ἀκροατὴς, μαθητής. 228. 229. 235

Ἀκροατικοὶ λόγοι, 228. & ἀκροατικὰ συγγράμματα. 239

Ἀλαζονεία, *quid?* 62

Ἄλλη ψυχὴ, *reliquæ animæ partes*. 179.

Ἅλμα, *primus embryonis motus*. 132.

Ἀλογιστίας, & λογισμοῦ, *eadem ſedes*. 105. *unde?* 106.

Ἄλογοι δυνάμεις, ἄλογοι ζωαί. 153

Ἄλογον. 54. 55. 56. 63. 64. *quid?* 81. *an in animâ humanâ?* 285.

Ἄλογον *animæ rationalis duplex*. 143.

Ἄλογον *Ariſtotelis*. 153. *Stoïcorum*. 85. 117.

Ἄλογα πάθη, ὁρμαὶ, ὀρέξεις. 80

Ἄλογα λογικά. 80

Ἀναγκαῖον, & ἐνδεχόμενον. 220

Ἀνάλογιον, ἀναλογεῖον, *manuale*. 7

Ἀναπνευστικὴ δύναμις. 125. 127

Ἀναπνοὴ, εἰσπνοή. 129. 130

Ἀνδρεία, *quid?* 150

Ἄνθρωπος, ζῶον δεδοξοποιημένον. 105.

Ἀντίδοτα, ἀντιφάρμακα. 290

Ἀντιπάθεια *facultatum*. 270

Ἀντιπάθεια, & συμπάθεια. 290

Ἀντιπάθειαι, & συμπάθειαι *animorum* 276. *ortus*. 277. 285.

Ἀντιφάρμακα, ἀντίδοτα. 290

Ἀξία, & ἀπαξία. 27

Ἀξιώματα, καὶ συγκαταθέσεις αὐτῶν. 39. 48. 49.

Ἀπαξία,

Α᾽παξία, & ἀξία. 27
Α᾽παράλακτα, quænam? 277
Α᾽πεκλογή, & ἐκλογή. 27
Α᾽ποδιδωμέσθαι. 9.10
Α᾽πόφασις. Vide Κατάφασις.
Α᾽ρετὴ, λόγος. 86.100
Α᾽ρετὴ θεία, καὶ πολιτική. 14.15
Α᾽ρεταὶ πρακτική. 15
Α᾽ρεταὶ ἠθικαί. 15
Α᾽ρεταὶ καθαίρουσαι, καὶ θεῖαι. 16
Α᾽ριανοῦ Ε᾽πίκτητος. 1
Α᾽ρχαὶ τρεῖς, δυνάμεις ψυχῆς. 255
Α᾽σθένεια. Vide Α᾽κράτεια.
Α᾽συμμετρία corporis, & animæ, quid creet? 285
Α᾽τονία τῆς ψυχῆς. 94.96.101. nulla per ſe, ſed comparativa. 102. 103.
Α᾽υξητικὸν, θρεπτικὸν, φυτικὸν. 143. 147.149.153.154.
Α᾽φορμὴ, an tempore poſterior quàm ἔκκλισις. 43. in noſtra poteſtate. 56.
Α᾽φορμὴ, & ὁρμή. 24.26. ἔκκλισις, 27. & ὄρεξις. 43.45.53.
Α᾽φορμῆς εἴδη. 45.

B.

Βιβλία βρεβίων. 7
Βούλευσις. 47
Βουλευτικὸν τῆς ψυχῆς. 242
Βούλησις. 47. 48. 50. ὄρεξις. 44. ἄλογος ὄρεξις. 65
Βρέβιον, brevis. 7
Βρεβίων βιβλία. 7.

Γ.

Γεννητική, vegetativa. 122
Γεννητικὸν ψυχῆς μέρος. 147. 153. 154.
Γήινα, & ἔγγεια ζῶα. 132
Γνώμη. 56. ἡγεμονικὸν νοῦς. 179. 180. 181
Γνῶσις τὸ γένος ὑπολήψεως. 32. κρίσις, δόξα. 61.
Γνώσεως inſtrumenta. 28
Γνωστικὸν, & ὀρεκτικόν. 42.

Δ.

Διάβασις, διάδοσις. 281. 282. 287.
Διάδοσις, tranſitio, quid, in facultatibus animæ? 279. 281. 282. 283. 287.
Διάθεσις, σχέσις, ἐπίκλισις φυσική. 288.
Διαίρεσις τοπική, δυναμική. 202. 205.212.213. Vide Μέρος.
Διαίρεσις κατ᾽ οὐσίαν, καὶ ἐνέργειαν. 223.
Διάκοσμος animæ, vel διακόσμησις, tripertitio eius. 168. 169. 177.
Διαλογισμοὶ, διανοίας, καὶ σαρκὸς θελήματα, mentis rationi contraria. 117
Διάλογοι, διαλέξεις. 239
Διάνοια, νοῦς. 219
Διάνοιαι, κρίσεις. 119
Διανοίας, καὶ σαρκὸς θελήματα, διαλογισμοὶ mentis rationi contrarii. 117
Διανοίας ſedes. 28. 119.

Διαπνεῖσθαι, geniorum & ſpirituum. 130.
Διάστασις, διάφυσις. 283. 299. in quibus? 304
Διάφορα, ὁρμῆς τε, καὶ ἀφορμῆς κινητικά. 27
Διάφυσις. 275. 279. 283. διάστασις. 299
Διάχυσις, & συστολή. 68
Δικαιοσύνη, quid? 162
Διόρθωσις, εὐθυῶσαι. 10
Διεστῶτα, ex quibus congregatio. 269. 276.
Διψυχία. 253
Δίωξις, & φυγή, ὁρμή, & ἀφορμή. 43
Δόγμα, δόξα, ὑπόληψις. 42
Δογματικαὶ ὑπολήψεις. 29
Δόξα, opinio, in homine quid faciat? 140. cauſſa perturbationum. 142.
Δύναμις δοξαστική. 89. κρίσις, γνῶσις. 61. λόγος. 100. φαντασία. 143
Δόξα κριτική, κρίσις. 100
Δόξα διττή. 34. 36. 41
Δόξα πρόσφατος, cauſſa λύπης. 73.
Δόξα πρόσφατος κακοῦ, &, προσφάτου κακοῦ, idem. 74
Δόξα, & πάθος. 66. 67. 69.
Δόξα, & συγκατάθεσις. 41
Δόξα, & ὑπόληψις. 28. 29. 31. 33. 41. & ἐπιστήμη. 32. & φαντασία. 34
Δόξης ὁρισμός. 40. 79
Δόξαι, ὁρμαὶ, συγκαταθέσεις. 83
Δοξάζειν. 33. 34
Δοξαστικὴ συγκατάθεσις. 42
Δύναμις. Vide *Facultas.*
Δύναμις ψυχῆς, qualis ποιότης? 265. non eſt οὐσία. 120. ἀπὸ τῆς δυνάμεως uti differat? 296
Δύναμις, & μέρος. 294
Δύναμις δοξαστική. 89
Δύναμις ἑκτική, ἕξις ψιλή. 302
Δύναμις ἑνοποιός. 317
Δύναμις ἐπεκλεκτική. 277. 278
Δύναμις φυτική, & ψυχική. 130
Δυνάμεως. Vide Μέρους.
Δυνάμει diſcreta, ἰδιότητι, λόγῳ, cogitatione. 207
Δυνάμεις, μέρη, εἴδη. 185. 193
Δυνάμεις, ζωαὶ, ψυχῆς οὐσίαι. 295
Δυνάμεις οὐσιώδεις. 262
Δυνάμεις ἄλογοι, ζωαὶ ἄλογοι. 120. 153.
Δυνάμεις τῆς ψυχῆς, πνεύματα. 125. αἰσθήσεις. 168. vires, efficaciæ, & operæ, ἐνέργειαι, ἰδιότητες, & ingenia. 186. τρεῖς ἀρχαί. 255.
Δυνάμεις ἡνωμέναι, & συνεχεῖς, 279. 280. συμφυεῖς. 299. σύμφυτοι. 265. 266. 267. 270. 271. 272. 301. 303. 304. χωρισταὶ, ἀχώριστοι. 301.

E,

E in ι, apud Dores, 25
Ἔγγεια, & γήϊνα ζῶα. 122
Ἐγγὺς, procul. 145
Ἐγκάρδιον, καρδία, plantarum. 142
Ἐγκέφαλος in palmâ arbore. 142
Ἐγκύκλια, miſcella. 240. τὰ ἔξω. 241

ξω. 241
Ἐγκυκλοπαιδεία. 241
Ἐγχείρησις, ἐπιχείρησις. 25.46
Ἐγχειρίδιον quid? 5. 6. 7.
Ἐθελοντὴς, ſpontaneus. 48
Εἴδη τῆς ψυχῆς, δυνάμεων videlicet. 168
Εἴδη, μέρη, δυνάμεις. 185.193
Εἴδωλον, & σκιά. 321. 322. 328
Εἰκῆ, quid? 92
Εἴξεις, συγκαταθέσεις, quibus πάθη in animo fiunt. 99.100
Εἰσπνοὴ. ἀναπνοή. 129
Ἔκκλισις, in noſtrâ poteſtate. 56. effectus opinionis. 67. an tempore prior, quàm ἀφορμή? 43.45. τί; 46.
Ἐκλογὴ, & ἀπεκλογή. 27
Ἐκπνοὴ, & ἀναπνοή. 129
Ἑκτικὴ ζωὴ, δύναμις, ἕξις ψιλή. 302.
Ἑλικὼν, ἐγχειρίδιον. 6
Ἐλπὶς, & προ[illegible]α. 62.63.79
Ἐμπνεῖσθαι, aquatilium eſt. 130
Ἐμφύεσθαι, inoleſcere. 301
Ἐμψυχία, una. 316
Ἐνδέχεσθαι, de re de quâ dubitatur. 256.
Ἐνδεχόμενον, & ἀναγκαῖον. 220. 222.224.243.
Ἐνδημία, præſentia. 77
Ἔνδοθεν, deintus, intrinſecus, 19
Ἔνδοξον, quid? 80
Ἔννοια, ἐπιβολή. 46
Ἔννοια, ſolius ἡγεμονικοῦ pars. 293
Ἐντυγχάνοντες, ἐξωτερικοί. 238
Ἕνωσις, σύμφυσις. 275
Ἕνωσις partium corporis, corpus facit unum, non diverſa. 269 cauſſa συμπαθείας 278. & contrà. 290. non fit κατὰ τὴν συμπάθειαν, ſed contrà. 261. 268. 284. 285.
Ἕνωσις δυνάμεων per quænam oſtendatur? 270. 272.274
Ἕνοσις, tantùm in rebus συμφυῶς iunctis. 262. 269. quomodo? 271.272.
Ἑνώσεως ποιητικὴ, ἕξις. 306
Ἕξις, συνέξις, συνεχείας ποιητική. 306.
Ἕξις ὁρμητική. 46
Ἕξις προαιρετική. 46
Ἕξις ψιλή, ſuum eſſe. 302.303.
Ἔξωθεν, deforis, extrinſecus. 19.
Ἐξωτερικοὶ, extranei auditores. 231 235.
Ἐξωτερικοὶ λόγοι, 227. 229. 232. 235. 236. 237. & ἐξωτερικὰ συγγράμματα. 238.239
Ἐξωτερικά. 228.232. κοινά. 235. τὰ ἔξω. 241
Ἐξωτερικωτέρα σκέψις. 232. 233. 234.
Ἔοικε, non eſt πείπει. 222. videtur dubitantis. 256
Ἔπαρσις, & μείωσις. 68
Ἐπιβάλλεσθαι. 46
Ἐπιβήτωρ amor, νοῦς, animæ vinculum. 308
Ἐπιβολή. 46.47
Ἐπιγινόμενα κρίσει. 60.66
Ἐπιδοξάζειν. 33
Ἐπίδοξον, προσδόκιμον. 79. quid? 80

Ἐπιθυμητικὴ, φυτικὴ, *vegetativa*. 122. 124.
Ἐπιθυμητικὴ ψυχὴ, φύσις, *ſine motu ac ſenſu, de plantis*. 133. 134. 139.
Ἐπιθυμητικὴ *Platonis, & Ariſtotelis*. 143. 144. 145. 147. 148. 149. 150. 152, 153. 163.
Ἐπιθυμία. 50. 51. 55. 64. 75. 79. ὄρεξις. 318
Ἐπιθυμία, & θυμὸς, *plantarum, animalium, hominum*. 138. 139
Ἐπιθυμία *plantarum*. 160
Ἐπιθυμία, καὶ ὄρεξις. 65
Ἐπιθυμίαι φυσικαὶ, ψυχικαὶ, *corporis, & animi*. 147
Ἐπίκλισις φυσική. 277. 278. 288
Ἐπίκρισις. 83. 99. 100
Ἐπίκτητος Ἀρριανοῦ. 1
Ἐπίνοια *diſtincta*, λόγῳ, δυνάμει. 207.
Ἐπιπόθησις, πόθος. 24
Ἐπιστήμη, & δόξα, 32. 83. *propria ſapientia*. 34
Ἐπιστήμης ὁρισμός. 40
Ἐπιστημονικὸν τῆς ψυχῆς. 242
Ἐπιχείρησις, *quid?* 25. 47
Ἐπιτελεία, & μύησις. 14
Ἔργα ἡμέτερα, καὶ τὰ μὴ ἐφ᾽ ἡμῖν. 18. 19.
Ἔρως δυνάμει. 277
Ἕξις, ὕπαρξις, φύσις. 130, 131
Ἑτικὴ δύναμις. 130. 131. 135
Ἑσωτερικοὶ, οἰκεῖοι. 229. 231. 135
Ἑτεροδύναμον, & ἑτερομερές. 257
Εὐαπόληπτος, *opinatus*. 31.
Εὐδαίμων, τίς; 11
Εὐεστώ, *quid?* 130
Εὐθυμεῖσθαι, & ἀθυμία. 9. 10
Εὔλογοι ὁρμαὶ, & ὀρέξεις, *unde?* 82. 83.
Εὔλογον, λογικόν. 64
Εὔλογον ἄλογον. 85
Εὐτονία τόνος, τῆς ψυχῆς. 95. 101. 102. *comparativa, non per ſe*. 102. 103. *per experientiam*. 113.

Z.

Ζῆν κατὰ φύσιν, λόγον ἀρετήν. 86
Ζωὴ, ζῶον, & ψυχὴ, *an coniuncta?* 129. 130. 133
Ζωὴ, φύσις, ψυχή. 139. νοῦς, ἕξις. 303. 304.
Ζωὴ ἑκτικὴ, ἕξις ψιλή. 302
Ζωὴ τελείη *animæ rationalis*. 120
Ζωὴ *animæ rationalis, una; &* ζωαὶ, *facultates*. 121
Ζωαὶ, δυνάμεις, ψυχῆς οὐσίαι. 295
Ζωαὶ σωμάτων, ἄλογοι, δυνάμεις, & *appetitus irrationales*. 120. 122. 153. 218.
Ζωαὶ διάφοροι, δυνάμεις. 298
Ζωόφυτα. 320.

H.

Ἡγεμονικὸν ψυχῆς. 178. *pro tota animâ*. 309. *ratio*. 310. νοῦς, λόγος, τὸ συνέχον τῶν δυνάμεων. 315. 317. γνώμη, νοῦς. 179. 180. 181. *in quo ratio, & perturbationes*. 100: *præſupponitur ante* φαντασίαν. 136

Ἡγε-

Ἡγεμονικὸν μόριον, & ἡγεμονικὴ ψυχή. 176.
Ἡγεμονικοῦ ſedes. 103. 104. 115. 117. 141. 142. 179. 180. 196. 250. 311.
Ἡδονὴ quid? 70. ψυχῆς ἔπαρσις. 51. 52. 58. Vide *Voluptas.*
Ἠθικαὶ ἀρεταί. 15
Ἦθος, quid? 81
Ἧλιξ ἥλικα τέρπει. 276
Ἡνωμένον, & συναπτόμενον. 269. 276.
Ἡνωμένα, συνεχῆ, συμφυῆ. 301. 302. 305. 336.
Ἥφαιστος, Φθᾶ, *Aegyptiace.* 169.

Θ.

Θ In φ, apud Dores. 25
Θεία ἀρετή. 14. 15. 16
Θελήματα σαρκός. 117
Θέλησις, volentia. 48
Θερμὸν ἔμφυτον, anima, vel ſubſtantia eius. 178. Vide *Calor.*
Θέσις, quid? 28. 29
Θεωρητικὴ δύναμις. 219
Θεωρητικοί. 14. 15. *Philoſophi* 231 Vide Καθαρτικοί.
Θεωρία. 83
Θιός, θεός. 25
Θρεπτική, vegetativa. 122
Θρεπτικόν, φυτικόν, αὐξητικόν 143. 147. 149. 153. 154. φυσικόν, φύσις, plantarum. 159
Θυμικὴ *Platonis & Ariſtotelis.* 144. 145. 147. 149. 150. 152. 153. 163.
Θυμικὸν an ἐπιθυμητικόν, vel λογιστικόν. 209
Θυμοειδὴς ψυχή. 134
Θυμός. 50. 53. vocis uſus latus, & ſtrictus. 173. animus, anima. 124. πνεῦμα. 125. ὄρεξις. 318.
Θυμός, & ἐπιθυμία. 138
Θυμός, etiam ἐπιθυμίαν continet. 259.
Θυμοῦ cauſſa & ſedes, cor. 106.

I.

Ἰδέα, forma. 168
Ἴδιοι, ἀκροατικοί. 235
Ἰδιότης, diſcreta, δυνάμει, λόγῳ, ἐπινοίᾳ. 207
Ἰδίωμα γνωστικόν, καὶ ζωτικόν. 317.
Ἴζως, eſt dubitantis. 256

K.

Καθαίρουσαι ἀρεταί. 16
Κάθαρσις. 10. quid? 14. 15. perfectiſſima, quae? eiuſque ſpecis. 16.
Καθαρτικοί, & θεωρητικοί, perfectorum gradus, ſeu τὴν αὐτῶν φύσιν ὑπερτερεχόντων. 14. 15
Καιριώτατα, δικαιότατα. 4
Κακεσώ, quid? 130
Κατάληψις. 33. 37. 38. 39. 40. 41. 42. unde? 82
Κατάληψις, & ὁρμή, & φαντασία, & συγκατάθεσις. 49
Κατὰ λόγον, recte. 158. κατὰ φύσιν. 122. κατὰ ὁρμήν, 54. 56. 123.
Κατὰ ποσόν, & κατὰ ποιόν. 294. 298.
Κατ' οὐσίαν, & κατ' εἶδος, differe. 296.

Κατὰ τόπον, κατὰ ποσὸν, vel κατὰ τὸ μέγεθος. 214
Κατάφασις, & ἀπόφασις, δίωξις, & φυγή. 43
Κατηγορήματα. 48.49
Κίνησις, poſt πάθος & κρίσιν. 61
Κίνησις ἀναίτιος. 90.92
Κίνησις καθ' ὁρμήν. 132
Κινήσεως κατὰ τόπον principium, quale idioma? 317
Κινήσεις τῶν παθῶν, εἰ λογικαί; 91.
Κινητικὴ, αἰσθητική. 135
Κινητικὸν, motorium. 187.320
Κοᾶν, audire. 235
Κοεῖν, νοεῖν. 235
Κοινὰ, ἐξωτερικά. 235.236
Κοιὸς, ποιός. 25
Κονδῖτον πίω. 21
Κόσμος, quid? 168. χώ, Aegyptiace. 169
Κοτὶ, ποτί. 25
Κρᾶσις τοῦ σώματος, animæ ſubſtantia. 164
Κρίσις, γνῶσις, δόξα. 61. Φαντασία. 143.
Κρίσις, & ἐπίκρισις. 99.100
Κρίσεως ſignificatus; & cuius rei? 82 83.84.85.86.
Κρίσεις, πάθη.42. κινήσεις.60. διάνοιαι. 119
Κρίσεων εἴδη. 88
Κριτήριον, quid? 82. iudicium falſi & veri. 39
Κριτικὴ δόξα, κρίσις. 100
Κριτικὸν, γνωστικόν. 42
Κλῖσις, animæ pars mortalis. 167
Κῶμος, quid?

Λ.

Λογικὰ ἄλογα. 80
Λογικὴ ὁρμὴ, ὄρεξις ἄλογος. 64.
Λογικὴ ψυχὴ, νοητική. 219. eius in capite locatio varia. 250
Λογικοῦ, ἤτοι ἡγεμονικοῦ, ſedes. 104
Λογισμὸς, νοῦς πρακτικός 181
Λογισμοῦ, & ἀλογείας. eadem ſedes. 105.
Λογισμοὶ, opinationes, mentis rationi contrariæ. 117
Λογιστικὴ ψυχή. 134
Λόγος, νοῦς, mens. 181. 242. 246. & intellectus. 315. ἡγεμονικὸν, τὸ συνέχον τῆς δυνάμεων. 315. ἐν τῷ ἡγεμονικῷ. 100. an in cerebro, vel corde, locatus? 268
Λόγος, δόξα. 100
Λόγος, φύσις. 54.56.86.87.122. ψυχή. 99.130. δύναμις. 207.
Λόγος, an cauſſa τῶν παθῶν? 90.91. 94.
Λόγος, Stoïcorum. 84.85.86. 87.
Λόγος ἄλλος καὶ ἄλλος, nullus Stoicis. 84 88.89.
Λόγος ὑποτακτικὸς, καὶ ἀρχικός. 81 δοξαστικὸς, καὶ οὐσιώδης. 88.89. hic, unus tantum, & rectus. 100. Vide Anima.
Λόγος πρακτικὸς, καὶ θεωρητικός. 242.
Λόγος ἐπιστημονικὸς, καὶ δοξαστικός. 242

Λόγος αἱρῶν. 108
Λόγος προφορικός. 90
Λόγος σπερματικός. 89. 122. ὀκτωμερής. 102
Λόγος πονηρός. 100. & ſeq.
Λόγος, & νοῦς. 135
Λόγος, & ὁρμή. 86
Λόγος, & σύγγραμμα. 238. 239.
Λόγου vox. 181. 241
Λόγου εὐτονία, vel ἀτονία, comparativa, non per ſe. 102. 103. 104
Λόγῳ diſcreta, cogitatione, δυνάμει. 207.
Λόγῳ χωρίζεσθαι, quid? 241
Λόγοι. 232. 234. 237. 238. ἐξωτερικοί. 227. 229. 232. 235. 236. 237. 238. 239. κοινοί. 235. 236 ἀκροατικοί. 228. 239. οἱ κατὰ φιλοσοφίαν, ἐσωτερικοί. 229. 231. 235. ἴδιοι. 235.
Λύπη. Vide Dolor. quid? 69. 70. 71. 72. 73. effectus opinionis. 67. 73. συστολὴ ψυχῆς. 51. 52. 57. καὶ μείωσις. 67
Λύσιοι θεοί. 328.
Μέρος κατὰ δύναμιν, κατὰ μέγεθος. 205. 207. Vide Διαίρεσις.
Μέρος κατὰ δύναμιν, κατὰ γένος, κατ᾽ οὐσίαν. 215
Μέρος κατὰ ποσὸν, & κατὰ ποιόν. 294 298
Μέρος, & δύναμις, vel λόγοι τοῦ μέρους, uti differant? 192. 205. 206. 294. 296. 298.
Μέρη, εἴδη, δυνάμεις. 185. 193
Μέρη ὁμοιομερῆ, & ὁμοειδῆ, vel ἀνομοιομερῆ. 301. 302. 303
Μεριστὸν inanimâ, etiam μεμερισμένον. 326
μεταβατικὸς, qualis motus? 131. 132
μετακόσμησις, quid? 169. 177
Μεταψύχωσις, μεταγγισμός. 171
Μετεμψύχωσις, μετακόσμησις. 169. 329.
Μηφοκοζμιος, unde dictus homo? 170
Μνημονικὸν brutorum animantium. 136.
Μόριον, μέρος. 185. ubinam ſubaudienda hæc vox? 187
Μύησις, & ἐποπτεία. 14
Μυστήρια ſectarum. 235

Μ.

ΜΑθητοὶ, οἰκειακοί. 228. οἰκεῖοι, familiares. 229. ἐξωτερικοί. 235.
Μαῦ, amor, Aegyptiaca. 169
Μαίρωμι, φιλάνθρωπος. 169
Μακάριος, τίς; 11
Μείωσις ψυχῆς. Vide Λύπη.
Μέρος Platoni, & Ariſtoteli, quid? 198. μόριον. 185. ubi vox hæc ſubaudienda? 187

Ν.

ΝΕαλὲς, quid? 71
Νόημα, νοῦς, ſanguis cordi ſuffuſus. 180
Νοητικὴ ψυχή. 135. 219.
Νοητικὸν, cogitatorium. 187
Νοητικοῦ, intelligentiæ, ceu artificis, inſtrumenta, an ſenſus? 217
Νοητικοῦ ὄργανον οὐδέν. 216. 217
Νοῦς, ψυχὴ, ζωὴ, φύσις, ἕξις. 303. γνώμη, λόγος. 180. 181. mens. 195.

Vv.

195. r. :nus animi, νοερὰ, λογικὴ, ψυχή. 201. λόγος. 242. 246. ἐπιβήτωρ animæ. 308. λόγος, ἡγεμονικὸν, τὸ συνέχον τῶν δυναμέων. 315. 317. ἥγουν τῆς ψυχῆς. 310.
Νοῦς ὁ ἐνεργείᾳ, intellectus agens. ποιητικὸς, ἐνεργητικός. 223
Νοῦς κατ' ἐξοχὴν, ὁ πρακτικός. 218. 225.
Νοῦς δοξαστικὸς, πρακτικός. 225. 243.
Νοῦς πρακτικὸς, καὶ θεωρητικός. 218. 221. 222. 224. 225. 231. 242. 293.
Νοῦς, θεωρητικὴ δύναμις, Ariſtoteli quid? 222. 223
Νοῦς, quomodo dicatur χωριστός? 214. 216. 218. 220. 221. 222. 223. 224.
Νοῦς, & διάνοια. 219
Νοῦς, & λόγος. 135
Νοῦς, & φρένες. 173
Νοῦς, Paulo apuſtolo, quid? 117
Νῶμα, νόημα, ἐνθύμημα, γνώρισμα. 181
Νώσασθαι, γνώσασθαι. 181
Νώσκω, γνώσκω. 181.

O.

Ὀμαῖοι, & ὁμακόιοι. 235
Ὀμαῖον, & ὁμακοῖον. 235.
Ὁμοπάθεια facultatum animæ. 283
Ὄνειρος, σκιὰ, εἴδωλον. 321
Ὄργανον τῷ νοητικῷ οὐδέν. 216. 217
Ὀργὴ, quid? 138. 143.
Ὀρέγειν, & ὀρέγεσθαι. 27
Ὀρέγεσθαι, ὁρμήσασθαι. 49
Ὀρεκτικὴ δύναμις. 148
Ὀρεκτικὸν, τῶν παθῶν αἰτία. 141
Ὀρεκτικὸν, & γνωστικόν. 42
Ὀρεκτικὸν, & ὄρεξις. 318
Ὀρεκτὸν, & ὀρεκτέον, bonum, & κατηγόρημα. 48
Ὄρεξις, Vide Appetitus. 24. 25. 26. 27. 50. voluntas. 318. πότερον τῆς ὁρμῆς προηγεῖται; 27. 43. τί; 44. 45. 46. ὁρμῆς γένος. 26. effectus τῆς ἐπιθυμίας. 51
Ὄρεξις τριττή. 120
Ὄρεξις ἄλογος, καὶ λογική. 64
Ὄρεξις βουλευτικὴ, καὶ ἄλογος. 47
Ὄρεξις, γνωστικὴ, καὶ κριτική. 42
Ὄρεξις, in, & extra noſtram poteſtatem. 50. 56
Ὄρεξις, καὶ ἐπιθυμία. 65
Ὄρεξις, & ὁρμὴ, &c. 49. 50. 51. 52
Ὀρέξεις, ὁρμαὶ, πάθη ἄλογα. 80
Ὀρέξεις ἄλογοι, ζωαὶ τῶν σωμάτων. 120.
Ὀρέξεις ἄλογοι, unde? 82. 83
Ὀρέξεων εἴδη. 50
Ὁρμᾶν, tendere. 25
Ὁρμαίνειν, διαλογίζεσθαι. 50
Ὁρμαὶ, δόξαι. 83. ὀρέξεις, πάθη, ἄλογα. 80
Ὁρμαὶ omnes, συγκαταθέσεις. 48
Ὁρμαὶ ἄλογοι, unde? 82. 83
Ὁρμαὶ πρακτικαί. 48. 49
Ὁρμαὶ animantium, an πάθη? 139
Ὁρμή. Vide Appetitus. ἔνδοθέν ἐστιν ὅλη. 23. 26. appetitio, ὄρεξις, impetus. 24. 25, 26. 50. 52 54. 123. ad κατηγορήματα fertur.

tur. 48. πότερον τῆ ὀρέξεως προηγεῖται; 27. 43. 44. 45. poſt ζυγκατάθεσιν. 120. prima & ſecunda. 25. in noſtrâ poteſtate. 50. 53. 56. beſtiis naturalis, homini cur πλεονάζουσα; 105. cui ratio ponit modum. 106. & unde? 107
Ὁρμή, & λόγος. 86
Ὁρμὴ λογική, καὶ εἶδος αὐτῆ, ἡ ὄρεξις. 44. 45
Ὁρμή, & ἀφορμή. 27
Ὁρμή, & ὄρεξις. 49. 50. 51
Ὁρμὴ & φαντασία, & συγκατάθεσις, & κατάληψις. 49
Ὁρμῆς ſignificationes. 151
Ὁρμῆς εἴδη. 44. 45
Ὁρμῆς εἶδος, ἕξις ὁρμητική. 46
Ὁρμῆς πρακτικῆς εἴδη. 46
Ὁρμητικὴ δύναμις. 132
Ὁρμητικὴ ζωή. 133. 134. 137
Ὁρμητικόν, ὀρεκτικόν. 42
Ὀρύσσω, ὀρύω, ὄρυσις, ὀρύειν, & ὀρύματα. 45
Οὐσία, non eſt δύναμις. 120
Οὐσία αἱματική, humor natiuus, caloris paſtus. 178

Π.

Π In κ, apud Dores. 25
Πάθος, quid? 11. 51. 52. 54. 55 65. 81. 82. 85. 86. 87. 91. 288.
Πάθος, & δόξα. 66. 67. 69
Πάθος, vocis, duplex uſus. 289. definitio falſa. 100
Πάθη. Vide Appetitus. perturbationes, an κρίσεις ſint? 42. 60. 97. 98. 99. 100. 108. 143.
Πάθη, & κρίσεις. 60. 66
Πάθη, ὁρμαί. 49. 50
Πάθη, ὁρμαί, & ὀρέξεις ἄλογοι. 80
Πάθη, & ὁρμαί. 139
Πάθη, συγκαταθέσεις, &, an in noſtra poteſtate? 119. 120
Πάθη, ἐ λόγοι, ἀλλὰ παρὰ λόγον, ἐν ἡγεμονικῷ ᾖ, ratione nil variante. 60. 84. 85. 88. 89. 98. 99. 100. ἐκ ἐν ἀλόγοις ζώοις. 105
Πάθη, an ἀρεταί; 100
Πάθη, ex ὀρεκτικῷ. 141
Πάθη τὰ πρῶτα καὶ ἀρχηγά. 53. 75. γενικά. 103.
Πάθη ἄλογα. 87
Πάθη in eâdem ſede cum ratione, licet præter rationem. 154
Παθῶν αἴτιον. 90. 92
Παθῶν cauſſa. 93. 106. 107. 109. Vide Appetitus.
Παθῶν ſedes. 107. 115. 117. 119
Παθητικόν, ψυχῆς μέρος. 143. ὀρεκτικόν. 148. 149
Παλιγγενεσία Pythagorica. 329
Πανδέκται, ἐγχειρίδιον. 6
Παράγγελμα, ὑποθήκη. 13
Παράδοξος ὑπόληψις. 29
Παραίνεσις, ὑποθήκη. 13
Παραξιφίς, ἐγχειρίδιον. 6
Παρασκευή. 46. 47
Παραστατικὴ κίνησις. 132
Παρὰ φύσιν, τὸ ἄλογον. 54. 55. 56
Περιπνεῖσθαι, inſectorum. 130
Περίσκεψις. 83
Πινακίδιον, breviarium. 6
Πνεῦμα. Vide Spiritus. anima. 190 animæ ſubſtantia. 125. 165. 167 176.

176. 178. 191. θυμὸς, ψυχὴ, animus, anima. 124
Πνεῦμα σύμφυτον, quo conſtat animæ animalium ſubſtantia, 130
Πνεῦμα refrigerans natiuum calorem. 130.
Πνεῦμα, νοῦς, Paulo apoſtolo, quid? 117.
Πνεῦμα ψυχικὸν, καὶ ζωτικόν. 142
Πνευματικὴ δύναμις ψυχῆς. 125. 127.
Πνευματικοί. 118. 119
Πνοὴ, & ψυχὴ, coniuncta. 130
Πόθησις, πόθος. 24
Ποιότητες ὑπώδεις. 206. δυνάμεις ψυχῆς. 265
Πολιτικαὶ ἀρεταί. 15
Πορευτικὴ κίνησις. 132
Πρᾳότης, lenitas, quid? 152
Πρακτικαὶ ὁρμαί. 48. 49
Πρακτικὴ ἀρετή. 15
Πρακτικὸν, actorium. 187
Πρακτικὸς νοῦς. 218. 219
Προαίρεσις. 46. 47. ἐκ διανοίας καὶ ὀρέξεως ὑπάρχουσα. 28
Πρόβλημα, quid? 29
Προβλήματα, ἐγχειρίδιον. 6
Προενδημεῖν, quid? 77
Πρόθεσις. 46
Προκατάρξις. 46
Πρόληψις, pars ſolius ἡγεμονικοῦ. 293
Προσαρτήματα ψυχῆς, 167. 261. 262. 299.
Προσδοκία. 61. 62. 79. 80.
Προσδόκιμος, opinatus, expectatus. 62. 79.
Προσεπιδοξάζειν. 32. 33
Προσπάθεια magnetis. 288
Προστασία. & προστάτης, quid? 123
Πρόσφατον, κινητικόν. 58. quid? 70. 71. 72. 73. quibus conueniat? 75. 76. 78. 79.
Προσφύεσθαι, adoleſcere. 301
Προσφυὴς, & συμφυής. 166
Πρόσφυσις, συμπλοκή. 299. quid? 300. in quibus? 304. vinculum non habet. 291
Πρόσφυσις. Vide Σύμφυσις.
Προφορικὸς λόγος. 90
Πρόχειρα, quales libri? 7
Πρόχειρα ἔχειν. 8
Πτώσεις, & ἐπάρσεις. 68.

Σ.

ΣΑρκικοί. 118. 119
Σαρκὸς θελήματα, mentis rationi contraria. 117
Σκιὰ, εἴδωλον, ψυχή. 321. 322
Σοφοὶ, philoſophi. 231
Σπερματικὸς λόγος. 98. 122. ὀκτωμερής. 102
Στοργὴ, illorum quæ ſunt eiuſdem generis. 288
Σύγγραμμα. Vide Scriptio.
Συγκατάθεσις Stoïcorum, quid? 97 δόξα. 37. 40. 42. ἕξεις, quibus πάθη fiunt. 99. ὁρμὴ, ὄρεξις. 25. 27. φαντασία. 32. 34. ὑπόληψις. 36. 37. 40. 41,
Συγκατάθεσις, & ὁρμὴ, & φαντασία, & κατάληψις. 49
Συγκαταθέσεις, ὁρμαί. δόξαι. 48. 83. τῶν ἀξιωμάτων. εἰσὶ. 39. τῆς δόξης. 40. in noſtrâ poteſtate. 119

Συγκα-

Συγκατάθεσις, & ἀξίωμα. 49
Συγκατάθεσις καταληπτική, unde? 82.
Σύλλογος ἱερὸς, ὁ τῶν ἀκροατῶν. 235
Συμμετρία & ἀσυμμετρία, ex quibus pulcritudo fœditaſque conſtat 310.
Συμπάθεια, quid? & quarum rerum? 289. 290. ἐκ τῆς ἑνώσεως. 261. 268. 284. 285. non confert συνέχειαν; ſed hæc illam. 261. ἕνωσιν oſtendit. 270. eſt ex mutuâ προσπαθείᾳ. 288. 290. gignit coniunctionem vel continuationem. 276
Συμπάθεια, quæ abſque συμφύσει. [illegible]4.
Συμπάθεια, quæ ἑνώσεως cauſſa, & quæ συμπαθείας alius. 290
Συμπάθεια facultatum animæ. 266. 268. 271. 279. 283. potiùs ἀντιπάθεια. 270. 279. 280. 283. 285. ubi locum habeat? 273. 280. 282.
Συμπάθεια membrorum corporis & partium animæ. 285. 287.
Συμπάθεια turturis & pſittaci. 288
Συμπαθείας aliud genus. 275. 276. aliud. 281
Συμπάθειαν quidnam declaret? 274
Συμπάθεια, & ἀντιπάθεια, animorum. 276. ortus. 277. 278. 283
Σύμπνοια animorum, an detur? 283
Συμπλοκή. 263. 268. πρόσφυσις. 272. 274. 299. 300. quid? 276
Σύμπτωμα, ἐπιγέννημα. 66. 67
Συμφύειν, συνέχειν. 305
Συμφύεσθαι, coaleſcere. 301
Συμφυῆ, ἡνωμένα. 301. 302. συνεχῆ. 305
Συμφυής, & προσφυής. 166
Σύμφυσις, ἕνωσις. 275
Σύμφυσις, συνέχεια. 276
Σύμφυσις per συμπάθειαν declaratur. 274.
Σύμφυσις, cauſſa συμπαθείας. 278
Σύμφυσις quando nulla, ubi tamen συμπάθεια, & συμπλοκή? 274
Σύμφυσις duplex, ἐν πνεύματι συμφύτῳ. 272
Σύμφυσις animorum, an detur? 283.
Σύμφυσις, & πρόσφυσις. 261. 262. 265. 267. 269. 271. 272. 273. 274. 278. 279. 282. 290. 299. 300. 304.
Συμφύσεως cauſſa. 302. 304
Σύμφυτον, quid? 301
Συναπτόμενα. 299. 305.
Συναπτόμενον, & ἡνωμένον. 269. 273. 276.
Συνδεῖν, συνεχὲς ποιεῖν. 305
Συνδετικὸν, συνεκτικόν. 305
Συνδετικὸς amor, animæ vinculum. 308.
Συνεκτικὴ ζωή. 131
Συνεκτικὸν, συνδετικόν. 305
Συνέξις, ἕξις, ἑνώσεως ποιητική. 306.
Συνέχεια, σύμφυσις. 276. in rebus tantùm κατὰ σύμφυσιν iunctis. 262. 269. quomodo? 271. 272. Vide Cõtinuatio. non fit κατὰ τὴν συμπάθειαν, ſed contra. 261. per συμπά-

θειαν declaratur. 274
Συνεχείας ποιητικὴ ἕξις. 306
Συνέχειν συνεχὲς ποιεῖν, συμφύειν. 305. διακρατεῖν. 306
Συνεχὲς, & συνέχον. 306
Συνεχῆ, συμφυῆ, ἡνωμένα. 305
Συνέχον, quid? 305.306. τὸ ψυχῆς, quodnam? 310.311.312.315.
Συνέχον, & συνεχές. 306
Σύνταγμα, ἐγχειρίδιον. 5
Σύστασις λογικὴ, φύσις λογική, una. 88. 93. 95.
Συστολὴ ψυχῆς. Vide Λύπη.
Σχέσις, διάθεσις, ἐπίκλισις φυσική. 288.289.
Σχέσις τελεία animæ rationalis. 120.
Σῶμα, ἀνομοιομερὲς καὶ μεριστόν. 281
Σωμάτων ζωαὶ ἄλογοι, appetitus irrationales. 120.122.

Τ.

Ταπείνωσις, πτῶσις. 68
Τελειότης, & κάθαρσις. 14
Τέλος τοῦ ἀνθρώπου. 54
Τόνος, εὐτονία, qualis animæ facultas? 95.101
Τριάς θεῖα δυνάμεων ψυχῆς. 256. 305.
Τριψυχία. 250.252. ab eâ vindicatus Ariſtoteles. 256
Τροπὴ ψυχῆς, ἀλλ' οὐδεμία τοῦ λόγου. 99.

Υ.

Ὑγεία, virtus. 248
Ὕπαρξις, ἔσις. 130
Ὑποθυμιέσθαι. 9
Ὑπερβαλεῖν, ὑπολαβεῖν. 30
Ὑπερβλήδην ἀποκρίνεσθαι. 30
Ὑποθῆκαι Πυθαγορείων. 12
Ὑπολαβεῖν, reſpondere. 30
Ὑπόληψις, ab intus proficiſcitur. 20. nam animi noſtri motus eſt. 21. 23. 27. Συγκατάθεσις. 36. 41. in noſtrâ poteſtate. 50. 56. τῆς ὁρμῆς προηγεῖται. 27. 32. quid? 28.29.30.33.42.43.
Ὑπολήψεις, ὁρμαί. 83

Φ.

Φάβος, φάος. 45
Φαινόμενα. 33
Φαντασία. 32.33.34.38.4[illegible]1. 42.44. quid? 310. δόξα, κρίσις. 143.
Φαντασία, & ὁρμὴ, & Συγκατάθεσις, & κατάληψις. 49
Φαντασία præſupponit ἡγεμονικόν. 136
Φαντασίαι unde? 136
Φαντάσματα, εἴδωλα. 321
Φανταστικὸν, in homine, & beſtiis, quo-nam referendum? 318
Φανταστικὸν equorum & canum. 136
Φθὰ, Ægyptiace Ἥφαιστος. 169
Φθονερία, invidentia. 52
Φιλάνθρωπος, μαΐρωμι, Ægyptiace. 169.
Φιλία δυνάμει. 277
Φιλία σχέσις φυσική. 290
Φόβος, quid? 67. 68. 72. 142. Vide Metus.
Φορὰ, μεταβατικὴ κίνησις. 132
Φρένες, & νοῦς. 173

Φρόνη-

Φρόνησις, virtus. 248. omnem virtutem complectitur. 174
Φρόνιμοι, πρακτικοί. 231
Φυγή. Vide Δίωξις.
Φυμός, θυμός, fumus. 124
Φυσική, φυλική, vegetativa. 122. 124 plantarum. 133
Φυσικὴ ψυχή. 135
Φυσικόν, φύσις, θρεπτικόν, plantarum. 159
Φύσις, ὁρμή. 54. ζωή, ψυχή, νοῦς, ἕξις. 303. 304. λόγος. 54. 56. 86. 87. 122. ὁρμή. 123. ψυχή, λόγος. 130. 131
Φύσις, & ψυχή. 122. 129. 130. 133. 139.
Φύσις, φυσικόν, θρεπτικόν, plantarum. 133. 159
Φυτικόν, αὐξητικόν, θρεπτικόν. 143.
Φυλικόν, φυσικόν, plantarum φύσις, & θρεπτικόν. 133. 159. 160.
Φυτὰ διαιρούμενα ζῇ. 325.

X.

Χῶ, Aegyptia vox, quid? 169
Χωμαιφθὰ, Thebæorum rex; κόσμος φιλήφαιστος. 169
Χωρισμός. Vide Διαίρεσις.
Χωριστόν, & χωρίζεσθαι, quot modis apud Ariſtotelem de partibus animæ accipiatur? 226

Ψ.

Ψυχή, quid? 124. ἡγεμονικόν, & vocis uſus. 309. 310. Nyſſeno de ſolâ rationali. 133
Ψυχή, ζωή, ζῶον, πνοή, an coniuncta? 129. 130. 133.
Ψυχή, ζωή, φύσις, ἕξις, νοῦς. 303. 304.
Ψυχή, θυμός. 125
Ψυχή, una idea. 168
Ψυχὴ σύμφυτος. 304. ὁμοιομερής. 301. 302. ὁμοειδής, καὶ ἀμέριστος. 281. vel ἀμερής. 297. ἀμερὴς μὲν, πολυδύναμος δέ. 315. μεριστή, & tamen ἀμερής, & μονομερής. 198. 199. μονομερής. 166. 167. δίπτυχος, τρίπτυχος, πολύπτυχος. 167. διμερής, τριμερής. 160. 167. 168. 169. 176. 184. διμερὴς, Platoni & Ariſtoteli, quomodo? 202. 242. 244. 246. διμερής. 227. τριμερής. 189. 194. 199. quomodo Platoni & Ariſtoteli? 202. 204. 206. 209. 212. 213. 227. 244. 246. 249. Τριμερής. 297. 310. 312. 314. an propter virtutum σύστασιν inventa? 316. Τριφυής. 213. τετραμερής. 198. 199. 200. 245. 246. 249. 255. πενταμερής. 255. 312. ἑξαμερής. 189. ἑπταμερής. 159. ὀκταμερής. 121. 122. 125. 155. 157. 158. 159. 184. 189. 192. 194. 202. 265. 292. 310. 311. δεκαμερής. 159. 189.
Ψυχὴ λογική, νοερά. 180
Ψυχὴ νοητική, λογική, & αἰσθητική, φυτική, θρεπτική. 219
Ψυχὴ ἄλλη, reliquæ partes animæ. 179.

Ψυχὴ, καὶ λόγος. 99
Ψυχὴ, λόγος, φύσις. 130
Ψυχὴ, & φύσις. 122. *cur plantis negata?* 127. 129. 130. 133. 139.
Ψυχῆς *etymologia.* 127. *vocabulum homonymum.* 253
Ψυχῆς ἀκρότεια. 93. ἀπνία, ἀπνία. 94. 95. 101. *quæ non per ſe, ſed comparativa.* 102. 103. *& per experientiam.* 113
Ψυχῆς μέλη. 191
Ψυχῆς ὄγκος εἷς, καὶ συνεχὴς, καὶ ἀμερὴς, καὶ ὁμοιομερής. 282. 283.
Ψυχῆς συστολὴ, καὶ ἔπαρσις, λύπη, καὶ ἡδονή. 51. 52. 57
Ψυχῆς συστολὴ καὶ μείωσις. 67
Ψυχῆς λογικῆς δυνάμεις. 140. *virtutes & vitia.* 141
Ψυχαὶ, *animarum umbræ.* 321. *quia umbris ſimiles.* 322
Ψυχικοί. 118. 119.

Ω.

Ως εἴρηται, &, ὡς λέγεται. 240.

INDEX
LATINUS.

A.

Abintus, ἰδιόθεν. 19
Accidens, & *facultas*. 262. 264
Accidentia non inſunt ut quaſi partes. 264.265
Acervatio. & *nexus*. 269
Actorium, τὸ πρακτικόν. 187
Ad manum, πρόχειρον. 8
Adoleſcere. προσφύεσθαι. 301
Adſectatio. Vide Ἐπιχείρησις.
Adſpiratio, εἰσπνοή, ἀναπνοή. 129
Aegritudo, quid? 57
Aegritudo, Vide Dolor, & Νόσος.
A manu, & ad manum, idem valent. 8
Amanuenſe, quod ad manum. 8
Amanuenſes ſcribæ. 9
Amor. μαί, *Aegyptiace.* 169
Amor ſenſus, vinculum animæ 305. ἀμοιβή. 308.
Amoris ſedes, iecur. 314
Anima, Vide Facultates. & Ψυχή. *quid?* 118.177.272. 292. *harmonia; tēperamentum; & medium inter mentem animi corpuſque.* 285. *calor naturalis, cum ſpiritu.* 176. *ſubſtantia eſt, & corpus.* 191. *vita* 122. *animus*, ἄνεμος, ἄνεμος. 124. πνεῦμα. 125. *mens.* 157. *an cœlitus infundatur? & quo tempore?* 129. *an ex aëris frigidi pulſu capiatur?* 130.
Anima in corpore. 217. *an tota in qualibet parte.* 286. *non tota, quamvis poteſtate præſens. in omnibus & ſingulis membris corporis.* 288. *ubi corpus reliquit, difflatur, & putreſcit.* 305.
Anima lædatur-ne, quum oſſa & cineres violantur? 328. *ſecreta à corpore, an ſentiat?* 324. *& quidem cum membris ſecta & diviſa?* 325.326
Anima, an μεριστή? 262.263. *quomodo?* 271.272.291.292.315. *& tamen una.* 318. *an partibus ſecundum corporis membra?* 287. *an* τοπικῶς *diviſa? & an* ἀμέριστος *ſimul, &* μεριστή; 282. 285.286.298.299.
Anima μεριστή, *animus* ἀμέριστος. 308.
Anima μεριστή, διαιρετή, *incorporea & æterna.* 325. 326. χωριστή, & ἀχώριστος. 329.
Anima, an κατὰ συμπλοκὴν *ex duabus iuncta?* 263.268. *ſimplex & incorporea, quaſi compoſita, vel* σύνθετος. 263. 264.291.
Anima, an corporea, & tamen immortalis? 182
Anima unius individui una. 328
Anima hominis, licet compoſita, & nutrimento indigens, una tamen; &, licet facultates ſedibus diſtinctæ, non tamen ea locis & ſubſtantiâ diviſa. 154. 155. 156. 163. 164.166. 171. 172. 174. 176.177. 179. 182. 183. 184. 187. 188. 189.190.
Anima una. 244.245.249.292.304,308. 312. *una* οὐσία; *ſed* πολυδύναμος. 256.258 *una pars.* 115. *unum* συνάρτημα. 262. *quomodo una?* 268.270.272. 297.
Anima triplex. 133
Anima humana, utrum ſimplex? 117
Anima humana, una. 121
Anima humana una, caro, & ſpiritus; in eâ ἁπλῶς *anima rationalis & irrationalis nulla.* 116
Anima hominis, πολυμερής, *ſecundum facultates.* 166
Anima humana triplex, an ſede diſtincta? 134.135.136.
Anima rationalis, quæ ſimul & irrationale habet. 176
Anima humana, an tantùm rationalis.

lis. 245.248
Anima λογικὴ *&* νοερὰ, *una.* 119
Anima rationalis, irrationalis, & huius partes, θυμικὰ, καὶ ἐπιθυμητικά. 106
Anima rationalis, an immortalis? 172
Anima mortalis, & immortalis, quomodo Platoni & Ariſtoteli dicatur? 222.
Anima continens animam. 315. *ideoque individua.* 304.305
Anima quarta, & quinta. 135
Anima vermium. 319.320
Anima animæ. 308
Anima, & animus. 221
Anima, & animus; mortalis, & immortalis. 284
Anima, & anima reliqua. 222.253
Anima, & mens. 226
Anima, & facultates tres. 122
Anima ſubſtantia. 177.178.179.261. κρᾶσις τοῦ σώματος. 164. πνεῦμα. 176. 191. 265. *an* οὐσία *una?* 284. *ſubſtantia una an compoſita?* 260. *una ſubſtantia, quomodo diſtinguatur?* 315
Anima humana una ſubſtantia. 117.253
Animæ partes, omnes rationales, Stoïcis. 244.
Animæ ſubſtantiæ duæ. 305
Animæ alia diviſio, εἰς νοῦν, φρένα, καὶ θυμόν. 173.181.
Animæ diviſiones. 192
Animæ diviſio, qualis? 208. Vide Διαίρεσις. Μέρος.
Animæ in mortalem, & immortalem diviſio. 209
Animæ diviſio. 241.242.243.245.315.316.
Animæ in rationalem & irrationalem diviſio. 197.209
Animæ diviſio, & ſumma authorum ſententia circa illam. 319
Animæ diviſio, vinculum partium præſupponit. 329
Animæ triplicitas explicata. 137. *& ſedes oſtenſa.* 140.141.153.
Animæ tripertitio, διάκοσμος. 168
Animæ ſpiritus, an tot, quot formæ cupiditatum, ab animalium ſimilitudine nominata. 165.167
Anima, an diverſa generat? 201
Animæ genera vel partes aut facultates. 317.
Animæ facultas, an aliqua præternaturalis? 94
Animæ facultas duplex, ſecundum Platonicos. 117
Animæ facultates. 114. *ſedes, & ſubſtantia, iuxta Platonicos.* 115
Animæ facultates tres. 104
Animæ humanæ partes tres, & ſedes totidem. 146
Animæ facultates, ποιότητες οὐσιώδεις. 206
Animæ humanæ facultates, an ſubſtantiæ ſeparatæ? 120.121
Animæ facultates aliæ, tribus primariis non comprehenſæ. 159.161.164.180
Anima indiviſibilis, partes quoq; indiviſibiles. 196.197
Animæ individuæ partes. 304
Animæ partes. Vide Facultates.
Animæ partes, & facultates, an una, vel plures? 87.89.93. *quænam? & earum loca.* 160.161.162
Animæ partes; rationalis, & irrationalis, hæc, ἄλογος *prorſus, vel* παθητικά*: hæc, concupiſcibilis, iraſcibilis.* 150.157 153.256.157.
Animæ partes, ſenſus quinque eiuſdem eſſentiæ cum rationalis eſſentiâ. 118.121.
Animæ partes plures aliæ. 148
Animæ partes plures, quàm corporis membra. 188. *penè infinitæ.* 246. 255.260.
Animæ partes, οὐσιώδεις. 263. *&* σύμφυτοι. 264.
Animæ, πνευματικὰ *partes,* πνεύματα, *miniſtra, & principalis.* 190.191.265.266
Animæ partes, quomodo ſeiunctæ? 207. 209.210. *an in unâ ſede hæreant?* 211
Animæ partes quomodo diſtinguantur? 266.

Anima

Animæ partes, μόνῳ τῷ λόγῳ differunt invicem. 193, *&* δυνάμει. 194. 194. 199. 245. 249.
Animæ partium συμπάθεια. 160
Animæ partium vinculum. 303. 308
Animæ pars mortalis, κτίσις, ideo creata, quòd mortalis. 167
Animæ pars mortalis, eiuſdem tamen cum immortali ſubſtantia eſt, licet hæc incorporalis ſit. 182
Animæ rationalis & irrationalis, & facultatum earundem, differentia 222
Animæ rationalis & irrationalis diſtinctio, qualis? 223
Animæ rationalis facultates, 218. 221. 222. *vel partes.* 224. 242. 243. 246. Vide Nῦς.
Animæ rationalis partes. 219. 242. 243.
Animæ rationalis facultas ſeu pars irrationalis. 121
Animæ rationalis, irrationalis pars, quæ rationis quadamtenus particeps. 143
Animæ rationalis χιτὼν τρίτος. 120
Animæ rationalis intellectiva, an pars totius? 223
Animæ humanæ origo. 120. *perfectio, iuſtitia.* 162. *vinculum, amor divinus.* 305. 308
Animæ nutrimentum. 178. 179
Animæ principalis appendices. 167
Animæ auriga, & biga, atque ὀχήματα. 308. 310.
Animæ cineres, & umbræ. 327. 328
Animæ, an pluralis pro ſingulari, in loco Virgilii. 327
Animæ, an ante corpus? 328
Animæ, an duæ, vel una? 226. 227
Animæ, an tres? 280
Animæ tres, an quatuor? 320
Animæ inſepultorum. 328
Anima, & umbra. 320. 322. 324
Animarum vinculum, anima. 300. 308.
Animus, ſummus animæ gradus. 136. *ſpecies animæ.* 253. *animæ pars.* 293. *mens.* 308. Vide Nῦς.
Animus, & mens, an ab animâ diſtẽt? & an ſint? 284
Animus ipſi animæ id, quod corpori anima. 308
Animus quomodo χωριστὸς ab anima. 211
Animus ſapientis & inſipientis. 33
Animus, & anima. 253
Animi vis duplex. 214. 215
Animorum an aliqua σύμφυσις, & σύμπνοια. 283
Animoſitas, in corde. 313
Appendices animarum plurium. 261. 299.
Appetiones, vel appetitus. Vide Cupiditates.
Appetitus, vel appetitio, & appetentia, quid? 50. 51. 52.
Appetitus animi, corporis. 147
Appetitus irrationales, ζωὴ συμπλέκεται ἀλόγῳ. 120
Appetituum origo. 104. Vide Ὁρμή.
Arbores, an moveantur? 131
Arcana ſectarum. 285
Ariſtotelis κακίζεται. 203
Artium diviſio. 231
Auditores. Vide Μαθηταί.
A veſte, &, ad veſtem, idem. 8

B.

BEſtiarum intellectus, naturalis. 173
Beſtias ratione non carere. 136. 172. 181.
Breves libri, breveta, breves. 7
Breviarium, πινακίδιον. 6
Brevis, βραχύ. 7
Bruta. Vide Beſtia.

C.

CAdavera, an animâ participent? 176.
Calor nativus naturâ prior reſpiratione. 128.
Calor naturalis, cum ſpiritu, anima. 176
Calor, inſtrumentum alentis animam facultatis. 178. Vide Θυμόν. Πνεῦμα.
Canes, quoque boni dialectici. 136

Caput, radix. 142. *an principium omnis motionis?* 142
Caro & ſpiritus, anima una. 116
Cineres animæ, & umbræ. 327. 328
Circumſpiratio quid faciat in calore nativo? 130
Cogitatione diſcreta, λόγῳ & δυνάμει. 207
Cogitatoriũ, τὸ νοητικόν. 187
Cognoſcere, intelligere, ἰδίωμα γνωστικόν. 317.
Complexio. Vide Κρᾶσις.
Compoſitorum genera. 269. 273
Comprehenſio, κατάληψις. 37
Conatus, Vide Ἐπιχείρησις.
Concreta, continua, unita, ἡνωμένα, συμφυῆ. 302
Confidentia, quid? 143
Congregatio ἐκ διεστώτων. 276
Coniunctio, continuatio. 276. συμπάθειαν *parit.* 278.
Conſilium, νοῦς, λόγος, *animæ facultas.* 180
Contemplatio, ἐνέργεια θεωρητικῆς διανοίας. 220.
Continua, concreta, unita, ἡνωμένα, συμφυῆ. 302
Continuandi verbum. 306
Continuatio, quid? 269. Vide Συνέχεια, *coniunctio.* 276. *an, ſympathia? ibid.*
Continuum, per formam. 329
Convenientia naturæ, ſympathia. 276
Coaleſcere, συμφύεσθαι. 301
Copulandi verbum. 306
Cor, principium, & fons facultatũ. 266. *ac ſedes ibid.* 266. ἀποδεικνύειν τὸ αὐτόν, *Ariſtoteli.* 251. 252. τοῦ θυμοῦ *cauſſa & ſedes.* 106. 124. *animoſitatis ſedes.* 313. διανοίας. 119. *facultatum animæ, Chryſippo.* 121 ἡγεμονικοῦ καὶ παθητικοῦ. 115. 117. 141. 142 ἡγεμονικοῦ. 179. 180
Corporum genera. 269
Cupiditas. Vide Ἐπιθυμία.
Cupiditates. Vide Ὁρμή, & Appetitus.
Cupiditates, an in noſtra poteſtate? 120.
Cupiditates & appetitiones ἄλογοι, παρὰ δὲ καὶ διανοίας θελόμεναι. 117
Cupio, ex πόθῳ *factum.* 24. 25.

D.

Deforis, ἔξωθεν. 19
Deintus, ἔνδοθεν. 19
Deſiderium, & ὄρεξις. 24. 25
Deſiderum, ὄρεξις. 25. 26. 27. 50
Differentia ſpecifica, παραλλαγὴ εἰδοποιὸς, εἰδοποιὸς ἐνέργεια, διάκρισις γεννητικὴ καὶ ποιητική. 205
Digiti ſemianimes, micant, amputatâ manu. 326
Dolor, quid? 61. 65. 66. 67. 75. 76. 78. Vide Λύπη.
Dumam, ſilens hebraice. 131

E.

Epicteti ſæculum, & vita ſtatus. 2. *lucerna fictilis.* 3. διαλέξεις, διατριβαί, *ſive diſſertationes.* 1. 2. 5. 6. & λόγοι. 2. *Enchiridion.* 4. 6.
Eſſe ſuum ἕξις ψιλή. 302
Excurſio, ἡ ἐκ τῶν τόπων κίνησις. 252
Exercitatio, & experientia, 77. *docet animi docet.* 113
Extrinſecus, ἔξωθεν. 19. *& extriſecus.* 20.

F.

Facultas. Vide Pars.
Facultas animæ, pars dicta, & ἔστι. 121. 265. *quaſi pars.* 264. *non accidens.* 265.
Facultas ſubſtantiæ pars talis, quo etiam corpus, utpote unius corporis membrum. 265
Facultas, & accidens. 262. 264
Facultates, potentiæ, vires, virtutes. 158. *partes.* 177. *Animæ partes, quales partes?* 266. σώματα. 125. *in toto, quaſi in ſubiecto.* 264. *non regionibus, ſed ſolo intellectu ſeparanda.* 318. *quomodo localiter diviſa?* 265. *quomodo ſeparabiles?* 317
Facultates, & operationes. 296
Facultatum ἱδρυμένων *in corde.* 266

Facultatum ſedes. 121.193.204.208.212. 227.262.271.272.314.315.
Fama, ὑπόληψις, δόξα. 31
Familia, ſecta. 229
Ferrum, an magnetis pabulum? 289. *eorum quæ coniunctio?* 290
Ferrum, quod magnetem abigit. 289
Fœtus, uteri quaſi planta. 128
Fœtus ante partum, an animal? 128
Fœtus utero excluſus; & ferrum è fornace candens, στομώματα. 129
Fœtûs motus. 132. *ſonus vocalis, in partu, unde?* 129
Forma, idea. 168
Forma in individuo uno num plures? 135.
Fumus, φυμὸς, θυμὸς. 124.

G.

GEmini. Vide Teſticuli.
Generatricis virtutis ſedes, 314
Gnoſco, noſco. 181

H.

HOmo verus, quis? 17.18
Homo ante partum, ſeu fœtus, an homo? 128
Homo, planta inverſa. 142
Homo μικρόκοσμος, *in omnibus vincitur à mundo maiore.* 170
Homo non ſemper idem; cui eadem nec ob id videntur eadem; nec ſimiliter ab iiſdem, qui ſibi diſſimilis, afficitur. 111. 112.
Homo alius, & alius, an præſupponat λόγῳ *alium alium-que?* 88
Hominis finis. 54 *partes tres.* 125
Hominum claſſis triplex. 13. *genera.* 118. 119.
Humor nativus, pabulum caloris, qui eſt animæ ſubſtantia. 178.

I.

IEcur, amoris ſedes. 314
Ignis. Vide Calor. *Eius quaſi partes.* 193.
Impete, impetu, ὁρμᾶσθαι. 26
Impetus, ὁρμή. 25.26.50.
Individui unius num plures formæ? 135
Induſia, quaſi intuſia, *ab* intus, ἔσω. 229
Ingenia, quænam dicantur? 186.187
Inoleſcere, ἐμφύεσθαι. 301
Inſcientia. 82. Vide Ἄγνοια.
Inſecta ſecta, vivunt. 325
Inſipientes. 119
Inſipientibus & ſapientibus præcepta inutilia. 13
Inſpiratio, quid faciat in calore nativo? 150.
Intellectus, mens, & reliqua anima. 253
Intellectus, λόγος. 315 *an homini congenitus?* 173
Intellectus agens. 223
Intellectus practicus, & theoreticus. 242. 243. 246. Vide mens.
Intelligere, cognoſcere, ἰδίως γινώσκειν. 317.
Intemperantia, perturbationum mater. 118.
Intolerabile, de quibuſnam rebus? 74.76
Intrinſecus, ἔνδοθεν. 19. *& intriſecus.* 20
Invidentia, & invidia. 52
Irrationalia ratione minime expertia. 136.
Iuſtitia. cæterarum communis, & totius animæ perfectio. 162.

L.

LAetitia. Vide Voluptas.
Lapidum ſpiritus, anima, vita. 135
Larva δαίμονες, *umbra.* 328
Libido. Vide Ἐπιθυμία.
Librorum duo genera. 236
Literarum mutatio. 25
Locularis, locaris, localis, ἡ κατὰ τόπον κίνησις. *ad quam animæ referenda partem?* 252.254.
Locus, pro tempore. 145

M.

MAgnetis pabulum, an ferrum? 289. *coniunctio illorum, quæ?* 290

Magnetis ſpiritus, ἄψυχος. 133
Mala μεμετρημένα, ἀμέτρητα, *quomodo?* 114.
Manes dii. 323. *umbra. an lædantur quũ oſſa vel cineres eorum violantur?* 328.
Manuale, ἐγχειρίδιον. 7
Manuarium, ἐγχειρίδιον. 6
Meditatio continua, ſcientiam roborat, 114.
Membrorum torpor & πάθος ob unum membrum, male affectum. 286. 287. Vide Συμπάθεια.
Memoriæ ſedes. 314
Memorialis liber 8. ἐγχειρίδιον. 6
Mens, anima. 157. *animæ anima*. 217. *animæ*. ibid.
Mens animi, pars animi. ὁ νοῦς. 201. 214. 220. 285.
Mens, animus. 308
Mens, & animus, an ab anima diſtet? & an ſint? 284
Mens, & anima. 226
Mens, & reliqua anima. 253
Mens, ſenſus, & ſentiendi vis, uti differant? 215
Mens, & ſpiritus divinus, animæ duæ ſubſtantiæ. 305. 308
Mens, intellectus, λόγος. 315. νοῦς. 181. *ſeparabilis, & aliunde*. 195. Ἡγεμονικός. *Principium ſcientiæ*. 32. *an æterna?* 220. 225. 222. 225. 243.
Mentis partes. 217. 218
Mentes animi duæ. 242
Metallorum ſpiritus, anima, vita. 133
Metiri mala. 114
Metus. Vide φόβος. *quid?* 62. 74. 75. 77. 78. 79.
Miſcelliones. 240
Motorium, κινητικόν. 187
Motus animi, intrinſecus. 24. ὁρμή. 25. *primi*. 43
Motus φυσικὸς *vel* φυτικός, *in fœtu uteri, non* προαιρετικός. 128
Motus ſecundum locum. 132
Moventium medium, ὄρεξις. 44.

N.

NErvi, *qualia inſtrumenta, eorumque ortus*. 251
Nexus, & acervatio. 269
Nutrimentum, & nutritum, eiuſdem prædicamenti. 182.

O.

OCcipitium, *memoriæ ſedes*. 314
Oleum conditum, ſeu dulce, & omphacinum. 22
Operationes, & facultates. 296
Opinatus, εὐυπόληπτος. 31. *famigerabilis*. 80.
Opinio, bona exiſtimatio. 31
Opinio, ὑπόληψις. 61. 62. *an* πάθος; 106. *ab intus proficiſcitur*. 20. *nam animi noſtri motus eſt*. 21. *in noſtrâ poteſtate*. 57. *cauſſa affectuum*. 90. 106. 108. 109. 114. 120. Vide Δόξα.
Opinionis ſignificatus. 79
Opinationes, λογισμοὶ *mentis rationi contrarii*. 117
Opinionum genera duo, 34. 36. *ſedes*. 105
Oratio, & ratio. 90
Orexis, ὄρεξις. 25

P.

PAradoxon Stoïcum, *de ſuo ſapiente*. Vide Sapiens.
Paraphraſtæ officium. 229
Pares cũ paribus facile congregantur. 276
Pars animæ, facultas. 121. 155. 156. 157. 160. 161. 163. 170. 171. 176. 177. 184. 186. 187. 197. 202. 204. 206. 215. 227. 244. 257. 291. 293. 294. 298.
Pars animæ, anima; πνεύματος πνεῦμα, *ſubſtantiæ ſubſtantia*; δυνάμεως, δύναμις; αἰσθήσεως, αἴσθησις; οὐσίας, οὐσία; *corporis, corpus*. 191. 204. 258 261. 266. 269. 319.
Paſſio, an συμπάθεια; 288. *præſupponit ſenſum*. 289

Pecca-

Peccatorum ſedes. 119
Perfectio animæ, iuſtitia. 162
Perfectorum gradus. 14.15
Perpeſſio, an συμπάθεια. 288
Perſpiratio, & reſpiratio. 129.130
Perſuaſio, abintus proficiſcitur, nam animi noſtri motus eſt. 20. 21.
Perturbationes. Vide Πάθη.
Perturbationes eadem, homini non eidem non videntur eadem. 111.112
Phariſæi, Stoïci. 119
Philoſophia, & philoſophi. 230.231
Philoſophiæ definitio, finis, & genera. 14.15
Philoſophiæ moralis tres partes. 26
Plantæ, an vitam habeant? 130.133
Plantæ ſine motu ac ſenſu. 133
Plantarum anima. 122. *cor,* ἐγκάρδιον. 142. ἐπιθυμία. 160. ἐπιθυμητικά. 154. *motus.* 132. φύσις. 133.
Potentiæ, facultates. 158
Potus, per pulmones tranſiens. 126
Præcepta ſapientibus &, inſipientibus inutilia. 13
Prædicatum, κατηγόρημα. 49
Præſcientia, proviſio. 77
Procherium, amanuenſis ſporta. 8
Procul, ἐγγύς. 145
Promiſcuæ diſputationes; non Latinum. 240.
Propoſitum. αἵρεσις. 47
Proviſio, præſcientia. 77
Pſittaci & turturis συμπάθεια. 288
Pulmonum ἀνάλογοι *in inſectis.* 130
Pulmonum reſpiratio, ſpiritus, ſitis, potus. 126
Pythagoreorum hypotheca. 12.

Q.

Quaſi partes, & accidentia. 264. 265.

R.

Radix, caput. 142
Ratio prava, λόγος ἁμαρτηματικός. 100. 101.
Ratio, & impetus. 25
Ratio, & oratio. 90
Rationis ſedes, in corde. 115
Ratiocinatio, ἐνέργεια προσεκτικῆς διανοίας. 220.
Recens, Πρόσφατον, *de re præſenti tantum.* 59.
Refrani, quales cantiones? 13
Regula veri & falſi, Stoïcis, quænam? 40
Remedia, ἀντιπαθῆ. 290
Requietoria, monumenta. 328
Rerum cognoſcendarum ac diiudicandarum norma & regula. 217
Reſpiratio, unde, & qua? 126.129.130.
Reſpirationis initium non ante partum. 128.
Reſponſare, ἀντιπαρέρχεσθαι, ἀντιμάχεσθαι. 30
Riſus ſedes. 314
Ruach, quid? 125.

S.

Sanguis, nutrimentum animæ. 178. 179.180.
Sapiens Stoïcorum. 33.34.37.41.118.
Sapiens perturbationibus quare non moveatur? 113
Sapientes. 119
Sapientibus & inſipientibus præcepta inutilia. 13
Scientia. 77
Scientia, ſapienti pro experientiâ. 114
Scientiæ plures, quomodo in unâ animâ. 265.
Scientiarum diviſio. 231
Scribæ, amanuenſes. 9
Scriptio acroatica, & exoterica. 232.234. 239. Vide Librarii.
Sectarum myſteria. 235
Senatores. Vide Μαθηταί.
Senſorium, αἰσθητικόν. 187
Senſus, vel ſenſum, quod ſenſu comprehenſum. 37
Senſus, ſentiendi vis, & mens, uti differant? 215
Senſus, & paſſio, coniuncta. 289
Senſus, opinionis principia. 32
Sēſus, an inſtrumēta τοῦ νοῦ, *& an corporei?* 217.
Senſus quinque, αἰσθητικὰ μέρη. 187

Serpen-

Serpentes vivunt, in multas reſciſſæ partes. 326
Sexus diſcretio in animabus, nulla. 103
Situs pulmonum. 126
Spirationis genera. 130
Spiritus. Vide Πνεῦμα.
Spiritus continens animam, ἕξις ψυχῆς. 302. 303. Vide *Anima.*
Spiritus divinus, & mens, animæ ſubſtantiæ duæ. 305. 308
Spiritus, θυμὸς, ψυχή. *animus.* 125
Spiritus, & calor, coniuncta. 176
Spiritus, & caro, una anima; in quâ duorum tamen pugna. 116
Splen, ridere facit. 314
Spongiæ, animalia. 122
Stoïca diſciplina, Chriſtianæ ſimillima. 119.
Subiectum, & prædicatum? 49
Superula, ſuperaria tunica. 229.

T.

TEmperamentum κρᾶσις.
Temperamentum, nonnullis loco animæ habetur. 285
Temperamēti in homine effectus. 179. 180
Tendere, ὁρμᾶν. 25
Terrenus, & terreſtris. 133
Teſticuli, generatricis virtutis ſedes. 314
Tranſitio, διάβασις. 279
Truncus vivit, capite à cervice revulſo. 326.
Tunicarum genera. 229
Turturis & pſittaci συμπάθεια. 288

V.

VEgetativa, φυτικὴ, ἐπιθυμητική. 122. 133
Venter aures non habet. 152
Vermium anima. 319. 320.
Vinculum animæ, an ne ſit? 259
Vinorum genera conditorum. 21
Vires, facultates. 158
Virtus, an una? 247. 248. *an ſcientia?* 243. 248.
Virtutis omnis, cauſſæ tres. 28. *tria requiſita.* 150. 151
Virtutes, facultates. 158
Virtutes principales. 161. 162. 249.
Viſiones nocturnæ, ex diurnis. 136
Vita, Vide *anima.* 122
Vitæ irrationales, appetitus irrationales. 120.
Vmbra, quid? 322
Vmbræ, an pluralis pro ſingulari, in loco Virgilii. 327
Vmbræ animarum, Vide Ψυχαί.
Vmbræ, manes. 328
Vmbræ, an quatuor? 320. 322. 323
Vnitas quid? 296. Vide Ἑνότης.
Vnita, concreta, continua, ἡνωμένα, συναφῆ. 302
Vnitorum voce Seneca cum veniâ utitur. 269. 270
Vnum per formam. 329
Volentia, θέλησις. 48
Voluntas, θέλησις. 47. 48
Voluptas, quid? 61. 66. 75
Vox prima editi fœtus, unde? 129
Vrbana miniſteria, Vide *Amanuenſes.*

Errata.

PAg. 2. l. ult. *teſtatur,* 6. l. 14. ξιφίδιον. 8, l. 13. *amanuenſis.* 10, l. 23. καθαρτηρίᾳ. ibid. 34 non poteſt eſſe. 11, l. 15. πάθος. 25, l. 26. *impetus* 26, l. 2, *impetus.* 28, l. 17, ἀ. 31. l. 29. δυσπόληπτος. 42, l. 14. λογικῶν. 95, l. 7. ἰσχύς. 147, l. 5. φρονητικῶ. 222, l. 2. *animæ rationalis,* μόριον *& partem totius, quæ.* 229, l. ult. *quidem.* 249, l. 6. à fin. *Vnus ex.* 269, l. 14. *Ariſtoteles.* 272, l. 20. *accidentia.* 285, l. 14. *homini.*

FINIS.

TABULA CEBETIS

Græce, Arabice, Latine.

Item

AUREA CARMINA PYTHAGORÆ,

Cum paraphraſi Arabica,

AUCTORE

IOHANNE ELICHMANNO
M. D.

Cum Præfatione

CL. SALMASII.



11
3.
D

LUGDUNI BATAVORUM,
Typis IOHANNIS MAIRE,
cIɔ Iɔ c xl.

CL. SALMASII
PRÆFATIO
IN
TABULAM CEBETIS ARABICAM.

ILlum ſi fata virum ſervaſſent, ſi hodie aura veſceretur æthéria, qui nobis hanc Tabulæ Cebetis Arabicam paraphraſim, eiuſq; Latinam dedit verſionē, non fungerer invitus hoc ingrato ac ſuperfluo, ſi ille viveret, munere, laboris alieni cōmendandi vicem eius, qui ſuum ipſe melius ornare poterat. Quod dicturus ille fuit de hac paraphraſi, non tantū præmaturo eius obitu perdidimus, ſed infinita alia, & in omni genere ſcientiarum monumenta, quibus orbem litteratum ſibi devincire apparabat, ſi longiorem ei vitam Deus indulſiſſet. Implete magnis cogitationibus pectora mortales, quas cum ſpiritu excutiet fatalis horæ momentum. Conſulite in longitudinem de his, quæ ſequens includet dies. Deſtinata extendite in multos annos ac multa, quibus vix inchoatis moram, ſed æternam, mors objiciet. Si cuiquam ævi metas mortali, naturæ limite longius ſubductas, propioribus per vim lineis admovit, querelamque ſuper tam præcipiti fato meritiſſimam, bonis omnibus Libitina commovit, vix alius ab aliquot annis occidit, quem maiore ac iuſtiore queſtu luctuq; extinctum proſequi debeamus. Pro me nihil conquerar, nec quā habeam cauſam, dicam, optimi & maxime ſinceri, quæ rara in terris hodierno tempore avis eſt, amici deſiderandi. Non ſum quippe ex illorum hominum numero ac cenſu, qui privatas ac ſuas iacturas magni æſtimant, quamvis cum publicis incommodis neutiquam coniunctæ habeantur. Maioris facienda ſunt damna quæ publico infliguntur, id eſt, quæ omnes, aut plures patiuntur, quam quæ unus, aut pauci. Vel inimicum lacrimis decorandum cenſerem, quem ſcirem omnibus vel pluribus utilem cecidiſſe, aut Reipublicæ neceſſarium. Ubi vero in amico ſummo is lugendus eſt, quem tecū omnes iu-

dicent, bono litterarum eſſe natum, aut alia quacunq; ratione humanæ ſocietatis aut civilis utilitati procurandæ idoneum, tum vulnus illud, ut duplici ex ictu veniens, ad intima uſq; animi adactum penetralia, omnino intolerandum adfert dolorem. Ex illo hominum genere, quos & privata pariter & publica cauſa mœrere ereptos amici debent, fatis ante triennium cõceſſit, Nicolaus Fabricius Peireſcius, quem virum vel nominare laudare eſt. Eum niſi fama talem ferret, qualem ego ſcio fuiſſe, penicillo hic meo, quamlibet rudibus lineis, atque obſcuris coloribus exprimere conarer perfectiſſimum virtutis omnis, & omnigenæ eruditionis exemplar. Tentarem hoc. inquam, de cuius tamen vel minima parte digne attingenda vix quidquam mihi promitterẽ. Præſtarẽ equidem quod debeo ſummis eius viri erga me meritis, quæ nullũ in me vitæ, quancunque dabitur, tempus obruet, nulla delebit oblivio. Sed cum id aliter præſtare non poſſim, quin plura dicenda dictis prętermittam, præ ἀδυναμίᾳ omnium exequendorum numerorum, quos talis vita & talis fama poſtulat, contrahere vela cogar, oramq; legere, ne in tam vaſto laudum pelago cum tenui cymbula deprehenſus naufragij pericliter. Hoc igitur ſufficiat dixiſſe, non alteri à multis retro ſæculis ſolem illuxiſſe, qui reipublicæ litterariæ promovendæ maiori cupidine flagraverit, nec qui magis eum dum vixit promoverit. Ut non unum ſcientię genus curioſitatem eius provocavit, ita nec unum genus hominũ benevolentiam eius cum benefico animo coniunctam expertus eſt. Alii, quos innumeros eſſe ſcio, pro virili, ſi ingrati non erunt, prædicabunt quid & quantum illi debeant. Quod ad me attinet, tanta ſunt quæ in me contulit, totque modis, quibus potuit cumque, ſtudia mea adiuvare niſus eſt, ut cogitatione ea comprehendere vix detur, nedum verbis exponere queam. Quibus omnibus adiumentis ac præſidiis quando hodie mihi illo amiſſo carendum eſt, cum maxima ſtudiorum meorum, Ægyptiacorum præcipue & Arabicorum, remora & impedimento, plus tamen defleo quod Reſpublica litteraria in illius viri morte ſibi abeſſe perſpicit, quam quæ mihi video periiſſe, quantumlibet maxima illa eſſe, propria tactus iactura, etiamnunc ſentiam. Poſt illud damnum, quod meum non magis eſſe quam totius Reipublicæ detrimentum fateor, & quidem maxime deplorandum, non aliud gravius & acerbius potuit incidere ex perſona cuiuſquam amici defuncti,

omnibus

omnibus bonis & eruditis, non amico tantũ, dolẽdi, quã ex obitu Iohannis Elichmanni nobis accidit. Omittã memorare quibus me privarit commodis inopinatũ ac immaturum illud funus, quia potiora iudico, quæ mihi cõmunibus cum orbe litterario lacrymis lugenda ſunt, per mortem eius humano generi præcepta, quibus beaſſet eruditum ſæculum, ſi productioris uſura vitæ ei contigiſſet. In medio flore interceptus, fructus quos ex doctrina eius infinita & omnigena nobis certiſſimos ſpondebamus, maturare & emittere non potuit. Nec fefelliſſet, ſat ſcio, ſpem quam de ſe concitarat. Non enim pollicitis ſolis dives, hiantes deluſiſſet, quos pendere videbat ab expectatione eorum quæ promiſerat. Quamvis medicinæ profeſſio, quam ſumma cum laude, & ægrorum ſalute factitabat, magnam ei temporis partem ſurriperet, diligentia tamen & labore penſabat quod deficeret, ſuffuratuſque horas ægrotantibus ſubſecivas, valentibus eas impendebat & imputabat, præparata multorum operum quæ moliebatur, editione. In Arabicæ autem & Perſicæ linguæ cognitione intima tantopere excelluit, ut pauci hactenus ad earum linguarum ſecreta penitius penetraverint. In Perſica ſane vix videtur Europa parem tuliſſe. Fortaſſean nec feret. Quod ad hoc ævi latuit pleroſq; eruditorum, ex eadem origine compererat fluxiſſe Germanicam & Perſicam linguam, ad hanc illum coniecturam ducente infinita vocum copia, utrique linguæ communium, ſed & verbis ſimiliter terminatis, eodem modo compoſitis, aliiſque multis argumentis. Quia porro multa quoque vocabula reperiuntur in Perſica dialecto, quæ & Græca ſunt, ſed ita Greca, ut etiam non minus videantur eſſe Germanica, ex eo non vane augurabatur, pluria etiam Græcos debuiſſe Scythicæ origini, quo ex fonte tam Perſica quam Germanica profluxiſſet. Lexicon præterea Arabicum locupletiſſimum & abſolutiſſimum parabat, quod ex magna iam parte affectum, nullo negotio quandocunque vellet perfectum dediſſet, quoniam materia omnis ac ſylva in promptu & ad manum erat ex optimis Lexicis Perſicis & Arabicis depromenda, cui nihil deerat ad formam accipiendam, niſi ut in ordinem digereretur ac diſponeretur. Sciunt etiam qui propius eum noverant, quam exquiſita rerum naturalium ſcientia præditus ac pollens, ipſius naturæ abſtruſiſſima arcana explorata & perſpecta melius teneret, quam nos obvia quæque & in propatulo poſita

 cogno-

cognoſcimus. Medicinam prçterea eo ſucceſſu faciebat, quãvis non pervulgatam medicorum viam inſiſteret, ut ſæpe ab aliis deploratos rçſtituerit. Hæc poſſe etiam alios multos, & in ęo ſe etiam plurimos iactare, non inficias iverim. Sed quã rari hodie ſunt, quorum poſſis candorem ingenuum, ſimplicitatem prudentem, ſinceritatem eximiam in omnibus vitæ actibus, & in amicitiis præcipue colendis, ex vero prędicare? Quis hodie amat quemquã aut à quoquã amatur niſi propter utilitatem? Quis alii utilis, niſi mercede pacta, aut expectata retributione? Quis prudens, niſi ſubdolus idem ac vafer? Serpentes ubiq; videmus, ſed ſine columbis. Quis diſſimulator niſi etiam ſimulator? Quis candidus & ingenuus, niſi verbis? Quis doctus, qui non velit videri doctior quã revera ſit? Quis amicus amico niſi fictus ficto? Hæc omnia ille vir habuit, quæ pauci nunc habent alii, quæ & quanto rariora ſunt in pleriſque hominum, tanto maius illius deſiderium nobis, & amor in dies atque horas creſcit, qui dives tot bonis rebus fuit, quarum penuriam in tanto mortalium numero cum gemitu experimur, quas ille omnes in morte ſecum abſtulit, nec heredem earum reliquit ullum ex aſſe. Hæc faciunt ut doleam amicorum vicem, quibus talis amicus ereptus eſt. Maior vero eſt ea, quam in illius iactura noxam perpeſſa eſt litteraria Reſpublica, cui demerendæ natus ſingulari exemplo videtur fuiſſe. Fatale porro & hoc in illo fuerit, quod in fatali vitæ termino, ex Perſarum & Arabum, omnique Orientalium ſophorum ſententia depangendo, vitam finiit, nec ad terminum ipſum illius operis pervenit. Tam properato fine prohibitus etiam eſt finem huic Arabicæ paraphraſi Tabulæ Cebetis imponere, quam Notis & Animadverſionibus illuſtrare plurimis, iiſque doctiſſimis, cogitabat. De ea nunc quid dicam nihil habeo, cum nec ſcrinia eius, qui nobis illam imperfectam quantum ad Notas, reliquit, compilare poſſim, ut de auctore illius quis fuerit exponam, vel quando ea in Arabicum ſermonem, aut ubi converſa fuerit. Putabat idem μακαρίτης Elichmannus, quod ſæpius ab eo audivi, huius paraphraſeos auctorem nactum eſſe integriorem codicem Græcum, quam ex quibus illa Tabula hactenus Græce fuerit propagata. Id tamen à me nunquam potuit impetrare, ut ei acquieſcerem, cum vel antiquiſſima huius Tabulæ exemplaria manu exarata viderim, quæ editis eam auctiorem non præferebant.

Adſu-

Adſutam & adtextam partem illam liquet quæ caudam trahit, ab ipſo Arabe paraphraſte ex aliquo Ethico Græco, qui tunc in manibus habebatur, forſitan haud vane augurari liceat. Sed quia eaſdem perſonas colloquentes inducit Cebetis & Herculis, ut in reliquo dramate, ita & illam adſciticiam & adſuticiam cataſtrophen, paraphraſtæ eiuſdem ingenio totā eſſe, ſi forte, concinnatam probabilius ſit. Certe non meliori fide in eo ſcripto vertendo fuiſſe verſatum, lectio eius omnibus notum faciet. Nam & multa adtexuit quæ in Græco textu non ſunt, alia vero detraxit, plurima interpolavit, immutavit, invertit, nec pauciora non ipſi intellecta, perperam & contra mentem Græci auctoris expreſſit. Quod non huic tantum verſioni vel paraphraſi peculiare eſt, ſed fere omnibus commune, quæcunque hodie ab Arabibus ex Græco expreſſæ viſuntur. Nec profecto id tantopere mirandum φιλάραβι videri debet, ut eos hac in parte præter æquum iuſtumque propterea protegere nimium cupide feſtinent, eorumque erroribus patrocinari. Quo tempore iſtæ verſiones curabantur, auctorum præcipue antiquioris Græciæ, qui in Arabicum ſermonem à doctis Græce Arabibus transferri ſolebant, non licuit meliores dari, cum nec maior inter ipſos Græcos priſcæ eorum linguæ eruditio dilluceret. Ante Muhammedum vix ulla certum eſt linguæ Græcis cum Arabibus interceſſiſſe commercia ad hoc, ut artes Græcanicas ac diſciplinas Arabes affectarent, libros illorum legere atque intelligere laborarent, eoſque in ſuam linguam vertenda ſtudioſe curarent. Heraclii illud ævum Græciæ fuit, quo ævo ne ipſos quidem Græcos conſtat admodum peritos fuiſſe antiquæ Græcanicæ dialecti, qualis Socratis ſæculo Athenis Atticis vigebat. Quis enim ignorat, tum nec Atticos Attice amplius loquutos eſſe, nec Græce Græcos, quorum ſermo Latinis vocibus in Græcum ſonum ac formam traductis, totus inquinatus ac contaminatus, ab antiqua puritate Attica Græcaque deſciverat. Qui illo tempore vel ex Græcis ipſis, linguam quæ in uſu fuit ævo Socratis & ſequentium philoſophorum, mediocriter intelligerent, quam rari fuerint hinc palam eſt. Neminem vero tum fuiſſe qui exacte & perfecte poſſet omnia in eorum ſcriptis aſſequi, facillime mihi perſuaſerim. An Monachi qui libros Latinos veterum ſcriptorum ante annos octingentos deſcribebant, ipſique Latine noverant, ſed eo modo quo

Latini-

Latinitas tunc barbara à Gotthis & Longobardis Vandaliſque introducta uſurpabatur, melius eorum loquutiones auctorum aſſequebantur, qui vixerant ætate Ciceronis? Eadem certe res fuit. Hinc illud mutandi in libris quę non percipiebant,& corrigēdi quę prava videbantur, inſanabile eis inſedit cacoethes, cuius vitio effectum eſt ut tot hodie mendoſa priſcorum Latinorum monumenta habeamus. Proximo & obvio exemplo id etiam clarius firmandum. Plurimi nunc in noſtra Gallia vivunt linguæ, qualis hodierno die in uſu eſt, Gallicę ſcientiſſimi. Quis ex illis omnia ſe intelligere, quę in veteribus, ut vocant, Romanenſibus ſcriptis amatoriis occurrunt ante octingentos annos compoſitis, poſſit polliceri, aut ſi polliceatur, præſtare? Ne illa quidem capimus, quæ abhinc trecentis plus minus annis conſcripſit Iohannes Meunius, qui plurima Latina opera Gallice convertit. Plurima certe in illis clara ſunt, ſed non omnia. Et ſane laboraret ſi quis in eam dialectū, quæ hac ętate obtineat, trāsformare omnia ſtuderet, etiam cui materna ſit hæc lingua. Multo vero magis æſtuaret, quicunque extraneus, Belga aut Germanus, Gallicam linguam ſub magiſtro didiciſſet, ſi idem tentare vellet, ut nimirum ſcripta antiqua Romanenſia Belgice aut Germanice converteret. Quo magis ignoſcendum reor Arabibus, qui Græca in Arabicum eo tempore verterunt, quo ne ipſi quidem Græci, quibus utebantur magiſtris in illa lingua addiſcenda, promittere poterant omnia à ſe intelligi, quæcunque in Socratici ævi ſcriptis Græcis occurrebant. Non poterant iſti Arabes magiſtris ſuis eſſe doctiores. Non igitur mirum ſi paucæ Arabicæ verſiones Græcorum operum ita fideles reperiuntur, ut nihil in his deſiderari poſſit. Maximam ex partem non Heraclii imperio, quo primum tempore prodiit Arabs ille impoſtor, ſed longe adhuc inferiori ævo Græciæ, ideoque etiam imperitiori & corruptiori, exierunt. Non enim latet Arabiſmi peritos, regnante apud Arabes Abbaſidarum familia ſub regno præcipue Almamonis, qui ſeptimus Chalifarum ex ea gente fuit, ſcientiarum omnium ſtudia floruiſſe, Arabaſque eo imperante, qui & doctus erat, & doctos amabat fovebatque, certatim ſe Græcis in Arabicum vertendis adplicuiſſe quamplurimos. Ut proinde conſtet plures verſiones ex Græcis Arabicas circa illud ſæculum prodiiſſe, quam reliquis omnibus retro Arabicæ dominationis temporibus, aut deinceps

ſequentibus. Atqui ſæculum illud à Chriſto fuit nongenteſimum, non minus in Europæ & Occidentis nationibus Latinæ linguæ in barbariem degenerāti fatale, quam in Aſia & reliquo Oriente Græcæ. Si quis Arabs ex ætate Græce ſcivit, non potuit eam ſcientiam haurire niſi ab imperitis antiqui Græci ſermonis magiſtris. Hinc tā multi hodie errores in Arabū ſcriptis occurrunt, ſive dedita opera ex Græcis ea converſa ſint, ſive etiam ſententias Græcorum auctorum in operibus ſuis obiter citaverint. Quod hic occaſione data conſignare debui, ne, qui Arabicæ linguæ ſtudioſi ſunt, præ ſtudio, ſicut pleriſque moris eſt, ſeſe ita quaſi auctorare & addicere pergant tuendis eorum partibus quorum doctrinam conſectantur, ut, nihil eos peccaſſe, Iovem lapidem iurare parati ſint. Quam multa in operibus Aviſennæ extant è Græcis Dioſcoridis, Galeni, Pauli Aeginetæ ſumpta, quæ non recte ille interpretatus eſt? Qui Dioſcoridē ex Græco Arabem fecerunt, quam verſionem totam per partes in libris Ebenbeitaris de Simplicibus relatam ac digeſtam legi, & diligenter cum Græco contuli, infinitis locis mente auctoris ſui exciderunt, non intellectis multis vocibus Græcis, non amplius tunc apud Græcos uſitatis. Eadem peccata, & frequentia quidem, commiſſa obſervare eſt in illis verſionibus Veteris & Novi Teſtamenti Arabicis quæ fuere ex Græco expreſſæ. Idq; poſſem planius ac pluribus etiam demonſtrare, ſi præfationis res eſſet, aut ſi eam tractationem hoc tempus flagitaret. Nec putem melioris eſſe notæ Apollonii Pergæi, Ptolomæi, Heronis, & ſi quos alios in matheſi de Græco in Arabicum converſos auctores dederunt, trāſlationes, quam medicas aut philoſophicas. Viderint qui illas nunc habent aut habituri ſunt, an diverſi genii ſint quas pari filo textas eſſe prorſus mihi perſuadeo. Diſcant à me moniti, quid fidei illis habendū ſit, ne, ſi nimiam de earum ſinceritate fiduciam conceperint, ſæpius decipiantur. Fateor alias aliis doctiores & accuratiores poſſe inveniri. Nulla tamen talis eſt, ut ex ea quis præſumat Græcum textū poſſe in omnibus aut debere explicari vel emendari. Iſta ipſa paraphraſis Arabica Tabulæ Cebetis, ne alia petamus aut quæramus huius rei argumenta, teſtimonium de hoc luculentum dare potis eſt. Primum quæ maxima eſt hallucinatio, interlocutores duos introducit auctor Arabs, Cebetem & Herculem, qui nuſquam in Græco comparent. Colloquium quidem

eſt duorum in ipſa Tabula Græca, Cebetis ſi forte ipſius, & ſenis cuiuſdam. Cebes ibi narrat, quomodo inambulans cum aliis in æde Saturni, & donaria varia in ea appenſa contemplans, Tabulam eam pictam viderit: cuius imaginem præ novitate rerum in ea repræſentatarum cum admirarentur, & inter ſe quærerent quidnam illa ſibi vellent, forte fortuna quidam ſenex indigena, qui adſtabat, peregrinos Tabulam illam avidius & curioſius haud ſine admiratione adſpicientes, quodnam illud eſſet ænigma docuit. Ἀπορουμένων γὰρ, inquit, ἡμῶν περὶ τῆς μυθολογίας πρὸς ἀλλήλους πολλῶ χρόνον, πρεσβύτης τις παρεστὼς, οὐδὲν δεινὸν πάσχετε, ὦ ξένοι, ἔφη, διαπορουῦντες περὶ τῆς γραφῆς ταύτης. Arabicæ paraphraſeos auctor hunc ſenem nominavit Herculē, putavitq; hoc nomine fuiſſe appellatum Socraticum aliquē philoſophum. Ita enim in fine Tabulæ poſuit. تم تفسير ايرقليس السقراطي لقابس الافلاطوني. Id eſt, *Explicit expoſitio Herculis Socratici ad Cebetem Platonicum.* Sed quis ille Socraticus Hercules nuſquam veteribus memoratus, quem poſt tot demum ſæcula nobis commento ſuo reſuſcitavit auctor Arabs? Cum de his rebus interdū confabularemur, ego & optimus ac doctiſſimus vir, Elichmannus noſter, ὁ μακαρίτης, vix poterā illi perſuadere, nullum unquam extitiſſe Socraticum philoſophum hoc nomine, adeo Arabibus ſuis favebat: quos aliquando erraſſe aut hallucinatos eſſe, aut etiam id quod non eſſet ullo modo finxiſſe, vix ſuſtinebat credere. Atqui certo eſt certius, paraphraſis auctorem id nomen hariolatum fuiſſe ex prave intellecta loquutione, quæ bis aut ter occurrit in ipſa Tabula, ὦ Ἡράκλεις Quæ admirandi eſt apud Græcos formula. Pag. IX huius Editionis, ſic legitur: ὦ Ἡράκλεις, ὡς εἰς μεγάλην τινὰ ἐπιθυμίαν ἐμβέβληκας ἡμᾶς. Ita reſpondet Cebes cum ſociis ſuis, ſeni illi, qui eis explicabat ænigma, & μυθολογίαν Tabulæ pictæ & in templo Saturni ſuſpenſæ, quam tunc attoniti ſuſpiciebant. Iuvenibus illis ſenex ſupraſcriptus expoſuerat, inſipientiam hominibus quos tenet quaſi Sphingem eſſe: Ut enim ea periit intellecta, ita non intellecta perdebat. Sic qui ignorat quod malum & quod bonum ſit in vita, à ſuamet ipſe ignorantia & imprudentia perditur: Si vero id intelligat & aſſequatur, ipſa inſipientia & inſcitia peſſum datur. Cum igitur eam partem Tabulæ ipſis enarraſſet ille ſenex, ὦ Ἡράκλεις, inquiunt, ὡς εἰς μεγάλην τινὰ ἐπιθυμίαν ἐμβεβλήκας ἡμᾶς. Inde paraphraſtes,

ſtes putavit, nomen illi ſeni Tabulæ enarratori fuiſſe Herculi. Nihil autem illa Ὦ Ἡράκλεις ſignificant, quam Latinum, *Papæ: Papæ, in quantam nos cupiditatem conieciſti!* Ita ὦ θεοὶ paſſim cum exclamatione admirationem denotante Græci auctores dicunt. Et, ὦ Ζεῦ καὶ θεοί. Sic ergo & ὦ Ἡράκλεις. Occurrit iterum & pag. xxv. ὦ Ἡράκλεις ὡς μέγας ὁ κίνδυνος ἄλλος οὗτος! *O Hercules, ut magnum hoc aliud periculum!* Illud ὡς oſtendit, ab exclamante & admirante efferri. Alioquin ſi nomen eſſet, ſatis foret dixiſſe, Ὦ Ἡράκλεις, μέγας ὁ κίνδυνος ἄλλος οὗτος. Hoc loco reddidit Arabs paraphraſtes, قال قابس يا صاح ما اعظم هذا الخطر. *O ſapiens, quam magnum eſt hoc periculum.* Quia nimirum exiſtimavit, *Herculem* in his loquutionibus eſſe appellationem alicuius ſapientis ex ſchola Socratica. At in priore loco quem ſuperius attulimus vertit, يا ابرقليس *ô Hercules*. Inde igitur Herculis nomen commentus eſt, ne quis ſola eius auctoritate adductus, vel abreptus potius, exiſtimet, aliquem olim philoſophum fuiſſe Socraticum ſic vocatum. Infinita alia ſunt in hac ipſa paraphraſi quæ non recte ſe habere fateatur oportet omnis Arabum gloriæ famæque vel flagrantiſſimus fautor. Tantum tamen abeſt, ut hic ἐξηγητὴς, qui interpretatur picturam tabulæ peregrinis qui in hoc dialogo inducuntur, ſit Hercules aliquis, aut, qui eum de ſingulis interrogat, ſit Cebes, ut potius Cebes ipſe videatur ſenex tabulam commonſtrans & explicans, illi autẽ quibus exponitur, extranei. Quorum unus è numero Cebetem percontatur. Cebes Thebanus fuit. Thebis igitur hoc colloquium haberi fingitur. Templum Saturni cui conſecrata hæc Tabula, Thebis fuiſſe cenſendum. Peregrini qui templum illud inviſunt, & tabulam in eo inter donaria ſuſpenſam conſiderant, Attici ſi forte, aut Ionici generis iuvenes. Cebes, ſenex, qui ignorantibus & quærentibus, quid illa ſignificent, explicat, auctor nimirum huius dialogi, cui Titulum ipſe, qui ſcripſit, fecit, Πίναξ. De quo perperam quidam dubitant an genuinum opus Socratici illius Cebetis fuerit. Ratio dubitandi vana eſt ac futilis quam afferunt, quod Platonis in hoc dialogo fiat mentio. Quid tum poſtea? Ergo nec Platonis eadem ratione dialogus ille fuerit qui Phædo inſcribitur, quia meminit in eo huius Cebetis. Tres dialogos ſcripſerat hic Cebes, teſte Laertio Diogene. Πίνακα, Ἑβδόμην

 & Φρυ-

& φρωνίζον. Πίναξ eſt quem hic habemus. Et Πίναξ quidem inſcriptionem habet, non quod in ea velut in tabula vivis lineis vita mortalium ſubjiciatur, ſed quod revera fuerit tabula picta, qua repręſentabatur hoc ænigma, ſive hęc mythologia Cebetis. Inepte igitur Arabs Ἑρμηνευὺς huius Tabulæ, in Herculem, qui Cebes ipſe eſt, nobis transformavit iſtius ænigmatis enarratorem. Haud ſcio etiam, cur eidem Arabi interpreti verba illa Græca, ἀνὴρ ἔμφρων καὶ δεινὸς περὶ σοφίαν λόγῳ καὶ ἔργῳ Πυθαγόρειόν τινα καὶ Παρμενίδειον ἐζηλωκὼς βίον, de viro quodam peregrino & natione Lacedæmonio, libuerit interpretari. Sic enim vertit: من ارض غربة من بلاد لاقاذامونيا. *Ex terra peregrina, ex regione Lacedæmonia.* Quorum nec vola nec veſtigium in Græci. Quæ antem in Græcis ſunt de ſapiente illo ac prudente viro, qui ſectam Pythagoream & Parmenideam inſtiterat, ne γρῦ quidem in verſione eius apparet. Peſſime etiam reddidit illa Cebetis verba pag. VII. ἡ γὰρ ἀφροσύνη τοῖς ἀνθρώποις Σφίγξ ἐστιν. Αἰνίττεται δὲ καὶ τάδε. Τί ἀγαθὸν, τί κακόν. Ita enim accepit, quaſi auctor dixiſſet, Sphingem hoc ænigma proponere ſolitam hominibus, videlicet quod bonum eſſet, quod malum, & quod indiffetens. Sic autem vertit, فان سفينكس كانت تلقي علي الناس لغزا غير مفهوم وهو هذا. *Etenim Sphinx hominibus ita occurrebat cum ænigmate perplexabili, quod erat tale. Quod bonum, & quod malum, & quod nec bonum nec malum.* Non de Sphinge hic ſermo eſt, quæ tale ænigma proponeret, ſed de ipſa inſipientia, hac in re Sphingi ſimili. Αἰνίττεσθαι ſimpliciter eſt, ſignificare, declarare, ſed & per ambagesaliquid eloqui, difficile intellectu quod diſſolvas. Αἰνίττεσθαι, ἀσήμως λέγειν, λεληθότως περί τινος λέγειν. Unde αἰνικτὰ, involuta, obſcura, perplexa. Ita hoc quidem loco recte accepit Arabs, αἰνίττεται τάδε, ſed male ad Sphingem retulit, quaſi dubia ac difficilia ad ſolvendum proponeret hominibus illa quæ ſequuntur, de boni & mali, & inter utrunque medii, quod nec bonum nec malum eſt, explicanda finitione. At dicit Cebes, hanc enarrationem Tabulæ, ſimilem eſſe Sphingis ænigmati, hoc eſt, obſcuro problemati quod illa proponebat, cuius hæc erat conditio, ut non ſolvere illam quæſtionem valentes necarentur. Sin vero id expedirent, ſervarentur, ipſa vero Sphinx periret. Idem, inquit, uſu eveniet & in huius μυθολογίας expoſitione. Sua cuique inſipientia

Sphinx

Sphinx eſt. ἡ γὰρ ἀφροσύνη τοῖς ἀνθρώποις Σφίγξ ἐστιν. Ut Sphinx proponebat hominibus quod illi diſſolvere debebant inextricabile aliquid, ita inſipientia tale quid etiam diſſolvendum illis objicit, de bono & malo, quid ſit, & quid indifferens. Quod ſi neſciant aſſequi, tùm ipſis pereundú, ſi id valeant explicare, ipſa perire debet inſcitia. Perperam igitur retulit ad Sphingem quod debuit ad inſipientiam, quæ tanquam Sphinx eſt hominibus. Sequenti pagina verba illa, οὐκ ἂν φθάνοις τοίνυν διηγούμενος, ὡς ἡμῶν προσεξόντων οὐ παρέργως, peſſime interpretatus eſt, & ita cepit, quaſi legiſſet, οὐκ ἂν φθονήσαις Sic enim reddit hæc, οὐκ ἂν φθάνοις, ولا تبخل علينا. *Et ne in nos ſis parcus aut avarus.* Hoc eſt, ne invideas nobis huius rei enarrationem. Ita ſupra expoſuit illa, οὐδεὶς φθόνος, ὦ ξένοι, ما ابخل بذلك ايها الغربا. *Non ero avarus hac in re vobis, ô hoſpites.* Id eſt, non parcam eam vobis ſicut deſideratis enarrare. Eorum verborum, οὐκ ἂν φθάνοις τοίνυν διηγούμενος, hic ſenſus eſt, *Non citius ea nobis enarraveris quam nos erimus prompti ad attendendum quid dicas.* In his quæ ſequuntur ſtatim mira ſupinitate, ἐπιτίμιον accepit pro ἐπιθυμίᾳ. ὡς ἡμῶν προσεξόντων οὐ παρέργως, ἐπείπερ καὶ ἐπιτίμιον τοιοῦτόν ἐστιν. *tanquam nobis haud perfunctorie audituris, quandoquidem tale propoſitum eſt præmium*, vel *talis pœna.* Nam utrumque Græcis ſignificat τὸ ἐπιτίμιον. Et utrumque hic convenit. Pernicies quippe denuntiatur pro pœna non diſcernentibus fines boni & mali, ut beata vita pro mercede intelligentibus. Melius tamen ἐπιτίμιον hic pro præmio ſumetur. Ultimo enim loco de præmio beatitudinis actum fuit. Interpres vero Arabs ita hæc reddidit, واقصص علينا القصة علي وجهها ان كان ذلك مرادنا وبغيتنا. *Et enarra nobis eam enarrationem ſecundum modum ſuum, quia hæc voluntas noſtra ac deſiderium.* Procul dubio ἐπιτίμιον, ἀντὶ τῆς ἐπιθυμίας accepit, cum ſit, merces, præmium, vel pœna ac multa. Pag. xv. γυναῖκα πεπλασμένην τῷ εἴδει, intellexit de muliere ornata omni genere ornatus, مزينة باصناف الزينة, quam fictam & fucatam melius reddidiſſet. Aliud κόσμος in mundo muliebri, & ornamentis, aliud πλάσμα, quod fucum ſpectat, quo cutem ſolent pingere, & corpus oblinere. Ibidem ἀπάτην Arabice vertit غفلة, quę ſocordia eſt ac deſidia, non fraus ac deceptio vel error. Sed & in ſequentibus

tibus πλάνον & πλάνην ita interpretatur. Videant Arabice doctiores, an illud غفلة eam pati quoque poſſit ſignificationem. Pag. XIII δόξας vertit المفاخرات, *iactantias*, cum ſint opiniones. Pag. XVII. ἐπεὶ δὲ καὶ ἀγαθὴν τύχην αὐτὴν καλοῦσιν, ita reddit quaſi legiſſet, οὗτοι δὲ ἀγαθότυχοι καλοῦνται. *Hi vocantur felices fortunæ*, id eſt, fortunati. وهولا يسمون سعدا البخت. Ita & paulo poſt, οὗτοι πάλιν κακὴν τύχην αὐτὴν καλοῦσιν, ſimiliter tranſtulit, quaſi eſſet in Græco, οὗτοι δὲ κακότυχοι καλοῦνται. وهولا يسمون اشقيا البخت. *Et, hi appellantur infelices fortunæ.* Id eſt, *quos infelices fortuna reddidit.* Græci δυστύχεις appellant, ut illos è contra εὐτύχεις. Pag. XXXI. ἄλσος de prato interpretatur, cum ſit lucus, & λειμῶνα, pro λιμένι accepit, pratum pro portu, in iſtis, ὁρᾷς οὖν, ἔφη, καὶ ἔμπροσθεν τοῦ ἄλσους ἐκείνου τόπον τινὰ ὃς δοκεῖ καλός τι εἶναι καὶ λειμωνοειδής. Vides, λειμῶνα diſtingui ἀπὸ τοῦ ἄλσους, pratum à luco vel nemore. هوذا ترى امام ذلك المرج موضعا يشبه ان يكون حسنا شبه المينا. *Ecce, vides ante iſtud pratum locum quemdam, qui videtur pulcher eſſe, & ſimilis portui.* مرج Arabibus non aliud ſignificat quam pratum, & locum herboſum ac paſcuum. Et مينا portus, λιμένα, non λειμῶνα. Sequentia omiſit, καὶ ἐστὶ πολλῷ καταλαμπόμενος. καὶ μάλα. κατανοεῖς οὖν καὶ ἐν μέσῳ τοῦ λειμῶνος περίβολον ἕτερον καὶ πύλην ἑτέραν. Hæc ultima tantum expreſſit, περίβολον ἕτερον καὶ πύλην ἑτέραν. Eadem pagina, μέση δὲ καὶ κεκριμένη ἤδη τῇ ἡλικίᾳ. vocem ἡλικίαι quæ tunc apud Græcos ſtaturam notabat ita vertere maluit, quam *ætatem*, quomodo ibi eſt accipiendum. Ἡλικία μέση καὶ κεκριμένη, eſt media ætas & ſtata. Nam κεκριμένη hic pro τεταγμένη accipitur, ut etiam exponit Heſychius. Ἡλικία pro magnitudine corporis, ab ἡλίκον deducitur, quod eſt *tantum, & magnum*, τηλικοῦτον, μεγάλον. At, ἡλικία pro ætate, ab ἧλιξ, qui parem ætate deſignat. Unde proverbium, ἧλιξ ἥλικα τέρπει. Et tamen utrumque ab origine eadem. Nam ut plurimum pares ætate, etiam magnitudine æquales & ſtatura. Ἡλικίας certe Græci hinc appellant ætates per quas hominum vita decurrit. cuius plures gradus ſunt, quas ἡλικιῶν βαθμοὺς appellant, ut eſt infantia, pueritia, adoleſcentia, virilis ætas, & media. quæ μέση & κεκριμένη vocatur, ut hic. Sed & ἡλικίαν abſolute de iuventute

dixe-

dixerunt κατ᾽ ἐξοχὴν, quia illa ætas optima. Unde, Ἡλικία τῆς πόλεως, apud oratores Atticos, urbis iuvētus, οἱ ἐν ἡλικίᾳ νέοι Hinc ἀφῆλιξ pro ſene. Aliis pro iuniore. Criticus ſacer neſcio quam γιγαντίαν ἡλικίαν ſomniat apud Heſychium, in Notis ad Petri Epiſtolā primā, cuius Gloſſographi verba etiam deterius corrumpit quam vulgo ſunt, ut loquutionē quæ Græca non eſt, introducat. Nam ἡλικία quidem ſumitur apud Grecos duobus modis, pro ætate hominis, & pro ſtatura, non autem pro ætate temporis, ut in illo Horatiano: *Aetas parentum peior avis tulit nos nequiores.* Hoc Græci non dicerent, ἡλικίας τὴν προτέραν At ille vult γιγαντίαν apud Heſychium eſſe ἡλικίαν τὴν πρότερον, id eſt, primam mundi ætatem, vel ſeculum primum, quo vixere Gigantes. Apud Heſychium legebatur vulgo, Γιγαντία, ἡλικία τὸ πρότερον καὶ οἱ κατοικοῦντες γίγαντες. Ipſe corrigit vir clariſſimus & qui pridem nobis Heſychium emendatum promiſit, Γιγαντία, ἡλικία τὴν πρότερον, καὶ οἱ κατοικοῦντες γῆν Γίγαντες Si cæteræ omnes ſimiles huic erunt emendationes, malo habere corruptum. Quid enim hac correctione corruptius? At quid proclivius veræ lectionis inventione quæ talis eſt, minima mutatione, Γιγαντία, ἡ Λυκία τὸ πρότερον, καὶ οἱ κατοικοῦντες Γίγαντες. Lyciam prius vocatam eſſe Gigantiam, & qui eam incolerent Gigantes, ex auctoribus cognitiſſimum eſt. Non potui modeſtius virum doctrina præſtantem reprehendere. Et ita in poſterum ſtatui omnes illius hallucinationes, pravas emēdationes, perverſas interpretationes, errores, redarguere, ut moderationē in eo carpendo meam nemo vel delicatiſſimis auribus præditus poſſit deſiderare. In meis reprehendendis talem ipſe ſi præſtet, nihil amplius ab eo deſideravero. Sed ad rem. In eadem pagina Tabulæ Cebetis, Arabs paraphraſtes, στολὴν ἁπλῆν & ἀκαλλώπιστον, id eſt, *ſimplicem & ſine ullo ornatu*, reddidit, *veſtem non multam*, متزينة بلباس ليس بالكثير, *ornata veſte non multiplici.* Haud ſcio tamen an videri poſſit expreſſiſſe ſua lingua mentē auctoris Græci. Ut quod abundat & ſuperfluit, modumq; iuſtum excedit, hoc ſit بالكثير. Infra quippe Pag. XXVI, στολὴν ἀπερίεργον καὶ ἁπλῆν ἔχοντα, ἁπλῆν vertit, ساذجة, *ſincerum*, ſimplicem ornatum. Et certe illud بالكثير ſolēt Arabes tantū ſumere de re quæ numero abūdat, οὐ πολὺ τοῦτο, ليس بالكثير. Vide verſ. XX verſuum Pythagoreorum. Eadem pagina, εὐτάκτως haud bene expoſuit, *eleganti*

diſpoſitione

diſpoſitione mulieres. χοροὺς γυναικῶν, αἳ δεινῶς δοκοῦσιν εἶναι ϗ εὔτακτοι. Neſcivit quid eſſet Græcis εὔτακτος & εὐταξία. Pro modeſto ſolent eam vocem ſumere, & pro eo qui obſequitur & paret in iis rebus & iis hominibus quibus debet, ſeſeque iis accommodat. Cui contrarius eſt ἄτακτος. Hinc locus apud Suetonium, nec ſanus, nec vulgo interpretum intellectus. In Domitiano, *poſt adductam uxorem laudanti vocem ſuam,* εὐτακτῶ, *dixerat.* Metaphora enim ducta eſt ab iis qui in choro non diſcordant, ſive canentibus concinendum ſit, ſive cum ſaltantibus ad eundem modulum pedes ponendi ſint. Inde εὔτακτος, vita & moribus compoſitus ac modeſtus obſequēſq;. De quo nos alibi plura. Ibidem in illis, ὡς ἄπλαστοί εἰσι, ϗ οὐδαμῶς κεκαλλωπισμέναι, ἀπλάστους vult eſſe, eas quæ vultu ſint hilari ac ſereno, وكانهن باشات مستبشرات. At ἄπλαστος, ut iam diximus, mulier dicitur, quæ minime fucata eſt, nec curem habet fictam pigmentis, & expolitam, non cretata, non purpuriſſata. Multa alia in eadem pagina pravè, ac perversè vertit, quæ omitto, & paſſim in ſequentibus uſque ad pag. XLV. Ubi non poſſum præterire quomodo expoſuerit Κωρύκιον ἄντρον in his verbis: πανταχοῦ γάρ ἐςιν ἀσφάλεια ὥσπερ τὸ Κωρύκιον ἄντρον ἔχοντι. Notum ex Geophraphis quale fuerit *antrum Corycium.* Ex eius deſcriptione liquet, quam tuti eſſe potuiſſent ac ſecuri qui ſpecum illum incolere voluiſſent. Vide Melam lib. I, cap. XIII. Interpres Arabs pro Corycio ſpecu nobis ſuppoſuit, quia fortaſſe non intelligebat quid eſſet, cochleam quæ concha ſua circumdatur. Quaſi ſcilicèt oſtrea in ſuis conchis tuta ac ſecura ſint, quæ cum ipſa concha, qua munita ſunt, capiuntur & comeduntur. محروس من جميع جوانبه بمنزلة الحلزون الذى يطيف به الصدف الذي يجنه *Munitus ab omnibus lateribus, ad inſtar cocbleæ quam ſui concha circumdat, ea defenſat.* Hęc ineptiſſima ſunt. At in eadē pagina aliam & meliorē lectionem ſe in ſuis codicibus inveniſſe teſtatur, dū ἐχιοδήκτους reddidit, *Viperarios,* الحوايين. Videtur enim legiſſe, ἐχιοθήρους, vel ἐχιοθήρας. Nam ἐχιόδηκτοι haud alii queant intelligi præter eos quos vipera momorderit. Ecqod illi autem antidotum naturale habeant adverſus morſum viperæ, haud fateor me videre, qui à vipera morſi fuerint. Palam vero eſt, Græcum auctorem de his intelligere qui viperas venabantur. ϗ ἐπάνω πάντων

των ἐςὶ τ̃ πρόπερον αὐτὸν λυπύντων, καθάπερ οἱ ἰχιοθῆροι. τὰ γὰρ θηεία δήπυ, πάντας ἀπὸ ἄλλυς κακοποιοῦντα, μέχελ θανάτυ ἐκείνυς ὐ λυπεῖ, διὰ τὸ ἔχἐν ἀντιφάρμακον αὐτὺς τῦτο. Pagina ſequenti ridiculus eſt idem paraphraſtes Arabicus, dum Græca iſta ita verſa nobis obtrudit, ϗ τὰς κνήμας, καὶ τὰς κεφαλὰς δοκῦσι πετρίφθαι, *adeo ut capita illorum ad pedes pertingant,* حتي ان ارؤسهم تلحق ارجلهم. Senſus Græcorum eſt, *quorum capita attrita & detritæ ſuræ videntur.* Hanc huius loci expoſitionem de capitibus quæ ad pedes uſque pertingunt, hauſit ex alia falſa interpretatione verbi ἀνακάμπτειν, quod accepit pro capita inclinare, incurvare & protendere. Cum enim hic dicat Cebes, de iſtis deſperatis, οἱ μὲν ἀπεγνωσμένοι, καὶ τὰς κνήμας, καὶ τὰς κεφαλὰς δοκῦσι πετρίφθαι, paulo poſt de iiſdem ait, οἱ μὲν ἀπεγνωσμένοι ἀπὸ τ̃ παιδείας ἀνακάμπτυσι, κακῶς καὶ ἀθλίως διακείμενοι. Quæ verba Arabs ita vertit, *qui non cognoſcunt diſciplinam, ideo capita ipſorum ſunt demiſſa, & ſtatus ipſorum malus eſt.* Ubi vides, ἀνακάμπτειν eum reddere de his qui capita habent demiſſa, & ad pedes uſque inclinata. فروسهم منكسة. Ideo ſupra ubi de iiſdē ſermo eſt ϗ τὰς κνήμας ϗ τὰς κεφαλὰς δοκῦσι πετρίφθαι, explicavit de hac eadē capitum incurvatione verſus pedes, & demiſſione. Quod eſt ineptiſſimum. Ἀνακάμπτειν, hoc loco eſt, redire, reverti. Malim itaque hic legere, in Græcis, οἱ μὲν ἀπεγνωσμένοι, ἀπὸ τ̃ παιδείας ἀνακάμπτυσι, κακῶς καὶ ἀθλίως διακείμενοι. Et hi quidem deſperati, *ab eruditione recedunt, male ac miſere tractati.* Et ridicule idem Arabs interpres ἀπεγνωσμένοι ἀπὸ τ̃ παιδείας, vertit, qui non cognoſcunt diſciplinam, فلانهم لم يعرفوا الادب. Paulo ſupra autem ἀπεγνωσμένυς expoſuerat مهمومين مضطرين. *Afflictos & miſeria affectos.* Heſychius, ἀπεγνωσμένος, ἀπέλπισος. Sed ita ille ſolet: voces eaſdem Græcas non uno eodemque modo ſæpe reddit, variaſque eis ſignificationes addit idem tamen ſignificantes. Ita ἄπλαςον & ἀπλῶ diverſis modis tranſtulit. Et ἀνακάμπτειν non uno modo. Nam cum hic *capita demittere* verterit, paulo poſt ubi eandem in Græco ſententiam poſtulat, *abſcedere penitus* exponit, καὶ ἀναβεβηκότες πρὸς τ̃ καρτερίαν πάλιν ἀνακάμπτυσι. *Et ubi adſcenderint ad tolerantiam, rurſus ab ea ſolent abſcedere.* Ubi Arabs vertit: *Miſeri autem ſunt, quia ſeſe procul removent, neque aſcenderunt ad diſciplinam ac coërcitionem ani-*

*** mi.

mi. Quæ Græcorum mentem non exprimunt. Haud certe etiam *καρτερίαν* interpretatur, ظلف النفس. At pagina ſequente rurſus *ἀνακάμπτειν* proclinare capita, in his: Δόξαι, ἔφη. καὶ ἀγαγοῦσαι πρὸς τὴν παιδείαν τοὺς εἰσελθόντας πρὸς τὰς Ἀρετὰς, ἀνακάμπτουσιν, ὅπως ἑτέρους ἀγάγωσιν. Id eſt. *Opiniones, inquit, ſunt. quæ, ubi adduxere ad diſciplinam qui ad virtutes ingreſſi ſunt, rurſus redeunt, ut alios adducant.* Quæ Arabs ita tranſtulit. هن الظنون الموديه الي الادب وقد طاطان روسهن. *Sunt opiniones, quæ deducunt ad diſciplinam, & iam proclinarunt capita ſua.* Sed & pag. LII, ἀνακάμπτουσιν αὗται, πάλιν ἄλλας ἄξουσαι, vertit, *& quoties adduxere aliquos, reverſæ poſtea proclinant capita ſua.* وكلما اتين بقوم عدن فطاطان روسهن ليجتلبن غيرهم Utrumq; expreſſit. Et hanc capitum protenſionē ad hoc vult fieri, ut alii inducantur. Nempe ad invitandū; ut plerumq; capitis nutu fit, quo aliquem vocamus, & perlicimus. Sic ἡδυπάθεια pag. XLIX vertit البذخ. Elichmannus vertit *faſtum*. Sed nihil minus eſt. Ἔπαρσιν illa vox Arabica ſignificat, & elationem, quæ propria eſt tam faſtus quam gaudii. Videtur ergo pro exultatione quæ effuſam lætitiam ſequitur, poſuiſſe. At infra ἡδυπάθειαν rectius exponit التمتع باللذات, *uſuram vel uſum vel uſurpationem voluptatum.* Mirum eſt quomodo pag. LI, ἐπὶ κεφαλαίου, converterit in Arabicum in illis verbis, ποῖα οὖν λέγουσιν ἀγαθὰ εἶναι; τὴν ἀσωτίαν, καὶ τὴν ἀκρασίαν, ὡς ἂν εἴποι τις ἐπὶ κεφαλαίου. *Vt quis in ſummam vitia omnia complectatur. Vt quis ſummatim dicat.* Sic ille Arabs vertit: *Hæ duæ enim duces ſunt.* Nempe, ἀσωτία καὶ ἀκρασία. Eo tempore κεφάλαια Græcis de capitibus ſive ducibus officiorum & ſcholarum, ſed & exercituum, dicebantur, ut Latinis *capita officiorum* pro primatibus, & *capita ſcholarum*. Etiam κεφαλαιάδες & κεφαλαιῶται barbaræ Græciæ hodieque vocantur ordinum ductores, quos vulgo *capitaneos* ab eo vocamus. Sub ἀσωτίας & ἀκρασίας appellatione Cebes complectitur ſummatim omnia vitiorum genera. Ἀσωτία præcipue luxum deſignat & nepotinos ſumptus qui gulæ inſerviunt. *Nepotatum* Latini unica voce dicunt. Optimæ Gloſſæ Philoxeni: *Nepotatus*, ἀσωτία. Ἀκρασία vero, id eſt, intemperantia, in libidine veneria præcipue ſpectatur. Arabs paraphraſtes ſi optimo noſtro Elich-

manno

manno credimus, ἀσωτίαν eo verbo expreſſit quod *contumaciam* ſignificat. Paulo ſupra eadem voce ἡδυπάθειαν reddidit. Et ſane eo loco ἡδυπάθειαν ita coniunxit cum ἀκρασίᾳ, ut hic ἀσωτίαν eidem ἀκρασίᾳ copulavit. Vtrobique Arabs tam ἡδυπάθειαν quam ἀσωτίαν بذخ reddidit. At *faſtum* eo loco vertit ὁ μακαρίτης, ut iſto *contumaciam*. Neutrum exprimit τὴν ἀσωτίαν, vel ἡδυπάθειαν, quæ proprie voluptatem notat quæ in deliciis gulæ verſatur. Vnde τὰ ἡδυπαθητικά, Titulus libri Enniani in Apologia Apuleii, ut nos olim emendavimus. Quam emendationem quidam ineptè ſuggillant qui nihil melius poſſunt ſuggerere. *Luxum* & *luxuriam* vocant Latini, licet hoc etiam nominis ad veneriam voluptatem referatur, præcipue apud recentioris Latinitatis & monachalis auctores. Vnde *peccata luxuriæ*, quæ ex venere committuntur. At veteribus *luxuria* à *luxu*. Et *profuſionem contra pudorem*, *& ſupra modum* interpretatur Nonius. Hæc eſt ἀσωτία. Sane ſumptus illi profuſi locum etiam habent in re veneria. Vnde & *luxuriam* infima & barbara Latinitas uſurpaverit de veneriæ libidinis exceſſu. Non ita antiqui, qui pro *luxu* poſuera. Et inde illi nomen. At ἀκρασία magis in re veneria obtinet, quod difficilius ab ea temperatur. Sane ut *luxuriam* de venere etiam dixere Latini, ita & ἡδυπάθειαν, quam eamdem cum ἀσωτίᾳ hic facit Cebes, quidam etiam tranſtulerunt ad ἀφροδίσια. Græci quippe nonnulli τὴν ἡδυπάθειαν de ventris & veneris cupiditate uſurpant. Vnde & ἡδυπάθειαν, πορνείαν quoque Suidas exponit. Heſychius ἡδυπαθεῖς, φιληδόνους interpretatur, καὶ τῷ πάθει χαίροντας. Verum de his alibi. Agamus quod agimus. Τραπεζῖται pag. LV; quid eſſent, non eſt aſſequutus paraphraſtes, fortean quod apud Arabes Menſarii Argentariique permutandis nummis & mutuandis operati nulli eſſent. Dicit eo loci Cebes, non debere nos adſimilari κακοῖς τραπεζίταις, improbis argentariis qui cum mutuam pecuniam ab aliquo acceperunt, non cogitant, ea conditione ſe eam accepiſſe, ut aliquando reddant, verum illa abutuntur tanquam ſua, ſuumque volunt reddere nemini, ſed alienum ſemper retinent. Non tales itaque nos eſſe oportere, ſi quando aliquid ex ſuis bonis fortuna nobis fuerit elargita ad tempus. Repoſcenti quod ſuum eſt, ſtatim reddendum, quia alienum. Mutavit ſtatum illius comparationis totum Arabs interpres, & τραπεζίτας de his interpretatus eſt, qui invitantur ad ſol-

lemne aliquod convivium. Sane τραπεζίτης videtur eo ſenſu Græcis, & præcipue poëtis, ſumi pro eo qui conviva eſt alicui. Nam & τραπεζίτην Πάριν vetus Tragicus dixerat de Paride Menelai conviva & hoſpite. Quamvis Grammatici τραπεζίτην exponant, τὸν παραβάντα, καὶ ἀτιμάσαντα τὴν τράπεζαν τοῦ Μενελάου. Quod vix verum eſſe credo. Nec ea vis eſt illius vocabuli. Vt ut ſit, vocem τραπεζίτης apud Cebetem ita videtur intellexiſſe Arabs de eo qui invitatus eſt ad epulum publicum aut magnum. Reliqua comparationis ſic accommodat, ut idem propemodum efficiat quod illa Cebetis de Trapezitis vel Menſariis. Sic & θέμα quæ pecunia eſt ad menſam poſita, accipit pro re aliqua pretioſa, ut eſt unguentum vel aroma, quod ſingulis convivis offertur, videndum aut olfaciendum, ut mox ad alios ſimiliter tranſeat, non proprium cuiquam, & ἀναφαίρετον futurum: Pag. LVII, nec ἐφόδιον quid eſſet percepit. Et cum ſit viaticum, de via aliqua non nota, nec uſitata, ſed ſingulari accepit. Verba Græca Cebetis hæc ſunt de ψευδοπαιδεία, ſive falſa diſciplina, Κελεύει οὖν αὐτοῖς χρόνον τινὰ ἐνδιατρίψαι, καὶ λαβεῖν ὅ, τι ἂν βούλωνται παρ' αὐτῆς ὥσπερ ἐφόδιον. Ita iubemur tantiſper morari ac converſari cum hac ψευδοπαιδεία, ut aliquod viaticū ab ea accipiamus, dū tendimus ad veram παιδείαν. Hęc verba, ὥσπερ ἐφόδιον, vertit paraphraſtes, لانه بمنزلة طريق شان. *Nam hoc ſe habet ad inſtar viæ deviæ ac minime tritæ.* Pag. LXI, non dici poteſt quantum ſit hallucinatus in illis Græcis vertendis, οἱ τούτους τοὺς μαθηματικοὺς παραλλάττουσιν. Dicit enim Cebes, videre ſe plurimos qui è primo ſepto ad tertium commeant, in quo vera παιδεία habitat, præteritis ſcientiarum variarum profeſſoribus qui in ſecundo ſepto degunt, adeo ut non ſit opus illos inviſere & eorum ſeptum intrare tendentibus ad tertium. Sæpius enim contingere, ut à primo ſepto homines citius tranſeant ad tertiū veræ παιδείας, quam ſecundi ſepti incolæ, qui ψευδοπαιδείαν ibi degentem adorant & colunt. Rationē ibi reddit. Pro illis verbis, οἱ τούτους τοὺς μαθηματικοὺς παραλλάττουσιν, contraria ſententia dixit paraphraſtes, *ubi venerint è primo ſepto, tranſeunt ad hos, ac ſimilitudinē prætendunt virtutis eorum, niſi quod corripiat hos quoque negligentia, & obſequantur illis, in quibus vera* παιδεία *non eſt, ſed fraus, id eſt,* ψευδοπαιδεία. Nihil horum voluit Cebes. In primo ſepto ſunt idiotæ incontinentes, intemperantes, luxu perditi, voluptuarii. In ſecundo, qui litteras didicerunt ac pro-

profitentur, Rhetores, Dialectici, Grammatici, Critici, Poëtæ, Aſtrologi, Geometræ, Muſici, & artiũ omniũ cultores quæ vocantur liberales & ἐγκύκλιοι. Hi omnes ψευδοπαιδείαν colunt eamq; affectātur. In tertio ſepto moratur vera παιδεία, quæ beatos efficit ad ſe venientes, & ſummũ bonum poſſidet, datq; poſſidendum ſui cultoribus. Quæſtionis ergo eſt, an ad beatam vitam viam affectantibus ſit tranſeundum neceſſario per ſecundum ſeptum, & delibandæ in tranſitu illæ diſciplinæ quæ ibi ſedem fixere, quaſi conducant, & aliquid conferant ad ſummam boni quod homini ſummum eſt, & quod apud verã παιδείαν percipitur. Paulo ante docuit Cebes, poſſe litteras tanquam ἐφόδια ſumi ad virtutem properantibus, non ut neceſſarias, ſed ut utiles tantum iter aliò habentibus, & ad deſtinatum pergentibus. Illa quippe ſtudia hactenus tantum proſunt, ſi præparent ingenium, non ſi occupent ac detineant. Non iis igitur immorandum. Nam nec bonum virum facere per ſe poſſunt, quinimmo nec id promittunt. Nihil autem habere artes iſtas edoctos ſupra cæteros homines qui eas non didicerunt, quo prævaleant iis, tanquam compendiariam magis ad virtutem tenentes ac terentes viam, eo argumento probatur, quod earum profeſſores turpiſſimi omnium ac flagitioſiſſimi ſæpe cernuntur. Præterea homines indocti & idiotæ à primo ſepto ſæpe tranſgrediuntur ad tertium ubi virtutis ſedes eſt, & veri boni, quo beati efficiuntur, ne ſalutatis quidem in tranſcurſu artibus iſtis, & ſtudiis, quæ in ſecundo hærent ſepto. Non ergo illæ neceſſariæ tendentibus ad ſummi boni ſcientiam, quæ ἀληθινὴ παιδεία eſt Cebeti. Cum hæc ita ſint, inquit Cebes, πῶς ἔτι περιέχουσι? Qua in te præſtant indoctis, quo citius perveniant ad ſcientiam ſummi boni, cum ipſi & indociliores ſæpe ſint, & tardiores ad eam artem addiſcendã, quæ ſola vera eſt, & ſummi boni magiſtra? Ita enim legẽda Græca apud Cebetẽ, quæ vulgo corruptiſſima ſunt: ὥστε πῶς ἔτι περιέχουσιν ἄρα, οἳ ἀκινητότεροι ἢ δυσμαθέστεροί εἰσιν; Reſpondet alter ac querit, quomodo id fieri poſſit, ut, qui artes illas liberales didicerunt, quiq; in ſecundo ſepto diversãtur, quod propius tertio eſt, in quo virtus & vera boni ſcientia moratur, tardiores ſint, & indociliores ad eam addiſcendam veram ſcientiam. Rationẽ reddit ſenex, quod, qui in ſecundo ſepto habitant, artium nempe doctores liberalium, ſimulant ſe ſcire quod neſciunt. Et dum putant, ſe veram eſſe adeptos ſcien-

tiam, eo redduntur ad eam perſequendam ineptiores. Immo plerumque nunquam eam aſſequuntur, eo ipſo quod iam cenſeant ſeſe illam tenere. Verba Cebetis, ὅτι οἱ ἐν τῷ δευτέρῳ περιβόλῳ, εἰ μηδὲν ἄλλο, προσποιοῦνταί γε ἐπίστασθαι ἃ οὐκ οἴδασιν. ἕως δ' ἂν ἔχωσι ταύτην τὴν δόξαν, ἀκινήτους αὐτοὺς ἀνάγκη εἶναι πρὸς τὸ ὁρμᾶν πρὸς τὴν ἀληθινὴν παιδείαν. Integriore videtur uſus Codice Odaxius, qui hæc ſic vertit. *Quoniam in primo ambitu hoc plus habent, quod, quæ neſciunt neſcire ſe, non diſſimulant, in ſecundo vero illud certe neſciunt quod ſcire ſe profitentur.* Ab horum ſententia tam longe recedit auctor Arabs. in ſua paraphraſi, quam longiſſime abſunt à vera ſcientia virtutis, τῆς ψευδοπαιδείας profeſſores, Grammatici, Critici, Poëtæ, Muſici, Geometræ, Aſtrologi, aliarumque artium magiſtri, quæ virtutem non docent, quia nec tradunt. Immo nec eius ſcientiam affectant, nec omnino eam profitentur. Quæ hic attigimus & velut excerpſimus ex illa paraphraſi à mente Græci auctoris maxime aliena, vix centeſimam partem efficiunt eorum quæ obſervavimus, quæq; ſuis locis ſingula enotari potuiſſent, ſi plus otii habuiſſemus. Sufficere credidi pauca ex infinitis hæc ſelegiſſe, ut mortuo præſtarē quod vivo promiſeram, qui paulo ante mortem maximo opere me rogaverat, ut hanc paraphraſim percurrerem, & quantum diſcreparet à Græco aut aberraret, cognoſcerem, ſibique quæ notaſſem ſubminiſtrarem, in Notis quas adornabat, reponenda. Non propterea tamen avocare velim ſtudioſos ab Arabica lingua perdiſcenda eo maxime nomine quod Arabum de Græco tranſlationes tam vitioſæ ac pravæ reperiantur. Habet illa lingua quo utilitatem ſuam commendet, etiamſi illi ſuſtuleris tranſlationum fidem. Ne iſtæ quidem, quamvis aliquammultis partibus parum fidæ, tamen contemnendæ ſunt. Explicant enim multa vocabula τεχνικὰ Græca quorum expoſitionem in noſtris Lexicis Græcis fruſtra hodie quæras. Vt reapſe multis locis comperi in conferenda verſione Arabica Dioſcoridis, quæ apud Ebenbeitarem extat, cum Græco textu. Præterea cū ante octingentos plus minus annos illæ verſiones procuratæ ſint, melioribus libris & antiquioribus earum auctores ſæpe uſi videntur, quorum ope multa emendari in melius poſſunt in noſtris libris. Quod etiam ex eodem Dioſcoride Arabice verſo plus mille locis deprehendi. Non raro quippe etiam ubi male mentem auctoris expreſſerunt, cognovi tamen, rectiorem lectionem in libris ſuis eo

tem-

tempore inveniſſe, quam quæ hodie in noſtris extant. Vno exemplo, ſed illuſtri, hîc illud comprobare fert animus. Apud Dioſcoridem lib. III de Agarico libros recentius exaratos plures vidi qui non differunt à vulgatis, in his verbis, quibus agit de Agarici natura, utrû ſit radix, an more fungi proveniat. λέγουσι γὰρ, οἱ μὲν, φυτοῦ ῥίζαν εἶναι, τινὲς δὲ, ἐν τοῖς στελέχεσι τῶν δένδρων κατὰ σῆψιν γίνεσθαι, ὥσπερ οἱ μύκητες. *Quidam ferunt radicem eſſe plantæ, aliis placet, in caudicibus arborum, more fungi naſci.* Pro his vero, ἐν τοῖς στελέχεσι τῶν δένδρων γίνεσθαι, unicum exemplar vetuſtatis venerandæ, quod in Bibliotheca Regia ſervatur, habet ſcriptum, ἐν σητίνοις δένδροις γίνεσθαι. Arabes, qui Dioſcoridem in ſuum ſermonem verterunt, ita legiſſe omnino videntur in Codicibus qui tunc extabant, ſed σήτινα δένδρα perperam interpretati ſunt pro σητόβρωτα, carie & vermiculis exeſa. Nam σὴς eſt vermiculus. Sed σήτινον non poteſt idem eſſe quod σητόβρωτον. Sic ergo legitur in verſione huius loci, qui refertur ab Ebenbeitare in voce غاريقون. *Garicon.* Ita enim *Agaricum* appellant.

و من الناس من زعم انه اصل نبات و من الناس من قال
انه يكون من العفونه في لشجار نتسوس كمثل تكون

الفطر. *Et ſunt homines, qui putent, quod ſit radix plantæ. Sunt autem alii, qui dicant, quod naſcatur ex putredine in arboribus à vermibus eroſis, quomodo naſcuntur fungi.* Apparet, eos omnino reperiſſe in ſuis libris, ἐν σητίνοις δένδρεσι, quæ σήτινα δένδρα acceperunt ἀπὸ σητῶν διαβρωθέντα, *vermiculata*, quæ نتسوس verterunt. Nam سوس Arabibus, idem quod σὴς Græcorum. At σήτινα δένδρα Diſcoridi ſunt αἱ σῆται, ut πεύκινα δένδρα, αἱ πεῦκαι. κέδρινα, cedri. & σύκινα δένδρα Diodoro Siculo αἱ σῦκαι. Σῆτα vero vel σήττα Symmacho dicitur quæ apud Hebræos שטה σήττα, & in plurali שטים. Dioſcoridi σήττινον δένδρον. Interpretes cedri genus eſſe volunt. Septuaginta ἄσηπτα δένδρα exponunt. Theodotion apud Hieronymum ſpinam Aegyptiam eſſe putat, cuius lignum duriſſimum & maxime ἄσηπτον, Arabes vocant سنط *Sent.* Quod idem plane eſt ac σήττα, vel σῆτα, inſerto Nun, ut ſolent illi in pleriſque peregrinis vocibus. Sed de hac ſpina Aegyptia nos plura in Homonymis plantarum. Hic ſignare voluimus quæ utilitas ex Arabicis verſionibus percipi queat, & quæ cautio adhibenda ſit in illis legendis. Quam multas voces

Græcas

Græcas in vertendis Græcis ignoraverint, quia ſeculo illo non amplius erant uſitatæ, vel ex illo capite Dioſcoridis de Agarico conſtare poteſt, ubi *ἀνάδοσιν* tum neſcirent quid eſſet, ex coniectura expoſuerunt, ut ſententia loci videbatur eam ſuppeditare & ſuggerere in iſtis, *γεῦσιν ἢ ἀμφότερα ὅμοια, κατ' ἀρχὰς μὲν γλυκίζοντα, εἶτα ἐξ ἀναδόσεως ἔμπικρα.* Quæ ſic Arabice converſa ſunt: *Quod ad guſtum attinet, utrumque genus ſimile eſt*, & cum primum mordentur, اول ما يذاقان, *invenitur in iis dulcedo, deinde mutatur poſtea ſapor eorum ab illa quæ in iis fuerat, dulcedine, tum mutatio ea creſcit, donec aliquid in ea amari appareat.* يوجد في طعمهما حلاوة ثم من بعد يتغير طعمهما عما كان فيه من الحلاوة ثم تزيد التغير فيه الى ان يظهر فيه شي من مرارة. Vult igitur, in ipſo ore hanc fieri totam mutationē, ut ab initio, quando morſu appetitur Agaricum, dulce guſtu ſentiatur; deinde paulatim dulcis ille ſapor minuatur, donec ad amarorem degeneret. Sic per *ἀνάδοσιν* fieri putarunt quod ſenſim fit & per gradus quoſdam & numeros. Ex qua interpretatione liquet, non intellexiſſe eos quid eſſet *ἀνάδοσις*. Agaricū primo guſtatum dulcedinis ſenſu palatum & linguam afficit, in ore ipſo commanſum, poſtea *ἐξ ἀναδόσεως* amareſcit, ubi nimirum in ventriculum deſcendit, per halitum qui ad os refertur. Hoc enim proprie Græcis *ἀνάδοσις γεύσεως*, quem & *νόστον* appellarunt. Quæ vox *reditum* proprie ſignificat. Inde & pro guſtu, qui redit ex ore ventriculi per halitum, & in os venit. Quod vocamus vulgo in noſtro idiomate *reproche*. Unde & cibi dicuntur *reprocher*, cum *ἐξ ἀναδόσεως* alium ſaporem referunt, vel eundem, ſed acriorem, quam præferebant cum manducarentur. Dicimus etiam *revenir*. *Hoc mihi revenit*, id eſt, *in os redit*. Belgæ, *Opcomen*. Heſychius, *νόστος, ἡ εἰς οἶκον ἀνακομιδὴ, ἡ ἐπάνοδος, καὶ ἡ ἀνάδοσις τῆς γεύσεως.* Atque hæc obiter. Huiuſmodi hallucinationibus & pravis interpretationibus Arabicæ verſiones cuiuſcunque generis è Græco tranſlatæ ſcatent. Nec tamen Latinæ plerunque feliciores. Nam & viri doctiſſimi medici non melius hoc loco aſſequuti ſunt quid eſſet *ἀνάδοσις*; dum *diſtributionē* vertunt. Hæc etiam *ἀνάδοσις* eſt, ſed hic locum non habet. Nec video ſane, quomodo iam concoctus in ventriculo cibus, & in venas diditus, poſſit in ore guſtum aliquem ac ſenſum

ſui

ſui præbere. Scio quidem, & multas res in ore ipſo diutius detentas alium ſaporem facere quam à primo cum morſu tentatæ ſunt, & plerumque ex dulcibus inamareſcere. Sed hoc non fit ἐξ ἀναδόσεως. præterea ex dulcibus non amariſſimę evadunt, ſed utcunque amarę. At ἔμπικρον apud Dioſcoridem non eſt ſimpliciter amarum, ſed valde amarum. Verum de his alibi. Ut ad Cebetem redeamus, quod in Arabico huius Tabulę in fine adiectum ultra menſuram Gręci contextus legitur, credere poſſem ab auctore ipſo Cebete eſſe, repertũ à paraphraſte in exemplaribus quibus tum uſus eſt, niſi fidem eius haberem ex aliis ſuſpectã. Cum enim in reliqua Tabula tam multa detraxerit, addiderit, inverterit, interpolarit, præter Græci auctoris mentem & ſententiam non queo mihi perſuadere, hoc additamentum alterius eſſe quam ipſius, quod liberaliter de ſuo auctori donavit. Præſertim cum nullus hodie liber inveniatur tam antiquus qui illa agnoſcat. Vidi autem aliquos, qui de antiquitate ſcripturæ certare poterant cum ævo quo Paraphraſin hanc compoſuiſſe interpres hic Arabs videri queat. Præterea Tabulæ titulus nihil amplius promittit, quam ipſius picturæ, quæ inerat inibi repræſentata explicationem ab illo ſene qui ἐξηγητὴς eius introducitur. In his vero quæ adtexta fuere à Paraphraſte, petit ille ſenex à Cebete, ſi qua in re de his quæ illum docuit dubitare inceperit, ut ad ſe revertatur. Hoc non ultra crepidam, ſed planę extra Tabulam. In verſione Odaxii quædam in fine habentur quæ in noſtris libris non legas, fortaſſe inventa in codice quo uſus eſt. Sed ea pauciora ſunt, ut videri etiam poſſint adiecta ab aliquo ſciolo, qui putabat aliquid deeſſe Tabulæ clauſulæ. Et notum eſt eruditis, quam infinita talia bonis auctoribus à malis lectoribus adſui ſolita ſint. Si quis tamen genuina illa auctoris velit eſſe, per me opinetur licebit quod vult. Cum talibus enim durum contendere. In Paraphraſi Aureorum carminum Pythagoræ Arabica, nonnulla etiam obſervamus quibus non recte Gręca exprimuntur, & longius abeunt ſæpe ab auctoris mente. Primum in verſ. 111 perperam καταχθονίους δαίμονας interpretatur *genios terræ*, ut vertit Elichmannus noſter. عمار الارض. Nam genii, ſive dii terreſtes, apud gentiles alii ab Inferis diis, ſive Manibus, qui χθόνιοι & καταχθόνιοι dicebantur. Male autem plerique interpretes, καταχθονίους δαίμονας hic accipiunt de vivis & terram incolentibus divinis viris. Nec

 cũra.

curarem, Hieroclem in ea eſſe ſententia. Sed certe falluntur qui putant ita ſenſiſſe Hieroclem, exponuntque hic *dæmonas ſupra terram* viros ſapientes eſſe ac bonos. Non ea mens Hieroclis, multo minus Pythagoreorum. Δαίμονας hic vocari ab iis dicit Hierocles animas humanas excellentiores, ut virtute ac veritate præditas, ſed extra corpora, defunctorum nempe iam hominum animas, ſed ex opinione Pythagoreorum in corpora iterum redituras. Hæc ratio eſt cur Hierocles καταχθονίους hic accipiat quaſi ἐπιχθονίους, ἐπὶ γῆς πολιτεύεσθαι δυναμένας. Sic enim καταχθονίους δαίμονας interpretatur, τὰς ἀνθρωπίνας ψυχὰς, ἀληθείᾳ καὶ ἀρετῇ κοσμηθείσας, δαίμονας καλεῖ, ὡς δαίμονας καὶ ἐπιστήμονας, εἶτα χωρίζων αὐτὰς τῆς φύσει δαιμόνων, οἳ τὸ μέσον τάγμα πληροῦσι, καταχθονίους προσέθηκεν, ὡς δυναμένας ἐπὶ γῆς πολιτεύεσθαι, καὶ γήινα σώματα ὑποδύεσθαι, καὶ κατὰ γῆς οἰκεῖν. Ubi vides, de animabus defunctorum præſtantium virorum hic eum agere. Κοσμηθείσας ἀρετῇ καὶ ἀληθείᾳ dicit, id eſt, quæ ornatæ fuere virtute & veritate, dum viverent & corporibus eſſent alligatæ. Quæ animæ ut diſtinguantur à medio genere vel medioximo deorum ſive dæmonum, qui natura tales, nec unquam corpora humana ſubeunt ut in terris verſentur, ideo καταχθονίους eos δαίμονας vocaverint Pythagorei, ut opinatur Hierocles. Nec obſtat quod aiunt, Pythagoreos animas humanas non ſub terra poſt mortem collocare, ſed in aëre. An hæc cauſa movit Hieroclem, ut καταχθονίους δαίμονας explicaverit, ἀντὶ τῶν ἐπιχθονίων κατὰ γῆν, non κατὰ γῆς οἰκεῖν δυναμένων, non ſub terra, ſed in terra? Certum eſt hic Pythagoram ſe accommodaſſe opinioni & loquutioni hominum ſui ævi, qui animas defunctorum καταχθονίους δαίμονας vocabant, hoc eſt, ὑποχθονίους, *Deos manes, & Deos inferos.* Deinde aeris illi campi in quibus beatorum ſedes aſſignatur, etiam ſub terra, ſed non tam altè ut erat Tartarum. At hic auctor ſimpliciter oſtendit, qui cultus exhiberi debeat præſtantium virorũ geniis & animabus, poſtquam corpore fuerint exſolutæ. Atqui tales animas tunc temporis homines καταχθονίους δαίμονας appellabant. Si hoc ſenſu ita hic accepit Arabs عمار الارض, nihil ſane erraverit. Nam & عمار البيت vocant iidem Arabes dæmones familiares, domos incolentes, qui *lares* Latinis appellantur. Primo igitur agitur in his verſibus de Deorum immortalium & ſummorum cultu, qui ἀθάνατοι θεοὶ vocantur. Deinde de ſemideorum & Heroum, quos ἀγαθοὺς ἥρωας

ἥρωας appellantur. Ultimo loco de excellentium virorum animabus, qui δαίμονες καταχθόνιοι nominantur, Dii inferi, & Manes ſub terra degentes. Ubi Elyſium & ſedes beatarum animarum antiquitas ponebat. Non recte autem expreſſit Arabs ſententiam illius verſus, πραέσι εἶκε λόγοις, ἔργοισι τ' ἐπωφελίμοισι. Non enim præcipit ut ita nos præbeamus faciles amicó, ut ei præſtemus humaniter quod emolumentum ei afferat. Ait ſimpliciter, primo ut nobis amicum faciamus eum qui optimus ſit, deinde ut eius blandis dictis cedanus & pareamus, & omne quod in nos fecerit boni, in bonam partẽ accipiamus, quaſi in utilitatem noſtram & emolumentum factũ. Multo minus mentẽ aſſequutus eſt verſus ſequentis, μηδ' ἔχθαιρε φίλον σὸν ἁμαρτάδος εἵνεκα μικρῆς. Primum φίλον σὸν amicum ſuum vertit صديقا له, id eſt, amicum eius. Nam φίλον σὸν debuit reddere صديقا لك. Ἐχθαίρειν porro vertit استفسد. Quod eſt, corruptũ aliquid ac depravatum eſſe velle & cupere. Poſtremo ἁμαρτὰς μικρὴ exiguum eſt peccatum, quod amicus commiſit, cuius gratia eum nobis inimicum fieri velle, aut tanquam inimicum illum odiſſe non debemus. At paraphraſtes de peccato accepit quod ex nobis procedit contra amicum aut amici rem. لهفوة تكون منك. *Ob peccatum quod à te ortum eſt.* Neſcio igitur, quid voluerit Arabs in illo verſu explicando, aut quid ſequutus ſit. Non melius, ut res eſt, percepit ſenſum verſiculi XVI. χρήματα δ' ἄλλοτε μὲν κτᾶσθαι φιλεῖ, ἄλλοτ' ὀλέσθαι. Scio quidem, & alios interpretes φίλει cum imperandi modo legiſſe, ſed malam item lectionem illam eſſe ſcio, cum recte ſit φιλεῖ. Quam & Hierocles agnovit. Hæc enim mens Pythagoræ, iuſtitiam in omnibus nos ſectari & exequi debere, neque rem ullam agere ſine ratione. Debemus, inquit, hoc primum tenere, quod omnibus à natura decreta ſit mors. Qui hoc tenuerit, nihil unquam turpe aut iniuſtum faciet vitæ conſervandæ gratia, quam ſciat omnimodo ſibi tandem neceſſe eſſe fato amittere. Deinde illud etiam ſcire nos oportet, divitias interdum quæri, interdum amitti ſolere, χρήματα ἄλλοτε μὲν κτᾶσθαι φιλεῖ, ἄλλοτ' ὀλέσθαι. Qui hoc compertum habebit, non adeo ſollicitus erit de quærẽdis ac ſervãdis eiuſmodi bonis, quę haberi & abire ſolent, quæque caduca ſunt, inſtabiliaq;, ac multis caſibus obnoxia. Non igitur hoc verſu præceptum continetur de modo adhibendo opibus, iiſque ſuo tempore colligendis, ac ſuo

 item

item tempore abſumendis. Qua de re infra præcepit illis verſibus, Μὴ δαπανᾶν παρὰ καιρὸν ὁποῖα καλῶν ἀδαήμων, Μηδ' ἀνελεύθερος ἴσθι. Poſtremo videre debuerant eruditi viri, ab illa lectione φίλοι vix poſſe commodum ſenſum elici conſtructa cum ὀλέσας, φίλος ἄλλοτ' ὀλέσας τὰ χρήματα. Perdi & profundi pecunias, ea loquutione intelligeretur; quod referendum eſſet ad ſumptus nepotinos luxurioſorum, non cū modo prout neceſſitas & uſus requireret, abſumendorū. In verſu XIX vertendo non feliciorem operam poſuit Arabs, Ἰᾶσθαι δὲ πρέπει καθόσον δύνῃ. Infortunia quæ à vi maiore nobis accidunt, æquo animo fereuda eſſe præcepit verſu præcedente, nec indignandum cum tale quid fatale ingruit. Immo Ἰᾶσθαι δὲ πρέπει καθόσον δύνῃ. Hanc ſententiam comicus expreſſit Latinus, cum dixit vitam humanam eſſe quaſi ludum teſſerarum, in quo ſi quid male cecidit, arte corrigendum eſt. Prudentia igitur mederi debemus inopinatis caſibus, eoſque corrigere, & leviores ferendo facere. Arabs vertit, بل دُروم مداراتها. Quod vertit Elichmannus. *Immo ſtude potius iis blandiri.* Videamus & verſus illos quomodo acceperit.

Πολλοὶ δ' ἀνθρώποισι λόγοι δειλοί τε, καὶ ἐσθλοὶ
Προσπίπτουσ', ὧν μήτ' ἐκπλήσσεο, μήτ' ἄρ' ἐάσῃς
Εἴργεσθαι σαυτόν.

Verbum ἐκπλήσσεσθαι ſumpſit Arabs pro iraſci. فلا تمتعض منه *& ne iraſcaris propter id, ne ſuccenſeas.* Ἐκπλήσσεσθαι Græcis nunquam id ſignificavit, ſed aut timere denotat aut admirari, & admiratione vel metu percelli. Inde ἔκπληξις eſt ἐκφόβησις. Quomodo hic accipiemus? Illud ὧν multos hic offendit. Nam potius dicendum eſſet, οὓς μήτ' ἐκπλήσσεο. Atque ita Hierocles, καὶ οὕτω τὸ Πυθαγορικὸν τηρήσομεν παράγγελμα, μήτ' ἐκπληττόμενοι τοὺς πονηροὺς τῶν λόγων. Hinc Marcilius pro ὧν legebat ὦν, *Ionice*, inquit, *pro* οὖν. Quod ineptum eſt. Niſi ὡς legamus contra libros omnes qui ὧν retinent, ipſa conſtructio ſic procedit, ut iſtud ὧν referendum ſit ad ſequens membrum, quaſi hoc ordine ſcripſiſſet auctor. ὧν μήτε ἐάσῃς εἴργεσθαι σαυτὸν, μήτε ἐκπλήσσεο. *A quibus neque te ſinas abſtineri, neque rurſus eos cum admiratione recipias.* Ita ergo diſtinguendum, ὧν, μήτ' ἐκπλήσσεο, μήτ' ἄρ' ἐάσῃς εἴργεσθαι σαυτόν. Huiuſmodi tranſpoſitiones ſæpius in pedeſtri oratione obſervavimus, nedum poëtis ſint familiares. Ἐκπλήσσεσθαι igitur hoc loco eſt cum admiratione aliquid accipere & probare, non iraſci, ut Arabs accepit.

cepit. Unde ἐκπλαγὴς, *admirabundus.* Quæ vero miramur, ea ut plurimum, ut laudamus, ſic quoque amplectimur & recipimus. In verſu XXXV, Εἰθίζου δὲ δίαιταν ἔχειν καθάρειον, ἄθρυπτον, iſtud ἄθρυπτον peſſime Arabs intellexit de vitæ ratione incorrupta, تدبيرا نقيا غير مضطرب. Quia Græcis θρύπτειν eſt *frangere*, *cadere*, & proinde *corrumpere*, *depravare.* Inde ἄθρυπτον βίον hic accepit *incorruptum.* Atqui ἄθρυπτος eſt ἀτρύφερος. Opponit igitur καθάρειον τῷ τρυφερῷ. Vult ita munde & laute nos vivere, ut delicate ac molliter ac ſumptuoſe non vivamus. Inde enim & θρύπτεσθαι pro *mollem eſſe & delicatum*, quia θρύπτεσθαι proprie idem quod *frangi*, at metaphorice, pro *deliciis & voluptatibus fractum eſſe.* Contrarium igitur ἄθρυπτον τῷ τρυφηλῷ. Sequitur paulo poſt hic verſus, Μὴ δαπανᾶν παρὰ καιρὸν ὁποῖα καλῶν ἀδαήμων. Mirum eſt quomodo reddiderit hunc verſum interpres Arabicus, *Ne ſis prodigus inſtar eius qui non cognoſcit res quæ in manu eius ſunt.* بمنزلة من لا خبرة له بما في يديه. Oportet aliter legiſſe in Græco. Sine dubio legerit quod etiam apud Stobæum reperitur ſcriptum, Μὴ δαπανᾶν παρὰ καιρὸν ἀπειροκάλως ἔνι ἡμῖν. Non aliam in ſuis lectionem inveniſſe Hieroclem, apparet ex eo quod in hoc exponendo loco ἀπειροκαλίας meminerit, his verbis, ἀνεπίφθονον δὲ ζωὴν ἐπιτηδεύσομεν, λιτὴν καὶ ἄτυφον δίαιταν ἔχοντες, καὶ τὸν τῆς ἀπειροκαλίας τῦφον ἐκκλίνοντες, ἐξ οὗ ἀποβλαστάνει δύο κακὰ, δαπάνη τε, καὶ φειδὼ χρημάτων ἄκαιρος, ὧν τὸ μὲν εἰς ὑπερηφανίαν διαβάλλεται, τὸ δὲ εἰς μικροπρέπειαν. Non igitur dubium eſt quin ἀπειροκάλως in hoc verſu legerit. Etiam ἔνι ὑμῖν, vel ἔνι ἡμῖν fuiſſe ibi ſcriptum à Pythagoreis, conſtat ex verſione Arabis, qui في يديه interpretatur, *in manu eius*, *in poteſtate eius.* In illo verſu, πῆ παρέβην, malim πῆ pro πῶς accipere, quam quomodo facit Arabs pro ποῖ, qui vertit, *Expende loca in quibus aliquid prætergreſſus es.* Heſychius, πῆ, πῶς, *quatenus.* Et recte Auſonius, *qua prætergreſſus*, qua in re, quomodo. In verſu XLIIII, ἐπιπλήσσεσθαι non eſt *metum incuti*, ut vertit Arabs, ſed *reprehendi & coargui.* Δεινὰ μὲν ἐκπλήξας ἐπιπλήσσεο. Notum quid ſit ἐπίπληξις. Confudit ille ἔκπληξιν cum ἐπιπλήξει. In exponendo verſu LI ᾗ θ᾽ ἕκαστα διέρχεται, ᾗ τε κρατεῖται, aut Arabs parum vidit, aut interpretes alii Græci Latinique nihil viderunt. Arabs ſimplicius explicavit de rebus quæ partim tranſeunt, & fluidæ ſunt, partim permanent, ut illæ quæ ſunt æternæ. Cui expoſitioni adſtipulari videntur ac ſuffragari quæ præcedunt,

Γνώσῃ ἀθανάτων τε θεῶν, θνητῶν τ' ἀνθρώπων
Σύστασιν, ᾗ τε ἕκαστα διέρχεται, ᾗ τε κρατεῖται.

Nā natura Deorū immortalium ſtabilis eſt, fixa & æterna, ideo κρατεῖται: hominū vero mortalium inſtabilis, fluxa, & tranſitoria, ut ita loquar, διερχομένη. Quod etiam magis dicere liceat, & alio quidē ſenſu, ex ſententia Pythagoreorum, qui putabant, animas hominum de aliis corporibus in alia tranſire, de humanis in belluina, de belluinis in humana. Sic σύστασις θνητῶν ἀνθρώπων, hoc modo διέρχεσθαι optime dici poteſt. At dierum immortalium σύστασις plane κρατεῖται, nulli mutationi aut migrationi de aliis ſedibus in alias obnoxia. Atque hæc vera mens eſt horum verſuum, quam nec Arabs aſſequutus ex totō eſt. Nec probo Latinum interpretē & commentatorem, qui ᾗ ἕκαστα διέρχεται interpretatur, *quatenus quidque progreditur*. Opponit τὸ διερχόμενον ei quod κρατεῖται. Quod dicebamus antea, Arabes uſos ſæpe fuiſſe vetuſtioribus ac proinde melioribus codicibus, huius rei fidem nobis fecerint iſti duo verſus,

Ζεῦ πάτερ ἢ πολλῶν γε κακῶν λύσειας ἅπαντας,
Ἢ πᾶσιν δείξαις οἵῳ τῷ δαίμονι χρῶνται.

Quos paraphraſten Arabem ita legiſſe, conſtat ex eius verſione, & ſane optime ب,

Ζεῦ πάτερ ἦ πολλῶν γε κακῶν λύσειας ἅπαντας,
Εἰ πᾶσι δείξαις οἵῳ τῷ δαίμονι χρῶνται.

Quæ veriſſima eſt huius loci ſcriptura, & ſententia. *O Iupiter pater revera multis malis hominum mentes liberares, ſi omnibus monſtrares, quali quiſque genio, id eſt, animo utitur.* Arabs vertit, ſi vertenti Elichmanno credimus, *ſi patefeceris eis tranquillitatem quam conſtituiſti in ipſis.* Atqui vox السكينة, non *tranquillitatem* hic ſignificat, ſed *genium, dæmonem, ſpiritum*. Poſtea perperam ſe ita reddidiſſe animadvertit, idem μακαρίτης Elichmannus, & in Notis id emendaturus fuit, ut ex eo intellexi. Iudæi quoque שכינה vocant ſpiritum ſanctum, Dei ἐνοίκησιν, divinum ſpiritum, qui in prophetis habitat. Nam hoc ſignificat verbum שכן tam Arabibus quam Iudæis. De qua voce سكينة pro ſpiritu vel genio nos alibi. Hic pro anima ſumitur vel mente animi, quæ ſua cuique Deus, id eſt, سكينة. Atque ita interpretatur hoc loco, οἵῳ τῷ δαίμονι χρῶνται, Hierocles, οἵᾳ ψυχῇ. Sic etiam Arabs, ut ex eius verſione apparet, ان اظهرت

فيهم

لهم سكينة التي جلعتها فيهم, *Si monſtraveris illis ſpiritum vel mentem animi qualem in illis poſuiſti.* Quod non poteſt accipi niſi de anima rationali, qua præter cętera animalia à Deo donatus eſt homo. Sed omnino peſſime ac perverſiſſime idem Arabs interpres verſum illum expoſuit.

Α᾽λλ᾽ εἴργε βρωτῶν ὧν εἴπομεν, ἔν τε καθαρμοῖς,
Ε῎ν τε λύσει ψυχῆς.

Primum εἴργου βρωτῶν infrunite vertit, *ſatiatus eſto iis cibis.* لكن اسبع من الاطعمة التي ذكرناها. *Sed ſatieris cibis quos diximus.* Nemo non intelligit, hoc verſu præceptum Pythagoræ contineri de abſtinendo à certo genere ciborum quibus interdixerat ſuis diſcipulis. Quod ſequitur, ἔντε λύσει ψυχῆς, non poterat inſanius exponere quam de animæ ex corpore dimiſſione ac liberatione. و تخلية اسرها من جسدها. *Et liberatione captivitatis eius è corpore eius.* Quid enim ad animam corpore emiſſam pertinet certorum ciborum abſtinentia? Λύσις ψυχῆς opponitur τῇ δέσει, quod etiam in magicis obtinuit. Ciborum quorundam uſus, quos animæ in puritate ſua conſervandæ parum idoneos iudicabat Pythagoras, pro vinculis eius animę quaſi ab eo deputabantur. Nam & ipſa peccata & vitia, etiam animæ vincula. Ergo ut in eorum uſu animæ veluti δέσις conſtituta ab illis ſapientibus, ita λύσις in eorundem abſtinentia. Sed & καθαρμοὶ quidam olim tralaticii ad λύσιν ψυχῆς inſtituti, quales Pythagoræ ac Pythagoreis ſollemnes fuiſſe ſcimus. Nam & Pythagoram quidam Zoroaſtris auditorem ac diſcipulum faciunt. At Magis Perſarum à Zoroaſtre frequentati huiuſmodi καθαρμοὶ ſive piacula ac purgationes ſacris quibuſdam adminiſtrari ſolitæ. Duorum erant generũ iſti catharmi, privati & publici. Voco publicos catharmos quibus urbes totæ purgabantur ad averruncandam peſtem, bellum propulſandum, noxia animalia è regione exterminanda, & alia mala ingruentia depellenda. Tales etiam fecisse Pythagoram ſcribit Iamblichus in eius vita cap. XIX. Καὶ προσβαλὼν ὡς λόγος καθαρμούς τε ἐπετέλει καὶ λοιμοὺς ἀπεδίωκε καὶ ἀνέμους ἀπὸ τῶν εἰς τοῦτο ἀξιωσάντων πόλεων βοηθὸν αὐτὸν γίνεσθαι. Λακεδαίμονα γοῦν παρειλήφαμεν μετὰ τὸν ὑπ᾽ ἐκείνου γενόμενον καθαρμὸν μηκέτι λοιμῶξαι, πολλάκις πρότερον τούτῳ τῷ παθήματι περιπεσοῦσαν. Sic locus ille legendus, & exponendus hoc modo: *Et cum ad ſingula loca adpelleret. catharmos & luſtrationes, ut fama eſt, faciebat, & peſtem ventoſque noxios ab illis*

ab illis urbibus averruncabat quæ cum in hoc ſibi adiutorem rogare ac vocare dignabantur. Sic Lacedæmonem accepimus luſtratione ab eo ibi facta peſte laborare deſiiſſe cum ante frequens hoc malo conflictaretur. Ita & in ſingulis urbibus publica etiam loca luſtrabant, ut concionẽ, theatrũ, curiam & alia inſtitutis ad hoc peculiaribus καθαρμοῖς ac luſtrandi ritibus. Καθάρσια dicebantur quibus luſtrarentur. Privati καθαρμοὶ erant quibus ſingulæ perſonæ quaſi purgabantur, per caſtus quoſdam, initia, ſacrificia, & alias cærimonias rituſque de quibus paſſim veteres, cum huiuſmodi piamenta & καθαρμοὺς deſcribunt. De his privatorum καθαρμοῖς hic intelligendus verſus, ἔν τε καθαρμοῖς, ἔν τε λύσει ψυχῆς. Præcedunt autem καθαρμοὶ, deinde ex iis ſequitur λύσις ψυχῆς. Hæc enim τῶν καθαρμῶν illorum cauſa & finis ut anima reſolvatur, hoc eſt ut pura quodammodo reddatur purgataque à contractis culpis & vitiis. In huiuſmodo ergo καθαρμοῖς certorum ciborum abſtinentiam præſcribebat Pythagoras, ſive ut diximus ideo iuberet abſtinere cibis talibus quo anima purgatior, & ſic ſolutior liberiorque exiſteret. Scio quomodo hæc exponat Hierocles qui hos καθαρμοὺς & λύσιν ψυχῆς ad ſcientias mathematicas & hieraticus refert, dum καθαρμοὺς τῆς λογικῆς ψυχῆς, τὰς μαθηματικὰς ἐπιστήμας interpretatur, ac λύσιν, ἀναγωγὴν τὴν ἱερατικὴν τῶν ὄντων ἐπιστασίαν. Sic legendum. Eum vide. Certum tamen eſt huiuſmodi καθαρμοὺς & expiationes, luſtrationeſque Pythagoreis fuiſſe uſitatas cum quibus etiam ciborum quorundam abſtinentia coniungi debebat. Quod hic plane dicit, εἴργειν βρωτῶν ὧν εἴπομεν. Quinimo cum addit his cibis debere abſtineri, ἔν τε καθαρμοῖς, ἔν τε λύσει ψυχῆς, videtur per λύσιν ψυχῆς intellexiſſe privatos καθαρμοὺς quibus ſingulorum animæ quaſi purgabantur & luebantur. Per καθαρμοὺς publicas illas luſtrationes de quibus diximus, quia in iis obeundis ὁ καθαρτὴς etiam cibis quibuſdam ex præſcripto Pythagoræ abſtinere debebat. Sane Empedocles & ipſe Pythagoreus καθαρμοὺς ſcripſerat, id eſt, ritus καθαρμῶν. Sed melius eſt figura ἓν διὰ δυοῖν de privatis accipi καθαρμοῖς, quia λύσιν ψυχῆς procurabant. Sed de his alibi. Sequitur, καὶ φράζευ ἕκαστα. In his vertendis videtur idem Arabs interpres confudiſſe φράζειν cum φράζεσθαι Quod ſæpius accidit hodieque etiam Græce doctiſſimis, ut agendi verbum cum patiente nullo diſcrimine habeant in plurimis Græis vocabulis. Φράζειν eſt *narrare, prædicare, exponere.* Sic acce-

accepit hoc loco paraphraſtes, φράζευ ἔπεα, *prædica etiam hominibus.* Hoc eſt, φράζε, non φράζευ. Nam φράζεσθαι eſt *conſiderare, animadvertere.* Et recte ſupra verterat, ἀλλὰ σὺ φράζευ. و ينبغي لك ان تعلم *Et oportet ut ſcias.* Decreverat doctiſſimus ille idem ὁ μακαρίτης Elichmannus huic paraphraſi Arabicæ Perſicam alteram metricam ſive rythmicam adiungere. Item ſententias, apophtegmata, aliaque præcepta ac ἀξιώματα quę iuxta Grecorum traditionem tribuuntur Pythagoræ, & maximam partē hodie Græce non ea extant. Quæ omnia hauſerat ex libro Bibliothecę huius Leydēſis Arabico qui quaſi theſaurus eſt omnis moralis diſciplinę ac politicę ante annos ſexcentos ſcripto & cōpilato ex variis auctoribus, Indicis, Perſicis, Arabicis & Græcis, cui titulus eſt, كتاب جاويدان خرد. Quem inter alios libros ex Oriente retulit Orientalium in hac Academia linguarum profeſſor eximius Iacobus Golius. Ex hoc eodem codice hanc paraphraſin Tabulæ Cebetis etiam excerpſit idem Elichmannus, cuius auctor ibi non nominatur. Et ſane nomen ſuum haud male diſſimulavit cum tam male in ea Tabula vertenda verſatus fuerit. Sed quid mirum de Arabibus qui eo ævo tantam Græcæ linguæ peritiam ab ipſis Græcis conſequi non poterant, ut antiquum Græciæ idioma aſſequerentur cum in hac litterarum luce Latini etiam interpretes multa ſequius acceperint. Initio ſtatim Tabulæ ξένην γραφὴν omnes reddiderunt *peregrinam picturam*, cum ſit *miranda & inviſitata pictura.* Quidquid enim præ raritate novum & inuſitatum videtur, id Græci ξένον, vocant, & ξενίζον. Unde ξενίζουσα Heſychio, ἀνήθουλος, ἀηθὴς, καινή. Ergo hæc verba, ἐν ᾧ γραφή τις ξένη, καὶ μύθους ἔχουσα ἰδίους ita vertenda fuerunt, *in quo pictura quædam inerat nova ac mira, & fabulas continens ſibi peculiares.* Longè deterius accepit Arabs paraphraſtes qui de pictura imaginis abſtruſo ænigmate exaratæ interpretatus eſt, فيه رسم صورة ملغوزة لغزا. Ab illa voce ξένον ea notione uſurpatæ ξενίζεσθαι verbum pro ad rei novæ & inopinatæ & inſolitæ aſpectum turbari & obſtupeſcere. Quod male confundunt quidam cum ξενίζειν. Hoc enim proprie ſignificat ſermone aut moribus uti peregrinis. Sed & ipſa res quæ præ novitate ſui ac raritate in ſtuporem videntes conjicit, ξενίζειν illos dicitur, & ξενίζουσα vocatur. At qui cum admiratione eam vident, ξενίζονται. Sic cum φράζειν ſit idem quod narrare

 cui.

cui res narratur, is φράζεται. Et quia, ut plurimum, qui audit aliquid ſibi narrari etiam auſcultat & attendit, inde & φράζεσθαι pro attendere, & conſiderare. Quod perperam Arabs interpres, ut antea notavimus, confudit cum φράζειν. Ita ergo & ξενίζειν eſt uti ſermone aut re aut more extraneo, ξενίζεσθαι ad eius uſum vel viſum obſtupeſcere & percelli quaſi re inuſitata. Certe ξενίζειν Grammatici interpretantur, ξένῃ διαλέκτῳ χρῆσθαι, peregrino ſermonis idiomate uti, ut ἑλληνίζειν eſt Græce loqui. Igitur ille ξενίζει in oratione Græca qui peregrinis vocibus aut loquutionibus utitur, non ἑλληνίζει, ut ille qui Græce ſcribens admiſcet Hebraicas aut Latinas vel alias peregrinas dictiones. Apud Græcos Rhetores prima virtus orationis eſt ἑλληνισμὸς, ſecunda σαφήνεια. Primam tollit illis vir doctus qui ἑλληνισμὸν transſcribit barbaris neſcio quibus Helleniſtis, ereptum Græcis. Secundam quæ σαφήνεια eſt, alter Eloquentiæ profeſſor Latinis oratoribus aufert dum ita ſcribit, ut dicas iuraſſe nolle à quoquam intelligi quæ ſcribat. Atque hæc hactenus.

لعز

لغز قابس صاحب أفلاطن ۞

وهو أشبه شي بأمر ٱلعالم وما فيه وما يجب أن
يعمل فيه ٱلعاقل حتّي يسعد ٱلسعادة
ٱلتامّة وينجو من ٱلشرور ٱلتي
فيه ۞

ÆNIGMA CEBETIS,

Amici Platonis.

Eſt autem aliquid ſimile negotio mundi, ac rebus, quæ in illo ſunt, quaſque convenit in illô agere Sapientem, ut beatus ſit beatitudine perfectâ, & liberetur à malis, quæ in illo ſunt.

بِسْمِ ٱللّٰهِ ٱلرَّحْمَانِ ٱلرَّحِيمِ

ذَكَرَ قَابِسُ ٱلْأَفْلَاطُونِيُّ ٱلْمَنْسُوبُ إِلَي سُقْرَاطَ أَمْرَ لَوْحٍ
وَجَدَهُ مَوْضُوعًا فِي هَيْكَلٍ كَانَ مَنْسُوبًا
إِلَي زُحَلَ فِيهِ لُغْزٌ يَدُلُّ عَلَي
هُدًى *

قَالَ قَابِسُ بَيْنَمَا نَحْنُ نَمْشِي فِي هَيْكَلِ زُحَلَ وَنَتَأَمَّلُ مَا فِيهِ مِنْ أَصْنَافِ ٱلْهَدَايَا إِنْ بَصُرْنَا فِي مُقَدَّمِ ٱلْهَيْكَلِ بِلَوْحٍ مَوْضُوعٍ فِيهِ رَسْمُ صُورَةٍ مَلْغُوزَةٍ لُغْزًا خَفِيًّا لَمْ نَصِلْ بِأَفْهَامِنَا إِلَي ٱلْمَذْهَبِ فِيهَا مَا هُوَ لِأَنَّهَا لَمْ نَحْسِبْهَا تَدُلُّ عَلَي أَنَّهَا صُورَةُ مَدِينَةٍ وَلَا صُورَةُ هَيْكَلٍ وَلَا صُورَةُ عَسْكَرٍ وَهٰذِهِ صِفَتُهَا * كَانَ رُسِمَ فِي ٱللَّوْحِ حَظِيرَةٌ فِي دَاخِلِهَا حَظِيرَتَانِ أُخْرَيَانِ أَحَدُهُمَا أَكْبَرُ مِنَ ٱلْأُخْرَى وَرَأَيْنَا ٱلْحَظِيرَةَ ٱلْكُبْرَى

لَهَا

In Nomine DEI Miſeratoris Miſericordis.

Enarrat Cebes Platonicus, qui etiam dicitur Socraticus, Argumentum Tabulæ, quam invenit collocatam in templo Saturni, & continentem Ænigma, quod rectam vivendi normam deſignat.

INterea dum deambulamus, inquit Cebes, in templo Saturni, ac intentè inſpicimus quicquid in eo erat variorum donariorum, conſpeximus fortè in anteriore parte templi Tabulā collocatam, in quâ pictura erat imaginis abſtruſo ænigmate exaratæ, nec poteramus intellectu noſtro aſſequi ratio ejus quę eſſet. Non enim putabamus eam ſignificare, quod eſſet urbis, aut tēpli, aut caſtrorum imago. Hæc autem erat figura ejus. Depictum erat in Tabulâ ſeptum intra quod ſepta duo alia erant, quorum alterum majus erat altero. Et vidimus ſeptum maxi-

ΚΕΒ. ΘΗΒ. ΠΙΝΑΞ.

Ἐτυγχάνομεν περιπατοῦντες ἐν τῷ τοῦ Κρόνου ἱερῷ, ἐν ᾧ πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα ἀναθήματα ἐθεωροῦμεν. ἀνέκειτο δὲ καὶ πίναξ τίς ἔμπροσθεν τοῦ νεὼ, ἐν ᾧ ἦν γραφή τις ξένη, καὶ μύθους ἔχουσα ἰδίους, οὓς οὐκ ἠδυνάμεθα συμβαλεῖν τίνες καὶ πόθεν ἦσαν. οὔτε γὰρ πόλις ἐδόκει ἡμῖν εἶναι τὸ γεγραμμένον, οὔτε στρατόπεδον, ἀλλὰ περίβολος ἦν, ἐν αὑτῷ ἔχων ἑτέρους περιβόλους δύο, τὸν μὲν μείζω, τὸν δὲ ἐλάττω. ἦν δὲ καὶ πύλη ἐπὶ τοῦ πρώτου περιβόλου. περὶ δὲ

لَهَا بَابٌ كَانَّ عَلَيْهِ جَمْعًا كَثِيرًا مِنَ ٱلرِّجَالِ وَمِـــنْ
دَاخِلِ تِلْكَ ٱلْحَظِيرَةِ جَمْعٌ كَثِيرٌ مِنَ ٱلنِّسَآءِ وَعَلَي هَذَا ٱلْبَابِ
رَجُلٌ شَيْخٌ وَاقِفٌ كَأَنَّهُ يُومِيُّ إِلَي جَمْعِ ٱلرِّجَالِ بِشَيٍ لَا نَدْرِي
مَا هُوَ ❊ فَمَكَثْنَا حِينًا مِـنَ ٱلدَّهْرِ مُتَحَيِّرِيـنَ يَسْـأَلُ
بَعْضُنَا بَعْضًـا عَمَّا يَخْطُرُ بِبَالِهِ وَمَا يَسْنَحُ لَـهُ مِنْ ذَلِـكَ
ٱلْمِثَالِ ؞ وَلَمَّـا سَمِعَ ذَلِكَ بَعْضُ ذَوِي ٱلْفَهْمِ مِمَّنْ كَانَتْ
لَهُ عِنَايَةٌ بِٱلْمُسْتَرْشِدِينَ أَقْبَلَ عَلَيْنَـا فَقَالَ لَا يَغْلُطَنَّ عَلَيْكُمْ
مَعَاشِرَ ٱلْغُرَبَـآءِ مَا دَخَلَكُمْ مِنَ ٱلْحَيْرَةِ فِي أَمْـرِ هَـذِهِ
ٱلصُّورَةِ فَإِنَّ كَثِيرًا مِنْ أَهْلِ هَذَا ٱلْبَلَدِ لَا يَعْرِفُونَ مَا يَدُلُّ
عَلَيْهِ هَذَا ٱللُّغْزُ وَذَلِكَ أَنَّ هَذَا ٱلْهَدِيَ لَيْسَ أَهْلَ هَـذَا
ٱلْبَلَدِ قَرَّبُوهُ بَلْ رَجُلٌ طَرَقَنَـا مُنْذُ زَمَنٍ طَوِيلٍ مِـنْ أَرْضٍ
غُرْبَةٍ مِنْ بِلَادِ لَاقَانَامُونِيَّـا كَانَ مُبَرِّزًا فِي ٱلْحِكْمَةِ فَأَهْدَي
هَذِهِ ٱلصُّورَةَ قُرْبَـانًا بِٱلزُّحَلَ ؞ قَالَ قَابُـسُ فَـقُـلْـتُ
لَـهُ هَـلْ رَأَيْـتَ هَذَا ٱلرَّجُلَ ٱلَّذِي ذَكَرْتَـهُ ❊ قَالَــ
إِبْرَقْلِيسُ إِي لَعَمْرِي لَقَدْ رَأَيْتُهُ وَلَزِمْتُهُ وَشَاهَدْتُ رَجُلًا عَظِيمَ
ٱلشَّانِ

mum habere portam, adquam veluti multa virorum turba erat. Et intra illud ſeptum erat multa turba mulierum. Ad eandẽ portam vir quidam ſenex aſtabat, aliquid quaſi innuens virorum turbæ, nobis haud intelligentibus, quid id eſſet. Immorati igitur ſumus aliquantum temporis attoniti, quærente alio noſtrorum alium, quid corde ſuo cogitaret, quidve in mentem ei veniret ex iſto ſimulacro. Et cum audiret id quidam cordatior ex iis qui curam ſtudioſorum habebant, convertit ſe ad nos & dixit. Ne ingraveſcat, ô turba peregrinorum, qui vos invaſit ſtupor circa negotium huius imaginis. Utique multi è populo huius civitatis ignorant, quid ſignificet hoc ęnigma; atque iſtud quia hoc donarium inquilini huius civitatis non conſecrarunt, ſed vir quidam ad nos ſe recepit olim ex terrâ peregrinâ regionis Lacedæmoniorum. Is erat eximius in Sapientiâ, & dono obtulit hanc imaginem ut Saturno ſacta eſſet. Tum ego, inquit Cebes, cum ſic affatus ſum. Vidiſtine tu virum hunc, cuius mentionem injeciſti? Ita eſt, per vitam meam, reſpondit Hercules, vidi eum, & adhæſi ei, perſpectumque habui fuiſſe virum magnæ indo-

τῇ πύλῃ, ὄχλος ἐδόκει ἡμῖν πολὺς ἐφεςάναι. ἔνδον δὲ τοῦ περιβόλου, πλῆθός τι γυναικῶν ἑωρᾶτο. ἐπὶ δὲ τῆς εἰσόδου τοῦ πρώτου πυλῶνος καὶ περιβόλου, γέρων τις ἑςὼς, ἔμφασιν ἐποίει, ὡς προςάττων τι τῷ εἰσιόντι ὄχλῳ. ἀπορούντων δὲ ἡμῶν περὶ τῆς μυθολογίας πρὸς ἀλλήλους πολὺν χρόνον, πρεσβύτης τίς παρεςὼς· οὐδὲν δεινὸν πάσχετε, ὦ ξένοι, ἔφη, ἀπορῶντες περὶ τῆς γραφῆς ταύτης. οὐ γὰρ τῶν ἐπιχωρίων πολλοὶ ἴσασι, τί ποτε αὕτη ἡ μυθολογία δύναται. οὐδὲ γάρ ἐςι πολιτικὸν ἀνάθημα. ἀλλὰ ξένος τις πάλαι ποτὲ ἀφίκετο δεῦρο, ἀνὴρ ἔμφρων, καὶ δεινὸς περὶ σοφίαν, λόγῳ δὲ καὶ ἔργῳ Πυθαγόρειόν τινα καὶ Παρμενίδειον ἐζηλωκὼς βίον, ὅς τό, τε ἱερὸν τοῦτο, καὶ τὴν γραφὴν ἀνέθηκε τῷ Κρόνῳ. πότερον οὖν, ἔφην ἐγὼ, καὶ αὐτὸν τὸν ἄνδρα γιγνώσκεις ἑωρακώς; καὶ ἐθαύμασά γε, ἔφη, αὐτὸν πολὺν

ٱلشَّانِ وَسَمِعْتُهُ يَذْكُرُ أَشْيَاءَ جَلِيلَةً وَكَثُرَ عُجْبِي مِنْهُ

لِحَدَاثَةِ سِنِّهِ فَمِنْهُ سَمِعْتُ مَا يَدُلُّ عَلَيْهِ هٰذَا ٱللُّغْزُ ،،

قَالَ قَابُسُ فَقُلْتُ لَهُ سَأَلْتُكَ بِٱللّٰهِ مُعْطِي ٱلْحَيَاةِ إِنْ

لَمْ يَكُنْ لَكَ شُغْلٌ يَقْطَعُكَ فَٱقْصُصْ عَلَيْنَا مَا سَمِعْتَ مِنْهُ

فِي تَفْسِيرِ هٰذَا ٱللُّغْزِ فَإِنَّ أَنْفُسَنَا شَدِيدَةُ ٱلتَّطَلُّعِ إِلَيْهِ ،،

قَالَ إِيرَقْلِيسُ مَا أَبْخَلُ بِذٰلِكَ أَيُّهَا ٱلْغُرَبَاءُ غَيْرَ أَنَّهُ

يَنْبَغِي أَوَّلًا أَنْ تَسْمَعُوا مِنِّي مَا فِي تَفْسِيرِ هٰذَا ٱللُّغْزِ

مِنْ رُكُوبِ ٱلْخَطَرِ ،، قَالَ قَابُسُ كَأَنَّكَ تَقُولُ مَاذَا ،،

قَالَ إِيرَقْلِيسُ إِذَا سَمِعْتُمْ مَا أَقُولُهُ فَإِنْ أَنْتُمْ فَهِمْتُمُوهُ

وَوَعَيْتُمُوهُ كُنْتُمْ عُقَلَاءَ سُعَدَاءَ وَإِلَّا صِرْتُمْ جَهَلَةً

أَشْقِيَاءَ لَا عِلْمَ لَكُمْ بِتَصَرُّفِ ٱلْمَعَاشِ فَإِنَّ تَفْسِيرَ هٰذَا

ٱللُّغْزِ يَجْرِي مَجْرَى لُغْزِ سَفِينُكْسَ ٱلَّذِي كَانَتْ تُلْقِيهِ

عَلَى ٱلنَّاسِ فَمَنْ فَطِنَ لَهُ تَخَلَّصَ وَمَنْ لَمْ يَفْطِنْ لَهُ

قَتَلَتْهُ فَعَلَى هٰذَا ٱلنَّحْوِ يَجْرِي ٱلْأَمْرُ فِي هٰذَا ٱلتَّفْسِيرِ

فَإِنَّ سَفِينُكْسَ كَانَتْ تُلْقِي عَلَى ٱلنَّاسِ لُغْزًا غَيْرَ مَفْهُومٍ

وَهُوَ هٰذَا * مَا ٱلْخَيْرُ وَمَا ٱلشَّرُّ وَمَا ٱلَّذِي لَا خَيْرٌ

هُوَ

indolis. Audivi eum narrare res præclaras,& multa fuit admiratio mea de eo,ob primitias annorum eius. Ex eo denique audivi etiam ea, quorum ſignificationem habet hoc ænigma. Tum ego, rogo te, inquam, per DEUM vitæ datorem, niſi ſit occupatio, quæ te diſtrahat,enarra nobis quæ audiviſti ab eo de expoſitione huius ænigmatis. Animi enim noſtri intenſiſſimi ſunt ejus explorationi. Ad quæ ille: Haud ero tenacior illius rei, ô advenæ, præterquam quod oporteat primum ut audiatis ex me, quantum in expoſitione huius ænigmatis diſcrimen adeatur. Tum ego rurſus. Prout tu dicis,quod nam? Ubi audiveritis,inquit, quod dicam; ſi deinde id intelligatis,atq; obſerveris,prudentes eritis ac fælices: ſin minus; fietis dementes ac miſeri, neque ſcibitis uſum aut converſationem vitæ. Nam explicatio hujus ænigmatis ſucceſſum eundem habet cum ænigmate Sphyngis, quod illa proponebat hominibus. Quicunque intellexit illud, liber evaſit: qui vero non intelligebat, eum illa occidit. Atqui eâdē viâ procedit res in hâc explicatione. Etenim Sphynx proponebat hominibus ænigma minus intelligibile; videlicet hoc.

χαρίεν. νεώτερος γὰρ ὢν πολλά τε σπουδαῖα διελέγετο. καὶ περὶ ταύτης δὲ τῆς μυθολογίας, πολλάκις αὐτοῦ ἐκηκόειν διεξιόντος. πρὸς Διός τοίνυν, ἔφην ἐγὼ, εἰ μή τις σοι μεγάλη ἀσχολία τυγχάνει οὖσα, διήγησαι ἡμῖν. πάνυ γὰρ ἐπιθυμοῦμεν ἀκοῦσαι, τί ποτέ ἐστιν ὁ μῦθος. οὐδεὶς φθόνος, ὦ ξένοι, ἔφη. ἀλλὰ τουτὶ δεῖ ὑμᾶς ἀκοῦσαι, ὅτι ἐπικίνδυνόν τι ἔχει ἡ ἐξήγησις. οἷον τι; ἔφην ἐγώ. ὅτι εἰ μὲν προσέξητε ἔφη, καὶ συνήσετε τὰ λεγόμενα, φρόνιμοι καὶ εὐδαίμονες ἔσεσθε· εἰ δὲ μὴ, ἄφρονες, καὶ κακοδαίμονες, καὶ πονηροὶ καὶ ἀμαθεῖς γενόμενοι, κακῶς βιώσεσθε. Εστι γὰρ ἡ ἐξήγησις ἐοικυῖα τῷ τῆς σφυγγος αἰνίγματι, ὃ ἐκείνη προὔβαλλετο τοῖς ἀνθρώποις. εἰ μὲν οὖν αὐτὸ συνίῃ τις, ἐσώζετο· εἰ δὲ μὴ συνίῃ, ἀπώλλυτο ὑπὸ τῆς σφιγγός. ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τῆς ἐξηγήσεως ταύτης. ἡ γὰρ Ἀφροσύνη τοῖς ἀνθρώποις σφίγξ

Quid

هُوَ وَلَا شَرٌّ ؞ ثُمَّ تَقُولُ هٰذَا مَنْ لَمْ يَعْرِفْهُ أَتْلَفَهُ
جَهْلُهُ بِهِ عَنْ قَرِيبٍ وَٱسْتَرَاحَ مِنَ ٱلتَّلَفِ إِلَّا أَنَّ
تَلَفَهُ يَكُونُ شَيْئًا بَعْدَ شَيْءٍ فِي مُدَّةِ عُمْرِهِ كَمَا يُصِيبُ
ٱلَّذِينَ يَتْلَفُونَ بِٱلْعَذَابِ وَمَنْ عَرَفَ ذٰلِكَ تَلِفَ
جَهْلُهُ وَنَجَا هُوَ فَصَارَ سَعِيدًا مَغْبُوطًا عُمْرَهُ كُلَّهُ
فَأَنْتُمُ ٱلْآنَ فَتَفَهَّمُوا قَوْلِي وَلَا يَفُتْكُمُ ٱلْإِنْصَاتُ لَهُ ؞
قَالَ قَابُسُ فَقُلْتُ لَهُ يَا إيرَقْلِيسُ لَقَدْ أَلْقَيْتَ فِي
قُلُوبِنَا تَوَقَانًا شَدِيدًا إِلَي سَمَاعِ مَا تَقُولُ إِنْ كَانَ
ٱلْأَمْرُ فِيهِ عَلَي مَا وَصَفْتَ ؞ قَالَ إِيرَقْلِيسُ
فَٱعْلَمُوا أَنَّ ٱلْأَمْرَ فِيهِ عَلَي مَا وَصَفْتُ ؞ قَالَ
قَابُسُ فَخُذِ ٱلْآنَ فِي شَأْنِكَ وَلَا تَبْخَلْ عَلَيْنَا وَٱقْصُصْ
عَلَيْنَا ٱلْقِصَّةَ عَلَي وَجْهِهَا إِنْ كَانَ ذٰلِكَ مُرَادَنَا
وَبُغْيَتَنَا ؞ قَالَ فَأَخَذَ بِيَدِهِ قَضِيبًا وَأَشَارَ بِهِ
إِلَي ٱلصُّورَةِ وَقَالَ لَنَا أَتَرَوْنَ هٰذِهِ ٱلْحَظِيرَةَ فَقُلْتُ
لَهُ هُوذَا نَرَاهَا ؞ قَالَ إِيرَقْلِيسُ هٰذِهِ ٱلْحَظِيرَةُ تَدُلُّ
عَلَي مَقَامِ ٱلنَّاسِ فِي ٱلدُّنْيَا مُدَّةَ أَعْمَارِهِمْ وَهٰذِهِ ٱلْأُمَمُ
ٱلَّذِينَ

Quid bonum? quid malum? quid id, quod neque bonum eſt, neque malum? Hoc qui ignorat, inquit deinde, eum perdidit ſua rei iſtius ignorantia propemodum. Et quietem ſimul invenit à periculo, niſi quod perditio eius paulatim & ſucceſſive fiat toto vitæ ſuæ ſpacio, quemadmodum accidit iis qui cruciatibus pereunt. Qui vero cognoverit illud, ejus periit Dementia, ipſe autem ſalvus evaſit & beatus eſt factus atque felix omni vitæ ſuæ tempore. Vos igitur nunc percipite ſermonē meum, nec deficiat vobis ad eam rē auſcultatio cum ſilētio. Ad quæ rurſus ego. O Hercules! inquam, injeciſti iam cordibus noſtris deſiderium vehemens audiendi quæ dicturus es, ſiquidē res circa ea ſeſe itâ habeat, ut expoſuiſti. Tum ille. Scitote rem ita circa id ſe habere, ut expoſui. Itaque, inquam, aggredere nunc opus tuum, neque illiberalis in nos eſto. Enarra nobis rem eo quo ſe habet modo, cùm ſit tale beneplacitum noſtrum atq; deſiderium. Ille igitur in manum ſumpſit virgam, eâq; imaginem demonſtrans quærebat ex nobis: Videtis ne hoc ſeptum? Imo, reſpondi, videmus illud. Hoc ſeptum, inquit, ſignificat ſtationem hominū in hoc mundo, quoad extenditur vita illorum. Hæ autem gentes,

ἐστιν. αἰνίττεται δὲ καὶ τάδε, τί ἀγαθὸν, τί κακὸν, τί οὔτε ἀγαθὸν, οὔτε κακόν ἐστιν ἐν τῷ βίῳ. ταῦτ' οὖν ἐὰν μή τις συνίῃ, ἀπόλλυται ὑπ' αὐτῆς οὐκ εἰσάπαξ, ὥσπερ ὁ ὑπὸ τῆς σφιγγὸς καταβρωθεὶς ἀπέθνησκεν, ἀλλὰ κατὰ μικρὸν ἐν ὅλῳ τῷ βίῳ καταφθείρεται, καθάπερ οἱ ἐπὶ τιμωρίᾳ παραδιδόμενοι. ἂν δέ τις γνῷ, ἀνάπαλιν ἡ μὲν Ἀφροσύνη ἀπόλλυται, αὐτὸς δὲ σώζεται, καὶ μακάριος καὶ εὐδαίμων γίγνεται ἐν παντὶ τῷ βίῳ. ὑμεῖς οὖν προσέχετε, καὶ μὴ παρακούετε. ὦ ἡράκλεις, ὡς εἰς μεγάλην τινὰ ἐπιθυμίαν ἐμβέβληκας ἡμᾶς, εἰ ταῦθ' οὕτως ἔχει. ἀλλ' ἔστιν, ἔφη, οὕτως ἔχοντα. οὐκ ἂν φθάνοις τοίνυν διηγούμενος, ὡς ἡμῶν προσεξόντων οὐ παρέργως, ἐπείπερ καὶ τὸ ἐπιτίμιον τοιοῦτόν ἐστιν. Ἀναλαβὼν οὖν ῥάβδον τινά, καὶ ἐκτείνας πρὸς τὴν

B quas

الذين تروهم وقوفا علي بابها هم الناس الذين
يصيرون الي هذه الدنيا فيعيشون فيها متصرفين
عمرهم كلهم ❋ وهذا الشيخ الذي تروه واقفا وبيده
قرطاس وبيده الاخري قلم وهو كانه يكتب هو
الملك الذي يعلم من يرد هذا العالم علي ما يجب
ان يعمل به في تصرفه فيه ويريه الطريق الذي ان
سلكه سلم فيه ❋ قال قابس فاي طريق يامره ان
يسلك وكيف يعمل ❋ قال ايرقليس تري عند الباب
كرسيا منصوبا بحيث يدخل الناس وعليه امراءة
جالسة متزينة باصناف الزينة عليها قبول ❋ قال
نعم هوذا نري ولكن من هذه ❋ قال ايرقليس هذه
يقال لها الغفلة وهي التي تعتري الناس كثيرا فهي
تشرب الناس الذين يدخلون الدنيا من غفلتها
وقوتها هذه وتسقيهم منها ❋ قال قابس فقلت
وما هذا الشراب ❋ قال ايرقليس هذا شراب الغفلة
والسهو وغروب العلم فاذا شربوا منه دخلوا ❋ قال
قابس

quas videtis aſtare portæ illius, ſunt homines qui tendunt in hunc mundum, & vitæ commercium ibi habebunt, quandiu ea ipſis ſuppetet. Hic autem Senex, quem ſtantem videtis & habentem alterâ manu chartam, alterâ calamum, & omninò ſimilem ſcribenti, is Angelus eſt qui præcepta dat ei, qui tendit ad hunc mundum, de iis quæ peragenda veniunt dum converſabitur inibi. Ei etiam oſtendit viam, quam ſi incedat, ſalvus in ea evadet. Quam igitur viam, quæſivi, jubet eum incedere, & qualiter agere? Vides, reſpondit ille, juxta portam ſolium erectum, ubi ingrediuntur homines. In eo mulier ſedet exornata vario ornatus genere, apta ad perſuadendum. Benè eſt, inquam, eccam video. Sed quænam ea eſt? Hæc vocatur Socordia, inquit. Et eſt illa quæ inſequitur homines plurimùm, atque bibendum dat eis, qui mundum ingrediuntur, de ſocordiâ ſuâ, & de vi ſuâ, quâ imbuit eos. Quis verò eſt hic potus, inquam? Hic eſt potus, reſpondit, Socordiæ, Oblivionis & defectus Scientiæ: ubi autem biberint de eo, ingrediuntur.

χάρτην, ὁρᾶτε, ἔφη, τὸ περίβολον τοῦτον; ὁρῶμεν. τοῦτο πρῶτον δεῖ εἰδέναι ὑμᾶς, ὅτι καλεῖται ὁ τόπος οὗτος βίος. καὶ ὁ ὄχλος ὁ πολὺς, ὁ παρὰ τὴν πύλην ἐφεστὼς, οἱ μέλλοντες εἰσπορεύεσθαι εἰς τὸν βίον, οὗτοί εἰσιν. ὁ δὲ γέρων, ὁ ἄνω ἑστηκὼς, ἔχων χάρτην τινὰ ἐν τῇ χειρὶ, καὶ τῇ ἑτέρᾳ ὥσπερ δεικνύων τι, οὗτος δαίμων καλεῖται. προστάττει δὲ τοῖς εἰσπορευομένοις, τί δεῖ αὐτοὺς ποιεῖν, ὡς ἂν εἰσέλθωσιν εἰς τὸν βίον· καὶ δείκνυει ποίαν ὁδὸν αὐτοὺς δεῖ βαδίζειν, εἰ σώζεσθαι μέλλουσιν ἐν τῷ βίῳ. ποίαν οὖν ὁδὸν κελεύει βαδίζειν, ἢ πῶς, ἔφην ἐγώ. ὁρᾷς, εἶπε, παρὰ τὴν πύλην θρόνον τινὰ κείμενον κατὰ τὸν τόπον τοῦτον, καθ' ὃν εἰσπορεύεται ὁ ὄχλος, ἐφ' οὗ κάθηται γυνὴ πεπλασμένη τῷ εἴδει, καὶ πιθανὴ φαινομένη καὶ ἐν τῇ χειρὶ ἔχουσα ποτήριόν τι; ὁρῶ, ἀλλὰ τίς ἐστιν αὕτη, ἔφην; Ἀπάτη καλεῖται, φησὶν, ἡ πάντας τοὺς ἀνθρώπους πλανῶσα. εἶτα, τί πράττει αὕτη; τοὺς εἰσπορευομένους εἰς τὸν βίον ποτίζει τῇ

قابس فقلت له أفكل يتشرب الغفلة أم ليس كلهم
ومن شرب منه أيضا هل يشرب بعضهم أقل وبعضهم
أكثر ؞ قال إيرقليس أوليس تري من داخل
الباب نساء صورهن مختلفة متفننة ❊ قال قابس
أحسبني قد رأيتهن ؞ قال إيرقليس هؤلاء
النساء هن المفاخرات واللذات والشهوات فإذا دخل
الناس إلي داخل وثبن وتعلقن بواحد واحد منهم
وسقن بعضا إلي ما يسلم به وبعضا إلي ما يعطب
به للغفلة ؞ قال قابس فقلت يا هذا ما
أصعب ما تصف به أمر هذا الشراب ❊ قال
إيرقليس إلا أنهن كلهن يوهمن من تعلقن به أنهن
إنما يقدنه إلي الفضيلة وطيب العيش وسعته ونفعه
والناس لما عراهم من السهو وغروب الفهم
لشربهم كاس الغفلة لا يقدرون أن يميزوا
الطريق الصواب الذي يجب أن يسلكوه
في معاشهم وتصرفهم في الدنيا لكنهم يمرون علي
وجوههم

Quærebam tunc. An igitur omnes imbibunt Socordiam, an neutiquam omnes? Eorum etiam qui bibunt ex eo, an alii minus bibunt, alii plus? Nonnè vides, inquit tum ille, intra portàm mulieres diverſarum ac variarum formarum? Videor mihi, inquam, eas jam vidiſſe. Iſtæ mulieres, inquit, ſunt jactantiæ, voluptates ac cupiditates. Et ubi ingreſſi fuerint homines introrſum, exiliunt hæ & unicuique illorum adhærent, atque abigunt quoſdam ad ea quibus ſalvari poſſunt, quoſdam autem ad ea per quæ pereunt ob Socordiam. Mi homo, dixi tunc, quàm gravia ſunt quibus declaras negotium hujus potus? Niſi quod, addebat ille, iſtæ omnes in falſam opinionem conjiciunt eos, quibus adhærent, ſe utique deducturas eſſe illos ad virtutem ſummam, ad vitæ item iucunditatem, magnificentiam, atq; utilitatem. Homines autem propter oblivionem ac defectum intellectus, quæ inceſsêre ipſos, quia biberunt Socordię calicẽ, minimè poſſunt diſcernere rectam viam, quâ convenit eos incedere in vitâ ſuâ, inque commercio ſuo cum mundo: Sed abeunt

ἑαυτῆς δυνάμει. τοῦτο δὲ τί ἐστι τὸ ποτόν; Πλάνη, ἔφη, καὶ Ἄγνοια. εἶτα τί; πιόντες τοῦτο πορεύονται εἰς τὸν βίον. πότερον οὖν πάντες πίνουσι τὸν πλάνον, ἢ οὔ; πάντες πίνουσιν, ἔφη· ἀλλ᾽ οἱ μὲν πλεῖον, οἱ δὲ ἧττον. ἔτι δὲ οὐχ ὁρᾷς ἔνδον τῆς πύλης πλῆθός τι γυναικῶν ἑταιρῶν, παντοδαπὰς μορφὰς ἐχουσῶν; ὁρῶ. αὗται τοίνυν Δόξαι, καὶ Ἐπιθυμίαι, καὶ Ἡδοναὶ καλοῦνται. ὅταν οὖν εἰσπορεύηται ὁ ὄχλος, ἀναπηδῶσιν αὗται, καὶ συμπλέκονται πρὸς ἕκαστον, εἶτα ἀπάγουσι. ποῖ δὲ ἀπάγουσιν αὐτούς; αἱ μὲν εἰς τὸ σώζεσθαι, ἔφη, αἱ δὲ εἰς τὸ ἀπόλλυσθαι διὰ τὴν ἀπάτην. ὦ Δαιμόνιε, ὡς χαλεπὸν τὸ πόμα λέγεις; καὶ πᾶσαί γε, ἔφη, ἐπαγγέλλονται ὡς ἐπὶ τὰ βέλτιστα ἄξουσαι, καὶ ἐς βίον εὐδαίμονα καὶ λυσιτελῆ. οἱ δὲ διὰ τὴν ἄγνοιαν, καὶ τὸν πλάνον, ὃν πεπώκασι παρὰ τῆς Ἀπάτης, οὐχ εὑρίσκουσι ποία ἐστὶν ἡ ἀληθινὴ ὁδὸς, ἡ ἐν τῷ βίῳ, ἀλλὰ πλανῶνται εἰκῇ, ὥσπερ ὁρᾷς. καὶ τοὺς πρότερον εἰσπορευο-

وُجُوهِهِمْ كَمَا تَرَي إِلَي حَيْثُ مَرَّ مَنْ تَقَدَّمَهُمْ فَدَخَلَ وَهُوَ
غَارٌّ غَافِلٌ ✻ قَالَ قَابِسُ فَقُلْتُ لَهُ هُوَذَا أَرَي لَكِنْ مَا
مَعْنَي تِلْكَ ٱلْمَرْاءَةِ ٱلَّتِي تُوهِمُ أَنَّهَا عَمْيَاءُ مَعْتُوهَةٌ
وَهِيَ وَاقِفَةٌ عَلَي حَجَرٍ مُدَوَّرٍ ✻ قَالَ إِيرَقْلِيسُ هٰذِهِ
هِيَ ٱلْبَخْتُ وَلَيْسَتْ هِيَ عَمْيَاءُ فَقَطْ بَلْ صَمَّاءُ أَيْضًا ✻
قَالَ قَابِسُ هٰذِهِ أَيَّ شَيٍ تَعْمَلُ ✻ قَالَ إِيرَقْلِيسُ هٰذِهِ
تَطُوفُ فِي كُلِّ مَكَانٍ فَتَأْخُذُ مِنْ هٰذَا وَتُعْطِي هٰذَا ✻ ثُمَّ
لَا تَلْبَثُ أَنْ تَعْطِفَ عَلَي مَنْ أَعْطَتْهُ فَتَأْخُذُ مِنْهُ مَا
حَبَتْهُ بِهِ وَتُعْطِيهِ أَخَرَ إِلَّا أَنَّهَا تَفْعَلُ مَا تَفْعَلُهُ مِنْ ذٰلِكَ
مِنْ غَيْرِ سَبَبٍ مَا يُوجِبُهُ وَمِنْ غَيْرِ أَنْ يُوثَقَ مِنْهَا
بِمَا تَاتِيهِ فَهِيَ تُفَرِّحُ هٰذَا بِمَا تَمْنَحُهُ وَتُغِمُّ هٰذَا بِمَا
تَسْلُبُهُ وَلِذٰلِكَ صَارَتْ هِيَ تُبِينُ عَنْ نَفْسِهَا مَذْهَبَهَا
ٱلَّتِي تَجْرِي عَلَيْهِ ✻ قَالَ قَابِسُ فَقُلْتُ لَهُ أَهِيَ
ٱلْوَاقِفَةُ عَلَي ٱلْحَجَرِ ٱلْمُدَوَّرِ ✻ قَالَ إِيرَقْلِيسُ نَعَمْ ✻
قَالَ قَابِسُ فَقُلْتُ لَهُ لَيْتَ شِعْرِي عَلَي مَا يَدُلُّ مِنْ
أَمْرِهَا ✻ قَالَ إِيرَقْلِيسُ ذٰلِكَ يَدُلُّ عَلَي أَنَّ
مَا

ſuâ quiſque ratione, prout vides, quô abiêre ii qui præceſſerunt illos. Introivit itaque imprudens ac ſocors. Video, inquam. Verùm quam ſignificationem habet iſta mulier, quæ opinionem facit, quod cæca ſit, ac mente capta? Inſiſtit autem lapidi rotundo. Hæc, reſpondit, Fortuna eſt. Nec cæca tantummodo eſt, ſed ſurda etiam. Hæc quid agit, inquam? Circum ambulat hæc, reſpondit ille, locis omnibus, atque alii eripit, alii elargitur. Nec deinde moratur reditum ſuum ad eum in quem larga fuit, atquè eripit ei, quo donavit ipſum, idq; largitur alij: niſi quod, quicquid horum agit, abſque ratione conveniente agat, & abſque ut firmum ab ea efficiatur id quod affert, proinde gaudio alium afficit per ea quæ dono dat, alium vero triſtitiâ per ea quibus ſpoliat. Idcirco etiam ita ea eſt comparata, ut indicium ex ſemetipsâ rationis, quam init, faciat. An ea eſt, inquam, quæ inſiſtit lapidi orbiculato? Ita eſt, inquit ille. Non intelligo, inquam rurſus, quid id ſignificet in negotio ejus. Illud ſignificat, reſpondit ille, id quod dono

μένους, ὡς προάγοντας, ὅπῃ αὗται δεικνύωσιν; ὁρῶ τοῦτο, ἔφην. ἡ δὲ γυνὴ ἐκείνη τίς ἐστιν, ἡ ὥσπερ τυφλὴ καὶ μαινομένη τις εἶναι δοκοῦσα, καὶ ἑστηκυῖα ἐπὶ λίθου τινὸς στρογγύλου; καλεῖται μὲν, ἔφη, Τύχη. ἔστι δὲ οὐ μόνον τυφλὴ, ἀλλὰ καὶ μαινομένη καὶ κωφή. αὕτη οὖν τί ἔργον ἔχει; περιπορεύεται πανταχοῦ, ἔφη, καὶ παρ᾽ ὧν μὲν ἁρπάζει τὰ ὑπάρχοντα, καὶ ἑτέροις δίδωσι· παρὰ δὲ τῶν αὐτῶν πάλιν ἀφαιρεῖται παραχρῆμα, ἃ δέδωκε, καὶ ἄλλοις δίδωσιν εἰκῇ καὶ ἀβεβαίως. διὸ καὶ τὸ σημεῖον καλῶς μηνύει τὴν φύσιν αὐτῆς. ποῖον τοῦτο; ἔφην ἐγώ. ὅτι ἐπὶ στρογγύλου λίθου ἕστηκεν. εἶτα, τί τοῦτο σημαίνει; ὅτι οὐκ ἀσφαλὴς, οὐδὲ βεβαία ἐστὶν ἡ παρ᾽ αὐτῆς δόσις. ἐκπτώσεις γὰρ μεγάλαι καὶ σκληραὶ γίγνονται, ὅταν τις αὐτῇ πιστεύσῃ. ὁ δὲ ὄχλος, ὁ πολὺς οὗτος, ὁ περὶ αὐτὴν ἑστηκὼς τί βούλεται, καὶ τίνες καλοῦνται; καλοῦνται καὶ οὗτοι ἀπροβού-

مَـا تَسْمَحُ بِهِ غَيْرُ مَوْثُوقٍ بِبَقَايِهِ وَلَا مَعْمُولٍ عَلَى ثَبَاتِهِ
وَذٰلِكَ أَنَّ ٱلْمَرْءَ إِذَا ٱعْتَمَدَ عَلَى أَنَّهُ قَدْ حَصَّلَ شَيْـا
مِنْهَا يَعْمَلُ عَلَيْهِ خَاسَتْ بِهِ أَوْثَقُ مَا يَكُونُ بِهَا
وَأَوْقَعَتْهُ فِي حَسْرَةٍ شَدِيدَةٍ * قَالَ قَابُسُ فَقُلْتُ هٰذَا
ٱلْجَمْعُ ٱلْكَثِيرُ ٱلَّذِي حَوْلَهَا مَـا يَلْتَمِسُونَ مِنْهَا
وَبِأَيِّ شَيْءٍ يُعْرَفُونَ * قَالَ إِيرَقْلِيسُ يُعْرَفُونَ
بِٱلْهَمَجِ ٱلَّذِينَ لَا رَوِيَّةَ لَهُمْ وَٱلَّذِي يَلْتَمِسُونَهُ مِنْهَا
هُوَ ٱلْفَوَايِدُ وَٱلصِّلَاتُ وَٱلْهِبَاتُ * قَالَ قَابُسُ فَمَا
بَالُنَا لَا نَرَى صُوَرَهُمْ وَاحِدَةً بَلْ نَرَى بَعْضَهُمْ كَأَنَّهُمْ
مَسْرُورُونَ ضَاحِكُونَ وَبَعْضَهُمْ كَأَنَّهُ مَكْرُوبٌ بَاسِطٌ
يَدَيْهِ * قَالَ إِيرَقْلِيسُ أَمَّا ٱلَّذِينَ تَرَوْنَهُمْ كَأَنَّهُمْ
فَرِحُونَ مَسْرُورُونَ فَهُمُ ٱلَّذِينَ قَدْ حَبَتْهُمْ بِشَيْءٍ وَهٰؤُلَاءِ
يُسَمَّوْنَ سُعَدَآءَ ٱلْبَخْتِ وَٱلَّذِينَ يَبْكُونَ هُمُ ٱلَّذِينَ
قَدْ سَلَبَتْهُمْ مَا كَانَتْ أَعْطَتْهُمْ وَهٰؤُلَاءِ يُسَمَّوْنَ أَشْقِيَـاءَ
ٱلْبَخْـتِ * قَالَ قَابُسُ فَمَا هُوَ ٱلَّذِي تَمْنَحُ هٰؤُلَاءِ
فَيُسَرُّونَ بِهِ وَٱلَّذِي تَسْلُبُ هٰؤُلَاءِ فَيَبْكُونَ عَلَيْهِ *
قَالَ

dono dat, inſtabile in permanſione ſuâ eſſe, nec poſſe effici ut conſtans ſit. Et iſtud, quia hominem, quando is conſtitutum habuit rem, quam ab illâ iam acquiſivit, ſuam eſſe futuram, perfidiâ quâ poteſt maximâ fallit, eumque conjicit in mœrorem ob factam jacturam graviſſimum. Quæſivi tunc. Hæc turba multa, quæ circa illam eſt, quid cupiunt ab illâ, & quomodo appellantur? Eſt hæc vilis turba, inquit, ſtolidorum hominum, qui mentem non habent, & quod cupiunt ab illâ, opes ſunt, poſſeſſiones atque munera. Quænam autem hæc noſtra eſt conditio, inquam? Non videmus formas illorum unam eandemque eſſe: Sed videmus illorum quoſdam tanquam ſi exhilarati eſſent ac ridentes; & quoſdam ſicut qui mœrore conturbatus eſt, extenditque manus ſuas. Hi quidem, inquit ille, quos videtis, quaſi eſſent læti & exhilarati, ſunt ii quibus iam elargita eſt munus aliquod, hique nominantur Felices à fortunâ. Illi autem, qui plorant, ſunt quibus iam eripuit quod eis dederat, atque hi nominantur infelices à fortuna. Quidnam id eſt, quærebam, quod dono dat illis, & quo ità exhilarantur; illud quoquè, quod his eripit, quodque ſic deplorant?

λάβοι. αἰτοῦσι δὲ ἕκαστος αὐτὸν, ἃ ῥίπτει. πῶς οὖν οὐχ ὁμοίαν ἔχουσι τὴν μορφὴν, ἀλλ' οἱ μὲν αὐτῶν δοκοῦσι χαίρειν, οἱ δὲ ἀθυμοῦσιν ἐκπεπτακότες τὰς χεῖρας; οἱ μὲν δοκοῦντες, ἔφη, χαίρειν καὶ γελᾶν αὐτῶν, οἱ εἰληφότες τὶ παρὰ τῆς Τύχης εἰσίν· οὗτοι δὲ καὶ Ἀγαθὴν Τύχην αὐτὴν καλοῦσιν· οἱ δὲ δοκοῦντες κλαίειν, καὶ τὰς χεῖρας ἐκπεπτακότες, εἰσὶ παρ' ὧν ἀφείλετο, ἃ δίδωκε πρότερον αὐτοῖς· οὗτοι πάλιν Κακὴν Τύχην αὐτὴν καλοῦσι. τίνα οὖν ἐστιν ἃ δίδωσιν αὐτοῖς, ὅτι οὕτως οἱ μὲν λαμβάνοντες χαίρουσιν, οἱ δὲ ἀποβάλλοντες κλαίουσι; ταῦτα, ἔφη, ἃ παρὰ τοῖς πολλοῖς ἀνθρώποις δοκεῖ εἶναι ἀγαθά. ταῦτα οὖν τίνα ἐστί; πλοῦτος δηλαδὴ, καὶ δόξα, καὶ

قَالَ إِبرَقْلِيسُ هٰؤُلَاءِ يَظُنُّونَ أَنَّ ٱلَّذِي تُعْطِيهِمْ هِيَ
ٱلخَيْرَاتُ وَهُمْ جُمْهُورُ ٱلنَّاسِ [يَظُنُّونَ] أَنَّهُ ٱلخَيْرَاتُ *
قَالَ قَابُسُ وَمَا ذٰلِكَ * قَالَ إِبرَقْلِيسُ ٱلْيَسَارُ
وَٱلْجَاهُ وَٱلْعَافِيَةُ وَٱلْوَلَدُ وَٱلسُّلْطَانُ وَسَائِرُ مَا يُجْرِي
هٰذَا ٱلمَجْرَى وَمَا أَشْبَهَهُ * قَالَ قَابُسُ فَلَيْسَ لَهُ
أَفَلَيْسَ هٰذِهِ خَيْرَاتٍ * قَالَ إِبرَقْلِيسُ هٰذَا شَيْءٌ يَنْبَغِي أَنْ
نُؤَخِّرَ ٱلْكَلَامَ فِيهِ فِي هٰذَا ٱلْوَقْتِ وَلْنَعُدْ بِكَلَامِنَا إِلَى
مَا كُنَّا فِيهِ مِنْ تَفْسِيرِ ٱللُّغْزِ * قَالَ قَابُسُ صَوَابٌ *
قَالَ إِبرَقْلِيسُ أَفَمَا تَرَى إِذَا تَجَاوَزْتَ هٰذِهِ [ٱلْبَابَ]
أَنَّ فَوْقَ هٰذِهِ ٱلْحَظِيرَةِ حَظِيرَةً أُخْرَى خَارِجَهَا نِسَاءٌ
وُقُوفٌ مُتَزَيِّنَاتٌ كَأَنَّهُنَّ زَوَانٍ * قَالَ قَابُسُ بَلَى *
قَالَ إِبرَقْلِيسُ هٰؤُلَاءِ هُنَّ ٱلشَّرَهُ وَٱلشَّبَعُ وَٱلْمَلَقُ
وَٱلْخِدَاعُ وَٱلْبَذَخُ وَمَا يُجْرِي مَجْرَاهُ * قَالَ قَابُسُ
فَمَا وُقُوفُهُنَّ هُنَاكَ * قَالَ إِبرَقْلِيسُ يَنْتَظِرْنَ مَا
يَكُونُ مِنَ ٱلْبَخْتِ فَإِذَا أَعْطَى إِنسَانًا شَيْئًا وَتَخَلَّصَ
مِنْ أَعْطَاهُ بِمَا أَعْطَاهُ تَضَرَّعْنَ لَهُ وَخَدَعْنَهُ ثُمَّ لَطُفْنَ لَهُ

فِي

Putant iſti, reſpondit, ea quæ illis dat, eſſe Bona. Potiorquè pars hominum putat ea Bona eſſe. Ecqua ſunt iſta, inquam? Opulentia, reſpondit ille, Dignitas, Valetudo, Proles, Dominatus, & reliqua quæ ex hoc fonte fluunt, quæque his ſunt ſimilia. Annon ſunt hæc, inquam, Bona? Hâc de re, inquit, oportet nos hoc tempore differre pauliſper colloquium. Convertamus autem nunc ſermonem noſtrum ad ea, in quibus verſabamur circa expoſitionem ænigmatis. Rectè, inquam. Tum ille, nonnè vides, inquit, ubi prætererieris hanc portam, ſupra hoc ſeptum eſſe aliud ſeptum, extra quod mulieres aſtant adornatæ quaſi eſſent meretriculæ? Sic eſt, inquam. Iſtæ ſunt, inquit, Aviditas, Libido, Adulatio, Fraus, Elatio, & quicquid demùm eſt hujuſmodi. Quid verò eſt, quærebam, quod eæ ſtent in iſto loco? Obſervant hæ, reſpondit ille, quicquid à Fortunâ venit. Et ubi illa homini aliquid largita fuerit, atque is, in quem larga fuit, dono, quod illa dedit liberè fuerit uſus, hæ ſupplices homini fiunt, atque eum decipiunt. Tum blandè cum eo agunt de

διγίεια, καὶ τέκνα, καὶ τυραννίδες, καὶ βασιλεῖαι, καὶ τἆλλα, ὅσα τούτοις παραπλήσια. ταῦτα οὖν πῶς οὐκ ἔστιν ἀγαθά; περὶ μὲν τούτων, ἔφη, καὶ αὖθις διαλεξόμεθα· νῦν δὲ περὶ τὴν μυθολογίαν γινώμεθα. ἔστω οὕτως. ὁρᾷς οὖν, ὡς ἂν παρέλθοις τὴν πύλην ταύτην, ἀνώτερον ἄλλον περίβολον, καὶ γυναῖκας ἔξω τοῦ περιβόλου ἑστηκυίας, κεκοσμημένας ὥσπερ ἑταῖραι εἰώθασι; καὶ μάλα. αὗται τοίνυν, ἡ μὲν Ἀκρασία καλεῖται, ἡ δὲ Ἀσωτία, ἡ δὲ Ἀπληστία, ἡ δὲ Κολακεία. τί οὖν ὧδε ἑστήκασιν αὗται; παρατηροῦσιν, ἔφη, τοὺς εἰληφότας τι παρὰ τῆς Τύχης. εἶτα τί; ἀναπηδῶσι, καὶ συμπλέκονται αὐτοῖς, καὶ κολακεύουσι, καὶ ἀξιοῦσι παρ᾽ αὐταῖς μένειν, λέγουσαι ὅτι βίον ἕξουσιν ἡδύν, καὶ ἄπονον, καὶ κακοπάθειαν ἔχοντα οὐδεμίαν. ἐὰν οὖν τις πεισθῇ ὑπ᾽ αὐτῶν εἰς τὴν ἡδυπάθειαν, μέχρι μέν τινος ἡδεῖα δοκεῖ εἶ-

فِي ٱلْمُقَامِ قَبْلَهُنَّ وَأَوْهَمْنَهُ أَنَّ ٱلْعِيشَةَ عِنْدَهُنَّ عِيشَـــةٌ
رَاضِيَةٌ لَذِيذَةٌ يَقِلُّ ٱلْهَمُّ فِيهَا وَٱلشَّقَاءُ فَمَنْ أَطَاعَهُـــنَّ
وَدَخَلَ فِي ٱللَّذَاتِ وَأَقَامَ عِنْدَهُنَّ فَهُنَّ إِلَي مُدَّةٍ مِـــنَ
ٱلزَّمَانِ مَا تَمَسُّ يُغَرِّرْنَهُ يَظْهَرُ لَـــهُ أَنَّ ٱلسِّيرَةَ رَغْبَةٌ
ثُمَّ بِآخِرَةٍ إِذَا تَأَمَّلَ أَمْرَهُ فَشَعَرَ بِمَا لَمْ يَكُنْ . يَشْعُـــرُ
بِهِ فِيمَا مَضَي وَلَا يَعْرِفُهُ تَغَيَّرَتِ ٱلصُّورَةُ عِنْدَهُ بَعْـــدَ أَنْ
أَتْلَفَ مَا كَانَ ٱسْتَفَادَهُ مِنَ ٱلْبَخْتِ فَيَضْطَرُّهُ ٱلْأَمْـــرُ
إِلَي خِدْمَتِهِنَّ وَيَصْبِرُ عَلَي كُلِّ بَلَاءٍ وَيُجْهِدُ نَفْسَـــهُ
وَيُشْقِيهَا بِكُلِّ قَبِيحٍ يُحَمِّلْنَهُ عَلَيْهِ وَعَلَي مَا يَضُـــرُّهُ *
قَالَ قَابُسُ كَأَنَّكَ تَقُولُ مَاذَا * قَالَ إِيرَقْلِيسُ مِثْـلُ
ٱلنَّهْـــبِ وَسَلْبِ ٱلْحُرَمِ وَٱلْيَمِينِ ٱلْكَاذِبَةِ وَٱلسِّعَايَـةِ
وَٱلسَّرِقِ وَٱلنَّمِيمَةِ وَمَا أَشْبَـهَ ذَلِكَ وَجَرَى مَجْرَاهُ ،،
قَالَ قَابُسُ وَكَيْفَ يَكُونُ حَالُ هَؤُلَاءِ إِذَا ٱفْتَقَرُوا ،،
قَالَ إِيرَقْلِيسُ أَمَا تَرَي بُوَيْبًا صَغِيرًا فِي مَوْضِعٍ ضَيِّقٍ
مُظْلِمٍ ،، قَالَ قَابُسُ هُوَذَا أَرَاهُ * قَالَ إِيرَقْلِيسُ وَتَرَي
هُنَاكَ نِسَاءً أَقْبَاحًا أَوْسَاخًا أَقْذَارًا عَلَيْهِنَّ كُذَانٌ *
قَالَ .

conſiſtendo ſecum, falsòq; ei perſuadēt vitā quę apud ipſas agitur, eſſe jucundam ac voluptuoſam, in quâ parùm ſit mœroris aut infortunii. Is igitur qui morē eis gerit, & voluptates adit ac cōſiſtit apud eas, uſque ad illud ſpacium temporis, quo illæ continuant eum fallere, videtur ei vitæ ratio eſſe jucunda. deinceps tandē ubi accuratè perſpexerit ſuum negotiū, itemq; intellexerit quod neq; intelligeret ante hâc, neq; etiā agnoſceret, immutatur in ipſo facies, poſtquā abſumpſit quicquid utilitatis acceperat à Fortunâ. Tum res eum cogit illis inſervire, & perpetitur omnes afflictiones, ſeipſumq; aggravat atq; infelicem reddit omni turpitudine ad quā illæ eum concitant, & ſic ad alia quę noxam ipſi afferunt. Quæ ita dicis, inquam, quænam ſunt? Veluti Prædatio, inquit, Sacrilegium, Perjurium, Obtrectatio, Furtum, Calumnia, atque alia, quæ his ſimilia, ejuſdemq; modi ſunt. Quęnam verò, inquam, iſtorum eſt conditio, ubi ad egeſtatem redacti fuerint? Tum ille, annon vides, inquit, oſtiolū parvum in loco anguſto & caliginoſo? Video, inquā, eccam. Ibi etiam, inquit, vides mulieres deformes, ſordidas ac inquinatas, quibus lacerus eſt amictus?

ναι ἡ διατριβὴ, ἕως ἂν γαργαλίζῃ τὸν ἄνθρωπον· εἶτ' οὐκ ἔστιν. ὅταν γὰρ ἀνανήψῃ, αἰσθάνεται ὅτι οὐκ ἤσθιεν, ἀλλ' ὑπ' αὐτῆς κατησθίετο, καὶ ὑβρίζετο. διὸ καὶ ὅταν ἀναλώσῃ πάντα, ὅσα ἔλαβε παρὰ τῆς Τύχης, ἀναγκάζεται ταύταις γυναιξὶ δουλεύειν, καὶ πάνθ' ὑπομένειν, καὶ ἀσχημονεῖν, καὶ ποιεῖν ἕνεκεν τούτων ὅσα ἐστὶ βλαβερά. οἷον ἀποστερεῖν, ἱεροσυλεῖν, ἐπιορκεῖν, προδιδόναι, λῄζεσθαι, καὶ πάνθ' ὅσα τούτοις παραπλήσια. ὅταν οὖν πάντα αὐτοῖς ἀπολείπῃ, παραδίδονται τῇ Τιμωρίᾳ. ποία δέ ἐστιν αὕτη; ὁρᾷς ὀπίσω τι αὐτῶν, ἔφη, ὥσπερ θύριον μικρὸν, καὶ τόπον στενόν τινα καὶ σκοτεινόν; οὐκοῦν καὶ γυναῖκες αἰσχραὶ καὶ ῥυπαραὶ, καὶ ῥάκη ἠμφιεσμέναι δοκοῦσι συνεῖναι, καὶ μάλα. αὗται τοίνυν, ἔφη, ἡ μὲν τὴν μάστιγα ἔχουσα, καλεῖται Τιμωρία, ἡ δὲ τὴν κεφαλὴν ἐν τοῖς γόνασιν ἔχουσα, Λύπη. ἡ δὲ τὰς

قَالَ قَابِسُ فَقُلْتُ هُوَذَا أَرَي ، فَقَالَ إِيرَقْلِيسُ فَتِلْكَ ٱلْمَرْاءَةُ
مِنْهُنَّ وَهِيَ ٱلَّتِي فِي يَدِهَا ٱلسَّوْطُ تَدُلُّ عَلَي ٱلْعُقُوبَةِ
وَعَلَي سَوْطِ ٱلْعَذَابِ * وَٱلَّتِي قَدْ دَلَّتْ رَاسَهَا بَيْنَ رُكْبَتَيْهَا
تَدُلُّ عَلَي ٱلْغَمِّ وَٱلْحَسْرَةِ * وَٱلَّتِي هِيَ دَايِبَةٌ تَنْتِفُ شَعْرَهَا:
تَدُلُّ عَلَي ٱلْأَلَمِ وَٱلْحَسْرَةِ وَشِدَّةِ ٱلْوَجَعِ * قَالَ قَابِسُ فَٱلْمَرْاءَتَانِ
ٱلْوَاقِفَتَانِ بِٱلْقُرْبِ مِنْ هُوْلَاءِ ٱللَّتَانِ هُمَا مَهِينَتَانِ قَبِيحَتَانِ
مُتَسَلِّبَتَانِ فَقِيرَتَانِ عَلَي مَاذَا تَدُلَّانِ ، قَالَ إِيرَقْلِيسُ أَحَدَاهُمَا
تَدُلُّ عَلَي ٱلْوَيْلِ وَٱلْعَوِيلِ وَٱلْأُخْرَي ٱلْمُوَاخِيَةُ لَهَا تَدُلُّ
عَلَي ٱلْحُزْنِ ٱلطَّوِيلِ فَإِنَّ ٱلْعُقُوبَةَ يُؤَدِّبُهُمْ إِلَي ذَلِكَ
فَيَكُونُ عَيْشُهُمْ كُلُّهُ فِي ضَنْكٍ وَعَذَابٍ ثُمَّ يَقَعُونَ إِلَي ٱلْبَيْتِ
ٱلْأَخَرِ ٱلَّذِي يُعْرَفُ بِشَقَاءِ ٱلْبَخْتِ فَيَكُونُونَ سَايِرَ
عُمْرِهِمْ فِي ٱلشَّقَاءِ إِلَّا أَنْ يَلْحَقَ ٱلْإِنْسَانَ ٱلنَّدَمُ فَيَتَنَبَّهَ
عَلَي أَمْرِهِ وَيُفِيقَ مِنْ جَهْلِهِ وَيَتَلَافَي مَا فَرَطَ مِنْهُ ،
قَالَ فَقُلْتُ لَهُ فَإِذَا كَانَ ذَلِكَ فَأَيُّ شَيٍ يَكُونُ حَالُهُ *
قَالَ إِيرَقْلِيسُ يُشْرِفُ حِينَيِذٍ هُوَ عَلَي أَمْرِ نَفْسِهِ وَيَلْتَمِسُ
لَهَا ٱلثَّنَاءَ ٱلْجَمِيلَ وَيَشْتَاقُ إِلَي ٱلْأَدَبِ ٱلصَّحِيحِ فَيَنْقَّي
بِذَلِكَ

Eccas, inquam, video. Illa mulier ex iſtis, inquit, in cujus manu flagellum eſt, ſignificat Pœnam & flagellum ſupplicii. Quæ verò direxit jam caput ſuum inter genua ſua, ſignificat Mærorem & Lamentationem. Quæ ærumnis preſſa evellit capillum ſuum ſignificat Cruciatum, Luctum & Dolorem vehementem. Duæ mulieres, quærebam tunc, aſtantes prope iſtas, quæque ſunt viles, turpes, ornamento omni privatæ, atq; pauperes quidnam ſignificant? Earum altera, reſpondit, ſignificat Gemitum & Ejulatum; Altera, quæ illius ſoror eſt, ſignificat Triſtitiam longam. Etenim Pœna iſtuc illos adigit, eſtque vita illorum omnis in anguſtiâ & ſupplicio. Prolabuntur deinde ad aliud domicilium, cui nomen Infelicitas, vivuntque reliquum vitæ ſuæ in adverſâ fortunâ, niſi ſi quem inceſſerit pænitentia, atque in rem ſuam experrectus ille ad meliorem mentem ab ignorantiâ redeat, idque reparet, quod neglexit. Hoc ubi fuerit, inquam, quis tunc ejus ſtatus erit? Percipit tunc ille, reſpondit, conditionem animi ſui, & quærit ei honeſtam laudem. Expetit Diſciplinam veram & per eam purificat

τρίχας τίλλουσα ἑαυτῆς, Ὀδύνη· ὁ δ' ἄλλος οὗτος ὁ παρεστηκὼς αὐταῖς, δυσειδής τις καὶ λεπτὸς, καὶ γυμνός. καὶ μετὰ ταύτης ὁμοία αὐτῷ αἰσχρὰ καὶ λεπτὴ, τίς ἐστιν; ὁ μὲν Ὀδυρμὸς καλεῖται, ἔφη, ἡ δ' ἀδελφὴ αὐτοῦ Ἀθυμία. τούτοις οὖν παραδίδοται, καὶ μετὰ τούτων συμβιοῖ τιμωρούμενος. εἶτα πάλιν ἐνταῦθα εἰς ἕτερον οἶκον ῥίπτεται εἰς τὴν Κακοδαιμονίαν, καὶ ὧδε τὸν λοιπὸν βίον καταστρέφει ἐν πάσῃ κακοδαιμονίᾳ, ἂν μὴ Μετάνοια αὐτῷ ἀπὸ τῆς Τύχης συναντήσῃ. εἶτα τί γίγνεται; ἐὰν ἡ Μετάνοια αὐτῷ συναντήσῃ, ἐξαιρεῖ αὐτὸν ἐκ τῶν κακῶν, καὶ συνίστησιν αὐτῷ ἑτέραν Δόξαν, καὶ Ἐπιθυμίαν, τὴν εἰς τὴν ἀληθινὴν Παιδείαν ἄγουσαν. ἅμα δὲ καὶ τὴν εἰς τὴν Ψευδοπαιδείαν καλουμένην. εἶτα τί γίγνεται; ἐὰν μὲν, φησι, τὴν Δόξαν ταύτην προσδέξηται, τὴν ἄγουσαν αὐτὸν εἰς τὴν ἀληθινὴν Παιδείαν,

بِذٰلِكَ نَفْسَهُ وَيَلْتَمِسُ لَهَا ٱلنَّجَاةَ وَيُخَلِّصُهَا مِمَّا ٱعْتَوَرَهَا
وَغَلَبَ عَلَيْهَا وَيَصِيرُ بِذٰلِكَ حُرًّا سَعِيدًا مَغْبُوطًا لَا خَوْفَ
عَلَيْهِ فِيمَا يَأْتِي مِنْ عُمْرِهِ إِلَى أَنْ يَعُودَ فِي ٱلْغَفْلَةِ
فَيَقَعَ فِي ٱلْأَسْرِ ؞ قَالَ قَابِسُ يَا صَاحِ مَا أَعْظَمَ
هٰذَا ٱلْخَطَرَ ٱلَّذِي أُبْتُلِيَ بِهِ ٱلنَّاسُ لٰكِنَّكَ ذَكَرْتَ
فِي كَلَامِكَ ٱلْأَدَبَ ٱلصَّحِيحَ فَإِنْ كَانَ هَاهُنَا أَدَبُ
زُورٍ فَعَرِّفْنَا مَا هُوَ ؞ قَالَ إِيرَقْلِيسُ مَا تَرَى تِلْكَ
ٱلْحَظِيرَةَ ٱلْأُخْرَى ؞ قَالَ قَابِسُ إِنِّي لَأَرَاهَا حَقًّا ٭
قَالَ إِيرَقْلِيسُ أَوَلَا تَرَى ٱلْمَرْآةَ ٱلْوَاقِفَةَ عَلَيْهَا سِيمَا
ٱلْجَلَالَةِ وَٱلْهَيْئَةِ ٱلْجَمِيلَةِ ٭ قَالَ قَابِسُ هُوَذَا أَرَاهَا
كَذٰلِكَ ؞ قَالَ إِيرَقْلِيسُ هٰذِهِ ٱلْمَرْأَةُ عِنْدَ ٱلْجُمْهُورِ
يُقَالُ لَهَا ٱلْأَدَبُ وَلَيْسَتْ أَدَبًا حَقًّا بَلْ أَدَبًا زُورًا
فَٱلنَّاسُ إِذَا رَأَوْا ٱلْأَدَبَ ٱلْحَقَّ غَلِطُوا فَوَقَعُوا أَوَّلًا فِي هٰذَا ٭
قَالَ قَابِسُ أَتَدْرِي مَا تَقُولُ أَوَلَيْسَ لَهُمْ طَرِيقٌ آخَرُ
يُؤَدِّيهِمْ إِلَى ٱلْأَدَبِ ٱلصَّحِيحِ ؞ قَالَ إِيرَقْلِيسُ لَا مَا لَهُمْ
طَرِيقٌ آخَرُ يُؤَدِّيهِمْ إِلَيْهِ ٭ قَالَ قَابِسُ فَهٰؤُلَاءِ ٱلرِّجَالُ
ٱلَّذِينَ

animũ ſuum : Hunc cupit ſalvum eſſe, eumq; liberat ab iis quæ vitium ei intulere, atq; dominium in eum exercuere. Et ſic efficitur Liber, Felix, Beatus, cui nullus metus eorum quæ eveniunt à vitâ ſuâ, uſque dum redeat ad Socordiam atque in captivitatem incidat. Dixi tum, ô Cordate! Quàm magnum eſt hoc diſcrimen cum quo pertentati ſunt homines! Verùm mentionem feciſti in ſermone tuo Diſciplinæ veræ. Sin autem hoc loco fuerit Diſciplina falſa, nos, quænã ea ſit, edoce. Tum ille, videsne, inquit, ſeptum illud aliud? Utiq;, inquam, video reverâ. Anne etiam, inquit iterùm, vides mulierem ad illud aſtantem, vultu magnifico & formâ eleganti? Eccam, inquam, eam video talem. Hæc Mulier inquit, apud pleroſque omnes nomen habet Diſciplinæ; Minimè veró eſt Diſciplina germana, ſed Diſciplina falſa. Homines autem cùm de Diſciplinâ germanâ cogitãt, errore ducti incidũt primùm in hanc. Noſtine quod dicis, inquam? Annon habent viam aliam, quæ ducat eos ad Diſciplinam veram? Minimè, inquit. Non habent viam aliam, quæ ad illam eos deducat. Iſti autem viri, quæſivi rurſus,

καθαρθεὶς ὑπ' αὐτῆς σώζεται καὶ μακάριος, καὶ εὐδαίμων γίγνεται ἐν παντὶ τῷ βίῳ. εἰ δὲ μή, πάλιν πλανᾶται ὑπὸ τῆς Ψευδοδοξίας. ὦ ἡράκλεις, ὡς μέγας ὁ κίνδυνος ἄλλος οὗτος. ἡ δὲ Ψευδοπαιδεία, ποία ἐστίν, ἔφην ἐγώ; οὐχ ὁρᾷς τὸν ἕτερον περίβολον ἐκεῖνον; καὶ μάλα, ἔφην ἐγώ. οὐκοῦν ἔξω τοῦ περιβόλου παρὰ τὴν εἴσοδον γυνή τις ἕστηκεν, ἣ δοκεῖ πάνυ καθαρὰ καὶ εὔτακτος εἶναι; καὶ μάλα. ταύτην τοίνυν οἱ πολλοὶ καὶ εἰκαῖοι τῶν ἀνθρώπων Παιδείαν καλοῦσιν. οὐκ ἔστι δέ, ἀλλὰ Ψευδοπαιδεία, ἔφη. οἱ μέντοι σωζόμενοι ὁπόταν βούλωνται εἰς τὴν ἀληθινὴν Παιδείαν ἐλθεῖν, ὧδε πρῶτον παραγίγνονται. πότερον οὖν ἄλλη ὁδὸς οὐκ ἔστιν ἐπὶ τὴν ἀληθινὴν Παιδείαν ἄγουσα; ἔστιν, ἔφη. οὗτοι δὲ οἱ ἄνθρωποι, οἱ ἔσω τοῦ περιβόλου ἀνακάμπτοντες, τίνες εἰσίν; οἱ τῆς Ψευδοπαιδείας, ἔφη, ἐρασταὶ

ٱلَّذِينَ هُمْ دَاخِلَ ٱلْحَظِيرَةِ وَقَدْ نَكَسُوا رُؤُوسَهُمْ عَلَى
مَاذَا يَدُلُّونَ ٭ قَالَ إِيرَقْلِيسُ هُؤُلَاءِ هُمُ ٱلْمُحِبُّونَ لِهٰذَا
ٱلْأَدَبِ قَدْ غَلِطُوا فَظَنُّوا أَنَّهُمْ مُخَالِفُونَ لِلْأَدَبِ ٱلصَّحِيحِ ٭
قَالَ قَابُسُ فَبِمَاذَا يُعْرَفُ هُؤُلَاءِ ٭ قَالَ إِيرَقْلِيسُ هُؤُلَاءِ
بَعْضُهُمْ يُعْرَفُونَ بِٱلشُّعَرَاءِ وَبَعْضُهُمْ بِٱلْجَدَلِيِّينَ وَبَعْضُهُمْ
يُسَمَّوْنَ ٱلْخُطَبَاءَ وَبَعْضُهُمْ يُسَمَّوْنَ ٱلْمُلَحِّنِينَ وَبَعْضُهُمْ
يُسَمَّى أَصْحَابَ تَآلِيفِ ٱلْغِنَاءِ وَبَعْضُهُمْ يُسَمَّى ٱلْمَشَّائِينَ
وَبَعْضٌ يُسَمَّى ٱلْمُلْهِينَ وَسَائِرُ مَنْ أَشْبَهَ هُؤُلَاءِ ٭
قَالَ قَابُسُ فَٱلنِّسَاءُ ٱلْمُتَشَاكِلَاتُ ٱلَّتِي كَأَنَّهُنَّ
يُعَايِنَّ ٱلَّتِي قُلْتَ أَنَّ ٱلشَّرَّ يَقْدُمُهُنَّ وَسَائِرُ مَنْ
مَعَهَا مِنَ ٱلنِّسَاءِ عَلَى مَاذَا يَدْلُلْنَ هَلْ يَاتِينَ هٰذَا
ٱلْمَوْضِعَ ٭ قَالَ إِيرَقْلِيسُ إِي وَٱللّٰهِ إِلَى هَاهُنَا مَصِيرُهُمْ
إِلَّا أَنَّ ذٰلِكَ إِنَّمَا يَقَعُ فِي ٱلْفَرْطِ لَا كَمَا يَكُونُ فِي
ٱلْحَظِيرَةِ ٱلْأُخْرَى ٭ قَالَ قَابُسُ فَأَيُّ شَيْءٍ مَذْهَبُ
هُؤُلَاءِ ٭ قَالَ إِيرَقْلِيسُ قَدْ حَصَلَ لِهُؤُلَاءِ أَيْضًا ذٰلِكَ
ٱلشَّرَابُ ٱلَّذِي تَنَاوَلُوهُ مِنَ ٱلْغَفْلَةِ ٭ قَالَ قَابُسُ فَقَدْ
حَصَلَ ·

qui ſunt intra ſeptum, & inclinarunt iam capita ſua, quidnam ſignificant? Iſti ſunt, reſpondit, amantes hujus Diſciplinæ, in errorem jam prolapſi. Opinantur autem ſe eſſe ſectatores Diſciplinæ veræ. Quibus nominibus, inquam, appellantur iſti? Iſtorum aliqui, inquit, appellantur Poetæ, aliqui Diſceptatores. Quidam nominantur Oratores, & quidam Κυριολόγοι ſive Critici. Alii etiam iſtorum vocantur Magiſtri concentus Muſici, alii Peripatetici, alii Ioculatores ſive Mimi, & ſic reliqui, qui ſimiles ſunt iſtis. Deinde Mulieres, inquam, ſibi invicem ſimiles, quæ veluti reſpiciunt ad illas, quarum ajebas Aviditatem eſſe ducem; reliquæ item, quæ iſtis adſunt, mulieres, quidnam ſignificant? An etiam in hunc locū veniunt? Ad quæ ille. Ità eſt, per Deum. Huc uſq; veniunt, niſi quod iſtud accidat aliquo ſaltē tempore, & non ſicuti fit in Septo altero. Quodnā, inquam, eſt inſtitutum iſtarum? Ineſt iſtis, reſpondit, jam quoque potus, quem acceperunt à Socordiâ. Iamne etiam, quærebam,

καὶ ἠπατημένοι, οἰόμενοι μετὰ τῆς ἀληθινῆς Παιδείας συνομιλεῖν. τίνες οὖν καλοῦνται οὗτοι; οἱ μὲν Ποιηταί, ἔφη, οἱ δὲ Ῥήτορες, οἱ δὲ Διαλεκτικοί, οἱ δὲ Μουσικοί, οἱ δὲ Ἀριθμητικοί, οἱ δὲ Γεωμέτραι, οἱ δὲ Ἀστρολόγοι, οἱ δὲ Ἡδονικοί, οἱ δὲ Περιπατητικοί, οἱ δὲ Κριτικοί, καὶ ὅσοι ἄλλοι τούτοις εἰσὶ παραπλήσιοι., αἱ δὲ γυναῖκες ἐκεῖναι, αἱ δοκοῦσαι περιτρέχειν, ὅμοιαι ταῖς πρώταις, ἐν αἷς ἔφης εἶναι τὴν Ἀκρασίαν, καὶ αἱ ἄλλαι αἱ μετ' αὐτῶν, τίνες εἰσίν; αὗται ἐκεῖναί εἰσιν, ἔφη. πότερον οὖν καὶ ὧδε εἰσπορεύονται; νὴ Δία καὶ ὧδε· σπανίως δέ, καὶ οὐχὶ ὥσπερ ἐν τῷ πρώτῳ περιβόλῳ. πότερον οὖν καὶ αἱ Δόξαι; ναί, ἔφη. ἔτι μὲν γὰρ καὶ ἐν τούτοις τὸ πόμα, ὃ ἔπιον παρὰ τῆς Ἀπάτης, καὶ ἡ Ἄγνοια μένει νὴ Δία, καὶ μετ' αὐτῆς γε ἡ Ἀφροσύνη. καὶ οὐ μὴ ἀπέλθῃ ἀπ' αὐτῶν οὔθ' ἡ Δόξα, οὔθ' ἡ λοιπὴ Κακία, μέχρις ἂν ἀπογνόντες τῆς Ψευδοπαιδείας, εἰσέλθωσιν εἰς τὴν

حَصَلَ هَوُلَآءِ اِذًا عَلَي ٱلْجَهْلِ ۞ قَالَ اِيرَقْلِيسُ نَعَمْ وَٱللّٰهِ
مُعْطِي ٱلْحَيَاةِ اِنَّهُمْ لَكَذٰلِكَ وَلَا يَنْفَكُّونَ مِنْ ذٰلِكَ وَلَا
مِنْ سَايِرِ ٱلشَّرِّ دُونَ أَنْ يَصِيرُوا اِلَي ٱلْأَدَبِ ٱلصَّحِيحِ
وَيَتَشَرَّبُوا تِلْكَ ٱلْقُوَّةَ ٱلْمُنَقِّيَةَ مِنْ ذٰلِكَ فَاِذَا تَنَقَّوْا وَتَحَسَّرَ
عَنْهُمْ مَا هُمْ فِيهِ مِنَ ٱلْغَيِّ وَٱلطُّغْيَانِ وَٱلْجَهْلِ وَسَايِرِ مَا
قَدْ عَرَاهُمْ مِنَ ٱلشَّرِّ حِينَئِذٍ تَخَلَّصُوا سَالِمِينَ فَاِنَّ
ٱلْمُتَشَاغِلَ بِهٰذَا ٱلْأَدَبِ ٱلْمُزَوَّرِ ٱلشُّرُورُ كُلُّهَا مُصَوَّرَةٌ
لَهُ بِٱلْعُلُومِ ٱلَّتِي تَجْرِي مَجْرَي ٱلْغَلَطِ ۞ قَالَ قَابِسُ
فَأَيُّ طَرِيقٍ يُؤَدِّيهِ اِلَي ٱلْأَدَبِ ٱلصَّحِيحِ ۞ قَالَ اِيرَقْلِيسُ
هُوَذَا أَصِفُ لَكَ أَمَا تَرَي فَوْقُ مَوْضِعًا لَيْسَ فِيهِ أَحَدٌ
بَلْ كَأَنَّهُ بَرٌّ قَفْرٌ ۞ قَالَ قَابِسُ فَقُلْتُ لَهُ هُوَذَا أَرَاهُ ۞
قَالَ اِيرَقْلِيسُ وَتَرَي بَابًا ضَيِّقًا وَطَرِيقًا يُؤَدِّي اِلَيْهِ
بِٱلْجَادَّةِ وَمَنْ يَسْلُكُهُ نَفَرٌ يَسِيرٌ وَكَأَنَّهُ نَشْزٌ خَشِنٌ
وَعْرٌ ۞ قَالَ قَابِسُ هُوَذَا أَرَاهُ لَعَمْرِي ۞ قَالَ اِيرَقْلِيسُ
وَتَرَي وَرَآءَهُ تَلًّا شَاهِقًا وَٱلْمُرْتَقَي اِلَيْهِ ضَيِّقٌ حَادٌّ وَجُرُفٌ
عَمِيقٌ وَاهٍ عَنْ جَانِبَيْهِ ۞ قَالَ قَابِسُ هُوَذَا أَرَاهُ لَعَمْرِي ۞

قَالَ

verſantur iſti in Ignorantiâ? Ita eſt, reſpondit ille, per Deum largitorem vitæ, utiq; ſunt tales, neq; liberantur ab illâ, neque à reliquis malis niſi ſi adeant Diſciplinam veram, bibantque illam vim, quæ repurgat ab iſtis. Vbi autem purificati fuerint, & abierit ab eis quicquid adfuit erroris, injuſtitiæ, ignorantiæ ac reliquorum malorum, quæ jam eos inceſſerunt, tum demum liberi evadunt atque ſalvi. Etenim ei, qui multam operam dat huic Diſciplinæ fallaci, mala omnia figurantur per Scientias, quæ procedunt modo allucinationis. Cuiuſmodi igitur, inquam, via deducit eum ad Diſciplinam veram? Ecce, inquit, deſcribam tibi. Vides ne ſuperiùs locum quendam, in quo nemo moratur: ſed qui ſolitudinis aut deſerti inſtar eſt? Eccum, inquam, video. Vides etiam, rurſus ait, portam anguſtam, & viam aliquam quæ ad eam ducit rectâ ſemitâ, quiq; eâ incedũt numero pauci quidam ſunt, ut quæ ſit ſerrata, aſpera ac ſaxoſa. Eccám, inquam, video, per vitam meam. Vides quoque poſt illam, inquit, collem excelſum, ad quẽ aſcenſus eſt arctus, acutus; cavus item, profundus, ac utroque ſuo latere abruptus. Eccum, inquã, video, per vitã meam.

ἀληθινὴν ὁδὸν, καὶ πίωσι τὴν τούτου καθαρτικὴν δύναμιν· καὶ ἐκβάλωσι τὰ κακὰ πάνθ' ὅσα ἔχουσι, καὶ τὰς Δόξας, καὶ τὴν Ἄγνοιαν, καὶ τὴν λοιπὴν πᾶσαν Κακίαν. τότε αὖ οὕτω σωθήσονται. ὧδε δὲ μένοντες παρὰ τῇ Ψευδοπαιδείᾳ, οὐδέποτε ἀπολυθήσονται, οὐδὲ ἐλλείψει αὐτοὺς κακὸν οὐδὲν ἕνεκα τούτων τῶν μαθημάτων. ποία οὖν αὕτη ἡ ὁδός ἐστιν, ἡ φέρουσα ἐπὶ τὴν ἀληθινὴν Παιδείαν; ὁρᾷς, ἔφη, ἄνω τόπον τινὰ ἐκεῖνον, ὅπου οὐδεὶς ἐπικατοικεῖ, ἀλλ' ἔρημος δοκεῖ εἶναι; ὁρῶ. οὐκοῦν καὶ θύραν τινὰ μικρὰν, καὶ ὁδόν τινα πρὸ τῆς θύρας, ἥτις οὐ πολὺ ὀχλεῖται, ἀλλὰ πάνυ ὀλίγοι πορεύονται, ὥσπερ δυσανόδου τινὸς καὶ τραχείας καὶ πετρώδους εἶναι δοκούσης; καὶ μάλα, ἔφην. οὐκοῦν, καὶ βουνός τις ὑψηλὸς δοκεῖ εἶναι, καὶ ἀνάβασις στενὴ πάνυ, καὶ κρημνοὺς ἔχουσα ἔνθεν κἀκεῖθεν βαθεῖς; ὁρῶ. αὕτη τοίνυν ἐστὶν ἡ ὁδός,

قَالَ إِيرَقْلِيسُ فَهٰذَا هُوَ ٱلطَّرِيقُ ٱلْمُؤَدِّي إِلَي ٱلْأَدَبِ
ٱلصَّحِيحِ وَقَدْ تَصْعُبُ سُلُوكُهُ وَكَذٰلِكَ هُوذَا تَرَي فَوْقَ
ذٰلِكَ ٱلتَّلِّ صَخْرَةً عَظِيمَةً مُرْتَفِعَةً تَتَبَيَّنُ كَأَنَّهَا مُسْتَدِيرَةٌ
مُسْنَدَةٌ إِلَي شَيٍّ ❊ قَالَ قَابُسُ فَقُلْتُ لَهُ هُوذَا أَرَاهَا ❊
قَالَ إِيرَقْلِيسُ وَتَرَي ٱمْرَأَتَيْنِ وَاقِفَتَيْنِ عَلَي ٱلصَّخْرَةِ
كَأَنَّهُمَا أُخْتَانِ مُتَوَاجِهَتَانِ بَاسِطَتَانِ أَيْدِيهِمَا ❊
قَالَ قَابُسُ إِنِّي لَأَرَاهُمَا فَعَلَي مَاذَا تَدُلَّانِ ❊ قَالَ
إِيرَقْلِيسُ تَدُلَّانِ عَلَي ٱلصَّبْرِ وَٱلْإِحْتِمَالِ ❊ قَالَ فَعَلَي
مَاذَا يَدُلُّ بَسْطُهُمَا أَيْدِيهِمَا ❊ قَالَ إِيرَقْلِيسُ تُومِيَانِ
بِذٰلِكَ إِلَي تَقْوِيَةِ قُلُوبِ مَنْ يَقْصِدُهُمَا وَكَأَنَّهُمَا تُشِيرَانِ
إِلَيْهِ بِأَنْ يَصْبِرَ وَلَا يَدْخُلَهُ رُعْبٌ فَإِنَّهُ عَمَّا قَلِيلٍ
يَصِلُ إِلَي ٱلطَّرِيقِ وَهُوَ جَيِّدٌ سَهْلٌ ❊ قَالَ
قَابُسُ فَإِذَا وَصَلُوا إِلَي تِلْكَ ٱلصَّخْرَةِ كَيْفَ يَصْعَدُونَ
عَلَيْهَا فَإِنِّي لَسْتُ أَرَي طَرِيقًا لِلصُّعُودِ ❊ قَالَ إِيرَقْلِيسُ
يَسْبِقْنَ فَيَنْزِلْنَ وَيَتَعَلَّقْنَ بِمَنْ يُوَافِي ٱلْمَوْضِعَ
وَيُصْعِدْنَهُ وَبَعْدَ ذٰلِكَ يَمْنَحْنَهُ قُوَّةً وَيُشَجِّعْنَهُ عَلَي ٱلْوُصُولِ
إِلَي

Hæc igitur, addebat tùm ille, via eſt quæ ducit ad Diſciplinam veram, & difficile quidem eſt eâ incedere. Similiter, ecce, vides ſupra collem illum Petrã magnam atque editam, quæ apparet quaſi rotunda eſſet & rei alicui innixa. Eccam, inquã, video quoq; . Tum rurſus, vides etiam, inquit, mulieres duas, inſiſtẽtes petræ, ſororum inſtar vultu ad invicem converſas atq; extendẽtes manus ſuas. Utiq; ambas video, inquã. Verùm quid ſignificãt? Patientiam, reſpondit, ſignificant ac Tolerantiam. Quid deinde, inquam, ſignificat, quod ambæ extẽdant manus ſuas? Ambæ, inquit, per illud jubent animum confirmare eum, qui accedere ipſas volet, & hortãtur quaſi eum, ut patiens ſit, & ne intret eum pavor: Utpote intra breve tempus eum eſſe venturum in viam, quæ plana ſit ac facilis. Ubi igitur, inquam ego, pervenerint ad illam petram, quo modo conſcendunt eam? Ego enim non video viam aliquam ad aſcendendum. Illę, inquit, procedunt antrorſum, & deſcendentes deinde adhæreſcunt ei qui ad locũ venit, eumq; aſcendere faciunt. Poſthæc donant eum robore, eique addunt animũ perveniendi ad Diſciplinam, diri-

ἔφη, ἡ ἄγουσα πρὸς τὴν ἀληθινὴν Παιδείαν; καὶ μάλα γε χαλεπὴ προσιδεῖν. οὐκοῦν καὶ ἄνω γε περὶ τὸν βουνὸν ὁρᾷς πέτραν μεγάλην, καὶ ὑψηλὴν, κύκλῳ ἀπόκρημνον; ὁρῶ, ἔφην. ὁρᾷς οὖν καὶ γυναῖκας δύο ἑστηκυίας ἐπὶ τῆς πέτρας, λιπαρὰς, καὶ εὐεκτούσας τῷ σώματι, καὶ ὡς ἐκτετάκασι τὰς χεῖρας προθύμως; ὁρῶ. ἀλλὰ τίνες καλοῦνται, ἔφην, αὗται; ἡ μὲν Ἐγκράτεια καλεῖται, ἔφη· ἡ δὲ, Καρτερία. εἰσὶ δὲ ἀδελφαί. τί οὖν τὰς χεῖρας ἐκτετάκασιν οὕτω προθύμως; παρακαλοῦσιν, ἔφη, τοὺς παραγινομένους ἐπὶ τὸν τόπον, θαῤῥεῖν, καὶ μὴ ἀποδειλιᾷν, λέγουσαι, ὅτι βραχὺ ἔτι δεῖ καρτερῆσαι αὐτούς. εἶτα ἥξουσιν εἰς ὁδὸν καλήν. ὅταν οὖν παραγένωνται ἐπὶ τὴν πέτραν, πῶς ἀναβαίνουσιν; ὁρῶ γὰρ ὁδὸν φέρουσαν οὐδεμίαν ἐπ' αὐτήν. αὗται ἀπὸ τοῦ κρημνοῦ προσκαταβαίνουσι, καὶ ἕλκουσιν αὐτοὺς ἄνω πρὸς ἑαυτάς. εἶτα κελεύουσιν αὐτοὺς διαναπαύσασθαι, καὶ μετὰ μικρὸν διδόασιν Ἰσχὺν καὶ Θάρσος, καὶ ἐπαγγέλ-

الي ٱلأَدَب وَيُرْشِدُهُ الي ٱلطَّرِيق ٱلسَّهْل ٱلجَدَدِ ٱلَّذِي
يُوَدِّي اليهِ كَمَا تَرَي * قَال قَابُس لَعَمْرِي
انَّهُ لَسَهْلٌ مَسْلُوكٌ * قَال ايرَقْلِيس هُوَذَا تَرَي أَمَامَ
ذَلِكَ ٱلمَرْجِ مَوْضِعًا يُشْبِهُ أَنْ يَكُونَ حَسَنًا شِبْهَ
ٱلمِينَا وَحَظِيرَةٌ لَهَا بَابٌ آخَرُ * قَال قَابُس هُوَذَا أَرَي
فَعَلَي مَا يَدُلُّ * قَال ايرَقْلِيس ذَلِكَ ٱلمَوْضِعُ ٱلَّذِي
يُقَال لَهُ مَسْكَنُ ٱلسُّعَدَآءِ وَفِيهِ مَحَلُّ ٱلسُّعَدَآءِ كُلِّهِمْ
وَٱلسَّعَادَةُ فِيهِ مُسْتَقَرُّهَا * قَال قَابُس انَّ ذَلِكَ [أَيْ هُوَ
كَذَا] فَمَا أَحْسَنَ ٱلمَوْضِعَ ٱلَّذِي وَصَفْتَهُ * قَال
ايرَقْلِيس أَوَمَا تَرَي عِنْدَ ٱلمَدْخَلِ ٱمْرَأَةً جَمِيلَةً مُعْتَدِلَةً
ٱلقَامَةِ وَاقِفَةً عَلَي حَجَرٍ مُرَبَّعٍ مُتَزَيِّنَةً بِلِبَاسٍ لَبْسٌ بِٱلكَثِيرِ
وَمَعَهَا ٱمْرَأَتَانِ أُخْرَيَانِ كَأَنَّهُمَا بِنْتَاهَا تُشْبِهَانِهَا *
قَال قَابُس انِّي لَأَرَي مَا قُلْتَ لَعَمْرِي * قَال ايرَقْلِيس
أَمَّا ٱلوُسْطَي مِنْهُنَّ فَإِنَّهَا تُعْرَفُ بِٱلأَدَب وَأَمَّا
ٱلأُخْرَي فَتُعْرَفُ بِٱلقَبُولِ وَٱلتَّصْدِيق بِٱلحَقِّ وَأَمَّا
ٱلوَاقِفَةُ عَلَي ٱلحَجَرِ ٱلمُرَبَّعِ فَهِيَ ٱلَّتِي تُعْطِي مِنْ قِبَلِهَا
مَا

dirigentes eum in viam facilem ac planam, quæ deducat ad illam, prout vides. Per vitam meam, inquam, ea utique eſt inceſſu facilis. Tum ille, ecce, inquit, vides ante iſtud pratum locũ quendam, qui videtur eſſe pulcer, ad inſtar portus, itemque ſeptum cui alia porta eſt? Ecce, inquam, video. Quid autem ſignificat? Locus ille, inquit, eſt is qui dicitur Domicilium Beatorum, & in eo eſt habitaculum omnium qui felices ſunt; ibique Felicitatis ſtabilis eſt manſio. Utique cùm itâ ſit, inquam, quàm pulcerrimus eſt locus quem deſcripſiſti. Nonne etiam, quærebat ille rurſus, vides ad veſtibulum Mulierem elegantem, moderatâ ſtaturâ; inſiſtentem lapidi quadrato, ornatam veſtitu haudquaquam multo; & cum eâ mulieres duas alias, quæ, quaſi eſſent filiæ ejus, ſimiles ipſi videntur? Vtique video, inquam, quod dixti, per vitã meam. Quæ harum, inquit, media eſt, ea vocatur Diſciplina. Aliæ deinde vocantur Perſuaſio, & veri, juſtique Profeſſio. Inſiſtens autem lapidi quadrato ea eſt, quæ largitur de facultatibus ſuis, quod

λονται αὐτοὺς καθιστῆσαι πρὸς τὴν ἀληθινὴν Παιδείαν, καὶ δεικνύουσιν αὐτοῖς τὴν ὁδόν, ὡς ἔστι καλή τε, καὶ ὁμαλή, καὶ εὐπόρευτος, καὶ καθαρὰ παντὸς κακοῦ, ὥσπερ ὁρᾷς. ἐμφαίνει, νὴ Δία. ὁρᾷς οὖν, ἔφη, καὶ ἔμπροσθε τοῦ ἄλσους ἐκείνου τόπον τινά, ὃς δοκεῖ καλός τε εἶναι, καὶ λειμωνοειδής, καὶ φωτὶ πολλῷ καταλαμπόμενος; καὶ μάλα. κατανοεῖς οὖν καὶ ἐν μέσῳ τοῦ λειμῶνος περίβολον ἕτερον, καὶ πύλην ἑτέραν; ἔστιν οὕτως. ἀλλὰ τίς καλεῖται ὁ τόπος οὗτος; Εὐδαιμόνων οἰκητήριον, ἔφη. ὧδε γὰρ διατρίβουσιν αἱ Ἀρεταὶ πᾶσαι, καὶ ἡ Εὐδαιμονία. εἶεν, ἔφην ἐγώ, ὡς καλὸν τὸν τόπον εἶναι. οὐκοῦν παρὰ τὴν πύλην ὁρᾷς, ἔφη, ὅτι γυνή τίς ἐστι καλή, καὶ καθεστηκυῖα τὸ πρόσωπον. μέση δὲ καὶ κεκριμένη ἤδη τῇ ἡλικίᾳ, στολὴν δ' ἔχουσα ἁπλῆν καὶ ἀκαλλώπιστον; ἕστηκε δὲ οὐκ ἐπὶ στρογγύλου λίθου, ἀλλ' ἐπὶ τετραγώνου, ἀσφαλῶς κειμένου. καὶ μετὰ ταύτης ἄλλαι δύο εἰσὶ, θυγατέρες τινὲς δοκοῦσιν εἶναι. ἐμφαίνει οὕτως ἔχειν. τούτων τοίνυν ἡ μὲν ἐν τῷ μέσῳ; Παιδεία ἐστίν. ἡ δὲ, Ἀλήθεια. ἡ δὲ Πειθώ.

مَا يُوثَقُ بِهِ وَيُعْتَمَدُ عَلَيْهِ وَلَا يَشِذُّ عَنْهُ مَا تُفِيدُهُ إِيَّاهُ
وَلَا يَتَغَيَّرُ طُولَ عُمْرِهِ وَتُكْسِبُهُ ٱلشَّجَاعَةَ وَٱلْعَفَافَ
وَٱلْفَهْمَ ؞ قَالَ قَابِسُ فَقُلْتُ لَهُ مَا أَعْظَمَ هٰذَا ٱلْحِبَآءَ
لٰكِنْ لِمَ وُقِفْتُ هٰذَا ٱلْمَوْقِفَ ؞ قَالَ إِيرَقْلِيسُ
لِتَتَقَبَّلَ مَنْ يَصِلُ إِلَيْهَا وَتَسْقِيَهُ مِنَ ٱلدَّوَآءِ ٱلَّذِي
فِيهِ قُوَّةٌ مُنَقِّيَةٌ حَتَّي إِذَا نَقِيَ رَفَعَتْهُ حِينَئِذٍ فَأَوْصَلَتْهُ
إِلَي مَحَلِّ ٱلْفَضِيلَةِ ؞ قَالَ قَابِسُ أَبِنْ لِي مَا قُلْتَ
فَإِنِّي لَمْ أَفْهَمْهُ ؞ قَالَ إِيرَقْلِيسُ إِنْ صَرَفْتَ عَنْكَ
مَحَبَّةَ ٱلتَّكَبُّرِ وَٱلصَّلَفِ فَهِمْتَ ؞ أَلَا تَعْلَمُ أَنَّ
ٱلْمَرِيضَ إِذَا قَصَدَ ٱلطَّبِيبَ فَبَعْدَ وُصُولِهِ عَالَجَهُ فَإِذَا نَقِيَ
نَقَآءً جَيِّدًا مِنْ عِلَّتِهِ وَخَرَجَ مِنْ مَرَضِهِ ٱلَّذِي كَانَ
بِهِ حِينَئِذٍ يُفَارِقُهُ ٱلطَّبِيبُ وَيُخَلِّيهِ صَحِيحًا سَلِيمًا فَإِنْ
لَمْ يُطِعِ ٱلطَّبِيبَ فِيمَا يَأْمُرُهُ بِهِ تَوَانَي فِي عِلَاجِهِ
فَأَدَّاهُ ذٰلِكَ إِلَي ٱلتَّلَفِ ؞ قَالَ قَابِسُ فَقُلْتُ لَهُ أَمَّا
هٰذَا فَإِنِّي أَعْلَمُهُ ؞ قَالَ إِيرَقْلِيسُ فَٱلَّذِي تَنَقَّي
مِنْهُ

firmum efficitur, & quo innixus quis eſſe poſſit, neque decedit ei quicquam eorum, quæ illa præbet ei, neque immutatur in totâ vitâ ſuâ. Ei etiam comparat animoſitatem, vitæ religionem & intellectum. Quàm eſt magna, inquam, hæc donatio! Verùm cur conſiſtit illa loco iſto? Vt ſuſcipiat, reſpondit, eum qui ad illam venit, eiq; bibendum det de medicinâ, in quâ virtus purificans, donec, ubi purgatus fuerit, eum tum ſuſtollat atque deducat ad manſionem Virtutis. Dilucida, inquam, mihi quod dixiſti. Non enim id intelligo. Si, inquit ille, avertas abs te amorem arrogantiæ ac jactantiæ, intelliges. An neſcis, ubi æger adierit Medicum & poſt adventum hic eum curaverit, ubi etiam quàm optimè purgatus ab ęgritudine evaſerit morbum, quo laboravit, tunc ab illo diſcedit Medicus, eumq; dimittit ſanũ atq; ſalvũ? Sin verò non obediat Medico in iis, quæ iubet eum, negligit ille curã ejus, quę res deducit eum ad interitum. Hoc equidem novi, inquam. Quod verò, inquit, illa (*vid. Diſciplina*) purgando aufert

τί δὲ ἕστηκεν ἐπὶ λίθου τετραγώνου αὕτη; σημεῖον, ἔφη, ὅτι ἀσφαλής τε καὶ βεβαία ἡ πρὸς αὐτὴν ὁδός ἐστι τοῖς ἀφικνουμένοις, καὶ τῶν διδομένων ἀσφαλὴς ἡ δόσις τοῖς λαμβάνουσι. καὶ τίνα ἐστὶν, ἃ δίδωσιν αὕτη; Θάρσος, καὶ Ἀφοβία, ἔφη ἐκεῖνος. ταῦτα δὲ τίνα ἐστὶν; ἐπιστήμη, ἔφη, τοῦ μηδὲν ἄν ποτε δεινὸν παθεῖν ἐν τῷ βίῳ. ἡράκλεις, ὡς καλὰ, ἔφην, τὰ δῶρα. ἀλλὰ τίνος ἕνεκεν ἔξω τοῦ περιβόλου ἕστηκεν οὕτως; ὅπως τοὺς παραγινομένους, ἔφη, θεραπεύῃ, καὶ ποτίζῃ τῇ Καθαρτικῇ δυνάμει, εἶθ᾽ ὅταν καθαρθῶσιν, οὕτως αὐτοὺς εἰσάγῃ πρὸς τὰς Ἀρετάς. πῶς τοῦτο, ἔφην ἐγώ; οὐ γὰρ συνίημι. ἀλλὰ συνήσεις, ἔφη. ὡς ἂν εἴ τις φιλοτίμως κάμνων ἐτύγχανε, πρὸς τὸν ἰατρὸν ἂν δήπου γινόμενος, πρότερον καθαρτικοῖς ἐξέβαλε πάντα τὰ νοσοποιοῦντα. εἶτα οὕτως ἂν αὐτὸν ὁ ἰατρὸς εἰς ἀνάληψιν καὶ ὑγίειαν καθίστηκεν. εἰ δὲ μὴ ἐπείθετο οἷς ἐπέταττεν, εὐλόγως ἂν δήπου ἀπωσθεὶς ἐξώλετο ὑπὸ τῆς νόσου. ταῦτα συνίημι, ἔφην ἐγώ. τὸν αὐτὸν τοίνυν τρόπον, ἔφη, καὶ πρὸς τὴν Παιδείαν ὅταν τις παραγίνηται, θεραπεύει αὐτὸν, καὶ ποτίζει τῇ ἑαυτῆς

مِنْهُ هُوَ ٱلْجَهْلُ وَٱلسَّهْوُ ٱلَّذِي ٱعْتَرَاهُ مِنَ ٱلْغَفْلَةِ
وَمَحَبَّةِ ٱلتَّكَبُّرِ بِٱلْبَاطِلِ وَٱلشَّهَوَاتِ وَٱللَّذَّاتِ ٱلْمُوبِقَةِ
وَٱلسَّرَفِ وَحُبِّ ٱلْمَالِ وَسَايِرِ مَا كَانَ فِيهِ بِٱلْأَمْسِ
فِي ٱلْحَظِيرَةِ ٱلْأُولَي ❊ قَالَ قَابُسُ نَعَمْ فَإِذَا نَقِيَ
فَإِلَي أَيْنَ تُنْفِذُهُ ❊ قَالَ إِبْرَقْلِيسُ تُدْخِلُهُ إِلَي
دَاخِلٍ حَتَّي تُوصِلَهُ إِلَي ٱلْمَعْرِفَةِ نَفْسِهَا وَٱلْفَهْمِ وَسَايِرِ
ٱلْفَضَايِلِ ❊ قَالَ قَابُسُ وَمَا هٰذِهِ ❊ قَالَ إِبْرَقْلِيسُ
أَمَا تَرَي دَاخِلَ ٱلْبَابِ جَمَاعَةً مِنَ ٱلنِّسَاءِ فِي
غَايَةِ ٱلْجَمَالِ وَحُسْنِ ٱلنِّظَامِ وَهَيْئَتُهُنَّ وَبِزَّتُهُنَّ
سَاذَجَةٌ لَا تُشْبِهُ بِزَّةَ ذَوَاتِ ٱلتَّنَعُّمِ وَكَأَنَّهُنَّ بَاشَّاتٌ
مُسْتَبْشِرَاتٌ لَا يُشْبِهْنَ شَيْئًا مِمَّا فِي غَيْرِهِنَّ مِنَ
ٱلزِّينَةِ ٱلدَّغِلَةِ ❊ قَالَ قَابُسُ أَحْسَبُنِي وَلٰكِنْ مَا
صَنِيعُ هٰؤُلَاءِ ❊ قَالَ إِبْرَقْلِيسُ أَمَّا ٱلَّتِي تَقَدَّمُهُنَّ
فَإِنَّهَا تُدْعَي مَعْرِفَةَ ٱلْعَقْلِ وَأَمَّا ٱلْبَاقِيَاتُ وَٱلْمُوَاخِيَاتُ
لِهٰذِهِ فَوَاحِدَةٌ يُقَالُ لَهَا ٱلطَّهَارَةُ وَحُسْنُ ٱلْخُلُقِ
وَوَاحِدَةٌ يُقَالُ لَهَا ٱلنَّجْدَةُ وَوَاحِدَةٌ يُقَالُ لَهَا ٱلْعَدْلُ
وَوَاحِدَةٌ

ab eo, Inſcitia eſt, & Incuria, quæ accidit ei à Socordiâ, & Amore arrogantiæ in rebus vanis, à Cupiditatibus, Voluptatibus perniciosis, Incontinentiâ, Cupidine opum & reliquis, quæ inerant ei non itâ dudum in ſepto primo. Rectè, inquam. Ubi autem purus fuerit, quò eum ablegat? Introire eum facit, reſpondit ille, ut perducat eum ad notitiam ſuiipſius, ad intelligentiam item, atque ad reliquas virtutes. Quænam hæ ſunt, quærebam? Annon vides, inquit, intra portam gregem Mulierum excellenti pulchritudine & eleganti diſpoſitione, quarum apparatus atque forma ſimplex eſt, nec ſimilis formæ delicatarum. Sunt autem vultu quaſi ſereno, ac hilares, nullatenus ſimiles rebus iis, quæ ſunt in aliarum mulierum ornatu vitiato. Perſuadeo mihi, inquam. Verùm quodnam eſt officium illarum? Tum ille, ea quidem, inquit, quæ præcedit illas, vocatur Cognitio intellectus: quoad reliquas autem, quæ hujus ſunt ſorores, una vocatur Puritas & Elegantia morum. Alia vocatur Fortitudo. Alia vocatur Iuſtitia.

δυνάμει, ὅπως ἐκκαθάρῃ πρῶτον, καὶ ἐκβάλῃ τὰ κακὰ πάντα, ὅσα ἔχων ἦλθε. ποῖα ταῦτα; τὴν Ἄγνοιαν, καὶ τὸν Πλάνον, ὃν ἐπεπώκει παρὰ τῆς Ἀπάτης, καὶ τὴν Ἀλαζονείαν, καὶ τὴν Ἐπιθυμίαν, καὶ τὴν Ἀκρασίαν, καὶ τὸν Θυμὸν, καὶ τὴν Φιλαργυρίαν, καὶ τὰ λοιπὰ πάντα ὧν ἀνεπλήσθη ἐν τῷ πρώτῳ περιβόλῳ. ὅταν οὖν καθαρθῇ, ποῦ αὐτὸν ἀποστέλλει; ἔνδον, ἔφη, πρὸς τὴν Ἐπιστήμην, καὶ πρὸς τὰς ἄλλας Ἀρετάς. ποίας ταύτας; οὐχ ὁρᾷς, ἔφη, ἔσω τῆς πύλης χορὸν γυναικῶν, αἳ εὐειδεῖς δοκοῦσιν εἶναι, καὶ εὔτακτοι, καὶ στολὴν ἄτρυφον καὶ ἁπλῆν ἔχουσιν. ἔτι τε ὡς ἄπλαστοί εἰσι καὶ οὐδαμῶς κεκαλλωπισμέναι ὥσπερ αἱ ἄλλαι; ὁρῶ, ἔφην. ἀλλὰ τίνες αὗται καλοῦνται; ἡ μὲν πρώτη Ἐπιστήμη, ἔφη, καλεῖται, αἱ δὲ ἄλλαι ταύτης ἀδελφαὶ, Ἀνδρεία, καὶ Δικαιοσύνη, Καλοκαγαθία, Σωφροσύνη, Εὐταξία, Ἐλευθερία, Ἐγκράτεια, Πρᾳότης. ὦ κάλλι-

وَوَاحِدَةٌ يُقَالُ لَهَا ٱلْكَرَمُ وَوَاحِدَةٌ يُقَالُ لَهَا ٱلتَّوَاضُعُ
وَوَاحِدَةٌ يُقَالُ لَهَا ٱلسَّخَاءُ وَوَاحِدَةٌ يُقَالُ لَهَا ٱلْهُدَى *

قَالَ قَابُسُ مَا أَعْظَمَ رَجَاءَنَا بِكَ أَيُّهَا ٱلْفَاضِلُ *

قَالَ إِيرَقْلِيسُ إِنْ أَنْتُمْ عَرَفْتُمْ جَمِيعَ مَا سَمِعْتُمُوهُ مِنِّي
وَٱجْتَهَدْتُمْ فِي تَحْصِيلِهِ * قَالَ قَابُسُ فَقُلْتُ لَهُ إِنِّي
أَرْجُوا أَنْ نُحَصِّلَ ذَلِكَ أَجْمَعَ * قَالَ إِيرَقْلِيسُ إِذًا
يَكُونُ لَكُمْ بِذَلِكَ ٱلنَّجَاةُ وَٱلسَّلَامَةُ * ثُمَّ قَالَ
وَأُولَيكَ إِذَا أَخَذْنَهُ أَدَّيْنَهُ إِلَي أُمِّهِنَّ * قَالَ قَابُسُ
فَقُلْتُ وَمَنْ أُمُّهُنَّ * قَالَ إِيرَقْلِيسُ أُمُّهُنَّ ٱلسَّعَادَةُ *
فَقُلْتُ لَهُ وَمَا هَذِهِ * قَالَ أَمَا تَرَوْنَ إِلَي ذَلِكَ
ٱلطَّرِيقِ ٱلَّذِي يُوصِلُ إِلَي ذَلِكَ ٱلنَّشْزِ * قَالَ قَابُسُ
فَقُلْتُ لَهُ هُوَذَا أَرَاهُ * قَالَ إِيرَقْلِيسُ هُنَاكَ قُلَّةُ
مَدِينَةِ تِلْكَ ٱلْحَظِيرَةِ * قَالَ أَوَمَا تَرَي أَمَامَ ٱلْبَابِ
ٱمْرَأَةً بَهِيَّةً جَمِيلَةً جَالِسَةً عَلَي كُرْسِيٍّ مُرْتَفِعٍ مُتَوَّجَةً بِتَاجٍ
يَلْمَعُ فَاخِرٍ عَلَيْهِ بَهَاءٌ وَأُبَّهَةٌ * قَالَ قَابُسُ فَقُلْتُ لَهُ
بَلَي إِنِّي لَأَرَاهَا فَمَنْ هِيَ * قَالَ إِيرَقْلِيسُ هَذِهِ هِيَ
ٱلسَّعَادَةُ *

Alia vocatur Honeſtas. Alia vocatur Humilitas Alia vocatur Liberalitas, & alia deniquè vocatur Recta vitæ inſtitutio. Tum ego, quàm magna eſt, inquam, ſpes noſtra de te, ô prædite virtutibus! Si nimirùm, inquit, vos cognoveritis omnia quæ audiviſtis ex me, atque operam dederitis utilitati inde capiendæ. Ad quæ ego, utique ſperamus, inquam, nos eſſe concepturos iſta omnia. Ecce, inquit tum ille, continget per id liberos vos eſſe atque ſalvos. Deinde pergebat: Iſtæ autem, ubi eum præhenderint, deducunt eum ad matrem ſuam. Quænam eſt, inquam, Mater earum? Mater earum, reſpondit, Beatitudo eſt. Quid hæc eſt, inquam? Tum ille, nonne videtis, inquit, viam iſtam, quæ ducit ad faſtigium illud? Ecce, inquam, video. Ibi eſt, inquit, urbicum cacumen iſtius ſepti. Nonnè etiam vides, quærebat rurſus, ante portam Mulierem pulcram atque elegantem, inſidentem throno ſublimi, redimitam coronâ ſplendoris eximii, & cui ineſt venuſtas & majeſtas? Sic eſt, inquam: Utique eam video. Quænam autem eſt? Hæc eſt Beatitudo, reſpondit. Tunc

σαι, ἔφην ἔγωγε, ὡς ἐν μεγάλῃ ἐλπίδι ἐσμέν. ἐὰν συνῆτε, ἔφη, καὶ ἕξιν περιποιήσησθ' ὧν ἀκούετε. ἀλλὰ προσέξομεν ὡς μάλιστα, ἔφην ἔγωγε. τοιγαροῦν, ἔφη, σωθήσεσθε. ὅταν οὖν παραλάβωσιν αὐτὸν αὗται, ποῦ ἀπάγουσι; πρὸς τὴν μητέρα, ἔφη. αὕτη δὲ τίς ἐστιν; Εὐδαιμονία, ἔφη. ποία δ' ἐστὶν αὕτη; ὁρᾷς τὴν ὁδὸν ἐκείνην, τὴν φέρουσαν ἐπὶ τὸ ὑψηλὸν ἐκεῖνο, ὅ ἐστιν ἀκρόπολις τῶν περιβόλων πάντων; ὁρῶ. οὐκοῦν ἐπὶ τοῦ προπυλαίου γυνὴ καθεστηκυῖα εὐειδής τις καθῆται ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ, κεκοσμημένη ἐλευθερίως, καὶ ἀπεριέργως, καὶ ἐστεφανωμένη στεφάνῳ εὐανθεῖ πάνυ καλῶς; ἐμφαίνει οὕτως ἔχειν. αὕτη τοίνυν ἐστὶν ἡ Εὐδαιμονία, ἔφη. ὅταν οὖν ὧδέ τις παραγένηται, τί ποιεῖ; στεφανοῖ αὐτὸν, ἔφη, τῇ ἑαυτῆς δυνάμει ἡ Εὐδαιμονία, καὶ αἱ ἄλλαι πᾶσαι

ٱلسَّعَادَةُ * قَالَ قَابُسُ فَإِذَا وَصَلَ ٱلْوَاصِلُ إِلَـى هٰذِهِ
ٱلْمَنْزِلَةِ فَأَيَّ شَيٍ نَعْمَـلُ بِهِ ، قَالَ إِيرَقْلِيسُ إِنَّ
ٱلسَّعَادَةَ تُتَوِّجُهُ بِقُوَّتِهَا وَبِتَاجِ سَايِرِ ٱلْفَضَايِلِ كُلِّهَـا
كَمَا يُتَوَّجُ مَنْ غَلَبَ فِي ٱلْجِهَادِ بِتَاجِ ٱلظَّفَرِ * قَالَ
قَابُسُ وَفِي أَيِّ جِهَادٍ غَلَبَ * قَالَ إِيرَقْلِيسُ فِي أَعْظَمِ
جِهَادٍ وَذٰلِكَ مُقَاوَمَتُهُ وَغَلَبَتُهُ تِلْكَ ٱلْحَيْوَانَاتِ ٱلْعَظِيمَةَ
ٱلسَّبُعِيَّةَ ٱلَّتِي كَانَتْ مِنْ قَبْلُ تَقْهُرُهُ وَتُعَذِّبُهُ وَتَسْتَعْبِدُهُ
حَتَّى صَارَ ٱلْآنَ يَسْتَذِلُّهَا وَيَسْتَخْدِمُهَا كَمَا كَانَتْ
هِيَ تَفْعَلُ بِهِ فِيمَا تَقَدَّمَ ، قَالَ قَابُسُ إِنِّي لَأُحِبُّ أَنْ
أَعْرِفَ هٰذِهِ ٱلْحَيْوَانَاتِ ٱلْخَبِيثَةَ ٱلَّتِي تَصِفُ أَيُّ حَيْوَانٍ
هِيَ ، قَالَ إِيرَقْلِيسُ أَوَّلُهَا ٱلْجَهْلُ وَٱلْغَفْلَةُ وَٱلسَّهْوُ *
أَفَلَا تَعْلَمُ أَنَّ هٰذِهِ سِبَاعٌ ضَارِيَةٌ ، قَالَ قَابُسُ فَقُلْتُ
إِيْ لَعَمْرِي إِنَّهَا لَشُرٌّ وَعُرٌّ * قَالَ إِيرَقْلِيسُ ثُمَّ
مِنْ بَعْدِ هٰذِهِ ٱلْحُزْنُ وَٱلْعِشْقُ وَحُبُّ ٱلْمَالِ وَٱلسَّرَفُ
وَسَايِرُ أَصْنَافِ ٱلشَّرِّ كُلِّهَا وَيَسْتَوْلِي عَلَيْهَا وَلَا
تَقْهَرُهُ كَمَا كَانَتْ مِنْ قَبْلُ * قَالَ قَابُسُ مَا
أَحْسَنَ

Tunc rurſus quærebam: Ubi ergo venerit aliquis ad hanc manſionem, quid illa ei facit? Utique Beatitudo, reſpondit, coronat eum vi ſuâ; coronâ etiam reliquarum virtutum omnium, ſicut, qui in certamine vicit, coronâ triumphali coronatur. In quali certamine vicit, inquam? In maximo certamine, reſpondit ille; videlicet cùm opponendo ſeſe victoriam obtinuit adverſus immanes illas atque feras belluas, quæ antea ei dominabantur, eùmque cruciabant & in ſervitutem mittebant, donec iverit nunc eas habere viles, inque ſervitutem aſſerere, prout egerant hæ cum ipſo olim. Tum ego, utique, inquam, cupio cognoſcere belluas haſce turpes, quas deſignas. Quale animalium eſt? Primum eorum, reſpondit, Ignorantia eſt, Socordia & Incuria. An neſcis has eſſe feras rapaces? Ita eſt, inquam, per vitam meam: Utique ſunt peſſimæ ac fędę. Deinde poſt has, inquit, eſt Mæſtitia, Inſanus amor, Opum cupido, Incontinentia, & reliquæ malorum ſpecies omnes. In eas imperium obtinet, neque eæ dominantur ipſi, ſicut fecerunt antea. Quàm

Ἀρεταί, ὥσπερ τοὺς νενικηκότας τοὺς μεγίστους ἀγῶνας. καὶ ποίους ἀγῶνας νενίκηκεν αὐτὸς, ἔφην ἐγώ; τοὺς μεγίστους, ἔφη· καὶ τὰ μέγιστα θηρία, ἃ πρότερον αὐτὸν κατήσθιε, καὶ ἐκόλαζε, καὶ ἐποίει δοῦλον· ταῦτα πάντα νενίκηκε, καὶ ἀπέρριψεν ἀφ' ἑαυτοῦ, καὶ κεκράτηκεν ἑαυτοῦ, ὥστε ἐκεῖνα νῦν τούτῳ δουλεύουσι, καθάπερ οὗτος ἐκείνοις πρότερον. ποῖα λέγεις ταῦτα τὰ θηρία; πάνυ γὰρ ἐπιθυμῶ ἀκοῦσαι. πρῶτον μὲν, ἔφη, τὴν Ἄγνοιαν, καὶ τὸν Πλάνον. ἢ οὐ δοκεῖ σοι θηρία ταῦτα εἶναι; καὶ πονηρά γε, ἔφην ἐγώ. εἶτα τὴν Λύπην, καὶ τὸν Ὀδυρμὸν, καὶ τὴν Φιλαργυρείαν, καὶ τὴν Ἀκρασίαν, καὶ τὴν λοιπὴν ἅπασαν κακίαν. πάντων τούτων κρατεῖ, καὶ οὐ κρατεῖται, ὥσπερ τὸ πρότερον. ὢ καλῶν ἔργων, ἔφην ἐγὼ, καὶ καλλίστης νίκης. ἀλλ' ἐκεῖνο ἔτι μοι εἰπὲ, τίς ἡ δύναμις τοῦ στεφάνου, ᾧ ἔφης

أَحْسَنَ هٰذَا ٱلصَّنِيعَ وَمَا أَجَلَّ هٰذَا ٱلظَّفَرَ لٰكِنِّي
أَسْأَلُكَ مَعَ ذٰلِكَ أَنْ تُخْبِرَنِي مَا قُوَّةُ ٱلتَّاجِ ٱلَّذِي
ذَكَرْتَ أَنَّ ٱلسَّعَادَةَ تُتَوِّجُ بِهِ فَيَصِيرُ مَنْ تُوِّجَ سَعِيدًا
مَغْبُوطًا حَسَنَ ٱلْجَدِّ قَدْ حَازَ ٱلْفَضَايِلَ كُلَّهَا وَٱشْتَمَلَ
عَلَيْهَا وَإِذَا تُوِّجَ مَاذَا يَصْنَعُ وَإِلَى أَيْنَ يَكُونُ مَصِيرُهُ ٭
قَالَ إِبْرَقْلِيسُ إِنَّ هٰذِهِ ٱلْفَضَايِلَ ٱلَّتِي ٱجْتَمَعَتْ لَهُ
يَقُودُهُ إِلَى أَنْ يَصِيرَ إِلَى ذٰلِكَ ٱلْمَوْضِعِ ٱلَّذِي جَاءَ
مِنْهُ إِلَى هَاهُنَا وَيُرِيهِ حَالَ مَنْ يَتَصَرَّفُ هُنَاكَ وَمَا
هُوَ فِيهِ مِنَ ٱلشَّقَاءِ وَنَكَدِ ٱلْحَيَاةِ وَضَنْكِ ٱلْمَعِيشَةِ فِي
هٰذَا ٱلْعَالَمِ وَمَا يُبْلَوْنَ بِهِ مِنَ ٱلْأَعْدَاءِ ٱلَّذِينَ
يُحَارِبُونَهُمْ وَيَغْزُونَهُمْ فَيَنْقَادُونَ لَهُمْ فَبَعْضٌ يَنْقَادُ لِلْبَذْخِ
وَٱلشَّرَهِ وَبَعْضٌ لِجَمْعِ ٱلْمَالِ وَبَعْضٌ يَنْقَادُ لِأَقْرَبِ بَاطِلٍ
وَبَعْضٌ لِمَحَبَّةِ ٱلتَّكَثُّرِ بِٱلْبَاطِلِ وَبَعْضٌ يَنْقَادُ لِغَيْرِ ذٰلِكَ
مِنْ آلَامِ ٱلنَّفْسِ ٱلْكَثِيرَةِ ٱلْفُنُونِ فَلَا يُمْكِنُهُمْ بِهٰذَا
ٱلسَّبَبِ أَنْ يَفُكُّوا أَنْفُسَهُمْ مِنَ ٱلْإِرْتِبَاطِ بِهٰذِهِ ٱلْأُمُورِ
حَتَّى يَتَخَلَّصُوا وَيَسْلَمُوا مِنْهَا فَيَصِيرُونَ إِلَى ٱلسَّعَادَةِ
بَلْ

bonum eſt hoc factum! inquam; & quàm magnifica eſt hæc victoria! Sed abs te quæro ſimul etiam ut narres mihi, quæ ſit vis coronæ, quâ memoraſti Beatitudinem coronare, indeque fieri eum qui coronatur felicem, beatum, egregiè fortunatum, qui congregaverit jam virtutes omnes, eaſque complexus ſit. Et ubi coronatus fuerit, quid facit & quònam flectitur iter eius? Hæ utique virtutes, reſpondit, quæ apud eum conjunctæ ſunt, deducunt eum uſque dum veniat ad illum locum, unde hûc pervenerat, eique oſtendunt ſtatum eorum qui ibi verſantur, quænam inibi ſit miſeria, quæ vitæ difficultas atq; anguſtia in hoc mundo, & quàm malè tractentur ab hoſtibus qui bello proſequuntur illos ac oppugnant. Abducuntur autem ab eis, alii quidem à Faſtu & Aviditate: alii verò ab Opum ſtudio. Alii itē abducuntur à Vanitate, alii ab Amore multū ſtudendi inanibus. Alii deniq; abducuntur à diverſis aliis cruciatibus animi multifariis: Neq; poſſunt ob hanc cauſam ſeipſos exolvere vinculis harum rerum, ut liberi ac ſoluti ſint ab iis, atq; pergant itâ ad Beatitudinem:

στεφανοῦσθαι αὐτὸν; εὐδαιμονικὴ, ὦ νεανίσκε. ὁ γὰρ στεφανωθεὶς ταύτῃ τῇ δυνάμει, εὐδαίμων γίνεται, καὶ μακάριος, καὶ οὐκ ἔχει ἐν ἑτέροις τὰς ἐλπίδας τῆς εὐδαιμονίας, ἀλλ᾽ ἐν ἑαυτῷ. ὡς καλὸν τὸ νίκημα λέγεις. ὅταν δὲ στεφανωθῇ, τί ποιεῖ, ἢ ποῖ βαδίζει; ἄγουσιν αὐτὸν ὑπολαβοῦσαι αἱ Ἀρεταὶ πρὸς τὸν τόπον ἐκεῖνον, ὅθεν ἦλθε πρότερον, καὶ δεικνύουσιν αὐτῷ τοὺς ἐκεῖ διατρίβοντας, ὡς κακῶς καὶ ἀθλίως ζῶσι, καὶ ὡς ναυαγοῦσιν ἐν τῷ βίῳ, καὶ πλανῶνται καὶ ἄγονται καταικεκρατημένοι, ὥσπερ ὑπὸ πολεμίων· οἱ μὲν ὑπ᾽ Ἀκρασίας, οἱ δὲ ὑπ᾽ Ἀλαζονείας, οἱ δὲ ὑπὸ Φιλαργυρίας, οἱ δὲ ὑπὸ Κενοδοξίας, ἕτεροι δὲ ὑφ᾽ ἑτέρων κακῶν, ἐξ ὧν οὐ δύνανται ἐκλῦσαι ἑαυτοὺς τῶν δεινῶν, οἷς δέδενται, ὥστε σωθῆναι, καὶ ἀφικέσθαι ὧδε· ἀλλὰ ταράττονται διὰ παντὸς τοῦ βίου. τοῦτο δὲ πάσχουσι, διὰ τὸ μὴ

بَلْ يَمْكُثُوا عُمْرَهُمْ كُلَّهُ فِي ٱلتِّيَاتِ وَيُخَلِّطُ مَا عَاشُوا
وَإِنَّمَا يَلْحَقُهُمْ ذٰلِكَ لِأَنَّهُمْ لَا يَهْتَدُونَ ٱلطَّرِيقَ ٱلَّذِي
يُؤَدِّيهِمْ إِلَى ٱلسَّعَادَةِ كَمَا يَنْبَغِي ٭ قَالَ قَابُسُ نَعَمْ
فَمِنْ أَيِّ جِهَةٍ قُلْتَ أَنَّ هٰذَا ٱلسَّعِيدَ ٱلَّذِي
أَحْمَدَتْ أَمْرَهُ تَعُودُهُ ٱلْفَضَائِلُ إِلَى ٱلْمَوْضِعِ ٱلْقَدِيمِ ٱلَّذِي
جَاءَ مِنْهُ كَأَنَّهُ لَمْ يَعْرِفِ ٱلْمَوْضِعَ جَيِّدًا ٭ قَالَ
إِيرَقْلِيسُ لَيْسَ مَا قُلْتُ لَكُمْ أَنَّهُ لَمْ يَكُنْ يَعْرِفُ
شَيْئًا مِمَّا هُنَاكَ مَعْرِفَةً صَحِيحَةً وَإِنَّمَا كَانَ يَظُنُّهَا
ظَنًّا فَكَانَ يَظُنُّ بِمَا لَيْسَ بِخَيْرٍ أَنَّهُ خَيْرٌ وَمَا
لَيْسَ بِشَرٍّ أَنَّهُ شَرٌّ وَلِذٰلِكَ كَانَتْ حَالُهُ حَالًا رَدِيَّةً
كَحَالِ مَنْ لَا يُبْصِرُ مَا هُنَاكَ فَلَمَّا حَصَلَتْ لَهُ
ٱلْمَعْرِفَةُ وَٱلْيَقِينُ وَٱلْعَقْلُ وَٱسْتَضَاءَ بِذٰلِكَ فَهْمُهُ زَالَ
عَمَاهُ فَصَارَ إِذَا رَأَى مَا هَاهُنَا تَبَيَّنَ لَهُ شَقَاؤُهُمْ ٭
قَالَ قَابُسُ فَقُلْتُ لَهُ فَمَاذَا يَصْنَعُ إِذَا شَاهَدَ هٰذِهِ ٱلْأُمُورَ
كُلَّهَا ٭ قَالَ إِيرَقْلِيسُ يَتَصَرَّفُ كَيْفَ شَاءَ وَيَذْهَبُ
حَيْثُ شَاءَ وَذٰلِكَ أَنَّ ٱلثِّقَةَ وَٱلْأَمْنَ يُطِيفَانِ بِهِ وَهُوَ
مَحْرُوسٌ

Sed inhærent totâ vitâ ærumnæ & iniquis actionibus, quoad ducunt illam. Iſtud utique contingit eis, quia non rectè ineunt viam, quæ ducat eos ad Beatitudinem, ſicut oportet. Itâ eſt, inquam ego: Verùm quâ ratione dixiſti, quod hunc Beatum, cujus laudaſti negotium, deducant virtutes ad locum priſtinum, unde venerat, quaſi is non noſſet locum optimè? Nonnè, reſpondit ille, dixi vobis eum haud noviſſe quicquam eorum, quæ ibi eſſent, cognitione verâ? Opinando utique de iis opinabatur, putabatque id, quod minimè bonum erat, Bonum eſſe, & quod malum non erat, Malum eſſe. Et idcircò fuit conditio ejus prava, ſicut eſt conditio ejus qui minimè viſu concipit ea quæ ibi ſunt. Poſtquam verò acceſſerit ei notitia, certaque ſcientia atque intellectus, fueritque his illuſtrata mens ejus, deſinit ejus cæcitas & fit, ecce! ſpectator ejus, quæ hîc apparet ei, infelicitatis illorum. Quid verò agit, quæſivi porrò, ubi viderit haſce res omnes? Converſatur, inquit, quemadmodum vult, & abit quô vult, idque quia fortitudo ac fiducia circumdant eum, eſtque

δύναται τὴν ἐνθάδε ὁ-
δὸν εὑρεῖν· ἐπιλάθεται γὰρ
τὸ παρὰ τοῦ δαιμονίου πρό-
σταγμα. ὀρθῶς μοι δοκεῖς
λέγειν· ἀλλὰ καὶ τοῦτο πά-
λιν ἀπορῶ, διὰ τί δεικ-
νύουσιν αὐτῷ τὸν τόπον ἐ-
κεῖνον αἱ Ἀρεταὶ, ὅθεν ἥκει
τὸ πρότερον, οὐκ ἀκριβῶς
ᾔδει, οὐδὲ ἠπίστατο, ἔφη, οὐ-
δὲν τῶν ἐκεῖ, ἀλλ' ἐνεδοί-
αζε, καὶ διὰ τὴν Ἄγνοιαν,
καὶ τὸν Πλάνον, ὃν δὴ ἐπε-
πώκει, τὰ μὴ ὄντα ἀγαθὰ,
ἐνόμιζεν ἀγαθὰ εἶναι, καὶ
τὰ μὴ ὄντα κακὰ, κακά.
διὸ καὶ ἔζη κακῶς, ὥσπερ
οἱ ἄλλοι οἱ ἐκεῖ διατρίβον-
τες. νῦν δὲ ἀπειληφὼς τὴν
ἐπιστήμην τῶν συμφερόντων,
αὐτός τε καλῶς ζῇ, καὶ τοὺ-
τους θεωρεῖ ὡς κακῶς πράσ-
σουσιν. ἐπειδὰν οὖν θεω-
ρήσῃ πάντα, τί ποιεῖ, ἢ
ποῖ βαδίζει; ὅπου ἂν βούλη-
ται, ἔφη· πανταχοῦ γάρ ἐ-
στιν αὐτῷ ἀσφάλεια, ὥσ-
περ τὸ κωρύκιον ἄντρον ἔχον-
τι, καὶ πανταχοῦ, οὗ ἂν ἀφί-

 cuſto-

مَحْرُوسٌ مِنْ جَمِيعِ جَوَانِبِهِ بِمَنْزِلَةِ ٱلْحَلَزُونِ ٱلَّذِي
يُطِيفُ بِهِ ٱلصَّدَفُ ٱلَّذِي يُجِنُّهُ وَحَيْثُ مَا أَحَبَّ أَنْ
يَعِيشَ فَإِنَّ عَيْشَهُ يَكُونُ أَجْمَلَ عَيْشٍ وَكُلُّ مَنْ
عَاشَرَهُ يَقْبَلُهُ وَيَتَمَسَّكُ بِهِ وَيَرْتَاحُ لَهُ كَمَا يَرْتَاحُ
ٱلْمَرِيضُ إِلَي ٱلطَّبِيبِ * قَالَ قَابُسُ فَأُولَيِكَ ٱلنِّسَاءِ
ٱللَّوَاتِي وَصَفْتَهُنَّ لَا يُخَافُ أَنْ يَنَالَهُ مِنْهُنَّ مَا
يَكْرَهُ * قَالَ إِيرَقْلِيسُ مَا عَسَي أَنْ يُخَافَ
مِنْهُنَّ وَقَدْ غَلَبَهُنَّ جَمِيعًا فَصَارَ بِحَيْثُ لَا يُغْلَبُ عَلَيْهِ
أَصْلًا فَيُوذِيهِ لَا ٱلظَّنُّ وَلَا ٱلْغَمُّ وَلَا خَوْفُ ٱلْفَقْرِ وَلَا حُبُّ
ٱلثَّرْوَةِ وَلَا شَيْءٌ أَصْلًا مِنْ سَايِرِ ٱلشُّرُورِ لِأَنَّهُ قَدْ صَارَ
سَيِّدًا مُسْتَعْلِيًا عَلَيْهَا كُلِّهَا كَمَا أَنَّ ٱلْحَوَّايِينَ
يُمْسِكُونَ بِأَيْدِيهِمِ ٱلْأَفَاعِيَ فَلَا تَضُرُّهُمْ لِمَا مَعَهُمْ
مِمَّا يُقَاوِمُ سَمَّهَا وَيُضَادُّ فِعْلَهُ * قَالَ قَابُسُ فَقُلْتُ لَهُ
مَا أَخْلَقَ مَا تَقُولُ وَأَشْبَهَهُ عِنْدِي وَلَكِنْ أَعْلِمْنِي مَنْ
هَؤُلَاءِ ٱلَّذِينَ نَرَاهُمْ كَأَنَّهُمْ يَنْحَدِرُونَ مِنْ ذَلِكَ
ٱلتَّلِّ وَبَعْضُهُمْ مُتَوَّجٌ وَيَتَبَسَّمُونَ كَأَنَّهُمْ مَسْرُورُونَ

وَبَعْضٌ

cuſtoditus ab omnibus lateribus ſuis ad inſtar cochleæ, quam circumdat concha quæ protegit eam. Et ubicunque elegerit vitam ducere, vita ejus utique erit pulcherrima Quicumque etiam cum eo conſueverit, acceptum habebit atque amplectetur eum, eoque gaudebit quemadmodum ægrotus Medico. Ab illis igitur, inquam, mulieribus quas deſcripſiſti, nonne metuit ut contingat ſibi quod ingratum ſit? Fieri haud poteſt, reſpondit, ut metuat ab illis. Devicit jam omnes, eſtque conſtitutus eo loco quo vincetur neutiquam. Nec lædit eum Opinio, neque mœror, neq; Metus inopiæ, neque Amor opulentiæ, neque quicquam omninò de reliquis Malis. Etenim factus jam eſt Dominus ſuperior illis omnibus: Sicuti Viperarii præhendunt manibus ſuis ſerpentes, qui tamen non lædunt illos, cùm penes ipſos ſit quod reſiſtat veneno eorum ac adverſetur actioni ejus. Omninò planum, inquam, eſt quod dicis, & apud me veriſimillimum. Verùm etiã doce me quinã illi ſint, quos videmus quaſi deſcendere de iſto colle, & aliqui illorum coronati ſunt, & apparent quaſi exhilarati: Aliqui

κῆται, πάντα καλῶς βιώσεται μετὰ πάσης ἀσφαλείας. ὑποδέξονται γὰρ αὐτὸν ἀσμένως πάντες, καθάπερ τὸν ἰατρὸν οἱ πάσχοντες. πότερον οὖν κἀκείνας τὰς γυναῖκας, ἃς ἔφης θηρία εἶναι, οὐκ ἔτι φοβεῖται, μή τι πάθῃ ὑπ' αὐτῶν; οὐδὲν, οὐ μὴ διοχληθήσεται, οὔτε ὑπὸ Ὀδύνης, οὔτε ὑπὸ Λύπης, οὔτε ὑπ' Ἀκρασίας, οὔτε ὑπὸ Φιλαργυρίας, οὔτε ὑπὸ Πενίας, οὔτε ὑπ' ἄλλου κακοῦ οὐδενός. ἁπάντων γὰρ κυριεύει, καὶ ἐπάνω πάντων ἐστὶ τῶν πρότερον αὐτὸν λυπούντων, καθάπερ οἱ ἐχιοδῆκται. τὰ γὰρ θηρία δήπου πάντας τοὺς ἄλλους κακοποιοῦντα μέχρι θανάτου, ἐκείνους οὐ λυπεῖ, διὰ τὸ ἔχειν ἀντιφάρμακον αὐτοὺς τούτου. καὶ τοῦτον οὐδὲν λυπεῖ, διὰ τὸ ἔχειν ἀντιφάρμακον. καλῶς ἐμοὶ δοκεῖς λέγειν. ἀλλ' ἔτι τοῦτό μοι εἰπὲ, τίνες εἰσὶν οὗτοι οἱ δοκοῦντες ἐκεῖθεν ἀπὸ τοῦ βουνοῦ παραγίγνεσθαι; καὶ οἱ μὲν αὐτῶν ἐστεφανωμένοι, ἔμφασιν ποιοῦσιν εὐφροσύνης τινός. οἱ

وَبَعْضٌ غَيْرُ مُتَوَّجٍ وَكَأَنَّهُمْ مَهْمُومُونَ مُضْطَرِبُونَ حَتَّي
أَنَّ أَرْؤُسَهُمْ تَلْحَقُ أَرْجُلَهُمْ فَتَلْقَاهُمْ كَأَنَّهُمْ مُكْتَئِبُونَ
بِسَبَبٍ مِنَ ٱلْأَسْبَابِ قَدِ ٱعْتَرَاهُمْ مِنْهُ غَمٌّ * قَالَ
إِبْرَقْلِيسُ أَمَّا ٱلْمُتَوَّجُونَ فَهُمُ ٱلَّذِينَ قَدْ وَصَلُوا
إِلَي ٱلْأَدَبِ فَهُمْ بِهَذَا ٱلسَّبَبِ مَسْرُورُونَ فَرِحُونَ
مُغْتَبِطُونَ بِمَا أَفَادُوهُ مِنَ ٱلْإِنْتِفَاعِ بِهِ لَا تَلْحَقُهُمْ
غَمٌّ وَلَا قُنُوطٌ وَأُمُورُهُمْ جَارِيَةٌ فِي تَدْبِيرِهِمْ عَلَي ٱلسَّدَادِ ؞
وَأَمَّا غَيْرُ ٱلْمُتَوَّجِينَ فَلِأَنَّهُمْ لَمْ يَعْرِفُوا ٱلْأَدَبَ
فَرُؤُوسُهُمْ مُنَكَّسَةٌ وَحَالُهُمْ سَيِّئَةٌ وَهُمْ فِي شَقَاءٍ لِأَنَّهُمْ
جَبُنُوا فَلَمْ يَرْتَقُوا إِلَي ٱلْأَدَبِ وَتَلَفِ ٱلنَّفْسِ وَلِذَلِكَ
صَارُوا تَائِهِينَ بِلَا عَقْلٍ * قَالَ قَابِسُ فَهَؤُلَاءِ ٱلنِّسَاءُ
ٱللَّوَاتِي مَعَهُمْ مَنْ هُنَّ ؞ قَالَ إِبْرَقْلِيسُ ٱلْغُمُومُ وَٱلْهُمُومُ
وَٱلْآلَامُ وَضِيقُ ٱلصَّدْرِ وَٱلظُّنُونُ وَٱلْجَهْلُ * قَالَ قَابِسُ
أَتَقُولُ أَنَّ هَذِهِ ٱلشُّرُورَ كُلَّهَا تَلْحَقُ هَؤُلَاءِ ؞
قَالَ إِبْرَقْلِيسُ إِي وَٱللَّهِ إِنَّهَا لَتَلْحَقُهُمْ فَإِذَا وَصَلُوا إِلَي
ٱلْحَظِيرَةِ ٱلْأُولَي ٱلَّتِي فِيهَا ٱلْبَذَخُ وَٱلْإِبَاحَةُ أَخَذُوا فِي

ذَمٍّ

Aliqui verò non ſunt coronati, & quaſi mœrore affecti ac perculſi adeò ut capita illorum ad pedes pertingant. Vides autem illos tanquàm ſi fracti eſſent animo ob cauſam aliquam, à quâ jam inceſſerit eos mœſtitia. Coronati quidem, inquit, ſunt qui jam pervenerunt ad Diſciplinam, ſuntque ob hanc cauſam exhilarati, læti ac gaudio perfuſi per id quod perceperunt de utilitate illius. Non contingit eis mœror neque deſperatio, reſque eorum procedunt ex diſpoſitione ipſorum rectè. Qui verò non ſunt coronati, quia non cognoſcunt diſciplinam, ideò capita ipſorum ſunt demiſſa, & ſtatus ipſorum malus eſt. Infelices autem ſunt quia longè abſceſſerunt, neque aſcenderunt ad Diſciplinam ac Coercitionem animi, ideòq; perplexi vagantur abſque intellectu. Hæ autem, inquam, Mulieres, quę adſunt illis, quales ſunt? Mœrores, reſpondit, Luctus, Dolores, Anguſtia pectoris, Opiniones & Inſcitia. Aiſne, inquam, hæccce mala omnia his evenire? Itâ eſt per Deum, inquit, utiq; eveniunt eis. Ubi autē pervenerint in ſeptū primū, in quo Faſtus eſt ac Licentia, incipiunt

δὲ ἀστεφάνωτοι, οἱ μὲν ἀπεγνωσμένοι, καὶ τὰς κνήμας, καὶ τὰς κεφαλὰς δοκοῦσι τετρῖφθαι, κατέχονται δὲ ὑπὸ γυναικῶν τινων; οἱ μὲν ἐστεφανωμένοι, σεσωσμένοι εἰσὶ πρὸς τὴν Παιδείαν, καὶ εὐφραίνονται τετυχηκότες αὐτῆς· οἱ δὲ ἀστεφάνωτοι, οἱ μὲν ἀπεγνωσμένοι ὑπὸ τῆς Παιδείας ἀνακάμπτουσι, κακῶς καὶ ἀθλίως διακείμενοι. οἱ δὲ ἀποδεδειλιακότες, καὶ ἀναβεβηκότες πρὸς τὴν καρτερίαν, πάλιν ἀνακάμπτουσι, καὶ πλανῶνται ἀνοδίᾳ. αἱ δὲ γυναῖκες αἱ μετ' αὐτῶν ἀκολουθοῦσαι, τίνες εἰσὶν αὗται; Λῦπαι, ἔφη, καὶ Ὀδύναι, καὶ Ἀθυμίαι, καὶ Ἀδοξίαι, καὶ Ἄγνοιαι. πάντα κακὰ λέγεις αὐτοῖς ἀκολουθεῖν. νὴ Δία πάντα, ἔφη, ἀκολουθοῦσιν· ὅταν δὲ οὗτοι παραγένωνται εἰς τὸν πρῶτον περίβολον πρὸς τὴν Ἡδυπάθειαν, καὶ τὴν Ἀκρασίαν, οὐχὶ αὑτοὺς αἰτιῶνται, ἀλλ' εὐθὺς κακῶς λέγουσι καὶ τὴν Παιδείαν, καὶ τοὺς ἐκεῖσε βαδίζοντας, ὡς ταλαίπωροι καὶ

ذَمِّ ٱلْأَدَبِ وَأَهْلِهِ وَذِكْرِ مَسَاوِيهِمْ لِأَنَّهُمْ يَزْعُمُونَ أَنَّهُمْ
أَشْقِيَاءُ مُذْنِبُونَ فَهُمْ يُفَارِقُونَ مِثْلَ هٰذَا ٱلْعَيْشِ
ٱلرَّغِدِ ٱلَّذِي نَحْنُ فِيهِ وَيَعِيشُونَ عَيْشَ سُوءٍ
طَلَبًا لِلْخَيْرَاتِ وَهُمْ لَا يَنَالُونَهَا ٭ قَالَ قَابِسُ وَمَاذَا
يَعْنُونَ بِٱلْخَيْرَاتِ ٭ قَالَ إِيرَقْلِيسُ مِثْلَ ٱلْبَذَخِ وَإِبَاحَةِ
ٱلنَّفْسِ لِلشَّهَوَاتِ فَإِنَّ هَاتَيْنِ مُقَدَّمَتَانِ عَلَي ٱلْبَاقِيَةِ
وَأَكْثَرُ ٱلنَّاسِ يُسَمِّيهَا خَيْرَاتٍ وَيَظُنُّهَا خَيْرَاتٍ ٭
قَالَ قَابِسُ فَٱلنِّسَاءُ ٱلْأُخَرُ ٱللَّوَاتِي يَأْتِينَ مِنْ هُنَاكَ
كَأَنَّهُنَّ مُسْتَبْشِرَاتٌ ضَاحِكَاتٌ مَنْ هُنَّ وَمَاذَا
يَعْرِفْنَ ٭ قَالَ إِيرَقْلِيسُ هُنَّ ٱلظُّنُونُ ٱلْمُؤَدِّيَةُ
إِلَي ٱلْأَدَبِ وَقَدْ طَأْطَأْنَ رُؤُوسَهُنَّ ٱسْتِدْعَاءً لِمَنْ
يَأْتِيهِنَّ وَهُنَّ مُسْتَبْشِرَاتٌ لِأَنَّ مَنْ أَتَيْنَ بِهِمْ قَدْ
حَصَلَتْ لَهُمُ ٱلسَّعَادَةُ ٭ قَالَ قَابِسُ فَقُلْتُ لَهُ أَفَهٰؤُلَاءِ
ٱلنِّسَاءُ لَا يَدْخُلْنَ حَتَّي يَصِلْنَ إِلَي ٱلْفَضَائِلِ
أَنْفُسِهَا ٭ قَالَ إِيرَقْلِيسُ ٱسْتَغْفِرْ رَبَّكَ فَإِنَّهُ لَا يَجُوزُ
أَنْ يَكُونَ ٱلظَّنُّ وَٱلْحُسْبَانُ يَصِلُ إِلَي مَعْرِفَةِ
ٱلْيَقِينِ

ignominiâ notare Diſciplinam ejuſque ſectatores, atq; enarrare mala corũ: Quippe ajunt eos miſeros ac ſollicitudine ſuſpenſos eſſe: & recedere ab hujuſmodi vitâ deliciarum plenâ, in quâ nos ſumus, atque vitam vivere malam ſtudendo Bonis, quæ minimè conſequuntur. Quid, inquam, intelligunt per Bona? Veluti Contumaciam, inquit, ac Licentiam animi ad concupiſcentias. Hæ duæ enim duces ſunt reliquorum, & plurima pars hominum appellat ea Bona, & opinatur ea eſſe Bona. Alteræ deinde mulieres, quærebam, quæ illinc veniunt tanquam ſi eſſent hilares ac ridentes, quænam ſunt, & quo nomine innoteſcunt? Opiniones ſunt, inquit, deducentes ad Diſciplinam, & proclinârunt jam capita ſua invitando eos qui accedunt ipſas, lætumque ferunt nuncium, quod ii quos adduxêre, adepti jam ſint Beatitudinem. An igitur, quæſivi tum, mulieres hæ non intus eunt donec perveniant ad ipſaſmet virtutes? Ad quæ ille reſpondit, veniam roga Dominum tuum: nequit enim Opinio ac conjectura pervenire ad Cognitionem

ἄθλιοί εἰσι, καὶ κακοδαίμονες, οἱ τὸν βίον τὸν παρ' αὐτοῖς ἀπολιπόντες, κακῶς ζῶσι, καὶ οὐκ ἀπολαύουσι τῶν παρ' αὐτοῖς ἀγαθῶν. ποῖα δὲ λέγουσιν ἀγαθὰ εἶναι; τὴν Ἀσωτίαν, καὶ τὴν Ἀκρασίαν, ὡς εἴποι ἄν τις ἐπὶ κεφαλαίου. τὸ γὰρ εὐωχεῖσθαι βοσκημάτων τρόπον, ἀπόλαυσιν μεγίστων ἀγαθῶν ἡγοῦνται εἶναι. αἱ δὲ ἕτεραι γυναῖκες αἱ ἐκεῖθεν παραγινόμεναι, ἱλαραί τε καὶ γελῶσαι, τίνες καλοῦνται; Δόξαι, ἔφη. καὶ ἀγαγοῦσαι πρὸς τὴν Παιδείαν τοὺς εἰσελθόντας πρὸς τὰς Ἀρετὰς, ἀνακάμπτουσιν, ὅπως ἑτέρους ἀγάγωσι· καὶ ἀναγγέλλωσιν, ὅτι εὐδαίμονες ἤδη γεγόνασιν, οὓς τότε ἀπήγαγον. πότερον οὖν, ἔφην ἐγὼ, αὗται εἴσω πρὸς τὰς Ἀρετὰς εἰσπορεύονται; ἔφη, οὐ. οὐ γὰρ θέμις Δόξαν εἰσπορεύεσθαι πρὸς τὴν Ἐπιστήμην, ἀλλὰ τῇ Παιδείᾳ παραδιδόασιν αὐτούς. εἶτα ὅταν ἡ Παιδεία παραλάβῃ, ἀνακάμπτουσιν αὗται πάλιν ἄλ-

ٱلْيَقِينِ لَكِنْ هُنَّ بِمَوْضِعِهِنَّ وَكُلَّمَا أَتَيْنَ بِقَوْمٍ
عُدْنَ فَطَأْطَأْنَ رُؤُوسَهُنَّ لِيَخْتَلِبْنَ غَيْرَهُمْ مِثْلَ
ٱلسُّفُنِ ٱلَّتِي إِذَا فُرِّغَتْ مِنْ حِمْلِهَا عَادَتْ لِتَحْمِلَ
غَيْرَهُ ؞ قَالَ قَابُسُ مَا أَحْسَنَ مَا قُلْتَ فِي هَذَا
هُوَ هَكَذَا ظَنِّي وَلَكِنْ عَرِّفْنَا مَعَ مَا وَصَفْتَهُ مَاذَا
يَأْمُرُ ذَلِكَ ٱلْمَلَكُ ٱلَّذِي كُنْتَ ذَكَرْتَهُ مَنْ يَدْخُلُ
هَذَا ٱلْعَالَمَ ❊ قَالَ إِبْرَقْلِيسُ يَأْمُرُهُمْ أَنْ يُفْرِخُوا
مِنْ رَوْعِهِمْ وَلَا يَتَّكِلُوا كَمَا أَمَرَكُمْ أَنَا فَإِنِّي
أَقْتَصُّ لَكُمُ ٱلْأَمْرَ كُلَّهُ وَأَشْرَحُهُ وَلَا أَدَعُ شَيْئًا مِنْهُ ؞
قَالَ قَابُسُ فَعَلْتَ لَهُ قَدْ أَحْسَنْتَ ؞ ثُمَّ مَدَّ يَدَهُ
إِبْرَقْلِيسُ وَأَشَارَ لَنَا إِلَى ٱمْرَأَةٍ وَقَالَ أَمَا تَرَى
تِلْكَ ٱلْمَرْأَةَ ٱلَّتِي يُظَنُّ أَنَّهَا عَمْيَاءُ وَهِيَ ٱلَّتِي كُنْتُ
مِنْ قَبْلُ أَيْضًا قَدْ أَرَيْتُكُمْ إِيَّاهَا وَقُلْتُ لَكُمْ أَنَّهَا
تُسَمَّى ٱلْبَخْتَ ؞ قَالَ قَابُسُ لَعَمْرِي ؞ قَالَ
إِبْرَقْلِيسُ فَٱلْمَلَكُ يَأْمُرُ أَلَّا تَثِقَ بِمَا تُعْطِينَا هَذِهِ وَلَا
يُعَوِّلَ عَلَيَّ أَنَّ مَا يُؤْخَذُ مِنْهَا مِمَّا يُوثَقُ بِهِ

وَيُعَظِّمُ

veram. Sed ſuo ſunt loco, & quoties adduxêre aliquos, reverſæ deinde protendunt capita ſua, ut inducant alios, adinſtar navicularum, quę, ubi evacuatæ fuerint ab onere ſuo, revertuntur ut deferant aliud. Quàm optimum eſt, inquam, quod dixti de hoc: eſtque talis opinio mea. Verùm doce nos ſimul cum iis quæ deſignaſti, quidnam præcipiat iſte, cujus feciſti mentionem, Angelus iis qui ingrediuntur hunc Mundum? Iubet eos, inquit, ſolutos eſſe metu ſuo, neque formidare adverſa, uti etiam præcipio vobis ego. Etenim enarrabo vobis negotium univerſum atque explicabo illud, neque ſinam aliquid de illo. Optimè jam feciſti, inquam. Extendit tùm manum ſuam Hercules, ac oſtendit nobis Mulierem, dicens. Videsne hanc Mulierem de quâ opinio habetur eam eſſe cæcam? Eſt autem ea quam antea quoque monſtravi vobis atque dixi vocari Fortunam. Sic eſt per vitam meam, inquam. Angelus, inquit, præcipit ne confidamus iis quæ largitur nobis hæc: neque poſſe fieri ut id quod accipitur ab illâ tale ſit, quo poſſit aliquis confidere, eſſeq; eo,

λους ἄξουσαι. ὥσπερ αἱ νῆες τὰ φορτία ἐξελόμεναι πάλιν ἀνακάμπτουσιν, καὶ ἄλλων τινῶν γεμίζονται. ταῦτα μὲν δὴ καλῶς μοι δοκεῖς, ἔφην, ἐξηγεῖσθαι. ἀλλ' ἐκεῖνο οὐδέπω ἡμῖν δεδήλωκας, τί προστάττει τὸ Δαιμόνιον τοῖς εἰσπορευομένοις εἰς τὸν βίον ποιεῖν; θαῤῥεῖν, ἔφη. διὸ καὶ ὑμεῖς θαῤῥεῖτε· πάντα γὰρ ἐξηγήσομαι, καὶ οὐδὲν παραλείψω. καλῶς λέγεις, ἔφην ἐγώ. ἐκτείνας οὖν τὴν χεῖρα πάλιν, ὁρᾶτε, ἔφη, τὴν γυναῖκα ἐκείνην, ἣ δοκεῖ τυφλή τις εἶναι, καὶ ἐπὶ λίθου στρογγύλου ἑστάναι, ἣν καὶ ἄρτι ὑμῖν εἶπον, ὅτι Τύχη καλεῖται; ὁρῶμεν. ταύτῃ κελεύει, ἔφη, μὴ πιστεύειν, καὶ βέβαιον μηδὲν πιστεύειν, μηδὲ ἀσφαλὲς ἔχειν, ὅ,τι ἂν παρ' αὐτῆς λάβῃ τις, μηδὲ ὡς ἴδια ἡγεῖσθαι· οὐδὲν γὰρ κωλύει ταῦτα πάλιν ἀφελέσθαι, καὶ ἑτέρῳ δοῦναι· πολλάκις γὰρ τοῦτο εἴωθε ποιεῖν. καὶ διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν κελεύει πρὸς τὰς αὐτῆς δόσεις ἥττους γίγνεσθαι, καὶ

وَيُعْتَمَدُ عَلَيْهِ وَعَلَى بَقَائِهِ وَذَلِكَ أَنَّهَا لَا تَلْبَثُ أَنْ تَعُودَ
فَتَنْزِعَهُ مِمَّنْ أَعْطَتْهُ وَتُعْطِيَهُ لِغَيْرِهِ فَإِنَّ هَذِهِ سَجِيَّتُهَا
وَعَادَتُهَا وَلِذَلِكَ يَأْمُرُ أَنْ نَطْلُبَ سَبَبًا نَكُونُ بِهِ
مُسْتَحِقِّينَ لِقَبُولِ ٱلْحِبَاءِ ❧ قَالَ قَابِسُ كَأَنَّكَ
تَقُولُ مَاذَا ❊ قَالَ إِيرَقْلِيسُ إِنَّهُ يَقُولُ لَا يَنْبَغِي
أَنْ نُسَرَّ إِذَا أَعْطَانَا ٱلْبَخْتُ وَلَا أَنْ نَغْتَمَّ إِذَا عَادَ
فَسَلَبَنَا وَلَا نَذُمَّهُ وَلَا نَحْمَدَهُ إِذْ كَانَ لَيْسَ شَيْءٌ مِمَّا
يَفْعَلُهُ بِقَصْدٍ وَتَعَمُّدٍ بَلْ كُلُّ مَا يَأْتِيهِ فَإِنَّمَا يَأْتِيهِ
جُزَافًا مِنْ غَيْرِ تَمْيِيزٍ وَلَا تَحْصِيلٍ كَمَا قُلْتُ مِنْ قَبْلُ
وَيَأْمُرُ ذَلِكَ ٱلْمَلَكُ أَلَّا نَعْجَبَ بِمَا يُعْطِينَاهُ فَنَكُونَ
بِمَنْزِلَةِ مَنْ دُعِيَ إِلَى وَلِيمَةٍ فَأُتْحِفَ فِيهَا بِتُحْفَةٍ نَفِيسَةٍ
مِثْلِ شَمَّامَةٍ أَوْ غَيْرِهَا فَلَظَنِّهِ أَنَّهَا حِبَاءٌ لَهُ يُسَرُّ بِهَا
حَتَّى إِذَا ٱرْتُجِعَتْ مِنْهُ وَرُفِعَتْ تِلْكَ ٱلْآلَاتُ تَسَخَّطَ
كَأَنَّهُ قَدْ أُخِذَ مِنْهُ مَا كَانَ لَهُ مِنْ غَيْرِ أَنْ يُفَكِّرَ
فَيَعْلَمَ أَنَّ مَا دُفِعَ إِلَيْهِ مِنْ ذَلِكَ إِنَّمَا جَرَى
مَجْرَى مَا يُؤْخَذُ وَيُسْتَرَدُّ لِيُتْحَفَ بِهِ غَيْرُهُ وَلِذَلِكَ
يَأْمُرُ

ejuſque permanentiâ ſubnixus. Et iſtud quia illa diu non differt redire, & removere illud ab eo cui dedit, illudque dare alteri. Hæc enim eſt indoles ejus atque conſuetudo ejus: Ideòque jubet nos inquirere rationem, quâ digni ſimus qui accipiamus donum. Sicuti id dicis, quidnam eſt, inquam? Quod nimirùm, inquit, dicat ille, non oportere nos lætitiâ affici, ubi donaverit nos Fortuna, neque triſtitiâ, ubi reverſa nos ſpoliaverit, neque etiam vituperarare aut laudare eam: Siquidem non fuerat quicquam eorum, quæ agit, recto modo ac conſilio. Sed quicquid largitur, utique largitur illud inexploratâ ratione, nullo diſcrimine habito aut emolumento, ut dixi antea. Iubet quoque iſte Angelus ne efferamur iis quæ nobis impertitur, aut ſimus inſtar ejus qui invitatus ad nuptiale epulum, in eoque cohoneſtatus oblatione cimelii prætioſioris, veluti odoramenti aut alîus, quia putat id ſibi donum eſſe, lætitiâ idcircò afficitur, donec receptis iterū ac ſublatis illis inſtrumentis indignatus ſit, quaſi eriperetur ſibi quod ſuum fuiſſet, abſque ut conſideret atque agnoſcat id, quod ei ſubminiſtratum fuit de rebus iſtis, habere ſe utiq; ad modū ejus quod accipitur, itemque repetitur, ut ejus preſentatione honeſtetur alius. Ideoque Angelus

μήτε χαίρειν, ὅταν διδῷ, μήτε ἀθυμεῖν, ὅταν ἀφέληται, καὶ μήτε ψέγειν αὐτὴν, μήτε ἐπαινεῖν. οὐδὲν γὰρ ποιεῖ μετὰ λογισμοῦ, ἀλλ' εἰκῇ, καὶ ὡς ἔτυχε πάντα, ὥσπερ πρότερον ὑμῖν ἔλεξα. διὰ τοῦτο οὖν τὸ Δαιμόνιον κελεύει μὴ θαυμάζειν, ὅ,τι ἂν πράττῃ αὕτη, μηδὲ γίγνεσθαι ὁμοίους τοῖς κακοῖς τραπεζίταις. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι, ὅταν μὲν λάβωσι τὸ ἀργύειον παρὰ τῶν αἰθρώπων, χαίρουσι, καὶ ἴδιον νομίζουσιν εἶναι· ὅταν δὲ ἀπαιτῶνται, ἀγανακτοῦσι, καὶ δεινὰ οἴονται πεπονθέναι, οὐ μνημονεύοντες, ὅτι ἐπὶ τούτῳ ἔλαβον τὰ θέματα, ἐφ' ᾧ οὐδὲν κωλύειν τὸν θέμενον πάλιν κομίσασθαι. ὡσαύτως τοίνυν κελεύει ἔχειν τὸ Δαιμόνιον, καὶ πρὸς τὴν παρ' αὐτῆς δόσιν. καὶ μνημονεύειν, ὅτι τοιαύτην ἔχει φύσιν ἡ Τύχη, ὥστε ἃ δέδωκεν ἀφελέσθαι,

يَامُرُ ٱلْمَلِكُ أَلَّا يَعْتَمِدُوا عَلَي بَقَآءِ مَا يُفِيدُهُمُ ٱلْبَخْتُ
وَيُذَكِّرُهُمْ أَنَّ هٰذَا مَذْهَبُهُ أَعْنِي ٱرْتِجَاعَ مَا يُعْطِيهِ
بِسُرْعَةٍ وَرُبَّمَا أَعْطَي مِنَ ٱلرَّاسِ أَضْعَافَ مَا كَانَ
أَعْطَي وَرُبَّمَا أَخَذَ مَا أَعْطَي وَلَمْ يُعْطِ بَعْدُ شَيْئًا آخَرَ
أَبَدًا وَيَامُرُ إِذَا أَعْطَانَا شَيْئًا أَنْ نُبَادِرَ إِلَي أَخْذِهِ فَإِذَا
أَخَذْنَاهُ وَٱشْتَغَلْنَا بِإِنْفَاقِهِ وَوَضْعِهِ مَوَاضِعَهُ وَإِذَا أَعْطَانَا
ٱلْأَدَبُ شَيْئًا سَارَعْنَا إِلَي قَبُولِهِ وَأَخَذْنَاهُ مَسْرُورِينَ
بِعَايِدَتِهِ لِأَنَّا وَاثِقُونَ بِبَقَايِهِ لَا يَلْحَقُ عَلَيْهِ نَدَمٌ وَعَلَي
ذٰلِكَ يَنْبَغِي أَنْ نُعَوِّلَ وَيَامُرُهُمْ إِذَا صَارُوا إِلَي
أُولَيِكَ ٱلنِّسَآءِ ٱللَّوَاتِي ذَكَرْنَاهُنَّ مِنْ قَبْلُ أَعْنِي
ٱلتَّمَتُّعَ بِٱللَّذَّاتِ أَنْ نُبَادِرَ بِٱلْإِنْصِرَافِ عَنْهُنَّ وَتَرْكِ
ٱلثِّقَةِ بِوَاحِدَةٍ مِنْهُنَّ أَصْلًا وَإِذَا صَارُوا إِلَي ٱلْأَدَبِ
ٱلَّذِي لَيْسَ بِحَقٍّ أَقَامُوا عَلَيْهِ مُدَّةً مِنَ ٱلزَّمَانِ
وَتَنَاوَلُوا مِنْهُ مَا يُحِبُّونَ لِأَنَّهُ بِمَنْزِلَةِ طَرِيقٍ شَاقٍّ ثُمَّ
يَنْتَقِلُونَ بِسُرْعَةٍ إِلَي ٱلْأَدَبِ ٱلْحَقِيقِي فَهٰذَا مَا يَامُرُ
بِهِ ذٰلِكَ ٱلْمَلِكُ وَمَنْ تَجَاوَزَ ذٰلِكَ وَلَمْ يَقْبَلْهُ
هَلَكَ

Angelus iubet ne fiduciā habeant permanētię eorū, quæ prębet ipſis Fortuna: Admonet eos quoque hunc illius eſſe morem, videlicet, eripiendi ſubitò quod dat. Interdū quidē largitur denuò duplum ejus quod dederat: interdū verò recipit quod largita eſt, neq; dat impoſterū quicquā aliud unquā. Iubet quoq;, cùm illa dederit aliquid, ut properemus ad capiendū illud, & ubi acceperimus, operam demus illi diſpenſando, rectèque collocando. Et ubi dederit nobis Diſciplina quod ſuſcipere aggreſſi ſumus, ut capiamus illud gaudio affecti ob utilitatem illius, cùm ſimus ſecuri de illius permanentiâ, quā nulla cōſectatur pænitētia; & quòd iſtis oporteat nos confidere. Pręcipit quoq; eis, ubi pervenerint ad iſtas mulieres, quarū mentionē anteafecimus, ſcilicet ad Uſurā voluptatū, ut properemus diſcedere ab eis atq; omittere alicui earū fidē habere ullā. Ubi etiam pervenerint ad Diſciplinam, quæ Vera non eſt, ut incūbant in eam aliquo ſpacio temporis ac percipiant ex eâ quod elegerint: Nam id ſe habet ad modū viæ ſingularis. Deinde tranſeant celeriter ad Diſciplinam Verā. Et hoc quidē eſt quod præcipit iſte Angelus, & quicunque tranſgreditur iſta, nec morem iis gerit,

καὶ ταχέως πάλιν δοῦναι πολ-
λαπλάσια· αὖθις δὲ ἀφελέσθαι,
ἃ δέδωκεν· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ
καὶ τὰ προϋπάρχοντα. ἃ γοῦν
δίδωσι, κελεύει λαμβάνειν παρ᾽
αὐτῆς, καὶ συντόμως ἀπελθεῖν
ἔχοντα πρὸς τὴν βεβαίαν καὶ
ἀσφαλῆ δόσιν. ποίαν ταύτην,
ἔφην ἐγώ; ἣν λήψονται παρὰ
τῆς Παιδείας, ἣν διασωθῶσιν
ἐκεῖ. αὕτη οὖν τίς ἐστιν; ἡ ἀλη-
θὴς Ἐπιστήμη, ἔφη, τῶν συμφε-
ρόντων, καὶ ἀσφαλὴς δόσις, καὶ
βεβαία, καὶ ἀμετάβλητος. φεύ-
γειν οὖν κελεύει συντόμως πρὸς
ταύτην. καὶ ὅταν ἔλθωσι πρὸς
τὰς γυναῖκας ἐκείνας, ἃς καὶ
πρότερον εἶπον, ὅτι Ἀκρασία καὶ
Ἡδυπάθεια καλοῦνται, καὶ ἐντεῦ-
θεν κελεύει συντόμως ἀπαλ-
λάττεσθαι, καὶ μὴ πιστεύειν μηδὲ
ταύταις μηδὲν, ἕως ἂν πρὸς τὴν
Ψευδοπαιδείαν ἀφίκωνται. κε-
λεύει οὖν αὐτοὺς χρόνον τινὰ ἐν-
διατρῖψαι, καὶ λαβεῖν, ὅ, τι ἂν βού-
λωνται παρ᾽ αὐτῆς, ὥσπερ ἐφό-
διον· εἶτα ἐντεῦθεν ἀπιέναι πρὸς
τὴν ἀληθινὴν Παιδείαν συντό-

هُلْكَ شَرَّ هَلَاكٍ * فَهٰذَا أَيُّهَا ٱلْغَرِيبُ تَفْسِيرُ لُغْزِنَا *
وَإِنْ كُنْتُمْ تُحِبُّونَ تَسْمَعُوا مَا فِي شَيٍّ شَيٍّ مِنْ ذٰلِكَ
فَلَسْتُ أَبْخَلُ بِهِ وَأَنَا أَشْرَحُهُ لَكُمْ * قَالَ قَابِسُ
مَا أَحْسَنَ مَا قُلْتَ لَكِنْ مَاذَا يَأْمُرُ ٱلْمَلَكُ أَنْ
نَأْخُذَ مِنَ ٱلْأَدَبِ ٱلْكَاذِبِ * قَالَ إِيرَقْلِيسُ ٱلْأُمُورُ
ٱلَّتِي تُظَنُّ أَنَّهَا خَيْرَاتٌ * قَالَ قَابِسُ وَمَا تِلْكَ
ٱلْأُمُورُ * قَالَ إِيرَقْلِيسُ ٱلنَّحْوُ وَٱلْمِسَاحَةُ وَٱلْحِسَابُ
وَٱلْهَنْدَسَةُ وَٱلْمُوسِيقِي وَسَايِرُ ٱلْعُلُومِ ٱلْمُتَدَاوَلَةِ ٱلَّتِي
سَمَّاهَا ٱلْأَوَايِلُ ٱلتَّعَالِيمَ فَإِنَّهَا لِلصِّبْيَانِ فِي قُوَّتِهَا
تَجْرِي مَجْرَى ٱللُّجُمِ ٱلْكَاظِمَةِ وَلِذٰلِكَ يَحْتَاجُونَ
إِلَيْهَا ضَرُورَةً وَأَمَّا تِلْكَ ٱلْأُمُورُ ٱلْبَاقِيَةُ فَلَيْسَ فِيهَا
كَبِيرُ نَفْعٍ فَيَنْبَغِي لِمَنْ أَرَادَ ٱلْوُصُولَ إِلَى ٱلْأَدَبِ
ٱلصَّحِيحِ أَنْ يَقْتَنِيَ هٰذِهِ ٱلْعُلُومَ قَبْلَ كُلِّ شَيٍّ وَلَيْسَتْ
مِمَّا يُحْتَاجُ إِلَيْهَا بِأَنْفُسِهَا ضَرُورَةً لٰكِنَّهَا نَافِعَةٌ فِي
ٱلْوُصُولِ إِلَى ذٰلِكَ ٱلْأَدَبِ بِسُرْعَةٍ فَأَمَّا فِي لُزُومِ ٱلْفَضَايِلِ
وَٱلْعَمَلِ بِهَا فَلَيْسَتْ مِمَّا يُعِينُنَا عَلَى ذٰلِكَ فَإِنَّ
ٱلْإِنْسَانَ

interit peſſimo interitu. Hæc igitur, ô Hoſpes, eſt explicatio Ænigmatis noſtri. Quod ſi mavultis audire, quid de unoquoq; iſtorum ſit, id quidẽ minime invidebo, & ipſe declarabo id vobis. Quã benè dicis, inquam! Verùm quid iubet Angelus nos accipere de Diſciplinâ Mendacii? Res eas, reſpondit, de quibus opinio eſt, quod ſint Bonę. Quænã ſunt res iſtæ, inquã? Grãmatica, reſpõdit, Geodęſia, Arithmetica, Geometria, Muſica, & reliquæ ſcientiæ uſitatæ, quas vocaſunt Antiqui Mathemata. Etenim ſunt pueris vi ſuâ ad inſtar frenorum compeſcentium, ideòque ii opus illis habent neceſſariò. In iſtis quidem rebus reliquis haud magna eſt utilitas: Oportet quidẽ eũ, qui cupit accedere Diſciplinã Veram, ſibi comparare has Sciẽtias ante omnia, non tamẽ ex eorũ ſunt numero, quibus opus eſt per ſe neceſſariò; ſed utiles eæ ſunt in adeundo iſtam Diſciplinam celeriter. In conciliatione autẽ virtutum, earumq; praxi, neutiquam ſunt tales quæ iuvent nos iſthûc.

μως. ταῦτ' ἐστὶν, ἃ προστάσσει τὸ Δαιμόνιον. ὅστις τοίνυν παρ' αὐτὰ τὶ ποιεῖ ἢ παρακούει, ἀπόλλυται κακὸς κακῶς. ὁ μὲν δὴ μῦθος, ὦ ξένοι, ὁ ἐν τῷ πίνακι, τοιοῦτος ἡμῖν ἐστιν. εἰ δὲ δεῖ τι προσπυθέσθαι περὶ ἑκάστου τούτων, οὐδεὶς φθόνος· ἐγὼ γὰρ ὑμῖν φράσω. καλῶς λέγεις, ἔφην ἐγώ. ἀλλὰ τί κελεύει αὐτοὺς τὸ Δαιμόνιον λαβεῖν παρὰ τῆς Ψευδοπαιδείας; ταῦθ' ἃ δοκεῖ εὔχρηστα εἶναι. ταῦτ' οὖν τίνα ἐστί; γράμματα, ἔφη, καὶ τῶν ἄλλων μαθημάτων, ἃ καὶ Πλάτων φησὶν ὡσανεὶ χαλινοῦ τινος δύναμιν ἔχειν τοῖς νέοις, ἵνα μὴ εἰς ἕτερα περισπῶνται. πότερον δὲ ἀνάγκη ταῦτα λαβεῖν, εἰ μέλλοι τις ἥξειν πρὸς τὴν ἀληθινὴν Παιδείαν, ἢ οὔ; ἀνάγκη μὲν οὐδεμία, ἔφη. χρήσιμα μέντοι ἐστί· πρὸς δὲ τὸ βελτίους γενέσθαι οὐδὲν συμβάλλεται ταῦτα. οὐδὲν ἄρα λέγεις ταῦτα χρήσιμα εἶναι, πρὸς τὸ βελτίους γενέσθαι ἄνδρας; ἐστὶ γὰρ καὶ ἄνευ τούτων βελτίους γενέσθαι. ὅμως δὲ οὐκ ἄχρηστα κἀκεῖνά ἐστι. ὡς γὰρ δι' ἑρμηνέως συμβαλλόμεθα τὰ λεγόμενά ποτε, ὅμως μέντοι γε οὐκ ἄχρηστον ἦν καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς τὴν φωνὴν ἀκριβεστέραν ἔχειν, ἀλλά τι συνίκαμεν· οὕτω καὶ ἄνευ τούτων τῶν μαθημάτων οὐδὲν κωλύσει γενέσθαι. πότερον οὐδὲν προί-

ٱلْإِنْسَانَ إِنِ ٱبْتَدَأَ مِنَ ٱلتَّعَالِيمِ ثُمَّ قَصَدَ مِنْ بَعْدِهَا نَحْوَ
ٱلْفَضَايِلِ فَإِنَّهُ دُونَ أَنْ يَحْصُلَ لَهُ ذَلِكَ ٱلْأَدَبُ ٱلصَّحِيحُ
لَا يَنْتَفِعُ بِهِ وَكَثِيرًا مِمَّا يُلَخِّصُ هَذَا ٱلْمَعْنَى وَيَشْرَحُهُ
فَضْلَ شَرْحٍ فَيَكُونُ فِيهِ مَنْفَعَةٌ وَلَا بَاسَ أَنْ تَعْرِفُوا أَنْتُمْ
أَيْضًا هَذَا ٱلْمَعْنَى فَإِنَّكُمْ إِذَا وَقَفْتُمْ عَلَيْهِ ٱنْتَفَعْتُمْ بِهِ
فَعَسَاكُمْ مِنْ دُونِ هَذِهِ ٱلتَّعَالِيمِ كُلِّهَا تُبْصِرُونَ رُشْدَكُمْ
وَلَا يَمْنَعُ مِنْ ذَلِكَ مَانِعٌ * قَالَ قَابُسُ قَبْلَ كُلِّ شَيْ
لَيْسَ يُنْتَفَعُ بِشَيْ مِنَ ٱلتَّعَالِيمِ فِي أَنْ يَصِيرَ أُولَيِكَ
ٱلْآخَرُونَ ذَوِي فَضِيلَةٍ * قَالَ إِيرَقْلِيسُ هِيَ تَنْفَعُ
إِذَا وَجَدُوا * * * يَعْنِي أَنَّهُ يُوجَدُ كَثِيرًا بِهَذِهِ
ٱلصِّفَةِ * قَالَ قَابُسُ وَكَيْفَ حَالُ هَؤُلَاءِ ⁘ قَالَ
إِيرَقْلِيسُ لَيْسَ يُعْلَمُ مِنْ هَذَا ٱلْقَوْلِ إِلَّا أَنَّهُمْ صَارُوا
إِلَى ٱلْحَظِيرَةِ ٱلْأُخْرَى فَتَصَرَّفُوا فِيهَا كَأَنَّهُمْ يَصِيرُونَ
إِلَى ٱلْأَدَبِ ٱلْحَقِيقِيِّ وَٱلْأَجْوَدِ مَتَى أَرَادُوا أَنْ يَكُونُوا
أَكْثَرَ نَظَرًا أَنْ يَكُونُوا إِذَا جَاوُا مِنَ ٱلْحَظِيرَةِ ٱلْأُولَى دَخَلُوا
إِلَى هَؤُلَاءِ فَٱمْتَثَلُوا فَضِيلَتَهُمْ إِلَّا أَنْ يَعْتَرِيَ هَؤُلَاءِ أَيْضًا
تَوَانٍ

Etenim ſi aliquis exorſus à Mathematibus, deinde rectâ perrexerit poſtea verſus Virtutes, is utique, præterquā quòd nanciſcitur Veram iſtam Diſciplinam, haud percipit utilitatem ex illis. Multa ſunt talia quę declarant hanc ſententiā, eamq; abundè ſatis explicāt, quoniā in eâ eſt utilitas: Neq; difficulter agnoſcetis vos quoque hāc ſententiam Etenim ubi eā intellexeritis, utilitatē ex eâ capietis. Fortè etiā abſq; his Mathematibus omnibus perſpicietis rectā viam veſtram, neq; impediet iſtud quicquā. Ante omnia, inquā, non capitur utilitas ex Mathematicarū aliquâ ut evadant alii iſti virtute præditi? Utilis ea eſt, reſpōdit, ubi invenerint, * * * ſcilicet, quod inveniantur multi hujuſmodi. Qualis eſt, quærebā, conditio horū? Non cognoſcitur, reſpōdit, ex hoc ſermone, niſi quod perveniāt in ſeptū alterū, & verſentur in eo quaſi tranſirent ad Diſciplinā Veram. [Et optimum eſt, quādo volunt eſſe ſæpenumerò, ut ſint] ubi venerint è ſepto primo, introeunt ad hos, ac ſimilitudinem prætendunt virtutis eorum, niſi quod accedat hos quoque negligentia

χουσιν οὗτοι οἱ μαθηματικοί, πρὸς τὸ βελτίους γενέσθαι τῶν ἄλλων ἀνθρώπων; πῶς μέλλουσι περιέχειν, ἐπειδὰν φαίνωνται ἠπατημένοι περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν, ὥσπερ οἱ ἄλλοι, καὶ ἔτι κατεχόμενοι ὑπὸ πάσης κακίας. οὐδὲν γὰρ κωλύει εἰδέναι μὲν γράμματα, καὶ κατέχειν τὰ μαθήματα πάντα, ὁμοίως δὲ μέθυσον καὶ ἀκρατῆ εἶναι, καὶ φιλάργυρον, καὶ ἄδικον, καὶ προδότην, καὶ τὸ πέρας ἄφρονα. ἀμέλει πολλοὺς τοιούτους ἐστὶν ἰδεῖν. πῶς οὖν οὗτοι προέχουσιν, ἔφη, εἰς τὸ βελτίους ἄνδρας γενέσθαι, ἕνεκα τούτων τῶν μαθημάτων; οὐδαμῶς φαίνεται ἐκ τούτου τοῦ λόγου. ἀλλὰ τί δῆτ᾽ ἐστιν, ἔφην ἐγώ, τὸ αἴτιον, ὅτι ἐν τῷ δευτέρῳ περιβόλῳ διατρίβουσιν, ὥσπερ ἐγγίζοντες πρὸς τὴν ἀληθινὴν Παιδείαν. καὶ τί τοῦτο ὠφελεῖ αὐτούς, ἔφην, ὅταν πολλάκις ἐστὶν ἰδεῖν παραγινομένους ἐκ τοῦ πρώτου περιβόλου ἀπὸ τῆς Ἀκρασίας, καὶ τῆς ἄλλης κακίας εἰς τὸν τρίτον περίβολον, πρὸς τὴν Παιδείαν τὴν ἀληθινήν, οἳ τούτους τοὺς μαθηματικοὺς παραλλάττουσιν. ὥστε πῶς ἔτι περιέχουσιν, ἄρα, ἢ ἀκινητότεροι, ἢ δυσμαθέστεροι

قَوَّانٍ وَبَطِيعُونَ مَنْ لَا أَدَبَ لَهُ بَلْ مَعَهُ مُغَالَطَةٌ فَإِنَّهُمْ إِذَا
صَارُوا فِي هٰذَا ٱلْجِنِّ لَمْ يَتَخَلَّصُوا أَصْلًا فَأَنْتُمْ أَيْضًا أَيُّهَا
ٱلْغُرَبَاءُ ٱلْزَمُوا هٰذِهِ ٱلسَّبِيلَ وَرُوضُوا أَنْفُسَكُمْ بِمَا
وَصَفْنَاهُ رِيَاضَةً كَثِيرَةً حَتَّى تَصِيرَ فِيكُمْ كَٱلسَّجِيَّةِ
لَا تَحُولُ فَإِنَّهُ لَيْسَ يُمْكِنُ مِنْ سَمَاعِ ذٰلِكَ مَرَّةً
أَوْ مَرَّتَيْنِ أَوْ ثَلَاثًا أَنْ يَحْصُلَ لَكُمْ بَلْ يَنْبَغِي أَنْ
تَفْحَصُوهُ مِرَارًا كَثِيرَةً لِأَنْفُسِكُمْ ثُمَّ تَرْتَاضُوا بِهِ وَأَنْ
تَعْتَقِدُوا أَنَّ مَا سِوَاهُ فُضُولٌ وَإِلَّا لَمْ تَنْتَفِعُوا بِمَا سَمِعْتُمْ
فِي هٰذَا ٱلْوَقْتِ ❊ قَالَ قَابِسُ نَحْنُ نَفْعَلُ مَا أَمَرْتَ
بِهِ لَكِنِ ٱشْرَحْ لَنَا كَيْفَ صَارَ مَا يَأْخُذُهُ ٱلنَّاسُ
مِنَ ٱلْبَخْتِ لَيْسَ بِخَيْرٍ وَمَا يَأْخُذُونَهُ مِنَ ٱلْمَلَكِ
فَهُوَ خَيْرٌ بِٱلصِّحَّةِ مِثْلَ ٱلْيَسَارِ وَحُسْنِ ٱلْأُحْدُوثَةِ
وَكَثْرَةِ ٱلْبَنِينَ وَٱلْقُدْرَةِ وَٱلسُّلْطَانِ وَٱلْجَمَالِ وَٱلظَّفَرِ وَمَا
أَشْبَهَ ذٰلِكَ عَرِّفْنَا مِنْ أَيِّ وَجْهٍ هٰذِهِ رَدِيَّةٌ فَإِنَّ هٰذَا
مِنَ ٱلْأُمُورِ ٱلَّتِي لَا يُصَدَّقُ بِهَا أَصْلًا بَلْ هُوَ رَأْيٌ
كَأَنَّهُ خَارِجٌ عَنِ ٱلْحَقِّ ❊ قَالَ إِيرَقْلِيسُ فَأَجِبْنِي
ٱلْآنَ

atq; obediant eis qui Diſciplinam non habēt, ſed quibus adſit Fraus. Ii utiq; quando huiuſmodi fortunâ utuntur, liberi evadunt neutiquā. Vos igitur quoq; , ô Peregrini, inſiſtite hāc viā, ac voſmetipſos in iis quę deſignavi multoperè exercitote, donec id fiat in vobis tāquam proprietas immutabilis. Etenim fieri nō poteſt, hiſce ſemel, aut bis, aut ter auditis, ut cōtingat vobis, ſed oportet ut perſcrutemini id ſępiſſimè in vobiſmetipſis ac deinde exerceamini in eo, utq; firmiter perſuaſi ſitis id, quod pręterea eſt, ſuperfluum eſſe. Sin minùs, utilitatem nullam percipietis ex iis quæ audiviſtis hoc tempore. Faciemus, inquā, quod præcepiſti. Verùm explica nobis, quomodo contingat ea, quæ accipiunt homines à Fortunâ non eſſe Bona; [Quæ autem accipiunt ab Angelo, ea Bona ſunt reverâ.] ſicuti Opulentia, Elegantia vitæ cui multa nova accidunt, Multitudo filiorum, Potentia, Dominatus, Pulcritudo, Victoria, & quæ hiſce ſunt ſimilia. Edoce nos, quâ ratione hæc ſint Mala Hoc utique unum eſt ex iis rebus quæ verificari neutiquam poſſunt, ſed eſt ſententia quaſi exorbitans à vero. Nunc igitur, inquit, reſponde mihi

ad ea

εἰσί. πῶς, ἔφην, τοῦτο, ἐγώ; ὅτι οἱ ἐν τῷ δευτέρῳ περιβόλῳ εἰ μηδὲν ἄλλο, προσποιοῦνταί γε ἐπίστασθαι ἃ οὐκ οἴδασιν· ἕως δ᾽ ἂν ἔχωσι ταύτην τὴν δόξαν, ἀκινήτους αὐτοὺς ἀνάγκη εἶναι, πρὸς τὸ ὁρμᾶν πρὸς τὴν ἀληθινὴν Παιδείαν. εἶτα τὸ ἕτερον οὐχ ὁρᾷς, ὅτι καὶ αἱ Δόξαι ἐκ τοῦ πρώτου περιβόλου εἰσπορεύονται πρὸς αὐτοὺς ὁμοίως· ὥστε οὐδὲν οὗτοι ἐκείνων βελτίους εἰσίν, ἐὰν μὴ καὶ τούτοις συνῇ Μεταμέλεια, καὶ πεισθῶσιν ὅτι οὐ Παιδείαν ἔχουσιν, ἀλλὰ Ψευδοπαιδείαν, δι᾽ ἣν ἀπατῶνται. οὕτω δὲ διακείμενοι, οὐκ ἄν ποτε σωθεῖεν. καὶ ὑμεῖς τοίνυν, ὦ ξένοι, ἔφη, οὕτω ποιεῖτε, καὶ ἐνδιατρίβετε τοῖς λεγομένοις, μέχρις ἂν ἕξιν λαβεῖν· ἀλλὰ περὶ τῶν αὐτῶν πολλάκις δεῖ ἐπισκοπεῖν, καὶ μὴ διαλείπειν, τὰ δὲ ἄλλα πάρεργα ἡγήσασθαι· εἰ δὲ μή, οὐδὲν ὄφελος ἔσται ὧν νῦν ἀκούετε. ποιήσομεν. τοῦτο δὲ ἐξήγησαι, πῶς οὐκ ἔστιν ἀγαθά, ὅσα λαμβάνουσιν οἱ ἄνθρωποι παρὰ τῆς Τύχης; οἷον τὸ ζῆν, τὸ ὑγιαίνειν, τὸ

ٱلْآنَ عَمَّا أَسْأَلُكَ عَنْهُ ❊ قَالَ قَابُسُ فَقُلْتُ لَهُ أَنَا أَفْعَلُ ذٰلِكَ ❊ قَالَ إِبْرَقْلِيسُ إِنْ كَانَ إِنْسَانٌ مِنَ ٱلنَّاسِ طُولَ حَيَاتِهِ فِي شَقَاءٍ وَمَكْرُوهٍ فَحَيَاتُهُ عِنْدَكَ خَيْرٌ لَهُ ❊ قَالَ قَابُسُ لَا بَلْ أَحْسَبُهَا شَرًّا لَهُ فَإِنَّهُ لَا سَبِيلَ إِلَى أَنْ يُقَالَ أَنَّهَا خَيْرٌ لَهُ وَهُوَ فِي مَكْرُوهٍ وَٱلْحَيَاةُ فِيمَا أَحْسِبُ إِنَّمَا تَكُونُ رَدِيئَةً لِمَنْ كَانَ فِي حَيَاتِهِ فِي مَكْرُوهٍ فَأَمَّا مَنْ كَانَ فِي خَيْرٍ فَحَيَاتُهُ خَيْرٌ لَهُ فَكَمَا أَنَّ مَا كَانَ نَافِعًا غَيْرَ ضَارٍّ فَهُوَ مَحْمُودٌ مُؤْثَرٌ وَكَذٰلِكَ مَنْ كَانَ فِي مَكْرُوهٍ فَإِنَّ ٱلْحَيَاةَ لَهُ فِي مِثْلِ هٰذِهِ ٱلْحَالِ رَدِيئَةٌ ❊ قَالَ إِبْرَقْلِيسُ أَوَلَيْسَ قَدْ قُلْتَ أَنَّ ٱلْحَيَاةَ لَيْسَتْ شَرًّا لِأَنَّهُ إِنْ كَانَتِ ٱلْحَيَاةُ لِمَنْ كَانَ فِي خَيْرٍ وَرَفَاهِيَةٍ مِنَ ٱلْعَيْشِ أَيْضًا رَدِيئَةً لَمْ يَكُنْ هُنَاكَ خَيْرٌ وَلَا شَرٌّ فَكَمَا أَنَّ ٱلْمَرَضَ رَدِيءٌ لِلْمَرْضَى لَا ٱلصِّحَّةُ كَذٰلِكَ ٱلْحَيَاةُ ❊ قَالَ قَابُسُ ٱلْأَمْرُ عَلَى مَا قُلْتَ ❊ قَالَ إِبْرَقْلِيسُ فَٱنْظُرِ ٱلْآنَ إِذَا كَانَ ٱلْإِنْسَانُ فِي حَيَاتِهِ فِي مَكْرُوهٍ

ad ea de quibus te interrogavero. Ego, inquam, id faciam. Si fuerit, inquit, hominum aliquis totâ vitâ ſuâ in adversâ fortunâ ac injucũditate, an vita illius tuo judicio bona eſt illi? Minimè, inquam. Sed exiſtimo malã illi eſſe: nullo enim modo dici poteſt eam eſſe illi bonam, cum ſit injucundus. Quoniam vita, prout ego exiſtimo, mala eſt ei qui in vitâ ſuâ injucunditate afficitur: cui verò benè eſt, ejus vita bona quoque eſt. Sicut enim id quod utile exiſtit & innoxium, laudabile quoque eſt ac expetendum; ſic qui injucunditate afficitur, is utique vitam quoq; agit ad ſimilitudinẽ hujus conditionis malam. Nonne jam dixiſti, inquit, vitam non eſſe malam? Quoniam ſi vita ei, qui jucundè & deliciosè vivit, fuerit quoque mala, neque erit tunc bona, neque mala. Sicut enim morbus malus eſt ægroto; non autem ſanitas: Sic etiam vita. Res ità ſe habet, inquam, ut dixiſti. Conſidera nunc, inquit: ubi fuerit aliquis in vitâ ſuâ

πλουτεῖν, τὸ εὐδοξεῖν, τὸ τέκνα ἔχειν, τὸ νικᾷν, καὶ τὰ λοιπὰ ὅσα τούτοις παραπλήσια; ἢ πάλιν τὰ ἐναντία πῶς οὐκ ἔστι κακά; πάνυ γὰρ ἡμῖν παράδοξον καὶ ἄπιστον δοκεῖ τὸ λεγόμενον. ἄγε τοίνυν πειρῶ, ἔφη, ἀποκρίνασθαι τὸ φαινόμενον, περὶ ὧν ἄν σε ἐρωτῶ. ἀλλὰ ποιήσω τοῦτο, ἔφην ἐγώ. πότερον οὖν κἂν κακῶς τις ζῇ, ἀγαθὸν ἐκείνῳ; οὔ μοι δοκεῖ, ἀλλὰ κακὸν, ἔφην ἐγώ. πῶς οὖν ἀγαθόν ἐστι τὸ ζῆν; ἔφη, εἴπερ τούτῳ ἐστὶ κακόν; ὅτι τοῖς μὲν κακῶς ζῶσι, κακόν μοι δοκεῖ εἶναι, τοῖς δὲ καλῶς, ἀγαθόν. καὶ κακὸν ἄρα λέγεις τὸ ζῆν καὶ ἀγαθὸν εἶναι; ἔγωγε. μὴ οὖν ἀπιθάνως λέγε. ἀδύνατον γὰρ, τὸ αὐτὸ πρᾶγμα καὶ κακὸν καὶ ἀγαθὸν εἶναι. οὕτω μὲν γὰρ καὶ ὠφέλιμον καὶ βλαβερὸν ἂν εἴη, καὶ αἱρετὸν καὶ φευκτὸν ἅμα ἀεί. ἀπίθανον μέν. ἀλλὰ πῶς, εἰ τὸ κακῶς ζῆν, ᾧ ἂν ὑπάρχοι, κακόν τι ὑπάρχει αὐτῷ, κακὸν αὐτὸ τὸ ζῆν ἐστιν: ἀλλ' οὐ τὸ αὐτὸ, ἔφη, ὑπάρχει τὸ ζῆν τῷ κακῶς ζῆν. ἢ οὐ σοι φαίνεται; ἀμέλει οὐδ' ἐμοὶ δοκεῖ τὸ αὐτὸ εἶναι. τὸ τοίνυν ζῆν οὐ κακόν ἐστιν· ἐπεὶ εἰ ἦν κακὸν, τοῖς

مُكْرُوهٍ هَلْ يَجِبُ أَنْ يَمُوتَ عَلَي حَالٍ جَمِيلَةٍ
مَنْسُوبَةٍ إِلَي ٱلنَّجْدَةِ ∴ قَالَ قَابُسُ أَمَّا أَنَا فَهَكَذَا
أَخْتَارُ ∴ قَالَ إِبْرَقْلِيسُ فَعَلَي حَسَبِ هٰذَا ٱلْقَوْلِ
إِذًا لَيْسَ ٱلْمَوْتُ بِشَرٍّ بَلِ ٱلْمَوْتُ عَلَي حَالٍ قَبِيحَةٍ
مَنْسُوبٌ إِلَي ٱلشَّرِّ وَذٰلِكَ أَنَّكَ تَقُولُ أَنَّ ٱلْمَوْتَ عَلَي
حَالٍ جَمِيلَةٍ غَيْرُ ٱلْمَوْتِ عَلَي حَالٍ قَبِيحَةٍ ∴ قَالَ قَابُسُ
ٱلْأَمْرُ كَذٰلِكَ ∗ قَالَ إِبْرَقْلِيسُ أَوَلَيْسَ يَجْرِي
ٱلْأَمْرُ هٰذَا ٱلْمَجْرَي مِنْ حَالِ ٱلْحَيَاةِ فِي ٱلصِّحَّةِ
وَٱلْمَرَضِ فَإِنَّ كَثِيرًا مَا يَعْرِضُ أَنْ يَكُونَ ٱلْإِنْسَانُ
صَحِيحًا وَهُوَ فِي شِدَّةٍ إِذَا كَانَ مِزَاجُ ٱلْهَوَاءِ رَدِيًّا
وَيَكُونُ مَرِيضًا وَهُوَ فِي رَخَاءٍ ∗ قَالَ قَابُسُ حَقًّا
قُلْتَ ∗ قَالَ إِبْرَقْلِيسُ فَلْنَبْحَثِ ٱلْآنَ عَنِ ٱلْيَسَارِ
وَلْنَنْظُرْ فِيهِ عَلَي هٰذَا ٱلْوَجْهِ أَلَا تَرَي كَثِيرًا مِمَّنْ
هُوَ مُوسِرٌ إِلَّا أَنَّهُ فِي شَقَاءٍ مِنْ عَيْشِهِ وَمَكْرُوهٍ ∴
قَالَ قَابُسُ بِٱللّٰهِ يَمِينًا بَرَّةً أَنِّي لَا أَزَالُ أَرَي كَثِيرًا
بِهٰذِهِ ٱلصِّفَةِ ∗ قَالَ إِبْرَقْلِيسُ فَلَمْ يَنْفَعْ هٰؤُلَاءِ يَسَارُهُمْ
فِي

iniucunditate affectus, num conveniat eum mori conditione pulcrâ, quæ reſpondeat fortitudini? Ego quidem, reſpondi, tale quid eligerem. Secundum rationem igitur hujus ſermonis, inquit; ecce, non eſt mors mala: Sed mors, quæ turpis eſt conditionis, refertur ad malum. Et iſtud, quia ais eſſe mortem conditionis pulcræ præter mortem conditionis turpis. Res ita ſe habet, inquam. Annon, inquit, procedit res ad hunc modum in ſtatu vitæ circa Sanitatem & Ægritudinem? Etenim frequenter id accidit aliquem eſſe ſanum & ſimul quoque difficultate laborare, ſi fuerit temperies aëris mala: Eſſe etiam ægrotum, & ſimul quoque lætè vivere. Verum, inquam, dixiſti. Age igitur, inquit, perſcrutemur nunc Opulentiam & conſideremus eam ad hunc modum. Annon vides multos eorum qui divites ſunt, niſi quod infeliciter vivant atque injucundè? Per Deum, inquam, jurando ſanctè! non equidem deſino videre hujuſmodi multos. Itaque minimè, inquit, prodeſt his opulentia ſua, ut

ζῶσι καλῶς κακὸν δὴ ὑπῆρχεν, ἐπεὶ τὸ ζῆν αὐτοῖς ὑπῆρχεν, ὅπερ ἐστὶ κακόν· ἀληθῆ μοι δοκεῖς λέγειν. ἐπεὶ τοίνυν ἀμφοτέροις συμβαίνει τὸ ζῆν, καὶ τοῖς κακῶς ζῶσι, καὶ τοῖς καλῶς, οὐκ ἂν εἴη οὔτε ἀγαθὸν εἶναι τὸ ζῆν, οὔτε κακόν. ὥσπερ οὐδὲ τὸ τέμνειν, καὶ καίειν, ἐν τοῖς ἀῤῥωστοῦσίν ἐστι νοσερὸν καὶ ὑγιεινόν. οὐκοῦν οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ ζῆν ἐστί ταῦτα. σὺ τοίνυν οὕτω θεώρησον, πότερον ἂν βούλοιο ζῆν κακῶς, ἢ ἀποθανεῖν καλῶς καὶ ἀνδρείως; ἀποθανεῖν ἔγωγε καλῶς· οὐκοῦν οὐδὲ τὸ ἀποθανεῖν κακόν ἐστιν, εἴπερ αἱρετώτερόν ἐστι πολλάκις τὸ ἀποθανεῖν τοῦ ζῆν; ἐστὶ ταῦτα. οὐκοῦν ὁ αὐτὸς λόγος καὶ περὶ τοῦ ὑγιαίνειν, καὶ νοσεῖν. πολλάκις γὰρ οὐ συμφέρει ὑγιαίνειν, ἀλλὰ τοὐναντίον, ὅταν ἡ περίστασις τοιαύτη. ἀληθῆ λέγεις. ἄγε δὴ, σκεψώμεθα καὶ περὶ τοῦ πλουτεῖν οὕτως, εἴγε θεωρεῖν ἐστιν ὡς πολλάκις ἐστὶν ἰδεῖν ὑπάρχοντά τινι πλοῦτον, κακῶς δὲ ζῶντα τοῦτον καὶ ἀθλίως. νὴ Δία πολ-

فِي أَنْ تَكُونَ عِيشَتُهُمْ مَحْمُودَةً * قَالَ قَابُسُ مَا
نَرَاهُ نَفَعَهُمْ * قَالَ إِيرَقْلِيسُ إِنْ يَكُونُوا إِذًا ذَوِي
فَضْلٍ لَيْسَ إِنَّمَا يَعْتَدُّونَهُ مِنَ ٱلْيَسَارِ بَلْ مِنَ ٱلْأَدَبِ *
قَالَ قَابُسُ ذَلِكَ وَاجِبٌ عَنْ هَذَا ٱلْقَوْلِ ، قَالَ
إِيرَقْلِيسُ فَلَيْسَ ٱلْيَسَارُ إِذًا خَيْرًا مَا لَمْ يَنْفَعْ مَنْ
كَانَ لَهُ فِي أَنْ يَصِيرَ فَاضِلًا وَتَكُونَ عِيشَتُهُ مَحْمُودَةً ،
قَالَ قَابُسُ أَنَّا لَنَرَى ذَلِكَ ، قَالَ إِيرَقْلِيسُ فَبَعْضُ
ٱلنَّاسِ لَيْسَ يَنْتَفِعُونَ لَا بِٱلْيَسَارِ وَلَا بِٱلصِّحَّةِ مَتَي لَمْ
يَكُونُوا يَعْلَمُونَ ٱلصَّوَابَ فِي ٱسْتِعْمَالِ ٱلصِّحَّةِ وَٱلْيَسَارِ *
قَالَ قَابُسُ هَكَذَا يَتَبَيَّنُ ، قَالَ إِيرَقْلِيسُ وَكَيْفَ
يُسَمِّي ٱلْإِنْسَانُ خَيْرًا مَا لَيْسَ بِنَافِعٍ لِكُلِّ أَحَدٍ *
قَالَ قَابُسُ مَا يَنْبَغِي أَنْ يُسَمَّي خَيْرًا أَصْلًا * قَالَ
إِيرَقْلِيسُ لَكِنْ إِنِ ٱسْتَعْمَلَ ٱلْإِنْسَانُ ٱلصِّحَّةَ وَٱلْيَسَارَ
عَلَي مَا يَنْبَغِي وَيَجِبُ وَيُسْتَحَقُّ كَانَ مَحْمُودًا وَكَانَتْ
عِيشَتُهُ مَرْضِيَّةً وَإِنِ ٱسْتَعْمَلَهَا عَلَي خِلَافِ ذَلِكَ كَانَتْ
عِيشَتُهُ رَدِيَّةً ، قَالَ قَابُسُ مَا أَصَحَّ قَوْلَكَ * قَالَ
إِيرَقْلِيسُ

evadat vita eorum laudabilis. Non videmus, inquàm ego, id eis profuiſſe. Si fiant, ecce! inquit, præditi virtute, non eſt quia acceptum id ferunt ab Opulentiâ; verùm à Diſciplinâ. Iſtud, reſpondi, conſentaneum eſt huic ſermoni. Non eſt igitur, ecce! inquit, Opulentia Bonum aliquod, cum non profit illi qui eâ fruitur, ut evadat virtute præſtans, utque vita illius ſit laudabilis. Utique id videmus, inquam. Quidam igitur homines, inquit, nullam utilitatem percipiunt, ſive ex Opulentiâ, ſive ex bonâ Valetudine, quando neſciunt rectam rationem in uſu Sanitatis & Divitiarum. Sic apparet, inquam. Et quomodo, quærebat, appellet quis Bonum, quod non prodeſt unicuique? Haud quaquam, reſpondebam, id oportet appellari Bonum. Verùm, inquit, ſi aliquis uſus fuerit Sanitate & Opulentiâ, prout oportet, convenit, atque dignum eſt, is laudabilis, ejuſque vita jucunda erit. Sin uſus iis fuerit ratione ab illis diversâ, vita ejus mala erit. Quàm rectus eſt ſermo tuus, inquam!

λῶς γε. οὐκοῦν οὐδὲ τούτοις ὁ πλοῦτος βοηθεῖ εἰς τὸ ζῆν καλῶς. οὐ φαίνεται. αὐτοὶ γὰρ φαῦλοί εἰσιν. οὐκοῦν τὸ σπουδαίους εἶναι, οὐχ ὁ πλοῦτος ποιεῖ, ἀλλὰ ἡ Παιδεία. εἰκός γε. ἐκ τούτου ἄρα τοῦ λόγου πῶς ὁ πλοῦτος ἀγαθόν ἐστιν, εἴπερ οὐ βοηθεῖ τοῖς ἔχουσιν αὐτὸν, εἰς τὸ βελτίους εἶναι; φαίνεται. οὕτως οὐδὲ συμφέρει ἄρα ἐνίοις πλουτεῖν, ὅταν μὴ ἐπίστανται τῷ πλούτῳ χρῆσθαι. δοκεῖ μοι. πῶς οὖν τοῦτο ἄν τις κρινεῖ ἀγαθὸν εἶναι, ὃ πολλάκις οὐ συμφέρει ὑπάρχειν; οὐδαμῶς. οὐκοῦν εἰ μέν τις ἐπίσταται πλούτῳ χρῆσθαι καλῶς καὶ ἐμπείρως, εὖ βιώσεται· εἰ δὲ μὴ, κακῶς; ἀληθέστατά μοι δοκεῖς τοῦτο λέγειν. καὶ τὸ σύνολον δὲ, τὸ τιμᾷν ταῦτα ὡς ἀγαθὰ ὄντα, ἢ ἀτιμάζειν ὡς κακὰ, τοῦτό ἐστι τὸ ταράττον τοὺς ἀνθρώπους καὶ βλάπτον, ὅταν τιμῶσί τε αὐτὰ, καὶ οἴονται διὰ τούτων μόνων

إيرقليس وبالجملة تفصيل هذه الأمور كلها على أنها خيرات أو رفضها على أنها شرور غير صواب لأنها قد تنفع الناس وقد تضرهم وذلك أن الإنسان اذا اعتقد أنها فاضلة وأن الناس بها يصيرون سعداء صبروا في جنبها على فعل كل شيء فتجاوزوا الى كل ما لا يحل والى ارتكاب الأمور القبيحة ويستصغر في جنبها ما يناله من المكروه ويستعظم ما يفيد منها فيتخطى بذلك الى الجور والظلم فاذا اعتقد أن ما يلحق من هذه الأمور عظيم وما يناله فيه من الخير يسير حقير أحجم عن التسرع الى الظلم وانما يلحق أوليك ما يلحقهم من ذلك لجهلهم وقلة معرفتهم بأن الشر لا ينتج خيرا والخير لا ينتج شرا فان المال قد يستفاد كثيرا من أفعال ردية قبيحة مثل الكذب والختل والسرقة وسلب المساجد والسقايات وكثيرا من أمثال ذلك التي هي في أنفسها ردية فان كان الخير لا يكون من الشر أصلا

Summatim, inquit, magni has res omnes facere, tanquam Bona, aut ſpernere eas, tanquam Mala, præter rectam rationem eſt. Nam aliquando eæ proſunt hominibus, & aliquando nocent illis. Et iſtud quia, ubi perſuaſi fuerint res eſſe præſtantes, perque eas homines fieri beatos, perſeverant juxta cum iis agere omnia, & itâ tranſeunt ad omnia illicita, adque perpetrandum res turpes. Parvi etiam, dum illæ comitantur, faciunt ea quæ contingere eis pôſſunt injucunda, iterumque magni æſtimant quæ capiunt commoda ab illis, & âb æquitate deflectunt ſic ad Tyrannidem ac iniquitatem. Ubi autem perſuaſi fuerint id, quod conſequitur ex hiſce rebus, magnum quid eſſe, &, quod aſſequuntur in iis bonum, exiguum eſſe atque vile, omittunt feſtinare ad iniquitatem. Quippè cùm eveniat eis, quicquid eſt iſtarũ rerũ, ob ignôrantiam & paucitatem notitiæ ipſorum, quòd ſcil. Malum minimè producat Bonum aliquod, neq; Bonum producat Malum aliquod. Etenim divitiæ comparantur ut plurimum ex operibus malis atq; turpibus, qualia ſunt, Mendacium, Fraus, Furtũ, Spoliatio tẽplorum & aquariorum, & plerumq; ex iſtius modi quæ in ſe ſunt mala. Et quidem ſi Bonum nequaquam ex malo ſit, non

εὐδαιμονεῖν, καὶ πάνθ' ἐσπουδασμένως πράττουσιν ἕνεκα τούτων, καὶ τὰ ἀσεβέστατα δοκοῦντα εἶναι. ταῦτα δὲ πάσχουσι διὰ τὴν τοῦ ἀγαθοῦ ἄγνοιαν,

Reliqua Græcè non reperiuntur.

أَصْلاً فَلَيْسَ يَنْبَغِي أَنْ نَقُولَ فِي ٱلثَّرْوَةِ ٱلَّتِي تَكُونُ
مِنَ ٱلشَّرِّ أَنَّهَا خَيْرٌ * قَالَ قَابُسُ هٰذَا لَازِمٌ
وَاجِبٌ مِنْ هٰذَا ٱلْقَوْلِ * قَالَ إِيرَقْلِيسُ لٰكِنَّ
ٱلْعَقْلَ وَٱلْفَهْمَ لَيْسَا يَحْصُلَانِ لَنَا مِنْ أُمُورٍ رَدِيَّةٍ
وَلَا نَصِيرُ أَشْرَارًا ظَلَمَةً مِنْ أُمُورٍ مَحْمُودَةٍ وَلَيْسَ مِنْ
شَأْنِ تِلْكَ أَنْ تَكُونَ عَنْ هٰذِهِ وَلَا هٰذِهِ أَنْ
تَكُونَ عَنْ تِلْكَ فَإِنَّ ٱلْيَسَارَ وَبُعْدَ ٱلصَّوْتِ وَٱلظَّفَرَ
وَسَائِرَ مَا يَجْرِي هٰذَا ٱلْمَجْرَى لَيْسَ مَانِعٌ
يَمْنَعُ مِنْ أَنْ يَكُونَ لِقَوْمٍ أَشْرَارٍ ظَلَمَةٍ فَيَجِبُ مِنْ
ذٰلِكَ أَنْ تَكُونَ هٰذِهِ وَأَشْبَاهُهَا لَا خَيْرًا وَلَا شَرًّا *
فَأَمَّا ٱلْفَهْمُ وَٱلْعَقْلُ فَهُمَا خَيْرٌ فَقَطْ وَٱلْجَهْلُ شَرٌّ فَقَطْ *
قَالَ قَابُسُ قَدْ أَتَيْتَ فِيمَا أَحْسَبُ عَلَى هٰذَا ٱلْمَعْنَى
وَٱكْتَفَيْتُ بِهِ وَزَالَ عَنَّا ٱلشَّكُّ فِي أَنَّ هٰذِهِ ٱلْأُمُورَ
تَكُونُ مِنْ أَفْعَالٍ رَدِيَّةٍ * قَالَ إِيرَقْلِيسُ
إِنَّ ذٰلِكَ لَيَكُونُ كَثِيرًا وَلِذٰلِكَ قُلْنَا أَنَّهَا
لَيْسَتْ خَيْرًا وَلَا شَرًّا وَذٰلِكَ أَنَّهَا لَوْ كَانَتْ

إِنَّمَا

non oportet te dicere de opum ubertate, quæ à malo eſt, quod ſit Bonum aliquod. Tunc ego, hoc, inquam, conſequens & neceſſarium eſt ex hoc ſermone. Verùm, inquit porrò ille, Iuſtitia & Sapientia non contingunt nobis ex rebus malis, neque reddimur mali aut iniqui à rebus laudabilibus. Neque talis eſt indoles illarum, ut exiſtant ex his, neque harum, ut exiſtant ex illis. Etenim Opulentiam, Extenſionem famæ, Victoriam & hujuſmodi reliqua nihil impedit, quin adſint hominibus malis & iniquis. Itâque hinc conſtituitur, hæc & hiſce ſimilia eſſe neque Bona, neque Mala. Intelligentia autem atque Sapientia ſunt Bona tantummodò, & Ignorantia Malum eſt tantummodò. Iam perveniſti, quantum judico, inquam, ad hanc ſententiam, idque ſufficit, diſceſſit etiam à nobis dubitatio de eo, quòd hæ res ſint ab actionibus pravis. Utique iſtud multum eſt, inquit: ideoquè diximus eſſe ea neque Bona, neque Mala. Et iſtud quia ſi evenirent ea ex ſolis actionibus

إِنَّمَا تَحْصُلُ مِنَ ٱلْأَفْعَالِ ٱلرَّدِيَّةِ وَحْدَهَا
لَكَانَتْ شَرًّا فَقَطْ لَكِنَّهَا تَحْدُثُ مِنَ ٱلصِّنْفَيْنِ
جَمِيعًا وَلِذَلِكَ قُلْنَا أَنَّهَا لَا خَيْرٌ وَلَا شَرٌّ
كَمَا أَنَّ ٱلنَّوْمَ وَٱلْيَقْظَةَ لَا خَيْرٌ وَلَا شَرٌّ وَكَذَلِكَ
ظَنِّي ٱلْمَشْيُ وَٱلْجُلُوسُ وَسَايِرُ مَا يَعْرِضُ
مِنَ ٱلْأُمُورِ لِكُلِّ وَاحِدٍ مِمَّنْ هُوَ عَاقِلٌ
وَجَاهِلٌ فَأَمَّا مَا يَخُصُّ وَاحِدًا وَاحِدًا مِنْهُمَا
فَأَحَدُهُمَا خَيْرٌ وَٱلْآخَرُ شَرٌّ مِثْلَ ٱلْجَوْرِ
وَٱلْعَدْلِ وَهُمَا أَمْرَانِ يَعْرِضَانِ لِوَاحِدٍ وَاحِدٍ وَذَلِكَ
أَنَّ ٱلْعَدْلَ لَازِمٌ لِذَوِي ٱلْعَقْلِ وَٱلْجَوْرُ لَاحِقٌ
بِٱلْجُهَّالِ لِأَنَّهُ لَا يُمْكِنُ كَمَا قُلْنَا قَبْلُ أَنْ
يَعْرِضَ لِوَاحِدٍ بِعَيْنِهِ فِي حَالٍ وَاحِدَةٍ بِعَيْنِهَا أَمْرَانِ
يَجْرِيَانِ هَذَا ٱلْمَجْرَى مِثْلَ أَنْ يَكُونَ
ٱلْإِنْسَانُ ٱلْوَاحِدُ بِعَيْنِهِ فِي حَالٍ وَاحِدَةٍ نَايِمًا
يَقْظَانَ وَأَنْ يَكُونَ عَاقِلًا جَاهِلًا مَعًا أَوْ غَيْرَ
ذَلِكَ مِمَّا هُوَ فِي قِيَاسِهِ * قَالَ قَابُسُ
أَظُنُّكَ

pravis, eſſent Mala tantummodò: Sed accidunt ab utroque genere omnia, ideòque diximus ea neque Bona eſſe, neque Mala, ſicuti Somnus & Vigilia neque Bona ſunt, neque Mala. Et ſimiliter, meâ quidem ſententiâ, deambulatio & ſeſſio, & reliquæ res quæ accidunt unicuique eorum qui intelligentes ſunt aut ignorantes. Quæ autem propria ſunt alterutri, eorum alterum Bonum, alterum Malum eſt, ſicut Tyrannis & Iuſtitia, quæ duæ res accidunt uni aut alteri, idque quia Iuſtitia perpetuò adhæret intelligentiâ præditis, & Tyrannis conſequitur Ignorantes; quandoquidem impoſſibile eſt, ut antea diximus, accidere uni eidemque, uno eodemque temporis momento, res duas ad iſtum modum ſe habentes, itâ ut homo unus idemque eodem temporis momento ſit dormiens & vigilans, utque ſit ſapiens & ignarus ſimul, aut aliud quid eorum quæ iſtâ ratione conſtant. Puto te, inquam, quod æquum eſt, aſ-

أَظُنُّكَ قَدْ أَصَبْتَ فِي كُلِّ مَا قُلْتَهُ ٭ قَالَ إِيرَقْلِيسُ
فَهٰذِهِ كُلُّهَا أَنَا أَقُولُ أَنَّهَا ذَاتِي مِنْ ذٰلِكَ ٱلْمَبْدَإِ
ٱلْإِلَاهِيِّ ٭ قَالَ قَابُسُ فَقُلْتُ لَهُ كَأَنَّكَ تَعْنِي مَاذَا ٭
قَالَ إِيرَقْلِيسُ ٱلْحَيَاةُ وَٱلْمَوْتُ وَٱلصِّحَّةُ وَٱلسَّقَمُ وَٱلْغِنَي
وَٱلْفَقْرُ وَسَايِرُ مَا قُلْتَ أَنَّهُ خَيْرٌ وَشَرٌّ يَعْرِضُ لِلْكَثِيرِ
مِنَ ٱلنَّاسِ مِنْ غَيْرِ شَرٍّ ٭ قَالَ قَابُسُ لَيْسَ يَظْهَرُ
لَنَا إِلَّا أَنَّ هَذَا وَاجِبٌ مِنْ هَذَا ٱلْقَوْلِ وَأَنَّ هَذِهِ
لَيْسَتْ خَيْرًا وَلَا شَرًّا عَلَي أَنِّي غَيْرُ وَاثِقٍ بِرَايِي فِي
ذَلِكَ ٭ قَالَ إِيرَقْلِيسُ هَذَا لِأَنَّهُ لَمْ تَصِرْ لَكَ بَعْدُ
سَجِيَّةٌ تَتَصَوَّرُ بِهَا هَذَا ٱلْمَعْنَي فَٱفْعَلُوا مَا أَشَرْتُ
بِهِ عَلَيْكُمْ قُبَيْلُ مِنَ ٱلْإِرْتِيَاضِ فِي هَذِهِ ٱلْأُمُورِ عُمْرَكُمْ
كُلَّهُ لِيَتَمَكَّنَ مَا قُلْنَاهُ فِي أَنْفُسِكُمْ
وَيَصِيرَ لَكُمْ بِهِ سَجِيَّةٌ وَإِنْ شَكَكْتُمْ فِي
شَيٍّ مِنْهُ عُدْتُمْ إِلَيَّ لِأَشْرَحَ لَكُمْ مِنْ أَمْرِهِ مَا يَزُولُ
بِهِ ٱلشَّكُّ عَنْكُمْ ٭

تَمَّ

ſecutum jam eſſe in omnibus quæ dixiſti. Hæc autem omnia, inquit, ego dico procedere ab illo Principio Divjno. Sicuti innuis, inquam, quodnam id eſt? Vita & Mors, reſpondit, Sanitas & Ægritudo, Divitię & Paupertas, ac reliqua quæ dixiſti eſſe ſive Bona, ſive Mala, accidunt pleriſque hominibus à Non-Malo. Non apparet nobis, inquam, niſi neceſſarium hoc eſſe ex hoc ſermone, & hæc eſſe neque Bona, neque Mala, ita tamen ut haud firmus ſim judicio de iſtis. Hoc fit, inquit, quia haud abs te abeſt longè habilitas, quâ imaginaberis hanc ſententiam. Itaque peragite, quæ vobis paulo ante ſignificavi, exercitia in his rebus omni vitæ veſtræ curriculo, ut ea, quæ vobis diximus, infigantur animis veſtris, perque ea vobis accedat habitus. Si autem dubitaveritis de aliquo iſtorum, revertimini ad me, ut explicem vobis ea de re per quod dubitatio diſcedat à vobis.

تَمَّ تَفْسِيرُ إِيرَقْلِيسَ ٱلسُّقْرَاطِيِّ لِقَابُسَ ٱلْأَفْلَاطُونِيِّ ٱللُّغْزِ
ٱلَّذِي تَضَمَّنَتْهُ ٱلصُّورَةُ ٱلْمَوْجُودَةُ عَلَي بَابِ
ٱلْهَيْكَلِ ٱلْمَنْسُوبِ إِلَيْ زُحَلَ ❊

وَلِلّٰهِ ٱلْحَمْدُ كَثِيرًا ❊

Finiunt ea, per quæ explicavit Hercules Socraticus Cebeti Platonico Ænigma, quod in ſe continebat imago inventa in veſtibulo templi, quod Saturno dicatum erat.

DEO LAUS PLURIMA.

LECTORI.

SUpra in Prolegomenis monuimus, quæ hucuſque prodière, omnes hujus Tabulæ Græcas editiones unius duntaxat Exemplaris, ejuſque colophone egregio mutilati lectionem exhibere: Superesse autem Latinam Verſionem olim ſub initium renatæ Literaturæ factam ex Bibliothecæ Urbinatis cod. M.S.[to] qui ſolus cùm in aliis quibuſdam à vulgatâ lectione abiit, tùm præcipuè etiam additam in fine habuit particulam egregii colophonis, quem Arabs Paraphraſtes ſervavit nobis integrum. Eam igitur Verſionem hîc ſubjungere, viſum idcircò non modò fuit minimè ſuperfluum fore, ſed Lectoribus etiam gratum eò magis, quò mirabiliùs accidit, nullum è tanto Interpretum & Commentatorum numero mentionem ejus jure, meritoque facere hactenus quiviſſe. Autor ejus fuit Ludovicus Odaxius, magno illo literarum inſtauratori Ang. Politiano in multis ſuppar. Nam & diligentiâ laudabili renaſcentibus tunc Gr. literis obſtetricatus eſt, ſuorumque ſtudiorum Patronum quoque nactus eſt Federicum Urbini Ducem, meritis erga remp. literar. & Gr. M.S S.[torum] Bibliothecâ à ſe collectâ non minùs celebre, quàm qui Politiano obtigerat Laurentius Medicæus, Dux Hetturiæ. Ut hujus etiam filium Petrum Medicæum Politianus ſuâ diſciplinâ informandum habuit, ſic ſui quoque Patroni filium Odaxius. Verùm iſta, & quanti in vertendis Gr. Autoribus Odaxium Politianus fecerit, qui volet latiùs cognoſcere, adeat. l. 3. Epiſt. Politiani, cujus initio *ἀμοιβαὶ* aliquot amborum Epiſtolæ reperiuntur. Hanc autem Tab. Latinam, unâ cum Cenſorino de die Natali, Epict. Enchiridio, aliiſq; Plutarchi, Luciani ac Baſilii Tractatulis è Gr. tranſlatis in Fol. A. C. 1497. Bononiæ edidit Philippus Beroaldus, qui in præfat. ſuâ Odaxii meminit hiſce verbis: *Secundo loco eſt Tab. Cebetis, quâ nihil abſolutius: quâ humana vita decipula graphicè & condecorè depinguntur: quam latinitate donavit luculentus interpres, mihique amiciſſimus, de quo illud dici meritiſſimo poteſt.*

Cecropiæ commune decus, Latiaque Minerva.

Typographo verò deſcribendam dedi, ut primò edita fuit. Errores tantùm Typographicos, qui irrepſerant, & commiſſa, quæ ævi illius negligentiâ minus rectè erant appoſita, correxi. Alio autem charactere impreſſa in fine videbis ea, quæ Arabi noſtro fidem facere ac cum ejus Paraphraſi, loco Græci textus, conferri poterunt.

CEBE-

CEBETIS THEBANI

TABULA

E Græco in Latinum converſa

Per

LUDOVICUM ODAXIUM PATAVINUM.

CAſu evenerat, ut in Saturni ſacello deambularemus; Vbi cùm pleraſque alias oblationes: tùm Tabulam quandam pro templo poſitam intuebamur, in quâ pictura quędam erat peregrina, & quę peculiares fabulas contineret, quas coniicere non poteramus, quanam & quales eſſent. Neque enim civitas, neque vallum pictura illa nobis eſſe videbatur. Cęterum muri ambitus erat qui duos alios ambitus amplectebatur: alterum maiorem, minorem alterum. Porta etiam erat in primo ambitu, ubi nobis turba ingens inſiſtere videbatur. Intra verò ambitum multitudo quędam mulierum viſebatur. Primi autem veſtibuli & ambitus ingreſſum Senex quidam occupabat, qui turbę ingredienti quaſi imperare aliquid videbatur. Cuius fabulę rationem nobis invicem addubitantibus, quidam natu grandior aſſiſtens, nequaquam, inquit, hoſpites abſurde facitis, qui de picturâ hac addubitetis. Non multi enim indigenę, quid huius fabulę ratio valeat, intelligunt. Quippe quam non civis, ſed peregrinus quidam dedicarit, qui huc iampridem advenerat: vir & magna prudentia & ſapientia prędit⁹: qui cùm ſermone, tùm opere quandam Pythagorę aut Parmenidis vitam fuerat ęmulatus. Is utique ſacellum & picturam hanc Saturno conſecravit. Vtrum igitur, inquam ego, noſti etiam virum ipſum, quem vidiſti? Immò, inquit, eum multo tempore ſum admiratus: ſiquidem adoleſcens adhuc, & complura ſtudioſe diſputabat, & ego huiuſce fabulę rationem ex eo diſſerente ſępius audieram. Per Iovem, inquam ego, niſi quępiam maior occupatio te detinet, expone nobis. Audire enim magnopere concupiſcimus, quidnam hoc fabulę ſit. Perlibenter ô hoſpites, inquit. Atqui hoc prius admonendi eſtis: periculi quippiam ineſſe huic expoſitioni. Quodnam, inquam ego? Quoniam, inquit, ſi, quę dicuntur, attendetis, intelligetiſque, prudentes atque fœlices evadetis: Si minus; inſipientiam, infortunium, calamitatem, atque ignorantiam conſecuti male vitam degetis. Hęc enim expoſitio Sphingis ęnigmati, quod illa hominibus prędonebat, perſimilis eſt. Nam quicunque ipſum intellexerat, ſalutem; qui non intellexerat, exitium conſequebatur. Eadem eſt huius enarrationis conditio. Sphinx eſt enim hominibus ipſa inſipientia. Hęc autem prędonit, quid bonum, quid malum; quid neque bonum, neque malum in vita ſit. Quę ſi quis minus intellexerit, ab ea interimitur: neque id ſemel, ſicut is qui depaſtus à Sphinge moriebatur. Sed per omnem vitam paulatim abſumitur: quemadmodum hi qui perpetuis ſuppliciis addicti ſunt. Contra vero, ſi quis agnoverit:

noverit: occiſâ demum inſipientiâ ſalutem ipſe conſequitur, & beatus fœlixque per omnem vitam evadit. Quamobrem vos attendite, ac diligenter audite. O Hercules, quam magnum nos in deſiderium conieciſti! ſi hac ita ſe habent. Atqui ita ſe habent, inquit. Nequaquam igitur nos oratio tua praveniet, ſi quidem nobis attentè auditurus non abs re precium huiuſmodi proponitur. Sumptâ itaque virgâ quadam & ad picturam ductâ, videtis ne, inquit, ambitum hunc? Videmus. Hoc imprimis animadvertere vos oportet: locum, ſcilicet, iſtum vitam vocari. Turba porrò illa ingens, qua portà inſiſtit; hi ſunt omnes in vitam aliquando ingreſſuri. Senex autem ille ſuperior, qui manu alterâ paginam quandam tenet, alterâ neſcio quid demonſtrat, Genius appellatur. Hic imperat introeuntibus, quid eos agere oporteat, ut ad vitam ingrediantur; & qualem viam perrecturi ſint, oſtendit, ut ſalutem in vita conſequantur. Qualem igitur eos iubet vitam carpere, aut quo pacto, inquam ego? Vides ne, inquit, iuxta portam ſolium quoddam eo loco conſtitutum, ubi turba ingreditur; in quo ſedet ſuavibus moribus & formoſâ indole mulier, qua poculum manu tenet? Video: ſed quanam hac eſt? Suadela, inquit, vocatur, qua mortales omnes ſeducit. Quid tum poſtea hac agit? Ingredientes ad vitam, quoad per eam fieri poteſt, bibere compellit. Qua nam verò hac eſt potio? Error, inquit, atque ignorantia. Quid tum poſteà? Vbi hanc ebibes unt, vitam ingrediuntur. Nunquid omnes eum errorem bibunt, necne? Omnes, inquit, bibunt: ſed plus alii, alii minus. Non vides praterea intra portam mulierum meretricum multitudinem quandam diverſos aſpectus multifarioſque praferentium? Video. Iſta igitur opiniones & concupiſcentia & voluptates vocantur, qua turbâ ingrediente ſtatim proſiliunt, & unumquemque amplectuntur, ac deinde abducunt. Et quonam eos abducunt? Alia, inquit, ut ſalvent: Alia, ut per deceptionem interimant. O, inquam, admirandus vir, quam acerbam ac triſtem potionem dicis! Atqui omnes, inquit, optima pollicentur: ſeque eos ad fœlicem atque conducibilem vitam eſſe perducturas. Illi verò per ignorantiam & errorem, quem ab ipſa ſuadelâ combiberunt, quanam vera via ſit, in vitâ non inveniunt: Sed inconſulto errant, ut videre licet ex his, qui prius ingredientes eò circumvagantur quo ipſa commonſtraverint. Video, inquam, hoc: ſed mulier illa quanam eſt, qua veluti caca atque inſana ſuper lapide quodam rotundo conſiſtere videtur? Fortuna, inquit, vocatur. Ea verò non ſolùm caca: ſed inſana etiam & ſurda eſt. Qua nam huius ſunt partes? Obambulat, inquit, quocunque gentium, & aliis quidem facultates eripit, aliis tradit. Ab eiſdémque rurſus aufert illico, qua tradiderat, atque aliis temere inſtabiliterque concedit. Quapropter ex eo argumento ipſius ingenium facile indicatur. Quale nam hoc eſt, inquam ego? Quoniam in rotundo lapide conſiſtit. Quid tunc ex re ſignificatur? Quod parum certa, atque inſtabilia ſunt illius munera. Calamitates enim magna ac difficiles oriuntur, ubi quis in eâ fidem collocarit. Turba verò hac ingens, qua eam circumſtat, quid ſibi vult, & quinam vocantur? Vocantur hi quidem inconſulti, quorum nemo non petit, qua proiiciat, ac dilapidet. Cur verò aſpectu haudquaquam ſimili ſunt, ſed eorum alii gaudere, alii ſublatis manibus triſtari videntur? Quicunque, inquit, eorum gaudere ac ridere videntur; Hi ſunt, qui à fortunâ quippiam acceperunt, à quibus etiam bona fortuna nuncupatur. Qui verò flere, ac manus protendere videntur; Hi ſunt, à quibus abſtulit, qua tradiderat antea.

A quibus fortuna mala nominatur. Et quænam ſunt, quæ illis elargitur, per quæ tantopere, cum accipiunt, lætantur: quum amittunt, lugent. Hæc, inquit, ea ſunt, quæ à pleriſque hominibus bona exiſtimantur. Et quænam ſunt ea? Divitiæ ſcilicet & gloria & nobilitas & liberi & tyrannides & regna, & alia quæcunque id genus. Hæc autem nunquid bona non ſunt? De his, inquit, aliàs diſputabimus. Nunc circa fabulæ narrationem verſemur. Ita, inquit, ſit. Vides igitur, ubi portam hanc præterieris, ambitum alterum ſuperiorem: mulieresque extra ambitum collocatas meretricio ornatu inſignes? Et valde inquam. Ex his hæc incontinentia, hæc luxuria, hæc avaritia, hæc aſſentatio nuncupatur. Quid hic potiſſimum aſtant? Eos, inquit, obſervant, qui à fortunâ quippiam acceperunt. Quid tum deinde? Exiliunt atq; amplexantur eos, & adulantur &, ut penes ſe maneant, obteſtantur; vitam iucundam, atque labore omni & incommodo vacuam illis affore promittentes. Si quis itaque perſuaſus earum blandiciis eò ſe contulerit: tantiſper illi ſuavis videtur ea converſatio, quoad hominem titillaverit, deliniveritque; poſtea ſecùs: Vbi enim reſipiſcere cæperit; tum demum ab ea ſe non tam oblectatum, quam abſumptum & contumeliis affectum intelligit. Quo fit, ut cum omnia prodegerit, quæ à fortuna fuerat conſecutus, tunc illis mulieribus inſervire atque inhoneſta omnia ſuſtinere, & turpia quæque ac pernitioſa illarum gratia cogatur admittere, veluti furtum, ſacrilegium, periurium, proditionem, deprædationem, & quæcunque his ſimilia. Vbi verò eo somnia defecerint, punitioni addicuntur. Et quænam hæc eſt? Vides-ne retro eas quandam veluti beſtiolam, locumque pariter anguſtum & tenebroſum, ubi etiam turpes ac ſordidæ pannoſæque mulieres verſari videntur? Et valde, inquam. Ex his igitur, inquit, quæ flagellum tenet, punitio nuncupatur: Quæ caput intra genua habet, triſtitia: Quæ verò capillos ſuos evellit, dolor. Hic alius verò qui deformitatem, macilentiam, & nuditatem præferens iuxta eas accubat; ac deinde ſimilis illi turpis macilenta quædam, quinam ſunt? Hunc ſanè, inquit, luctum appellant: illam verò ipſius ſororem, mœſtitiam. His itaque traditur, & eorum contubernio cruciatur. Poſt denuo in aliud infœlicitatis domicilium truditur, atque reliquam vitam in omni miſeria traducit; niſi fortè illi pœnitentia obviam prodierit. Quid tum poſtea contingit? Si pænitentia illi obviam fuerit, eripit eum ex infortuniis, & alteram illi opinionem alterumq; deſiderium imprimit, per quod ad verã diſciplinam perducitur;; & ad eam quæ falſa diſciplina nuncupatur. Quid tum poſtea? Si, inquit, eam opinionem ſuſceperit, quæ ad veram diſciplinam pervehat, ab ea mundatus, expiatuſq; ſalutem, beatitudinem, fœlicitatem in univerſa vita luceraturũ: Si ſecus, denuo à falſa illa; opinione ſeducitur. O Hercules, quàm magnum eſt hoc aliud diſcrimen! Hæc autem, inquam ego, falſa diſciplina quanã eſt? Vides ne alterum illum ambitũ? Video, inquam ego. Atq; extra ambitum in veſtibulo mulier quadã aſſiſtit, quæ munditiem conſtantiamq; non mediocrem prætendit. Apprime, inquam. Hanc igitur, inquit. plerique homines & vulgus vocant diſciplinam, cum falſa potius diſciplina ſit. Huc ſane prius applicant qui ſalvi fiunt, Vbi ad veram diſciplinam pervenire voluerint. Nunquid alius ad veram diſciplinam aditus non patet? Patet, inquit. Hi verò intra ambitum declinantes; quinam ſunt homines? Falſa, inquit, diſciplinæ ſunt amatores decepti, ſeque opinantes veræ diſciplinæ contubernio frui. Et quinam vocantur hi? Alii,

inquit

inquit, poeta, alii oratores, alii dialectici, alii muſici, alii arithmetici, alii geometræ, alii aſtrologi, alii voluptuarii, alii peripatetici, alii critici, & quicunque eiuſmodi ſunt. Illa autem mulieres quæ videntur circumcurrere prioribus illis ſimiles, in quibus incontinentiam & reliquas una eſſe affirmabas, quænam ſunt? Illa ipſa ſunt, inquit. Nunquid etiam huc ingrediuntur? Ita per Iovem, in his ſimulque etiam inſipientia: neque ab opinione ac reliquis malis evadent, priuſquam repudiata falſa diſciplina, veracem viam ingreſſi fuerint, & purgatoriam eorum virtutem admiſerint; & mala omnia, quibus involvuntur, & opiniones & ignorantiam, & reliquam omnem pravitatem ſequeſtraverint: tum demum ita ſalvi & incolumes erunt. Neque ullo unquam falſæ diſciplinæ commertio labefactari poterunt: neque horum ſtudiorum gratia mali quippiam adipiſcentur. Et quænam hæc eſt via, quæ ad veram diſciplinam ferat? Vides, inquit, locum illum ſuperiorem, ubi nullus inhabitat: Sed ſolitudo ingens eſſe videtur? Video. Præterea ianuam quandam puſillam, ante quam via quædam eſt, quæ non multum admodum frequentatur; quippe quam pauci admodum terunt, quod acclivis & aſpera & ſaxoſa videatur? Et valde, inquam. Collis præterea quidam excelſus apparet, ad eumque anguſtus admodum adſcenſus, & qui multa profunda hinc inde præcipitia offerat? Video. Hæc igitur, inquit, via eſt, quæ ad veram diſciplinam ducit: Aſpectu inprimis formidoloſa. Porro circa collis ſuperiorem partem, ſaxum ingens & præaltum, uſquequaque præruptum vides? Video, inquam. Vides præterea mulieres duas ſupra ſaxum conſtitutas, pulchritudine, atque habitudine corporis excellentes: ac manus per quàm alacriter protendentes? Video, ſed quænam, inquam, vocantur? Altera, inquit, continentia, altera conſtantia nuncupatur. Sunt autem germanæ. Cur nam igitur manus tam alacriter protendunt? Hortantur, inquit, eos qui ad id loci veniunt, ut bono animo atque intrepido ſint, admonentque paululum quippiam adhuc eſſe tolerandum: Se enim eos paulopoſt ad pulcherrimam viam perducturas. Vbi vero ad ſaxum pervenerint, quonam modo aſcendunt? nullam enim eo ferentem viam animadverto. Ipſæ à præcipitio illo deſcendunt, eoſque ſurſum ad ſe trahunt. Deinde recreari & quieſcere iubent, ac paulopoſt fortitudinem audaciamque contribuunt, eoſque ad veram diſciplinam deducere ſe profitentur, & viam oſtendunt, quàm ſit elegans, quàm plana, quàm pervia, quàm nullis malis obnoxia, ut vides. Ita per Iovem videtur. Videſne, inquit, ante illud nemus locum quendam qui pulchritudinem amœnitatemque pratorum præfert, multoque lumine illuſtratur? Et valde, inquam. Animadvertis igitur in prati meditullio ambitum alium, & portam aliam? Ita ſane: ſed quonam pacto locus hic nuncupatur? Fortunatorum, inquit, domicilium; hic enim virtutes omnes & fœlicitas ipſa verſatur. Eſto, inquam ego, eam eſſe loci pulchritudinem. Quin, inquit, aſpicis prope portam, quàm formoſa, & conſtanti facie mulier exiſtat: mediam indiſcretam iam ætatem; habitum verò & ornatum ſimplicem præſeferens? Eaque non in rotundo; ſed in quadrato lapide ſecura & munita conſiſtit. Duæ præterea aliæ, quas tanquam filias una ſecum habere videtur? Ita prorſus apparet. Harum igitur quæ medium locum tenet, diſciplina eſt; eam veritas & perſuaſio comitatur. Cur autem hæc quadrato lapidi potiſſimum inſiſtit? Ex eo, inquit, arguitur, quod ad eam pervenientes ſecuro & certo tramite proficiſcuntur, donationeſque traditas tuto ſuſcipiunt.

piunt. Et quanam illa ab ea dona dantur? Confidentia, inquit, atque animus imperterritus. Hæc verò alia quanam ſunt? Scientia, inquit, per quam grave nihil in vita perpeti unquam poſſe ſe intelligunt. Quàm præclara, inquam, Hercule munera! Sed quamobrem extra ambitum ita moratur? Vt, inquit, advenientes excipiat accurate, ac vim illam purgatoriam inſtillet, purgatoſque ac prorſus emendatos ita eos ad virtutes introducat. Quonam pacto, inquam ego? non enim intelligo. At intelliges, inquit. Quemadmodum ſi quis graviter ægrotans medicum accerſiverit, purgatoriis ſtatim medicamentis omnes ægritudinis cauſas eximere conatur. Atque ita demum à medico reparatus in ſanitatem reſtituitur. Qui ſi medici præceptis minus obtemperaverit, merito repudiatus ab ea ægritudine conficitur. Hæc intelligo, inquam ego. Eodem itaque pacto, ubi quis ad diſciplinam pervenerit, probe curatur, & virtute illius irroratur, ut quamprimum mala omnia expurget, eiiciatque quibus adveniens implicabatur. Quanam hæc? Ignorantiam, errorem, quem apud Suadelam ebiberat: Arrogantiam, concupiſcentiam, intemperantiam, furorem, avaritiam, & reliqua omnia, quibus in primo ambitu fuerat repletus. Vbi verò ſatis emundatus fuerit, quonam eum mittit? Intro, inquit, ad ſcientiam, aliaſque virtutes. Quaſnam & quales? Vides-ne intra portam cœtum mulierum, quàm bonæ indolis atque inſtitutionis videntur: quam inculto ac ſimplici habitu prædita, nihil in ſe aut fictum, aut accuratius ornatum more aliarum prætendentes? Video, inquam. Sed quanam hæ vocantur? Prima, inquit, ſcientia nuncupatur. Aliæ verè huius germanæ ſunt: Fortitudo, iuſtitia, probitas, temperantia, modeſtia, libertas, continentia, manſuetudo. Heus, inquam, optime ergo, quam magna in ſpe ſumus! Modo, inquit, intelligatis, & quæ auditis, ſtudioſe percipiatis. Atqui, inquam ego, accuratè ac diligenter attendemus. Salvi igitur, inquit, eritis. Vbi ergo eum ipſæ ſuſceperint; quonam adducunt? Ad matrem, inquit. Ea vero quanam eſt? Fœlicitas, inquit. Cuiuſmodi autem hæc eſt? Vides-ne viam illam ad ſublimem illum verticem ferentem, quem omnes ambitus veluti arcem ſuam amplectuntur. Video. Mulier præcellens in veſtibulo conſtituta ſuper ſolium excelſum ſedet cultu non tam curioſo quam liberali, corona florentiſſima eleganter admodum capiti impoſita. Ita prorſus videtur. Hæc igitur, inquit, eſt fœlicitas. Vbi igitur ad eam quiſpiam acceſſerit, quid rerum gerit? Ipſa, inquit, fœlicitas eum potentia ſua corona circumdat. Itidem reliquæ omnes virtutes; perinde ac maximorum certaminum victores coronari ſolent. Et quanam, inquam ego, certamina devicit? Maxima, inquit; & maxima etiam monſtra, quæ prius ipſum abſumebant, affligebant atque in ſervitutem redigebant. Omnia hæc devicit, ac longe à ſe ſequeſtravit, ſeque ipſum adeo ſuperavit, ut huic illa nunc ſerviant, quibus ipſe antea in ſervitutem redactus fuerat. Quanam hæc monſtra dicis? audire enim admodum cupio. Imprimis, inquit, ignorantiam & errorem. An tibi monſtra hæc eſſe non videntur? Tetra & laborioſa, inquàm ego. Deinde triſtitiam, luctum, & avariciam & incontinentiam, & reliquam omnem improbitatem. His omnibus non ut antea paret: ſed imperat. O præclara, inquam ego, facinora, & pulcherrimam victoriam! Illud autem mihi etiam expone; cuiuſmodi ſit eius potentia, qua eum coronari dixiſti? Beatifica, inquit, ô adoleſcens. Qui enim fuerit ea potentia coronatus; & fœlix & beatus evadit,

dit, neque alibi quam in ſe ipſo ſpem fœlicitatis reponit. Quam præclaram victoriam dicis! Cæterum coronatus quid agit, aut quo vadit? Suſcipientes eum virtutes ad id loci ducunt, unde primum advenerat, eique commonſtrant ſtudia improborum; quam male degant, & miſere vivant; quanta in vitâ naufragia patiantur; quantum aberrent; quam veluti hoſtium captivitatem perferant: Alii incontinentia, alii arrogantia, alii avaricia, alii inani gloria, alii aliis malis inſervientes, per quæ à calamitatibus, quibus irretiti ſunt, exolvere ſe nequeunt, ut ſalventur, & eo perveniant: Sed in omni vita perturbantur. Atque hoc perpetiuntur, quod huiuſmodi viam invenire non poſſunt. Mandatum enim à Genio ac numine ſuo traditum oblivioni mandaverunt. Recte, inquam, dicere mihi videris, tametſi hoc etiam inſuper ambigo, curnam ei virtutes locum illum commonſtrent, unde prius advenerat. Nihil certi noverat, neque ullam eorum, quæ ibi agerentur, ſcientiam tenebat; ſed ignorantiam atque errorem, quem ebiberat: ambiguus, quæ bona non erant, bona: quæ mala non fuerant, mala exiſtimabat. Quocirca male etiam vivebat, ſicut alii plerique ibi diverſantes. Nunc vero perceptâ utilium & conducibilium rerum ſcientiâ & ipſe optimam vitã traducit, & eos qui peſſime agunt, contẽplatur. Vbi igitur omnia fuerit contemplatus, quid agit, aut quo tendit? Quo, inquit, ei collibitũ fuerit. Vbiq; enim eum ſecuritas habet perinde ac antrum corytium poſſideret: & quocunq; pervenerit, ibi tutiſſimus rectam vivendi rationem aſſequitur: omnes enim eum tanquam ægroti medicum libenter & gratanter excipient. Numquid igitur illas mulieres, quæ monſtra abs te dicebantur, amplius non veretur, nequid ab eis detrimẽti patiatur? Nihil penitus: qui neq; dolore, neq; triſtitia, neq; intemperantia, neq; avaritia, neq; paupertate, neq; ullo alio incommodo vexetur. Omnibus enim imperat, ac præeſt, à quibus antea premebatur, eorum inſtar, qui à vipera morſi aliquando fuerint. Feræ enim quæ aliis omnibus pernitiem ac mortem afferunt, illis duntaxat innocuæ ſunt, quod eam vim veneno contrariam poſſident. Ita ne huic quidem quippiam nocet, quia virtutem vitiis ac malis oppoſitã velut Antipharmacum nactus eſt. Recte dicere mihi videris: ſed hæc etiam inſuper expone: quinam ſunt illi, qui illic à colle advenire videntur: quorum alii coronati lætitiam quandam præ ſe ferunt, alii incoronati deſperatione rerum tibias & capita lacerare videntur. Cum alioquin à quibuſdam mulieribus detineantur? Coronati ſunt, inquit, qui ſeſpites ad diſciplinam pervenerunt, eamque conſecuti ſummopere lætantur. Incoronati verò, alii deſperatione à diſciplina revertuntur male ac miſere degentes: Alii metu perculſi, ac perterriti atque ad conſtantiam refugientes rurſus errant, & per vias invias vagantur. Quæ verò mulieres eum ſequuntur, quænam ſunt? Triſtitia, inquit, & moleſtia, & anxietates & ignominia & ignorantia. Omnia igitur eos mala ſequuntur. Omnia, inquit, per Iovem ſubſequuntur. Vbi verò in primum ambitum ad veluptatem & incontinentiam pervenerint: nequaquam ſe ipſos accuſant, ſed & ſtatim diſciplinam & ſectatores illius maledictis inceſſunt. Adeò miſeri & calamitoſi & infœlices hi ſunt, qui ab earum contubernio defecerunt. Male enim vivunt, & nullis earum bonis perfruuntur. Et quæ etiam bona autumant? Luxuriam, & ut brevi complectar, intemperantiam. Convivari enim & pecudum more ſcortari maximorum bonorum fruitionem eſſe arbitrantur. Aliæ verò mulieres, quæ illinc cum riſu & hilaritate adveniunt, quænam vocan-

tur? Opiniones, inquit, eos ad diſciplinam ducentes, qui virtutes ingrediuntur. De via enim deflectunt aliquantiſper, ut alios adducant, admoneantque illos, eſſe fœlicitatem iam conſecutos, quos iampridem adduxerant. Vtrum igitur, inquam ego, ipſa intus ad virtutes ingrediuntur? Nequaquam, inquit. Opinioni enim ad ſcientiam introire non licet: Sed diſciplina duntaxat eos tradunt. Quibus à diſciplinâ ſuſceptis, ipſa poſthac denuo alios adductura revertuntur, earum inſtar navium, qua depoſitis oneribus denuo revertuntur, ut aliis mercibus impleantur. Hac ſane, inquam, mihi recté videris diſſeruiſſe. Illud autem nobis nondum patefeciſti, quidnam Genius vitam ingreſſuris imperet faciendum. Bono, inquit, & conſtanti animo eſſe: quapropter vos etiam confidite. Omnia enim ediſſertabo, nihilque pratermittam. Recte, inquam ego, loqueris. Protensâ itaque iterum manu, aſpicite, inquit, mulierem illam, qua caca eſſe, & rotundo lapide inſiſtere videtur; Quam pauloante nuncupari fortunam aſſerui. Aſpicimus. Huic, inquit, imperat non eſſe credendum, nec quicquam aut ſtabile aut ſecurum, aut proprium exiſtimandum, quod ab ea ſuſceperit. Nihil enim prohibet, quin omnia hac auferat, atque alteri tribuat. Quippe qua ſapius id agere conſueverit. Quapropter illius etiam munera parvi eſſe pendenda denunciat, neque gaudendum, ubi dederit; neque dolendum, ubi abſtulerit. Eamque poſtremo neque vituperandam, neque laudandam. Nihil enim cum ratione, ſed temere omnia facit ac fortuitò, ut antea vobis expoſui. Quocirca Genius ille imperat, ut nulla eius facinora demiremur, neve malos nũmularios imitemur. Illi enim ubi argentum ab hominibus acceperint, gaudent, & ſuum eſſe arbitrantur. Vbi verò repetitur, moleſte ferunt, & peſſime ſecum actum putant, neque meminerunt ea ſe conditione depoſitum ſuſcepiſſe, per quam liceret ei, qui depoſuerat, iterum recipere. Eandem itaque in illius muneribus habendam eſſe rationem Genius imperat: recordandumque eiuſmodi ingenium eſſe fortuna, ut, qua dedit, auferat, ſtatimque multiplicia rurſus accumulet. Aliquando autem non his modo, qua dederat; ſed his etiam, qua prius extabant, facultatibus ſpoliet. Quacumque igitur dederit, ſuſcipere iubet, atque ita ad ſtabilem ſecuramque munificentiam diverti. Qualem hanc, inquam ego? Quam à diſciplina ſuſcipient, ſi ſalutem ibi fuerint conſecuti. Hac ergo quanam eſt? Vera, inquit, ſcientia utilium rerum: ſecuraque & ſtabilis & immutabilis munificentia. Quocirca ſtatim ad hanc confugere iubet. Cum verò ad illas mulieres acceſſerint, quas antea dixi voluptatem & incontinentiam nuncupari, illinc quoque actutum eſſe diſcedendum imperat, ac ne his quidem fidem eſſe adhibendam, quoad ad falſam diſciplinam pervenerint. Ibi igitur aliquantiſper immorari, & quicquid libuerit, ab ea tanquam viaticum accipere iubet; ac demum poſtea illinc abſcedere, rectaque ad veram diſciplinam pervenire. Hoc illud eſt quod à Genio pracipitur. Cui ſi quis aut contrarius aut minus obediens fuerit, miſer miſerrime moritur. Iſtiusmodi ſane fabula eſt, qua in tabula continetur. Vobis autem nihil invideo, ſi quid ulterius interrogare ac perſcrutari vultis: ego vobis exponam. Recte dicis, inquam ego. Caterum quid eos capere à falſa diſciplina Genius imperat? Qua bona, & conducibilia eſſe videantur. Hac igitur quanam ſunt? Littera, inquit, atque alia mathematum ſtudia, qua à Platone traduntur veluti vim freni cuiuſpiam in coercendis adoleſcentibus obtinere, ut ne ad alia peiora diſtrahantur. Vtrum verò ea capere omni-

no ne-

non neceſſe eſt, ſi quis ad veram diſciplinam ſit perventurus, necne? Nihil, inquit, neceſſe eſt: ſed alioquin utilia ſunt, tametſi ad reddendos homines meliores nihil conſerunt. Nihil ergo affirmas hæc eſſe utilia ad meliores viros efficiendos? Licet enim profectò ſine his etiam meliores fieri: illa tamen etiam non inutilia ſunt. Quemadmodum enim, quæ aliquando prenunciantur, per interpretem coniicimus, cum alioquin non inutile ſit nos etiam ipſos, ſi quid percepimus, voce ac lingua diſertiore proſequi. Ita ſine his etiam ſtudiis fieri meliores nihil prohibebit. Nunquid hi, qui mathematici vocantur, ad meliores quam alii ſint homines efficiendos nihil excellunt? Et quonam pacto excellere poterunt, qui nihilominus quam alii in bonorum & malorum cognitione decepti etiam omnibus vitiis implicati videantur? Nihil enim prohibet eum qui literis eruditus ac diſciplinis omnibus fuerit inſtitutus, itidem ebrium, & intemperantem & avarum, & iniuſtum, & proditorem, ac poſtremo inſipientem eſſe. Multos profectò eiuſmodi videre licet. Quare fieri non poteſt, inquit, ut hi per has diſciplinas viri meliores evadant. Nequaquam apparet, ex hac ratione. Sed quænam eſt cauſa, inquam ego? Quia in ſecundo ambitu verſantur, tanquam veræ diſciplinæ appropinquantes. Et quid hoc, inquit, emolumenti affert? cum plerumque liceat animadvertere de primo ambitu in tertium, ab incontinentia & reliquis vitiis ad veracem diſciplinam pervenientes, qui hos mathematicos prætergrediuntur. Quare quonam modo proficiunt? niſi fortè prorſus indociles & durioris ingenii ſunt: Cur hoc inquam ego? Quoniam in primo ambitu hoc plus habent, quod quæ neſciunt, neſcire ſe non diſſimulant, In ſecundo vero illud certe neſciunt, quod ſcire ſe profitentur. Cuius ſententiæ quoad fuerint, ad veracem diſciplinam percipiendam nihil omnino promoveri neceſſe eſt. Illud præterea non ignoras, quod opiniones etiam de primo ambitu ad eos ſimiliter ingrediuntur. Quo fit, ut illis hi nihilo meliores exiſtant: niſi hos itidem penitentia ſubſequatur, ſibique perſuadeant, ſe non diſciplinam; ſed falſam diſciplinam attigiſſe, per quam decipiuntur, atque ita ſalvi eſſe non poſſunt. Quo circa vos etiam, inquit, hoſpites ita facite, & quæ dicuntur, quoad profeceritis, diligenter attendite. Quinimmo de his ipſis ſæpenumero conſiderandum eſt, & nihil intermittendum: ſed reliqua præter rem exiſtimanda, alioquin nulla eorum, quæ nunc auditis, utilitas erit. Ita faciemus. Illud autem explica, cur bona non ſint ea, quæ homines à fortuna percipiunt, ſicuti vita, ſanitas, divitiæ, gloria, liberi, victoria, & reliqua his ſimilia. Rurſuſque his oppoſita cur mala non ſint? Valde enim abſurdum & incredibile hoc nobis videtur. Age itaque, inquit, enitere ut quod ſentias de quibus interrogaris, reſpondeas. Atque hoc, inquam, ego faciam facile. Utrum igitur ſi male quiſpiam vivat, vivere illi bonum cenſes? Non bonum: ſed malum, inquam ego, mihi videtur. Quonam igitur pacto vivere bonum eſt, inquit: Si quidem hoc per ſe malum eſt? Quia male viventibus malum: bene autẽ, bonum eſſe mihi videtur. Ipſum igitur vivere & malum & bonum eſſe contendis? Ego, inquam. Abſit itaque ut tam abſurde loquaris. Neque enim fieri poteſt, ut idem malum pariter ac bonum ſit. Ita enim & utile & pernitioſum, & eligendum & fugiendum ſimul idem ſemper: quo quid abſurdius? Sed quonam pacto, ſi cui malè vivere contingat, eidem quoque malum contingat, ipſum vivere malum non eſt? Atque vivere & male vivere ſub eodem non cenſetur. Nunquid non ita tibi videtur? Profectò idem eſſe, ne mihi quidẽ videtur. Itaq; vivere non malum eſt: nã ſi malum

exiſteret,

exiſteret, malum utique viventibus eſſet: quia, quod per ſe malum eſt, ipſum vivere illis adeſſet. Vera mihi dicere videris. Queniam igitur & male & benè viventibus vivere ipſum contingit: neque bonum neque malum eſſe ipſum vivere confirmatur. Sicuti nec ſecare quidem atque urere in ægrotantibus morboſum aut ſalubre datur: nihilominus in ipſo etiam vivere comprobatur. Ita res eſt. Tu itaque ſic adverte: utrum male vivere, an potius honeſte ac generoſe mori cupias? Honeſte, inquam ego, potius mori. Quo circa ne mori quidem eſt malum, ſi quidem emori quam vivere plerumque eſt eligibilius. Ita ſe res habet. Eadem eſt ratio de ſanitate & infirmitate. Sæpius enim ſanum eſſe non confert: Verùm econtra, cum ita caſus tulerit. Vera dicis. Age verò de divitiis ita conſideremus: Siquidem pleroſque intueri ſæpenumero licet ampliſſimis divitiis affluentes, peſſime tamen ac miſerrime viventes. Pleroſque per Iovem. Quapropter ad bene vivendum nihil illis divitiæ proſunt. Non videtur. Improbi enim ſunt. Non divitiæ igitur, ſed diſciplina probos ac ſtudioſos efficit. Ita ſane comprobatum eſt. Vbi autem bona ſunt ipſa divitiæ, ſi ad meliores efficiendos poſſeſſores ſuos nihil adiuvant? Ita prorſus apparet. Quibuſdam ergo divitias habere non confert, ubi divitiis uti neſciunt. Mihi ita videtur. Quomodo igitur bonum eſſe id aliquis iudicabit, quod plerumque non poſſidere ſatius eſt? Nullatenus. Si quis igitur recte ac prudenter divitiis uti noverit, bene ac fæliciter vivet; Si ſecus, male atque infæliciter. Veriſſime dicere hoc mihi videris. Summa verò totius eſt rei, dum hæc aut tamquam bona expetuntur, aut tamquam mala deſpiciuntur: neque aliud eſt, quod æque hominibus aut perturbationem aut detrimentum afferat, quam cum honoribus afficiuntur, & in ſolis divitiis conſiſtere fælicitatem arbitrantur, conſequenterque nullum earum rerum gratiâ, quamvis impium & flagitioſum, facinus eſſe recuſandum. Hæc verò propter ipſam veri boni ignorantiam patiuntur. Illud enim ignorant, bonum ex malo fieri nequaquam. Multos autem videre licet in divitiarum poſſeſſionem ex peſſimis ac turpiſſimis facinoribus deveniſſe, veluti proditionibus, deprædationibus, homicidiis, calumniis, rapinis, aliiſque compluribus & pravis operibus. Ita res eſt. Si igitur ut par eſt, ex malo bonum nullum provenit; divitiæ verò ex malis facinoribus proveniunt: Divitias nequaquam bonum eſſe neceſſe eſt. Sic ex iſto ſermone contingit. Cæterum ne ſapientia quidem & iuſtitia ex malis operibus acquiri poteſt: neque itidem iniuſtitia & inſipientia ex bonis. Siquidem ipſa eadem ſimul conſiſtere non poſſunt. Divitias verò & gloriam & victorias, & reliqua id genus multa eum pravitate cuiquam contingere nihil prohibet. Quapropter hæc neque bona neque mala cenſeantur. Cæterum ſapientia duntaxat bonum: Inſipientia verò malum. Rectè, inquam, & ſufficienter mihi dicere videris.

Explicit tabula Cebetis Thebani.

PYTHAGORÆ
AVREORVM CARMINVM
Arabica paraphraſis,

CVM

LATINA VERSIONE.

Auctore

IOH. ELICHMANNO

M. D.

وَصَايَا ٱلذَّهَبِيَّةُ
لِفِيثَاغُورُسَ

قَالَ فِيثَاغُورُسَ

(١) أَوَّلُ مَا أُوصِيكَ بِهِ بَعْدَ تَقْوَى ٱللَّهِ عَزَّ وَجَلَّ تَبْجِيلُ ٱلَّذِينَ لَا يُحِلُّ بِهِمِ ٱلْمَوْتُ مِنَ ٱللَّهِ وَأَوْلِيَائِهِ وَإِكْرَامُهُمْ بِمَا تُوجِبُهُ ٱلشَّرِيعَةُ (٢) وَتَوَقِّي ٱلْيَمِينِ ثُمَّ أُوصِيكَ بِٱمْتِثَالِ ذَلِكَ فِي خِدْمَةِ ٱلْبَاصِرِينَ فِي مَذَاهِبِهِمْ (٣) وَأُوصِيكَ أَيْضًا بِتَبْجِيلِ عُمَّارِ ٱلْأَرْضِ بِفِعْلِ مَا تُوجِبُهُ ٱلشَّرِيعَةُ فِي إِكْرَامِهِمْ (٤) وَأُوصِيكَ بِإِكْرَامِ سَلَفِكَ وَأَقْرِبَائِكَ (٥) وَأُوصِيكَ أَنْ تَتَّخِذَ مِنْ سَائِرِ ٱلنَّاسِ أَفْضَلَهُمْ صَدِيقًا لِيَكُونَ صَدِيقًا فِي ٱلْفَضِيلَةِ (٦) وَأَنْ يَلِينَ لَهُ جَانِبُكَ فِي ٱلْفَعَالِ مَا أَدَّاهُ ذَلِكَ إِلَى ٱلْمَنْفَعَةِ (٧) وَلَا تَسْتَغْسِنْ

صَدِيقًا

Aurea Præcepta PYTHAGORÆ.

ΤΑ' ΦΕΡΟ'ΜΕΝΑ Ω'Σ ΠΥΘΑΓΟ'ΡΟΥ χρυσᾶ παραγγέλματα.

Dixit Pythagoras.

PRimum eorum, quæ tibi præcipio poſt Timorem Dei T. O. M. ut reverenter habeas eos, quibus non decreta eſt mors à Deo, quique ejus ſunt amici. Vt illis honorem exhibeas eum, quem approbat Religio, 2 utque abſtineas à juramento. Præcipio tibi deinde, ut idem ex debito præſtes colendo eos qui ingenio ſagaci ſunt in ſectis ſuis. 3 Et rurſum præcipio, ut venereris Genios Terræ, faciendo quod probat Religio in honore illis exhibendo. 4 Præcipio quoque tibi, ut honores Majores tuos, & propinquos tuos.

5 Vt accipias ex aliis hominibus præſtantiſſimum illorum in amicum, qui ſit amicus in virtutis præſtantiâ. 6 Et ut præbeas te ei facilem, præſtando humaniter quod promoveat eum ad emolumentum.

7 Neque depravatum cupias ei amicum, ob peccatum quod ad te venit,

Ἀθανάτους μὲν πρῶτα θεοὺς, νόμῳ ὡς διάκειται,

Τίμα, καὶ σέβε ὅρκον ἔπειθ' ἥρωας ἀγαυοὺς,

Τούς τε καταχθονίους σέβε δαίμονας, ἔννομα ῥέζων.

Τούς τε γονεῖς τίμα, τούς τ' ἄγχιστ' ἐκγεγαῶτας.

Τῶν δ' ἄλλων ἀρετῇ ποιοῦ φίλον, ὅστις ἄριστος.

Πραέσι δ' εἶκε λόγοις, ἔργοισί τ' ἐπωφελίμοισι.

Μηδ' ἔχθαιρε φίλον σὸν ἁμαρτάδος εἵνεκα μικρῆς.

صَدِيقًا لَهُ لِصِفَةٍ تَكُونُ مِنْكَ (٨) مَا أَمْكَنَكَ عَلَي أَنَّ
ٱلْإِمْكَانَ قَرِيبٌ مِنَ ٱلضَّرُورَةِ ❊ (٩) فَهٰذَا أَوَّلُ مَا يَنْبَغِي أَنْ
تَعْمَلَهُ ثُمَّ يَنْبَغِي أَنْ تَتَعَوَّدَ ضَبْطَ نَفْسِكَ عَنْ هٰذِهِ ٱلْأَشْيَاءِ كُلِّهَا
ٱلَّتِي أَنَا ذَاكِرُهَا ❊ (١٠) أَوَّلُهَا أَمْرُ بَطْنِكَ وَفَرْجِكَ وَٱلْغَضَبُ
وَٱلنَّوْمُ ❊ (١١) وَٱحْذَرْ أَنْ تَرْتَكِبَ قَبِيحًا فِي وَقْتٍ مِنَ ٱلْأَوْقَاتِ
لَا عَلَي خَلْوَةٍ وَلَا مَعَ غَيْرِكَ ❊ (١٢) وَلْيَكُنِ ٱسْتِحْيَاؤُكَ مِنْ
نَفْسِكَ أَكْثَرَ مِنِ ٱسْتِحْيَائِكَ مِنْ كُلِّ أَحَدٍ ❊ (١٣) ثُمَّ
يَنْبَغِي لَكَ أَنْ تُلْزِمَ نَفْسَكَ ٱلْإِنْصَافَ فِي كَلَامِكَ وَفَعَالِكَ ؞
(١٤) وَلَا تَحْمِلَنَّ نَفْسَكَ عَلَي ٱرْتِكَابِ أَمْرٍ مِنَ ٱلْأُمُورِ بِلَا تَمْيِيزٍ ؞
(١٥) بَلِ ٱعْلَمْ أَنَّ ٱلْمَوْتَ حَالٌّ بِجَمِيعِ ٱلنَّاسِ لَا مَحَالَةَ ❊ (١٦) وَأَمَّا
ٱلْمَالُ فَلْيَكُنْ قَصْدُكَ فِيهِ ٱكْتِسَابُهُ فِي حَالٍ وَإِتْلَافُهُ فِي
حَالٍ ❊ (١٧) وَمَا قَدْ يَنَالُ ٱلنَّاسَ مِنَ ٱلْأَسْبَابِ ٱلْمُؤْذِيَةِ
بِٱلْأَسْبَابِ ٱلسَّمَاوِيَّةِ (١٨) فَٱصْبِرْ عَلَي مَا يَنُوبُكَ مِنْهَا مِنْ
غَيْرِ أَنْ تَتَذَمَّرَ ❊ (١٩) بَلْ تَرُومُ مُدَارَاتَهَا بِقَدْرِ طَاقَتِكَ وَيَنْبَغِي
لَكَ

8 *Quoad ejus poſſibile tibi eſt. Poſſibilitas enim parùm abeſt à Neceſſitate.*

Ὄφρα δύνῃ· δύναμις γὰρ ἀνάγκης
ἐγγύθι ναίει·

9 *Et iſtud quidem primum eſt, quòd te oporteat agere. Deinde autem requiritur, ut aſſueſcas continere te ipſum ab his rebus omnibus, quas ſum memoraturus.*

Ταῦτα μὲν οὕτως ἴσθι· κρατεῖν δ' εἰθί-
ζεο τῶνδε,

10 *Primum ex iis, Negotium ventris tui & partium in te obſcænarum. Tum ira & ſomnus.* 11 *Et cave committas turpitudinem aliquando, neque in loco ſolitario, neque cum aliis.*

10 Γαστρὸς μὲν πρώτιστα, καὶ ὕπνου,
λαγνείης τε,
Καὶ θυμοῦ. πρήξεις δ' αἰσχρόν ποτε
μήτε μετ' ἄλλου,

12 *Sitque pudor tuus ob temetipſum major, quam pudor, quem habeas ob quemvis alium.*

Μήτ' ἰδίῃ. πάντων δὲ μάλιστ' αἰσχύ-
νεο σαυτόν.

13 *Neceſſe deinde eſt, ut teipſum ſtudioſum reddas æquitatis in ſermone tuo, & in beneficentia tua.*

Εἶτα δικαιοσύνην ἀσκεῖν ἔργῳ τε
λόγῳ τε.

14 *Neque concites teipſum ad patrandum facinus aliquod ſine diſcretione.*

Μηδ' ἀλογίστως σαυτὸν ἔχειν περὶ
μηδὲν ἔθιζε.

15 *Verùm noris, quod mori decretum eſt omnibus hominibus, haud ambiguè.*

15 Ἀλλὰ γνῶθι μὲν ὡς θανέειν πέ-
πρωται ἅπασι

16 *Quoad opes autem, ex æquo modum iis adhibeto, colligendo eas ſuo tempore, & abſumendo eas ſuo tempore.*

Χρήματα δ' ἄλλοτε μὲν κτᾶσθαι φι-
λεῖ, ἄλλοτ' ὀλέσθαι.

17 *Et quantum ad ea quæ eveniunt hominibus ex cauſis indicantibus cauſas cœleſtes;* 18 *patienter ferto quæ accident tibi ab illis, abſque ut obmurmures.*

Ὅσσα δὲ δαιμονίῃσι τύχαις βροτοὶ
ἄλγε' ἔχουσιν,
Ὧν ἂν μοῖραν ἔχῃς, πρᾴως φέρε,
μηδ' ἀγανάκτει.

19 *Imo ſtude potiùs iis blandiri pro modo facultatis tuæ,*

Ἰᾶσθαι δὲ πρέπει καθ' ὅσον δύνῃ,
ὧδε δὲ φράζευ.

لَكَ أَنْ تَعْلَمَ (٢٠) أَنَّ مَا يَنُوبُ ٱلْأَخْيَارَ مِنَ ٱلنَّاسِ مِنْ هٰذِهِ ٱلْأَشْيَاءِ لَيْسَ بِٱلْكَثِيرِ * (٢١) وَإِذَا سَمِعْتَ مِنْ كَلَامِ ٱلنَّاسِ ٱلْكَثِيرَ جَيِّدَهُ وَرَدِيَّهُ (٢٢) فَلَا تَمْتَعِضْ مِنْهُ وَلَا تُحْمِلَنَّ نَفْسَكَ عَلَي ٱلْإِمْتِنَاعِ مِنِ ٱسْتِمَاعِهِ (٢٣) وَإِنْ سَمِعْتَ كَذِبًا (٢٤) فَهَوِّنْ عَلَي نَفْسِكَ ٱلصَّبْرَ عَلَيْهِ * وَمَا أَنَا قَايِلُهُ فَأَجْرِ أَمْرَكَ عَلَيْهِ فِي كُلِّ مَا تَسْتَعْمِلُهُ * (٢٥) لَا يُحْمِلَنَّكَ أَحَدٌ بِكَلَامٍ وَلَا بِفِعْلٍ (٢٦) عَلَي أَنْ تَفْعَلَ مَا لَيْسَ بِجَمِيلٍ وَلَا أَنْ تَتَفَوَّهَ بِهِ * (٢٧) وَرَوِّ قَبْلَ ٱلْفِعْلِ كَيْمَا لَا تُعَابَ فِي فِعْلِكَ * (٢٨) وَٱحْذَرْ أَنْ تَقُولَ أَوْ تَفْعَلَ مَا يُسْتَجْهَلُ مِنْكَ * (٢٩) بَلْ إِنَّمَا يَنْبَغِي أَنْ تَقْتَصِرَ فِيمَا تَفْعَلُهُ عَلَي مَا لَمْ يَعُدْ بِٱلضَّرَرِ عَلَيْكَ * (٣٠) وَلَا تَفْعَلَنَّ فِعْلًا وَأَنْتَ جَاهِلٌ بِهِ بَلْ تَعَرَّفْ فِي كُلِّ حَالٍ وَفِي كُلِّ وَاحِدٍ مِنَ ٱلْأَفْعَالِ (٣١) مَا يَجِبُ أَنْ تَفْعَلَهُ فَإِنَّكَ حِينَئِذٍ تُسَرُّ بِمُعَاشِكَ * (٣٢) وَلَا يَنْبَغِي أَنْ تُهْمِلَ أَمْرَ صِحَّةِ بَدَنِكَ * (٣٣) لَكِنْ تُعْنَى بِٱلطَّعَامِ وَٱلشَّرَابِ وَٱلْقَصْدِ فِيهِمَا وَبِانْصَافِ ٱلرِّيَاضَةِ * (٣٤) وَإِنَّمَا

أَعْنِي

Et oportet te ſcire, 20 ea quæ accidunt probis hominibus ex iſtis rebus, non eſſe ita multa.

21 Et ſi quando audiveris de ſermone hominum multum quod & bonum ſit & pravum, 22 neque iraſcere ideò, neque adeò multùm labora te cohibere ab auſcultatione ejus.

23 Sique audiveris mendacium, 24 facilem tibi reddito patientiam contra illud. Quæ verò nunc dicturus ſum, iis operam etiam dato in omnibus quæ agenda ſuſcipies.

25 Non adducat te eò aliquis, ſive verbis ſive factis, 26 ut committas quod non ſit honeſtum, aut ut verba de eo facias.

27 Adverte autem animum ante opus, ne ſit quicquam indecens in actione tua.

28 Et cave dicas aut facias quod ſtultum eſſe de te cenſeatur.

29 Sed contra decet ut conatum ſiſtas in rebus agendis circa id quod non afferat noxam tibi.

30 Neque agas rem aliquam, ſi es ignarus ejus. Verùm cùm ſtudio prius intelligas omni tempore & in unaquâque rerum 31 quid conveniat te agere. Ita enim tunc lætificaberis in vita tua.

32 Neque oportet te prætermittere negotium ſanitatis tui corporis, 33 ſed curam habebis cibi, potus, & recti modi in utroque, juſti item exercitii.

34 Denoto autem per modum id, quod non nocuerit.

20 Οὐ πάνυ τοῖς ἀγαθοῖς τούτων πολὺ μοῖρα δίδωσι.

Πολλοὶ δ' ἀνθρώποισι λόγοι δειλοί τε καὶ ἐσθλοὶ
Προσπίπτουσ', ὧν μήτ' ἐκπλήσσεο, μήτ' ἄρ' ἐάσῃς
Εἴργεσθαι σαυτόν. ψεῦδος δ' ἤν πέρ τι λέγηται
Πρᾴως ἴσχ'. ὃ δέ τοι ἐρέω, ἐπὶ παντὶ τελείσθω.

25 Μηδεὶς μήτε λόγῳ σε παρείπῃ, μήτε τι ἔργῳ,
Πρῆξαι μηδ' εἰπεῖν ὅ,τι τοι μὴ βέλτερόν ἐστι.
Βουλεύου δὲ πρὸ ἔργου, ὅπως μὴ μωρὰ πέληται.
Δειλοῦ τοι πρήσσειν τε λέγειν τ' ἀνόητα πρὸς ἀνδρός·
Ἀλλὰ τάδ' ἐκτελέειν ἅ σε μὴ μετέπειτ' ἀνιήσῃ.

30 Πρῆσσε δὲ μηδὲν τῶν μὴ ἐπίστασαι. ἀλλὰ δίδασκου
Ὅσα χρεών· καὶ τερπνότατον βίον ὧδε διάξεις·
Οὐδ' ὑγιείης τῆς περὶ σῶμ' ἀμέλειαν ἔχειν χρὴ,
Ἀλλὰ ποτοῦ τε μέτρον, καὶ σίτου, γυμνασίων τε
Ποιεῖσθαι. μέτρον δὲ λέγω τόδ', ὃ μή σ' ἀνιήσῃ.

35 Aſſue-

أَعْنِي بِٱلْفَضْلِ مَا لَمْ يَضُرَّ * (35) وَعَوِّدْ نَفْسَكَ أَنْ يَكُونَ تَدْبِيرُكَ
تَدْبِيرًا قَوِيًّا غَيْرَ مُضْطَرِبٍ * (36) وَٱحْذَرْ أَنْ تَفْعَلَ مَا يَجْلِبُ
عَلَيْكَ ٱلْحَسَدَ * (37) وَلَا تَكُنْ مِتْلَافًا بِمَنْزِلَةِ مَنْ لَا خِبْرَةَ لَهُ
بِمَا فِي يَدِهِ * (38) وَلَا تَكُنْ أَيْضًا شَحِيحًا فَتَخْرُجَ عَنِ
ٱلْحُرِّيَّةِ بَلِ ٱلْأَفْضَلُ فِي ٱلْأُمُورِ كُلِّهَا هُوَ ٱلْقَصْدُ فِيهَا *
(39) وَلْيَكُنْ مَا تَفْعَلُهُ مَا لَا يَعُودُ بِٱلضَّرَرِ عَلَيْكَ فَٱسْتَعْمِلِ ٱلْفِكْرَ
قَبْلَ ٱلْعَمَلِ * (40) وَلَا تُسَاعِدْ عَيْنَيْكَ عَلَى ٱلنَّوْمِ (41) قَبْلَ أَنْ
تَتَصَفَّحَ كُلَّ وَاحِدٍ مِنَ ٱلْأَفْعَالِ ٱلَّتِي فَعَلْتَهَا فِي نَهَارِكَ أَجْمَعَ
(42) فَتَقِفُ قَبْلَ نَوْمِكَ عَلَى ٱلْمَوَاضِعِ ٱلَّتِي تَجَاوَزْتَ فِيهِ مَا
يَنْبَغِي أَنْ كُنْتَ فَعَلْتَ ذَلِكَ وَعَلَى مَا فَعَلْتَهُ مِمَّا كَانَ يَجِبُ
أَلَّا تَفْعَلَهُ وَعَلَى مَا كَانَ يَجِبُ أَنْ تَفْعَلَهُ فَلَمْ تَفْعَلْهُ (43) وَٱبْدَأْ
فِي ذَلِكَ مِنْ أَوَّلِ مَا فَعَلْتَهُ وَٱجْرِ فِي تَفَقُّدِكَ لِذَلِكَ إِلَى
آخِرِ مَا فَعَلْتَهُ * (44) فَمَتَى كُنْتَ قَدْ أَتَيْتَ مَكْرُوهًا فَلْيَنْعَرَّكَ
وَمَتَى كُنْتَ قَدْ أَتَيْتَ رَضِيًّا فَلْيُبْهِجَنَّكَ (45) فَعَلَى هَذَا فَلْيَكُنْ
حِرْصُكَ

35 *Aſſuefacito te, ut ſit victus tui ratio munda, & incorrupta.*

35 Εἰθίζου δὲ δίαιταν ἔχειν καθάρειον, ἄθρυπτον·

36 *Et cave facias id quod contrahat tibi invidiam.*

Καὶ πεφύλαξό γε ταῦτα ποιεῖν ὁπόσα φθόνον ἴσχει.

37 *Neque ſis prodigus inſtar ejus qui notitiam non habet rerum quæ ſunt in manu ejus.*

Μὴ δαπανᾷν παρὰ καιρὸν, ὁποῖα καλῶν ἀδαήμων,

38 *Neque etiam ſis avarus ita ut diſcedas ab ingenii liberalitate. Præſtantiſſimum verò in rebus omnibus eſt rectus modus earum.*

Μηδ' ἀνελεύθερος· ἴσθι μέτρον δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστον·

39 *Sint ea quæ agis talia, ut non adducant nocumentum tibi. Itaque adhibe meditationem ante opus.*

Πρᾶσσε δὲ ταῦθ' ἅ σε μὴ βλάψῃ, λόγισαι δὲ πρὸ ἔργου.

40 *Neque concilia oculis tuis ſomnum,* 41 *priùs quàm attentè contempleris unumquodque eorum operum, quæ feciſti in toto illo die tuo.*

40 Μηδ' ὕπνον μαλακοῖσιν ἐπ' ὄμμασι προσδέξασθαι,

Πρὶν τῶν ἡμερινῶν ἔργων τρὶς ἕκαστον ἐπελθεῖν·

42 *Expende autem ante ſomnum tuum loca in quibus prætergreſſus es id quod te oportuiſſet facere; illud etiam quod feciſti ex rebus quas decuiſſet te non facere, atque id quod decuiſſet te facere, nec feciſti tamen.*

Πῇ παρέβην; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη;

43 *Initium autem fac in hoc à primo eorum quæ feciſti, & progredere in tua rerum iſtarum exploratione uſque ad poſtremum eorum quæ feciſti.*

Ἀρξάμενος δ' ἀπὸ πρώτου, ἐπέξιθι. καὶ μετέπειτα,

44 *Et, ſi quando perpetraveris quod deteſtandum eſt, metum id tibi incutiat; ſi quando etiam perpetraveris quod ſit placitum, hilarem id te reddat.*

Δειλὰ μὲν ἐκπρήξας, ἐπιπλήσσεο· χρηστὰ δὲ, τέρπου.

45 *Ad iſta quidem adhibendum eſt ſtudium tuum, & in iis labor ſuſtinen-*

45 Ταῦτα πόνει, ταῦτ' ἐκμελέτα, τούτων χρὴ ἐρᾶν σε.

جِرْصُكَ وَفِيهَا دُؤُوبُكَ وَإِلَيْهَا فَٱصْرِفْ هِمَّتَكَ * (46) فَإِنَّهَا تُوطِئُ لَكَ مَا يُرَقِّيكَ إِلَى ٱلْفَضِيلَةِ ٱلْإِلَاهِيَّةِ * (47) إِي وَٱلَّذِي وَهَبَ لِأَنْفُسِنَا (48) ٱلْيَنْبُوعَ ذَا ٱلْأَرْبَعِ مِنَ ٱلطَّبِيعَةِ ٱلَّتِي لَا تَفْتُرُ * مَتَى ٱلْتَمَسْتَ فِعْلًا مِنَ ٱلْأَفْعَالِ (49) فَٱبْدَأْ بِٱلِٱبْتِهَالِ إِلَى رَبِّكَ بِٱلنُّجْحِ فِيهِ فَإِنَّكَ إِذَا لَزِمْتَ ذَلِكَ وَلَمْ تُخَالِفْ هَذِهِ ٱلْوَصَايَا (٥٥) وَقَفْتَ عَلَى كُنْهِ مَا يَجْرِي عَلَيْهِ ٱلْأَمْرُ فِي تَدْبِيرِ ٱللّٰهِ عَزَّ وَجَلَّ وَأَوْلِيَائِهِ وَفِينَا مَعْشَرِ ٱلنَّاسِ (٥١) مَا مِنْهُ زَائِلٌ فِي ٱلْوَاحِدِ بَعْدَ ٱلْوَاحِدِ وَمَا مِنْهُ ثَابِتٌ (٥٢) وَعَلِمْتَ مَا قُدِّرَ مِنْ مَجْرَى ٱلطَّبِيعَةِ فِي كُلِّ شَيْءٍ عَلَى مِثَالٍ وَاحِدٍ (٥٣) كَيْمَا لَا تَرْجُوا مَا لَا يُرْجَى * (٥٤) وَعَلِمْتَ إِنَّ ٱلنَّاسَ بِشَقَاءِ جَدِّهِمْ ٱلَّذِي ٱخْتَارُوهُ لِأَنْفُسِهِمْ بِإِرَادَتِهِمْ (٥٥) فِي حَدِّ مَنْ يُرْثَى لَهُمْ إِنْ كَانُوا مُشْرِفِينَ عَلَى ٱلْخَيْرَاتِ وَهُمْ لَا يَعْقِلُونَ عَلَيْهَا (٥٦) وَلَا يَتَفَقَّدُونَ أَنْفُسَهُمْ فِيمَا بُلُوا بِهِ فَإِنَّ ٱلشَّانَّ مِنَ ٱلنَّاسِ يَتَهَيَّأُ لَهُ ٱسْتِنْقَاذُ نَفْسِهِ مِنَ ٱلشُّرُورِ * (٥٧) وَإِنَّ

dus eſt tibi, itaque ad ea convertito appetitum tuum.

46 *Præbebunt enim tibi quod extollet te ad virtutem Divinam;* 47 *ne per eum, qui præbuit animabus noſtris* 48 *fontem quaternarium ex Naturâ quæ non langueſcit. Cum cupis agere rem aliquam,* 49 *incipe à precibus enixe fundendis coram Domino tuo pro facilitate ejus rei. Si enim diligenter in eo continuaveris, neque contra hæc præcepta feceris,* 50 *intelliges rationem eorum juxta quæ procedit negotium, tum in regimine DEI Ter Optimi Maximi, ejuſque Amicorum, tum etiam apud nos, cætum hominum,* 51 videlicet, *quid de iis ſit evanidum, in uno poſt aliud,* (id eſt, in ſingulis) *& quid de iis ſit permanens.*

Ταῦτά σε τῆς θείης ἀρετῆς εἰς ἴχνια θήσει.
Ναὶ μὰ τὸν ἀμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτύν,
Παγὰν ἀενάου φύσεως· ἀλλ' ἔρχευ ἐπ' ἔργον,
Θεοῖσιν ἐπευξάμενος τελέσαι· τούτων δὲ κρατήσας,
50 Γνώσῃ ἀθανάτων τε θεῶν, θνητῶν τ' ἀνθρώπων
Σύστασιν, ᾗ τε ἕκαστα διέρχεται, ᾗ τε κρατεῖται·

52 *Cognoſceſque id, quod determinatum eſt de curſu Naturæ, in omni re eſſe ad ſimilitudinem unam;* 53 *ut ne ſperes id quod non ſperandum eſt.* -

Γνώσῃ δ' ᾗ θέμις ἐστὶ, φύσιν περὶ παντὸς ὁμοίην.
Ὥστε σε μήτε ἄελπτ' ἐλπίζειν μήτε τι λήθειν.

54 *Cognoſces etiam, quod homines ſint infelices in ſtatu, quam elegerunt ſibi ipſis voluntate ſua,* 55 *in ſtatu videlicet eorum, qui deplorandi ſunt quòd, cum prope adſint Bonis, non intelligant ea,* 56 *neque examinent ſecum id, quo pertentantur; Vtique rarus eſt inter homines cui perficitur liberatio ſua à malis.*

Γνώσῃ δ' ἀνθρώπους αὐθαίρετα πήματ' ἔχοντας·
55 Τλήμονες, οἵ τ' ἀγαθῶν πέλας ὄντων, οὐκ ἐσορῶσιν,
Οὔτε κλύουσι· λύσιν δὲ κακῶν παῦροι συνίσασι.

57 Id

(57) وَإِنَّ مَا بَلَوْا بِهِ مِنْ ذَلِكَ هُوَ ٱلَّذِي يَقْدَحُ فِي قُلُوبِهِمْ وَأَذْهَانِهِمْ (58) فَهُمْ يَتَقَلَّبُونَ فِي ٱلشَّرِّ بِمَنْزِلَةِ مَا تَدَحْرَجَ فِي ٱلْأَوْقَاتِ ٱلْمُخْتَلِفَةِ إِلَى آفَاتٍ مُخْتَلِفَةٍ وَإِلَى أَحْوَالٍ مُخْتَلِفَةٍ فَيَقَعُونَ فِي شُرُورٍ لَا إِحْصَاءَ لَهَا * (59) وَذَلِكَ أَنَّ ٱلْأَمْرَ ٱللَّازِمَ لِلْغَرِيزَةِ بِخُبْثِهِ يَنْدَكِي وَهُوَ لَا يَشْعُرُ * (60) وَقَدْ يَنْبَغِي أَلَّا يُسَاعَدَ بَلْ يُهْرَبَ مِنْهُ بِإِظْهَارِ ٱلِٱسْتِخْذَاءِ لَهُ (61) أَيُّهَا ٱلْأَبُ ٱلْوَاهِبُ لِلْحَيَاةِ حَقًّا أَقُولُ إِنَّكَ لَقَادِرٌ عَلَى أَنْ تَدْفَعَ عَنْهُمْ بَلَايَا كَثِيرَةً (62) إِنْ أَظْهَرْتَ لَهُمُ ٱلسَّكِينَةَ ٱلَّتِي جَعَلْتَهَا فِيهِمْ * (63) لَكِنَّكَ أَنْتَ أَيُّهَا ٱلْإِنْسَانُ يَنْبَغِي لَكَ أَنْ تَتَشَجَّعَ إِنْ كَانَ فِي ٱلْإِنْسَانِ جِنْسٌ إِلَهِيٌّ (64) وَٱلطَّبِيعَةُ ٱلْإِلَاهِيَّةُ تَقُودُهُ إِلَى ٱلْوُقُوفِ عَلَى كُلِّ وَاحِدٍ مِنَ ٱلْأَشْيَاءِ (65) ٱلَّتِي إِنْ نِلْتَ مِنْهَا حَظًّا مِنَ ٱلْحُظُوظِ وَلَزِمْتَ مَا أُشِيرُ بِهِ عَلَيْكَ (66) وَشَفَيْتَ نَفْسَكَ مِنْ هَذِهِ ٱلْأَوْصَابِ وَٱلْأَضْغَاثِ نَجَوْتَ سَالِمًا * (67) لَكِنِ ٱشْبَعْ مِنَ ٱلْأَطْعِمَةِ ٱلَّتِي ذَكَرْنَاهَا وَٱجْعَلِ ٱمْتِحَانَكَ لَهَا

تَذْكِيَةً

57 Id enim per quod tentantur ex iſtis, illud eſt quod vitii arguit corda eorum & cogitationes eorum, 58 unde verſantur in Malo ad modum rei, quæ devolvitur temporibus diverſis ad anguſtias diverſas & ad diſpoſitiones diverſas, & ita incidunt in Mala, quibus nulla eſt enumeratio.

Τοίη μοῖρα βροτῶν βλάπτει φρένας. οἱ δὲ κυλίνδροις
Ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλα φέρονται, ἀπείρονα πήματ' ἔχοντες·

59 Et iſtud, quia res ea, quæ inſeparabiliter adhæret Naturæ pravitate ſua, cladem affert, & ille non animadvertit.

Λυγρὴ γὰρ συνοπαδὸς ἔρις βλάπτουσα λέληθεν

60 Convenit autem, eam non foveri: Sed fugienda eſt, oſtendendo demiſſionem erga eam.

60 Σύμφυτος, ἣν οὐ δεῖ προσάγειν, εἴκοντα δὲ φεύγειν·

61 O Pater, largitor vitæ, veriſſimum quidem dico, quod Tu Potens ſis avertere ab eis afflictiones multas, 62 ſi patefeceris eis Tranquillitatem quam conſtituiſti in ipſis.

Ζεῦ πάτερ ἦ πολλῶν γε κακῶν παύσειας ἅπαντας,
Ἢ πᾶσιν δείξαις οἵῳ τῷ δαίμονι χρῶνται.

63 Veruntamen Tu, ô Homo, oportet ut animosè te geras, quandoquidem ſit in homine genus Divinum, 64 & Natura Divina eum ducat ad cognitionem ſingularum rerum.

Ἀλλὰ σὺ θάρσει, ἐπεὶ θεῖον γένος ἐστὶ βροτοῖσιν,
Οἷς ἱερὰ προφέρουσα φύσις δείκνυσιν ἕκαστα.

65 De quâ ſi nactus fueris donarium aliquod, ſique ſedulo inſtiteris iis, quæ edico tibi, 66 atque ſanaveris animam tuam ab iſtis ægritudinibus & perturbationibus, evades ſalvus.

65 Ὧν εἴ σοί τι μέτεστι, κρατήσεις ὧν σε κελεύω
Ἐξακέσας, ψυχὴν δὲ πόνων ἀπὸ τῶν δὲ σαώσεις·

67 Satiatus autem eſto iis cibis, quos memoravimus, & pone probationem quâ probes eos purificationem ani-

Ἀλλ' εἴργου βρωτῶν ὧν εἴπομεν, ἔν τε καθαρμοῖς,

تَزْكِيَةُ ٱلنَّفْسِ (68) وَتَخْلِيَةُ أَسْرِهَا مِنْ جَسَدِهَا وَخَبِّرِ ٱلنَّاسَ بِمَا تَقِفُ عَلَيْهِ فِي وَاحِدٍ وَاحِدٍ * (69) وَٱجْعَلِ ٱلْقَيِّمَ ٱلْمُشْرِفَ عَلَى ذَلِكَ ٱلتَّمْيِيزَ ٱلصَّحِيحَ * (70) فَإِنَّكَ عِنْدَ ذَلِكَ إِذَا فَارَقْتَ هَذَا ٱلْبَدَنَ حَتَّى تَصِيرَ مُخَلًّى (72) تَكُونُ عِنْدَ ذَلِكَ سَابِحًا غَيْرَ عَائِدٍ إِلَى ٱلْأُنُوسَةِ وَلَا قَابِلٍ لِلْمَوْتِ *

تَمَّتْ وَصَايَا فِيثَاغُورَسَ ٱلَّتِي ذَكَرَ جَالِينُوسُ أَنَّهُ كَانَ
يَقْرَأُهَا فِي طَرَفَيْ كُلِّ نَهَارٍ *
وَٱللَّهُ مَحْمُودٌ

mæ, 68 & dimiſſionem captivitatis ejus è ſuo corpore. Prædica etiam hominibus ea quæ compræbendes in ſingulis.
69 Et ſtatue Moderatorem, qui inſtet iſti negotio, Iudicium ſanum.
70 Tu vero deinde, quando ſejunxeris te ab hoc corpore, eouſque ut fias Liber, 71 eris tunc cibis abſtinens, non reverſurus ad humanam ſocietatem, neque capax mortis.

Ἔν τε λύσει ψυχῆς κεῖνον, καὶ φρά-ζεο ἕκαστα,
Ἡνίοχον γνώμην στήσας καθύπερθεν ἀρίστην.
70 Ἢν δ' ἀπολείψας σῶμα ἐς αἰθέρ' ἐλεύθερον ἔλθῃς,
Ἔσσεαι ἀθάνατος θεὸς ἄμβροτος, οὐκ ἔτι θνητός.

Finiunt præcepta Pythagoræ, quas refert Galenus recitaſſe ſe ſub initium & finem cujuſque diei.

LAUS DEO.

Τέλος τῶν χρυσῶν ἐπῶν τοῦ Πυθαγόρου.